

D. AVGVSTINI



TOMVS III. ET IIII.





# DIVI AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI, OPERVM,

## Tomus tertius,

Complectens τὰ διδακτικὰ, hoc est, quæ proprie ad docendum pertinent,

*In quo, præter locorum multorum restitutionem, secundum collationem vetustiorum exemplarium: curauimus remoueri ea omnia, quæ fidelium mentes, hæretica prauitate possent inficere, aut à catholica, & orthodoxa fide deuiare.*

Nunc recèns impressus, recognitus, & emendatus.



VENETIIS, Apud Damianum Zenarum.
M D LXXXIIII.

AD LECTOREM.

IN HVNC Tertium & quartum sequentem Tomos digessimus τὰ διδακτικὰ, hoc est quæ nec sunt epistolę, nec ad populum dicta, nec aduersus hæreticos pugnantia, sed lectori erudiendo scripta.

CATALOGVS.



FINIS.

# D. AVRELII AVGVSTINI DE DOCTRINA CHRISTIANA LIBER PRIMVS.

## PROLOGVS.



A SVNT præcepta quædam tractandarum scripturarum, quæ studiosis earum video nō incommode posse tradi, vt nō solum legendo alios qui diuinarum literarum operta aperuerunt, sed & alijs ipsi aperiendo proficiant. Hæc tradere institui volentibus & valentibus discere, si Deus ac dominus noster ea quæ de hac re cogitanti solet suggere etiam scribenti mihi non deneget. Quod antequam exordiar, videtur mihi respondendum esse his qui hæc reprehensuri sunt, aut reprehensuri essent, si eos non ante placeremus. Quod si nonnulli etiam post ita reprehenderint, saltem alios non mouebunt, nec ab vtili studio ad imperitię pigritiam reuocabunt, quos mouere possent, nisi præmunitos præparatosq; inuenirent. Quidam enim reprehensuri sunt hoc opus nostrum, cum ea quæ pręcepturi sumus non intellexerint. B Quidam vero cum intellectis vti voluerint, conatiq; fuerint scripturas diuinas secundū hęc pręcepta tractare, neque valuerint aperire atq; explicare quę cupiunt inaniter me laborasse arbitrabuntur. Et quia ipsi non adiuuabuntur hoc opere, nullum adiuuari posse censebunt. Tertium genus est reprehensorum, qui diuinas scripturas vel reuera bene tractant, vel bene tractare sibi videntur. Qui quoniam nullis huiuscemodi obseruationibus lectis quales non tradere institui, facultatem exponendorum sanctorum librorum se assecutos vel vident vel putans, nemini esse ista præcepta necessaria, sed potius totum quod de illarum literarum obscuritate laudabiliter aperitur, diuino munere fieri posse clamitabunt. Quibus omnibus breuiter respondens, illi qui hæc scribimus non intelligunt, hoc dico, me ita non esse reprehendendum, quia hæc non intelligunt, tanquam si lunam veterem vel nouam sydusuæ aliquod minime clarum vellent videre, quod ego intento digito demonstrarem, illis autem nec ad ipsum digitum meum videndum sufficiens esset acies oculorum, non propterea mihi succensere deberent: illi vero qui etiā C istis pręceptis cognitis atq; perceptis, ea q̄ in diuinis libris obscura sunt intueri nequiuerint arbitrentur se digitum quidem meū intueri posse, sydera vero quibus demonstrā dis intenditur, videre non posse. Et illi ergo & isti me reprehendere desinant, & lumen oculorum diuinitus sibi præberi deprecent. Non enim si possum membrum meum ad aliquid demonstrandum mouere, possum etiam oculos accendere, quibus vel ipsa demonstratio mea, vel etiam illud quod volo demonstrare cernatur. Iam vero eorum qui diuino munere exultant, & sine talibus præceptis qualia nunc tradere institui, se sanctos libros intelligere atq; tractare gloriantur, & propterea superflua voluisse me scribere existimant, sic est lenienda commotio, vt quanuis magno Dei munere iure lætentur: recordentur tñ per homines didicisse vel literas Nec ppterea sibi ab Antonio sancto & perfecto viro Aegyptio monacho insultari debere q̄ sine vlla scientia literarū scripturas diuinas, & memoriter audiēdo tenuisse, & prudenter cogitando intellexisse prædicatur. Aut ab illo seruo Barbaro Christiano, de quo a grauissimis fideq; dignissimis viris nuper accipimus: qui literas quoque ipsas nullo docente homine, in plenam notitiā orādo vt sibi reuelarent accepit, triduanis pcib⁹ impetrans, vt ēt codicē oblatū stupentibus q aderant legēdo pcurreret. At si hæc quisque falsa arbitret, non ago pugnaciter. Certe. n. qm̄ cū Chrianis nobis res est qui se scripturas sanctas sine duce hoīe gaudent nosse, & si ita est, vero & non mediocri gaudent bono, concedant necesse est vnū quenq; nostrū & ab inuente pueritia consuetudine audien di linguam suā didicisse, & aliam aliquam D

Antoni⁹ eremita: θεοδίδακτος.

ru, aut similiter audiendo, aut p hoiem pceptorē accepisse. Iā ergo si placet moneamus oēs frēs ne paruulos suos ista doceāt, qa momento vno tpis adueniente spiritusancto, repleti Apostoli omniū gentiū linguis locuti sunt: aut cui talia nō puenerint, nō se arbitretur esse Christianū, aut spiritūsanctū accepisse se dubitet: Immo vero & qđ per hominē discēdū est, sine supbia discat, & p quē docetur alius, sine inuidia tradat qđ accepit. Neq; tentemus eū cui credidimus, ne talibus inimici versutiis & peruersitate decepti, ad ipsum quoq; Euang. audiēdū atq; discendū nolimus ire in ecclesias, aut codicē legere, aut legētē pdicantēq; hominem audire, & expectemus rapi vsq; in tertiū cęlū, siue in corpore, siue extra corpus sicut dixit Apostolus, & ibi audire ineffabilia verba, q̄ nō licet homini loq. aut ibi uidere dñm Iesum Chrm̄ & ab illo potius q̄ ab hoibus audire Euangeliū. Caueamus tales tētationes supbissimas & piculosissimas, magisq; cogitemus & ipsum Apostolū Paulū, licet diuina & cęlesti voce prostratū & istructū, ad hominē tñ missū esse ut sacra perciperet atq; copularet eccl. & Centurionē Cornelium quāuis exauditas orōnes ei' elemosynasq; respectas ei angelus nūciauerit Petro tñ traditū imbuendū, per quē non solū sacra perciperet, sed ēt qd credendū, qd sperandum, qd diligendū esse audiret. Et poterant utiq; oīa per angelū fieri: sed abiecta esset humana cōditio, si per hoies hoibus verbum suū Deus ministrare nolle videretur. Qūo. n. verum esset qđ dictum est, Tēplum. n. Dei sanctum est, qđ estis vos, si Deus de humano tēplo respōsa non redderet, & totū qđ discendum hominibus tradi vellet de cęlo atq; per angelos personaret? Deinde ipsa charitas quę sibi inuicem homines nodo vnitatis astringit, non haberet aditū refundēdorū & quasi miscendorum sibimet animorū, si homines p homines nihil discerent. Et certe spadonē illum q Esaiā Prophetam legens non intelligebat, neq; Apostolus ad angelū misit, nec p angelū ei qđ nō intelligebat expositū, aut diuinitus in mente sine hominis ministerio reuelatum est: sed potius suggestione diuina missus est ad eum, seditq; cum eo Philippus, qui nouerat Esaiā Prophetam eiq; humanis verbis & lingua quod in scriptura latebat aperuit. Nonne cum Moyse Deus loquebat & tñ cōsilium regēdi atq; administrandi tā magni populi a socero suo alienigena. s. homine, & maxime prouidus & minime supbus accepit? Nouerat. n. ille vir ex quacunq; aīa verū consilium processisse, non ei, sed illi q est veritas incommutabili Deo tribuēdū esse. Postremo quisquis se nullis pręceptis instructū diuino munere quęcunq; in scripturis sanctis obscura sunt intelligere gloriat, bene q dem credit, & verū est non esse illam suā facultatē quasi ex seipso existentē, sed diuino munere traditā. Ita. n. Dei gloriā q̄rit, non suam. Sed cum legit, & nullo sibi hoīum exponente intelligit, cur ipse aliis affectat exponere, ac non potius eos remittit Deo, vt ipsi quoq; nō p hoīem, sed illo intus docente intelligant? Sed vide licet timet ne audiat a dño. Serue, neq̄, dares pecuniā meam numulariis. Sicut ergo hi ea q̄ intelligunt produt cęteris uel loquendo uel scribendo, ita ego quoq; non solū ea quę intelligant, sed ēt intelligendo ea q̄ obseruent prodidero, culpari ab eis profecto non debeo, q̄q̄ nemo debeat aliqd sic hr̄e quasi suū propriū, nisi forte mendaciū. Nā oē verū ab illo qui ait, Ego sū veritas. Quid. n. habemus quod nō accepimus? Qđ si accepimus, quid gloriamur quasi non acceperimus? Qui legit audientibus literas, vtiq; quas agnoscit enunciat. Qui autē ipsas literas tradit, hoc agit ut alii quoq; legere nouerint, uterq; tamen hoc insinuat quod accepit. Sicut ēt qui ea quę in scripturis intelligit exponit audientibus, tanquam literas quas agnoscit pnunciat lectoris officio. Qui aūt pręcipit qūo intelligendū sit, similis est tradenti literas, hoc est pcipienti qūo sit legēdū: vt qūo ille q legere nouit alio lectore non indiget, cū codicē inuenerit a quo audiat quid ibi scriptum sit: sic iste qui pręcepta quę conamur tradere acceperit, cū in libris aliquid obscuritatis inuenerit, quasdam regulas veluti literas tenēs, intellectorem alium nō requirat, per quem sibi quod opertum est detegatur, sed quibusdam vestigiis indagatis ad occultum sensum sine ullo errore ipse perueniat, aut certe in absurditatē prauę sententię nō incidat. Quapropter quāquam & in ipso opere satis apparere possit, huic officioso labori nr̄o non recte aliquē contradicere, tñ si huiuscemodi

Marginal notes: E; 2. Co. 12; Acto. 9; 1. Co. 3.; F; Acto. 8; Exo. 18; G; Mat: 25; Ioan. 14; 1. Co. 4; H

proęmio

procœmio quibuslibet obsistentibus conuenienter videtur esse responsum, huius viæ quam in hoc libro ingredi volumus tale nobis occurrit exordium.

*Inuentio & pronũciatio. Cap. I.*

I

DVAE SVNT res quibus nititur oĩs tractatio scripturarũ. Modus inueniendi quę intelligenda sunt, & modus proferẽdi quę intellecta sunt de inueniẽdo prius, de proferendo postea disseremus. Magnũ onus & arduũ, & si ad sustinendũ difficile, vereor ne ad suscipiẽdũ temerariũ. Ita sanè si de nobibsipsis p̃sumemus. Nunc vero cũ in illo sit spes peragendi huius operis, à quo nobis in cogitatione multa de hac re iam tradita tenemus, nõ est metuẽdũ ne dare desinat cętera, cũ ea quæ data sunt cœpimus impendere. Omnis.n. res quæ dando nõ deficit, dum habetur & nõ datur, nondũ habetur quõ habẽda est. Ille.n. ait. Qui habet dabitur ei. Dabit ergo habentib. i. cũ benignitate vtentibus eo ꝙ acceperũt, adimplebit, atq; cumulabit ꝙ dedit. Illi quinq; & illi septẽ erant panes antequã inciperent dari esurientibus. Qđ vbi fieri cępit, cophinos & sportas satiatis tot hominum milibus impleuerunt. Sicut ergo ille panis dũ frangeretur accreuit, sic ea quę ad hoc opus aggrediendũ iã dñs præbuit cũ dispensari cęperint, eoipso suggerente multiplicabũtur, vt in ipso hoc nostro ministerio, non solũ nullã patiamur inopiã, sed de mirabili etiã abũdantia gaudeamus.

*Mat. 13.*

*Mat. 14. & 15.*

K

*Res & signa. Cap. 2. 1. sen. di. 1. cap. 1. Exo. 15. Gen. 28. & 39.*

Omnis doctrina vel rerũ est vel signorũ, sed res per signa discuntur. Proprie aũt nunc res appellaui, quæ nõ ad significandũ aliquid adhibẽtu: sicuti est lignum, lapis, pecus, atq; hmõi cętera. Sed nõ illud lignũ ꝙ in aquas amaras Moysen proiecisse legimus, vt amaritudine carerẽt, neq; ille lapis quẽ Iacob sibi ad caput posuerat: neq; illud pecus ꝙ pro filio immolauit Abrahã. Hæ nanq; ita sunt, vt aliarũ ẽt signa sint rerũ. Sunt aũt signa quorũ oĩs vsus in significando est, sicuti sunt verba. Nemo.n. vtitur verbis nisi aliquid significandi gratia. Ex quo intelligitur quid appellẽ signa res eas videlicet quæ ad significandum aliquid adhibentur. Quamobrẽ omne signũ ẽt res aliqua est. Qđ enim nulla res est, oĩno nihil est. Nõ aũt oĩs res etiã signũ est. Et iõ in hac diuisione rerũ atq; signorũ, cũ de rebus loquemur ita loquemur, vt etiã si earũ aliquæ adhiberi ad significandũ possunt, nõ impediant partitionem qua prius de rebus, postea de signis disseremus, memoriterq; teneamus id nunc in rebus considerandũ esse quod sunt, nõ quod aliud etiam præter seipsas significant.

L

*Rerum diuisio. Cap. 3. 1. sen. di. 1. cap. Id ergo.*

Res ergo aliæ sunt quib. fruẽdũ est aliæ quibus vtendũ, aliæ q̃ fruuntur & vtuntur. Illę quibus fruendũ est, beatos nos faciunt; Istis quibus vtendũ est, tendentes ad beatitudinẽ adiuuamur, & quasi adminiculamur, ut ad illas q̃ nos beatos faciunt peruenire atq; his inhærere possimus. Nos uero q̃ fruimur & utimur, inter utrasq; cõstituti, si eis quibus utẽdũ est frui voluerimus, impeditur cursus noster, & aliqñ deflectitur, ut ab his rebus quibus fruendũ est obtinendis, uel retardemur, uel etiã reuocemur, inferiorum amore præpediti.

*Frui & vti. Cap. 4.*

Frui.n. est amore alicui rei inhærere pp seipsam. Vti autẽ qđ in usum venerit ad id quod amas obtinendũ referre, si tñ amandũ est. Nã uisus illicitus, abusus potius uel abusio nominandus est. Quomodo ergo si essemus peregrini, qui beate uiuere nisi in patria non possemus, eaq; peregrinatione utiq; miseri, & miseriã finire cupiẽtes in patriã redire uellemus, opus esset uel terrestribus uel marinis uehiculis quibus utendũ esset ut ad patriã qua fruendũ erat peruenire ualeremus: ꝙ si amœnitates itineris & ipsa gestatio uehiculorũ nos delectaret, cõuersi ad fruendum quibus uti debuimus, nollemus cito uiam finire, & peruersa suauitate implicati alienaremur à patria cui⁹ suauitas faceret beatos.

M

*1. Cor. 5.*

*Rom. 3.*

Sic in huius mortalitatis uita peregrinantes à dño si redire in patriam uolumus ubi beati possumus, utendum est hoc mundo, non fruendũ, ut inuisibilia Dei per ea quæ facta sunt intellecta cõspiciatur: hoc est, ut de corporalib. tẽporalibusq; rebus ęterna & spiritalia capiamus.

*Trinitas. Cap. 5.*

Res igitur quibus fruendũ est, pater & filius & spiritussanctus est, eadẽq; trinitas, una q̃dã summa res cõmunisq; oĩb. fruentibus ea, si tñ res & nõ rerũ oĩum causa sit, si tñ & causa Non.n. facile nomen ꝙ tantæ excellentiæ conueniat, põt inueniri, nisi quod melius ita dr̃. Trinitas hæc, unus Deus ex quo oĩa, ꝑ quẽ omnia in quo omnia. Ita pater & filius & spiritussanctus, & singulus quisq; horũ Deus, & simul oẽs unus Deus, & singulus quisq; horũ plena substantia, & simul oẽs una substãtia. Pater nec filius ẽ nec spiritussanctus: filius nec

pater est nec spiritussanctus: spiritussanctus nec pr̄ est nec filius: sed pater tm̄ pater, & filius tantū filius, & spiritussanctus tm̄ spiritussanctus. Eadē tribus æternitas, eadē incōmutabilitas, eadē maiestas, eadē potestas. In patre vnitas, in filio æqualitas, in spiritusancto vnitatis æqualitatisque concordia. Et tria hæc vnum omnia propter patrem, æqualia omnia propter filiū, cōnexa omnia propter spiritumsanctum. Diximus ne aliquid & sonuimus aliquid dignū dignū Deo? Immo vero me nihil aliud quam dicere voluisse sentio. Si aūt dixi, nō est hoc quod dicere volui. Hoc vnde scio, nisi quia Deus ineffabilis est. quod autem à me dictū est, si ineffabile esset, dictū non esset. Ac per hoc ne ineffabilis quidē dicēdus est Deus quia & hoc cū dr̄, aliquid dr̄. Et fit nescio q̄ pugna verborū, qm̄ si illud est ineffabile q̄ dici nō pōt, nō est ineffabile q̄ vel ineffabile dici pōt. Quæ pugna verborū silētio cauēda potiꝰ q̄ voce pacāda est. Et tn̄ Deus, cū de illo nihil digne dici possit, admisit humanæ vocis obsequiū, & verbis nostris in laude sua gaudere nos voluit. Nā inde est quod & dr̄ Deus. Nō.n. reuera in strepitu istarū duarum syllabarū ipse cognoscitur, sed tamen omnes Latinæ linguæ socios, cum aures eorū sonus iste tetigerit, mouet ad cogitandā excellentissimam quandā immortalemq; naturam. Nā cum ille vnus cogitatur deorū Deus ab his ēt qui alios & suspicātur & vocāt & colūt Deos, siue in cælo siue in terra, ita cogitaē, vt aliquid quo nihil melius sit atq; sublimiꝰ, illa cogitatio conet̄ attingere. Sanè qm̄ diuersis monētur bonis partim eis, q̄ ad corporis sensum, partim eis q̄ ad animi intelligentiā pertinent. Illi q̄ dediti sunt corporis sensibus, aut ipsum cælū, aut qd̄ in cælo fulgentissimū vidēt, aut ipsum mūdū, Deū deorū esse arbitrant̄. Aut si extra mūdū ire contendunt, aliquid lucidum imaginātur, idq; vel infinitū vel ea forma q̄ optima videtur inani suspitione cōstituunt, aut humani corporis figura cogitant, sic eā cæteris anteponunt. Quod si vnū Deū deorū esse nō putant, & potius multos aut innumerabiles æqualis ordinis Deos, ēt eos tn̄ ꝑ ꝑt cuiq; aliquid corporis videt̄ excellere, ita figuratos animo tenent. Illi aūt qui per intelligentiā pergunt videre qd̄ Deus est, oīb. eū naturis visibilibus & corporalibus, intelligibilibus ēt & spiritalibus oībus mutabilibus ꝑferunt. Oēs tn̄ pro excellētia Dei certatim dimicant. Nec quisquā inueniri pōt, qui hoc Deū credat esse quo melius aliquid est. Itaq; hoc oēs. Deū cōsentiunt esse, qd̄ cæteris reb. omnibus anteponūt. Et qm̄ oēs qui de Deo cogitant, viuū aliquid cogitant, illi soli possunt nō absurda & indigna de Deo existimare, qui vitā ipsam cogitāt, & q̄cunq; illis forma occurrerit corporis, eam vita viuere vel non viuere statuūt, & viuētē non viuenti anteponunt, eamq; ipsam viuentē corporis formā quantalibet luce præfulgeat, quātalibet magnitudine p̄emineat, quātalibet pulchritudine ornetur, aliud esse ipsam, aliud vitā qua vegetat̄ intelligūt. eamq; illi moli quæ ab illa vegetatur & animatur dignitate incōparabili ꝑferunt. Deinde ipsam vitā pergūt suspicere: & si eā sine sensu vegetātē inuenerint, qualis est arborū, ꝑponunt ei sentiētē, qualis est pecorū: & huic rursus intelligentē, qualis est hominū. Quā cū adhuc mutabilē viderint, ēt huic aliquā incōmutabilē cogunt̄ ꝑponere: illā, s. vitā q̄ nō aliqñ desipit, aliqñ sapit, sed est potius ipsa sapientia. Sapiens.n. mens, id est adepta sapientiā, antequā adipisceretur nō erat sapiens. At vero ipsa sapientia, nec fuit vnq̄ insipiens, nec esse vnquā potest. Quā si nō viderēt, nullo modo plena fiducia vitā incōmutabiliter sapientē, cōmutabili vitæ anteponerēt. Ipsam quoq; regulā veritatis qua illā clamātesse meliorē, icōmutabilē vident. Nec vspiā nisi supra suā naturā vident, quandoquidē se vident mutabiles. Nemo est.n. tā imprudenter insulsus, qui dicat, vnde scis ī cōmutabiliter sapiētē vitā cōmutabili esse ꝑferēdā? Idipsum.n. quod interrogat, vnde sciā, omnib. ad contēplandū cōmuniter atq; incōmutabiliter præsto est. Et hoc qui nō videt, ita est quasi cæcus in sole, cui nihil ꝓdest ipsis locis oculorū eius tā claræ ac p̄sentis lucis fulgor infusus. Qui āt videt ac refugit, cōsuetudine vmbrarū carnaliū inualidā aciē mentis gerit. Prauorū igitur morū quasi cōtrarijs flatib. ab ipsa patria repercutiūtur hoīes, posteriora atq; inferiora sectātes, q̄ illud q̄ esse melius atq; p̄stātius cōfitent̄. Quapropter cū illa veritate perfruēdū sit, q̄ incōmutabiliter viuit, & in ea trinitas Deus author & cōditor vniuersitatis reb. quas cōdidit cōsulat, purgandus est animus

*Deus ineffabilis. Cap. 6.*

*Deū oēs intelligūt id, quo nihil melius. Cap. 7.*

*Deo nihil sapientius. Cap. 8.*

*Peruersum iudicium. Cap. 9.*

*Purgatus animus deū videt. Cap. 10.*

vt perspicere illā lucē valeat, & inhęrere ꝑfecte. Quā purgationē quasi ambulationem quandā, & quasi nauigationē ad patriam esse arbitremur. Non.n. ad eū qui vbiq; præsens est, locis mouemur, sed bono studio bonisq; moribus. Quod nō possemus nisi ipsa sapiētia tantæ ēt nostræ infirmitati congruere dignaretur, & viuendi nobis ꝓberet exemplū, non aliter q̄ in homine, qm̄ & nos homines sumus. Sed quia nos cū ad illam venimus, sapienter facimus: ipsa cū ad nos venit, ab hominibus superbis quasi stulte fecisse putata est. Et qm̄ nos cum ad illā venimus, conualescimus: ipsa cū ad nos venit: quasi infirma existimata est. Sed ꝙ stultū est Dei, sapientius est hominibus: & ꝙ infirmū est Dei, fortius est hominibus. Cū ergo ipsa sit patria, viā se quoq; nobis fecit ad patriā. Et cū sano & puro interiori oculo vbiq; sit præsens, eorum qui oculū illū infirmū immundumq; habēt, oculis ēt carneis apparere dignata est. Quia enim in sapientia Dei non poterat mundus per sapientiā cognoscere Deū, placuit Deo per stultitiā prædicationis saluos facere credentes. Non igit̃ per locorū spatia veniendo, sed in carne mortali mortalib. apparēdo venisse ad nos dr̃. Illuc.n. venit vbi erat, quia in hoc mūdo erat, & mundus per eū factus est. Sed qm̄ cupiditate fruendi pro ipso creatore creatura, hoīes configurati huic mundo, & mundi noīe congruentissime vocati, non eū cognouerunt, ꝓpea dixit Euangelista, Et mūdus eū non cognouit. Itaq; in sapientia Dei non poterat mundus per sapientiā cognoscere Deū. Cur ergo venit cū hic esset, nisi quia placuit Deo per stultitiā ꝑdicationis saluos facere credentes? Q̄uo venit, nisi quia verbū caro factū est & habitauit in nobis? Sicuti cū loquimur, vt id ꝙ in anima gerimus, in audiētis animū per aures carneas illabatur, fit sonus, verbū ꝙ corde gestamus, & locutio vocatur: nec tñ in eundē sonū cogitatio nostra conuertitur, sed apud se manens integra, formā vocis qua se insinuet aurib. sine aliqua labe sine mutatione assumit: ita uerbū Dei non cōmutatū, caro tñ factū est ut habitaret in nobis. Sicut āt curatio via est ad sanitatē, sic ista curatio peccatores sanandos reficiendosque suscepit. Et quēadmodū medici cū alligant vulnera, non incōposite, sed apte id faciunt, vt vinculi vtilitatem quædā pulchritudo etiā consequatur: sic medicina sapientiæ per hominis susceptionem nostris est accōmodata vulneribus, de quibusdā cōtrarijs curans, & de quibusdā similibus. Sicut ēt ille qui medetur vulneri corporis, adhibet q̄dā contraria, sicut frigidū calido, vel humidum sicco, uel quid aliud hmōi. Adhibet ēt quædā similia, sicut linteolū uel rotundo uulneri rotundū, uel oblongū oblōgo, ligaturamq; ipsam nō eandē mēbris omnib. sed similē similib. coaptat: sic sapientia Dei hominē curans, seipsam exhibuit ad sanandū, ipsa medicus, ipsa medicina. Quia ergo per superbiā hō lapsus est, humilitatē adhibuit ad sanandū. Serpētis sapientia decepti sumus, dei stultitia liberamur. Quēadmodū aūt illa sapiētia uocabat̃, erat aūt stultitia contēnentibus Deū: sic ista q̄ uocatur stultitia, sapientia est vincentib. diabolū. Nos immortalitate male usi sumus, ut moreremur, Xp̄s immortalitate bene usus est ut uiueremus. Corrupto aīo fęminæ ingressus est morbus: integro corpore fęminæ processit salus. Ad eadē contraria pertinet, ꝙ ēt exēplo uirtutū eius uitia nostra curant̃. Iam uero similia quasi ligamēta mēbris & uulnerib. nostris adhibita illa sunt, ꝙ per fęminam deceptor, ꝑ fęminā natus, homo hoīes, mortalis, mortales, morte mortuos liberauit. Multa quoq; alia diligentius considerantib. quos instituti operis peragēdi necessitas nō rapit, uel à cōtrarijs, uel à similib. medicinæ Xp̄ianæ apparet instructio. Iā uero credita dn̄i à mortuis resurrectio, & in cęlū ascensio magnā spe fulcit fidē nostrā. Multū.n. ostendit q̄ uoluntarie pro nobis animā posuerit, qui sic eā habuit in ptāte resumere. Quanta ergo se fiducia spes credentiū cōsolatur, considerās quantus quanta pro nondū credentibus passus sit. Cum.n. iudex uiuorū atq; mortuorū expectatur è cęlo, magnū timorē incutit negligentibus, ut se ad indulgentiā conuertāt, eumq; magis bene agendo desiderent, quam male agendo formident. Quibus autem uerbis dici, aut qua cogitatione capi potest præmium, quod ille in fine daturus est: qñ ad cōsolationem huius itineris tantū dedit de spiritu suo, quo in aduersis uitæ huius fiduciam charitatemq; tantam eius quem nondū uidemus habeamus: & dona unicuiq; propria ad instructionē ecclesiæ suæ, ut id ꝙ ostendit esse faciendū, non solū sine murmure, sed etiā

[Marginal notes, left column: *Cur Deus factus hō. Cap. 11.* — F — *1. Cor. 1.* — *Deus visibilis induta carne. Cap. 12.* — *1. Cor. 1.* — *Ioan. 1.* — *Ibidem. Verbum q̄uo caro factum. Cap. 13.* — G — *Deus hominē q̄uo sanarit. Cap. 14.*]

[Marginal notes, right column: *Sap. 11.* — H — *Fulcitur fides resurrectione et ascensione. Cap. 15.* — *Matt. 16* — *Ioan.* — *Acto. 1* — I — *Ephes. 1.*]

*Ecclesia Christi sponsa. Cap. 16. Ephes. 5.*

cũ delectatione faciamus. Est.n. ecclesia corpus eius, sicut Apostolica doctrina cõmendat, quæ ẽt coniunx eius dr̃. Corpus ergo suũ multis mẽbris diuersa officia gerẽtib. modo vnitatis & charitatis tanquã sanitatis astringit. Exercet aũt hoc tpe & purgat medicinalibus quibusdã molestijs, vt erutam de hoc seculo, in æternũ sibi copulet coniugem ecclesiã, non habentẽ maculam neq; rugã, aut aliquid hmõi.

*Via ad Christũ Cap. 17.*

Porro qm̃ in via sumus, nec via ista locorũ est, sed affectuũ, quã intercludebant quasi septa q̃dam spinosa prȩteritorũ malitiȩ peccatorũ, quid liberalius & misericordius facere potuit qui seipsum nobis quo rediremus substernere voluit, nisi vt omnia donaret peccata conuersis, & grauiter fixa interdicta reditus nostri pro nobis crucifixus

K

euelleret? Has igiť claues dedit Ecclesiæ suæ, vt quæ solueret in terra, soluta essent in cȩlo: quæ ligaret in terra, ligata essent in cȩlo, s. vt quisquis in Ecclesia eius dimitti sibi peccata nõ crederet, non ei dimitterentur: quisquis aũt crederet, seq; ab his correctus auerteret in eiusdẽ Ecclesiæ gremio constitutus, eadẽ fide atq; correctione sanaretur. Quisquis.n. non credit dimitti sibi posse peccata, fit deterior desperãdo, quasi nihil illi melius quam malũ esse remaneat, vbi de fructu suæ conuersionis infidus est.

*Claues ecclesiæ. Cap. 18. Matt. 16*

*De renascẽtia corporis & animi. Cap. 19.*

Iã vero sicut animi quædã mors est, vitæ prioris morumq; reiectio, quæ fit pȩnitendo: sic ẽt corporis mors est animationis pristinȩ resolutio. Et qũo animus post pn̄iam qua priores mores perditos interemit, reformatur in melius, sic ẽt corpus post istã mortẽ quã vinculo peccati omnes debemus, credendũ & sperandũ est resurrectionis tpe in melius cõmutari: vt non caro & sanguis regnũ Dei possideant, q̃ fieri non põt, sed corruptibile hoc induat incorruptionẽ, & mortale hoc induat immortalitatẽ, nullamq; faciens molestiã, quia nullam patietur indigentiam a beata perfectaq; anima cũ summa quiete vegetetur.

L

*1. Co. 15.*

*Qui non renascantur. Cap. 20.*

Cuius autem animus non moriť huic seculo, neq; incipit configurari veritati, in grauiorẽ mortẽ morte corporis trahitur. Neq; ad cõionẽ cȩlestis beatitudinis, sed ad luenda supplicia reuiuiscet.

*Inæqualis resurrectio bonorum & malorũ.*

Hoc itaq; fides habet, atq; ita rẽ se habere credendũ est, neq; animũ, neq; corpus humanũ omnimodũ interitũ pati: sed impios resurgere ad pȩnas inestimabiles, pios aũt ad vitam æternã.

*Cap. 21. Ioan. 5. Solo Deo fruendũ.*

In his igitur oĩbus reb. illæ tñ sunt quibus fruendũ est, quas æternas atque incõmutabiles cõmemorauimus. Cęteris autẽ vtendum est, vt ad illarũ perfruitionẽ peruenire possimus.

*Cap. 22. 1. sen. di. 1. cap. id ergo.*

Nos itaque qui fruimur & vtimur alijs reb. res aliquæ sumus. Magna.n. quædã res est homo factus ad imaginem & similitudinẽ Dei, non inquantũ mortali corpore includitur, sed inquantũ bestias rationali animæ honore prȩcellit. Itaq: magna q̃ est, vtrũ frui se debeant homines, an vti, an vtrunq;.

M

*Genes. 1. 1. sen. di. 1. cap. cũ autem.*

Præceptũ est.n. nobis vt diligamus inuicẽ. Sed quȩritur vtrũ pp se homo ab homine diligendus sit, an pp aliud. Si.n. pp se, fruimur eo: si pp aliud, vtimur eo. Vr̃ autem mihi pp aliud diligendus. Quod.n. pp se diligendũ est, in eo constituitur vita beata. Cuius ẽt si nondum res, tñ spes eius nos hoc tẽpore consolatur. Maledictus aũt qui spẽ suã ponit in homine.

*Hier. 17.*

Sed nec seipso quisquã frui debet, si liquido aduertas, quia nec seipsum debet pp seipsum diligere, sed pp illud, quo fruendum est. Tunc quippe est optimus homo, cum tota vita sua peragitur in incõmutabilem vitã, & toto affectu inhæret illi. Si aũt se pp se diligit, non refert ad Deũ, sed ad seipsum conuersus, non ad incõmutabile aliquid conuertitur. Et propterea iam cũ defectu aliquo se fruitur, quia melior est cũ totus hȩret atq; constringitur incõmutabili bono, quã cũ inde vel ad seipsum relaxatur. Si ergo teipsum, non pp teipsum debes diligere, sed pp illud vbi dilectionis tuæ rectissimus finis est, nõ succenseat alius homo, si ẽt ipsum pp Deũ diligis.

*3. sen. di. 27. ca. cõsequẽter. Matt. 22 Leui. 19. Deute. 6. 3. sen. di. 27. ca. dilectionis.*

Hȩc.n. regula dilectionis diuinitus constituta est, Diliges, inquit, proximũ tuum sicut teipsum: Deũ vero ex toto corde, & ex tota anima, & ex tota mente, vt omnes cogitationes tuas &: omnẽ vitam, & omnem intellectũ in illũ conferas, à quo habes ea ipsa q̃ confers. Cum aũt ait, Toto corde, tota anima, tota mente, nullam vitæ nostræ partẽ reliquit quæ vacare debeat, &

A

quasi locũ dare vt alia re velit frui, sed quicquid aliud diligendũ venerit in animũ, illuc rapiatur, quo totius dilectionis impetus currit. Quisquis ergo recte proximũ diligit, hoc cum eo debet agere, vt ẽt ipse toto corde, tota aĩa, tota mente diligat Deũ. Sic.n. eũ diligẽs tanquã seipsum, totã dilectionem sui & illius refert in illam dilectionẽ Dei, q̃ nullũ

à se

*Quid sit diligendũ*
*Cap. 23. 3. dis. 27 cap. Sed quæ hac 3. sen. di. 28. c. Hic põt. Et di. 29.*

à se riuulum duci extra patitur cuius deriuatione minuatur. Non aũt omnia quib. vtendũ est diligenda sunt, sed ea sola quæ aut nobiscum societate quadã referuntur in Deũ, sicuti est homo vel angelus, aut ad nos relata beneficio Dei per nos indigent, sicuti est corpus. Nã vtiq; martyres non dilexerunt scelus persequentiũ se, quo tñ vsi sunt ad promerédum Deum. Cũ ergo quatuor sint diligéda, Vnũ ꝙ supra nos est, alterũ ꝙ nos sumus, tertium ꝙ iuxta nos est, quartũ ꝙ infra nos est, De secundo & quarto nulla præcepta danda erant. Quantũlibet.n.homo excidat à veritate, manet illi dilectio sui, & dilectio corporis sui. Fugax.n.animus ab incõmutabili lumine omniũ regnatore id agit, vt ipse sibi regnet & corpori suo. Et ideo non põt nisi & se & corpus suũ diligere. Magnũ aũt aliquid adeptũ se putat, si ẽt socijs, i. alijs hominibus dñari potuerit. Inest.n.vitioso animo id magis appetere, & sibi tanquã debitũ vendicare, ꝙ vni proprie debet Deo. Talis aũt sui dilectio melius odium vocatur. Iniquum est.n. quia vult sibi seruire, & ꝙ infra se est, cũ ipse seruire superiori nolit. Rectißimeq; dictũ est, Qui diligit iniquitaté odit animam suam: & ideo fit infirm⁹ animus, & de mortali corpore cruciatur. Necesse est.n. vt illud diligat, & eius corruptione prægrauetur. Immortalitas.n.& incorruptio corporis de sanitate animi existit: sanitas aũt animi est firmißime inhærere potiori, hoc est, incõmutabili Deo, Cũ vero ẽt eis qui sibi naturaliter pares sũt, hoc est, hominibus dñari affectat, intolerabilis omnino superbia est. Nemo ergo se odit. Et hinc quidẽ cum aliqua secta nõnulla qõ fuit. Sed neq; corpus suũ quisquam odit. Verũ est.n. ꝙ ait Apostolus, Nemo vnquã carnẽ suã odio habuit. Et quod nonnulli dicunt malle se oĩno esse sine corpore, omnino falluntur. Non.n.corpus suũ, sed corruptiones eius & põdus oderunt. Nõ itaq; nullũ corpus, sed incorruptũ & integerrimũ volũt corpus habere, Sed putant nullũ corpus esse si tale fuerit, quia tale aliquid aĩam esse putant. Qđ aũt continentia quadã & laborib. quasi persequi videntur corpora sua, qui hoc recte faciunt, non id agunt vt non habeant corpus, sed ut habeant subiugatũ & paratũ ad opera necessaria. Libidines.n. male vtentes corpore, i. cõsuetudines & inclinationes animæ ad fruendũ inferiorib. per ipsius corporis laboriosam quandã militiã extinguere affectant. Nã non se interimunt, sed curã suæ valitudinis gerunt. Qui aũt peruerse id agunt, quasi naturaliter inimico suo corpori bellũ ingerunt. In quo fallit eos ꝙ legunt, Caro concupiscit aduersus spiritũ, & spiritus aduersus carnẽ. Hæc.n. sibiinuicẽ aduersantur. Dictũ est.n. hoc ꝑꝑ indomitã carnalẽ consuetudinẽ, aduersus quã spiritus concupiscit, nõ vt interimat corpus, sed vt cõcupiscẽtiã eius, i. cõsuetudinẽ male domitã faciat spiritui subiugatam, ꝙ naturalis ordo desiderat. Quia.n. hoc erit post resurrectionẽ, vt corpus omnimodo cũ quiete summa spiritui subditũ immortaliter vigeat, hoc ẽt in hac vita meditãdum est, vt cõsuetudo carnalis mutetur in melius, ne inordinatis motibus resistat spiritui. Qđ donec fiat, caro concupiscit aduersus spiritũ, & spiritus aduersus carnẽ: non per odium resistente spiritu, sed per Principatũ, qa magis ꝙ diligit vult subditũ esse meliori: nec ꝑ odiũ resistente carne, sed ꝑ cõsuetudinis vinculũ, ꝙ à parentum ẽt propagine inueteratũ naturæ lege inoleuit. Id ergo agit spiritus in domanda carne, vt soluat malæ cõsuetudinis quasi pacta peruersa, & fiat pax consuetudinis bonæ: Tñ nec isti qui falsa opinione deprauati corpora sua detestantur, parati essent vnũ oculũ vel sine sensu doloris amittere, ẽt si in altero tantus cernẽdi sensus remaneret, quantus erat in duob. nisi aliqua res q̃ præponenda esset vrgeret. Istis atq; hmõi documentis satis ostenditur eis, qui sine pertinacia verũ requirũt, q̃ certa sit snĩa Apostoli vbi ait, Nemo.n.unquã carnẽ suã odio habuit. Addidit ẽt, Sed nutrit & fouet eam, sicut Christus Ecclesiã. Modus ergo diligẽdi præcipiendus est homini, i. qũo se diligat ut ꝓsit sibi. Quin aũt se diligat & prodesse sibi uelit, dubitare dementis est. Præcipiendum ẽt qũo corpus suũ diligat, ut ei ordinate prudenterq; consulat. Nam ꝙ diligat ẽt corpus suum, idq; saluũ habere atq; integrũ uelit, æque manifestũ est. Aliquid itaq; amplius diligere aliquis potest, q̃ salutẽ atq; integritatẽ corporis sui. Nã multi & dolores & amißiones nonnullorũ membrorũ voluntarias suscepisse inueniuntur: sed ut alia quæ amplius diligebant saltẽ consequerent. Non ergo propterea quisquã dicendus est non diligere salutẽ atq; incolumitatem.

*Margin notes:* B — *Psal. 10.* — *Carnẽ odisse qũo cõueniat.* — *Cap. 24. Ephes. 5. 3. sen. di. 28. ca. 1.* — C — *Gala. 2.* — D — *Meditandi verbo pulchre hic vtitur nõ tantũ pro cogitare, sed pro cogitãdo exercere, sicuti veteres dixerũt, oẽs artes in meditatione consistere.* — *Ephes. 5.* — *Amor sui vbi laudandus.* — *Cap. 25.* — E

mitatē corporis sui, quia amplius aliquid diligit. Nā & auarus q̄uis pecuniā diligat, tñ emit sibi panē. Quod cū facit, dat pecuniam q̄ multū amat & augere desiderat. Sed quia pluris æstimat salutē corporis sui, q̄ illa pane fulcitur, superuacaneū est diutius de re manifestissima disputare, ꝙ tñ plerunq; nos facere cogit error impiorū. Ergo q̄m p̄cepto nō est opus, vt se quisq; & corpus suū diligat, i. q̄m id ꝙ sumus, & infra nos est, ad nos tñ pertinet, incōcussa naturæ lege diligimus, quæ in bestias ēt promulgata est: nā & bestiæ se atq; corpora sua diligunt: restabat vt & de illo ꝙ supra nos est, & de illo ꝙ iuxta nos est, p̄cepta sumeremus. Diliges, inquit, dñm Deum tuū ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua, & diliges proximū tuū tanquā teipsum. In his duob. p̄ceptis vniuersa lex pendet & Prophetæ. Finis itaq; p̄cepti est dilectio, & ea gemina, i. Dei & proximi. Quod si te totū intelligis, i. animā & corpus tuū, & proximū totū, i. animā & corpus eius: homo.n. ex anima constat & corpore, nullū rerū diligendarū genus in his duob. p̄ceptis p̄termissum est. Cū.n. p̄currat dilectio Dei, eiusq; dilectionis modus præscriptus appareat, ita vt cętera in illū cōfluant, de dilectione tua nihil dictū vr̄. Sed cū dictū est, Diliges proximū tuū tāquā teipsum: simul & tui abs te dilectio non p̄termissa est. Ille aūt iuste & sancte viuit, qui rerū integer ęstimator est. Ipse est aūt qui ordinatā dilectionem habet, ne aut diligat ꝙ nō est diligendū, aut nō diligat ꝙ est diligendū, aut amplius diligat quod minus est diligendū, aut æque diligat quod vel minus vel amplius diligendū est, aut minus vel amplius ꝙ æque diligendum est. Omnis peccator inquantū peccator est, nō est diligendus. Et oīs homo inquantū homo est, diligendus est pp Deū, Deus vero, pp seipsū. Et si Deus omni hoīe amplius diligendus est, amplius quisq; debet eū diligere q̄ seipsum. Itē amplius alius homo diligendus est q̄ corpus nostrū: quia pp Deum oīa ista diligenda sunt, & pōt nobiscū alius homo Deo p̄frui, ꝙ non pōt corpus, quia corpus per aīam viuit qua fruimur Deo. Oēs aūt hoīes æque diligendi sunt. Sed cū omnib. prodesse nō possis potissimū consulendū est, qui pro locorū & temporū vel quarūlibet rerū opportunitatib. constrictius tibi quasi quadā sorte iungūtur.

*De diligēdo Deo, p ximo & seipso. Cap. 26.*

*Matt. 22*
*1. Tim. 1*

F

G

*Ordo dilectionis. Cap. 27.*

*Quibus potissimū sit succurrendum.*

Sicut.n. si tibi abundaret aliquid qđ dari oporteret ei qui nō haberet, nec duobus dari posset. si tibi occurrerent duo, quorū neuter aliū vel indigentia, vel erga te aliqua necessitudine superaret, nihil iustius faceres quā vt sorte eligeres, cui dandū esset quod dari vtrique nō posset. Sic in hominib. quibus omnibus cōsulere nequeas, pro sorte habendū est prout quisq; tibi colligatus tpaliter adhærere potuerit. Omniū aūt qui nobiscū frui possunt Deo, partim eos diligamus quos ipsi adiuuamus, partim eos à quib. adiuuamur: partim eos quorū & indigemus adiutorio, & indigentiæ subuenimus: partim quibus nec ipsi conferimus aliquid cōmodi, nec ab eis vt nobis conferatur attendimus. Velle tñ debemus vt oēs diligant nobiscū Deū, & totum ꝙ vel eos adiuuamus vel adiuuamur ab eis, ad vnū illum finē referendum est. Si.n. in theatris nequitiæ qui aliquē diligit histrionē, & tanquā magno vel ēt summo bono eius arte perfruitur, oēs diligit qui eū diligunt secū, non propter illos, sed pp eum quem pariter diligūt: & quanto est in eius amore feruentior, tāto agit quib. pōt modis, vt à plurib. diligatur, & tanto pluribus cupit eū ostendere, & quē frigidiorē videt excitat eū quantū pōt laudibus illius: si aūt contrauenientē inuenerit, odit in illo vehementer odiū dilecti sui, & quib. modis valet instat, vt auferat: quod nos in societate dilectionis Dei agere conuenit, quo perfrui beate viuere est, & à quo habent omnes qui eum diligunt, & quod sunt, & quod eum diligunt, de quo nihil metuimus, ne cuiquā possit cognitus displicere, & qui se vult diligi, non vt sibi aliquid, sed vt eis qui diligunt æternū p̄miū conferatur, hoc est ipse quē diligunt? Hinc ēt efficitur vt inimicos ēt nostros diligamus. Non.n. eos timemus, quia nobis ꝙ diligimus auferre non possunt, sed miseremur potius, quia tanto magis nos oderunt, quanto ab illo quē diligimus separati sunt. Ad quē si conuersi fuerint, & illum tanquā beatificū bonū, & nos tanq̄ socios tanti boni necesse est vt diligant. Oritur aūt hoc loco de angelis nonnulla quæstio. Illo enim fruentes, etiā ipsi beati sunt, quo & nos frui desideramus, Et quanto in hac vita fruimur, vel p speculū vel in ęnigmate, tanto nostram peregrinationem & tolerabilius sustinemus, & ardentius finire cupimus. Sed vtrū ad illa

duo

*Cap. 28. 3. sen. di. 29. c. vn de etiam.*

*Optandū vt oēs diligant Deum. Cap. 29.*

H

I

*Matt. 5. Omnis homo vt proximus diligendus. Cap. 30. 1. sen. di. 1. c. Hæc ergo.*

duo præcepta etiã dilectio pertineat angelo rũ,nõ irrationabiliter quæri põt. Nã ꝙ nullũ hominũ exceperit q̃ præcipit vt ꝓximũ diligamus,& ipse in Euãgelio dñs oñdit,& Paulus Apostolus. Nanq; illa cui duo ꝑcepta ꝓtulerat, atq; in eis pẽdere totã legẽ ꝓphetasq; dixerat, cũ interrogaret eũ dicens, Et quis ẽ meus proximus, hominẽ quendã proposuit descendentẽ ab Hierusalẽ in Hiericho incidisse in latrones, & ab eis grauiter vulneratũ sauciũ & semiuiuũ esse derelictũ. Cui proximũ esse nõ docuit, nisi q̃ erga illũ recreãdũ atq; curãdũ misericors extitit, ita vt hoc qui interrogauerat interrogatus ipse fateretur cui dominus ait, Vade & tu fac similiter: vt videlicet eũ esse proximũ intelligamus, cui vel exhibendũ est officiũ misericordiæ si indiget, vel exhibẽdũ esset si indigeret. Ex quo est iam cõsequens, vt ẽt ille à quo nobis hoc vicissim exhibendũ est proximus sit noster. Proximi enim nomen ad aliquid est, nec q̃squã esse proximus nisi proximo potest. Nullũ autẽ exceptũ esse cui misericordiæ denegetur officiũ, q̃s nõ videat? qñ vsq; ad inimicos etiam porrectum est eodẽ dño dicente, Diligite inimicos vestros, benefacite ijs qui oderunt vos. Ita quoq; Apostolus Paulus docet cũ dicit, Nã nõ adulterabis, nõ homicidiũ facies, nõ furaberis, nõ concupisces, & si quod est aliud mandatũ, in hoc sermone recapitulatur. Diliges proximum tuum tanquã teipsum. Dilectio proximi malũ nõ operatur. Quisquis ergo arbitratur non de omni homine Apostolũ ꝑcepisse, cogetur fateri ꝙ absurdissimũ & sceleratissimum est, visum fuisse Apostolo nõ esse peccatũ, si q̃s aut nõ Christiani aut inimici adulterauerit vxorẽ, aut eũ occiderit, aut eius rẽ cupierit. Quod si dementis est dicere, manifestũ est oẽm hominẽ proximũ esse deputãdũ, q̃a erga neminẽ operandũ est malũ. Iã vero si vel cui ꝑbẽdum est, vel à quo nobis præbendũ est officium misericordiæ, recte proximus dicitur. manifestũ est hoc præcepto quo iubemur diligere proximum, etiam sanctos angelos cõtineri, à quibus nobis tãta misericordiæ officia impẽdunt, quãta multis diuinarũ scripturarũ locis animaduertere facile est. Ex quo & ipse Deus & dñs noster proximũ se nostrũ dici voluit. Nã & seipsum significat dñs Iesus Christus opitulatum esse semiuiuo iacenti in via afflicto & relicto à latronibus. Et Propheta in oratione ait. Sicut ꝓximum sicut fratrẽ nostrũ ita cõplacebã. Sed qm̃ excellentior ac supra naturã nostrã est diuina substantia præceptũ quo diligamus Deum à ꝓximi dilectione distinctũ est. Ille.n. nobis præbet misericordiã ꝑ suã bonitatẽ, nos autẽ nobis inuicẽ ꝓpter illius.i. ille nostri miseretur vt se perfruamur, nos vero inuicẽ nostri miseremur, vt illo perfruamur. Quapropter adhuc ambiguum esse videtur cũ dicimus ea re nos ꝑfrui quã diligimus ꝑ seipsam, & ea re nobis fruendũ eẽ tm̃ quã efficimur beati, cęteris vero vtendũ. Diligit enim nos Deus, & multũ nobis dilectionẽ eius erga nos diuina scriptura cõmendat, quõ ergo diligit, vt nobis vtat̃, an fruatur? Sed si fruit̃ eget bono nr̃o, ꝙ nemo sanus dixerit. Omne enim bonum nostrũ vel ipse, vel ab ipso est. Cui aũt obscurũ vel dubiũ est, nõ egere lucẽ rerũ harũ nitore quas ipsa illustrauerit? Dicit ẽt apertissime Propheta, Dixi dño, Deus meus es tu, qm̃ bonorũ meorũ nõ eges. Nõ ergo fruit̃ nobis, sed vtit̃. Nã si neq; fruitur neq; vtitur, non inuenio quemadmodũ diligat. Sed neq; sic vtit̃ vt nos, Nã nos res quibus vimur ad id referimus, vt Dei bonitate ꝑfruamur. Deus vero ad suã bonitatẽ vsum nr̃m refert. Quia.n. bonus est, sumus: & inquãtũ sumus boni sumus. Porro aũt q̃a iustus ẽ, nõ impune sumus mali. Inquãtũ.n. mali sumus, intãtũ minus ẽt sumus. Ille.n. summe ac primitus est, qui omnino incõmutabilis est, & q̃ plenissime dicere potuit, Ego sum q̃ sum: & dices eis, Qui est misit me ad vos. At cętera sunt, & nisi ab illo eẽ nõ pñt, & intãtũ bona sunt in quantũ acceperũt ut sint. Ille igitur usus qui dicitur Dei quo nobis utitur, nõ nõ ad eius sed ad nostrã utilitatẽ refert̃, ad eius aũt tãtũmodo bonitatem. Cuius autẽ nos miseremur & cui cõsulimus, ad eius q̃dẽ utilitatẽ id facimus, eãq; intuemur: sed nescio quõ ẽt nostra sit consequens, cum ei miseri cordiã quã impẽdimus egenti sine mercede nõ reliquit Deus. Hæc aũt merces summa est vt eo ꝑfruamur, & oẽs qui eo fruimur, nobis ẽt inuicẽ in ipso perfruamur. Nã si in nobis id facimus, remanemus in uia, & spem beatitudinis nostrę in hoĩe uel in angelo collocamus. Quod & homo superbus & angelus supbus arrogãt sibi, atq; in se aliorũ spẽ gaudent

*Mat.22.* *3.sen.di. 28.ca. oritur.* *Luc. 10.* K *Mat.5.* *Rom.15.* L *3.sen.di. 28. cap. oritur.* *Angeli quoque proximi nobis.* *Psal.34.* *1.sẽ.di.1 ca. set cũ.* M *Deus nõ fruit̃ nobis, sed vtitur. Cap. 31.* *Psal.15.* *Deus homine quõ vtatur. Cap. 32.* *1.sẽ.di.1 ca. Sed cũ. 2.sen. di.1.c. i lcoque 2.sen.di. 55. c.qd autem.* A *1.sẽ.di.1 ca. sed cũ.* *Quomõ homine frui conueniat. Cap. 33.*

gaudent constitui. Sanctus aût hō & sanctus angelus ēt fessos nos atq; in se acquiescere & & remanere cupiētes reficiūt potius, aut eo sumptu quē ꝑp nos, aut illo etiā quē ꝑp se acceperūt, acceperūt tñ, atq; ita refectos in illū ire cōpellunt quo fruētes pariter beati simus.

*1.Cor.1.* B *1. Co.3.* *Apo.19.* *1.sen.di. 1. ca. co autem.*

Nā & Apostolus clamat. Nunquid Paulus pro vobis crucifixus est? aut in nomine Pauli baptizati estis? Et neq; qui plantat est aliquid, neq; qui rigat sed q̄ incrementū dat Deus. Et angelus hominē se adorātē monet, vt poti⁹ illū adoret sub quo ei dño ēt ipse cōseruus est. Cū āt hoīe in deo frueris, Deo potius quā hoīe frueris. Illo enim frueris quo efficeris beatus, & ad Deū te peruenisse lętaberis, in quo spē ponis vt venias.

*Græce Paulus dixit ὀναίμην alludens ad nomen Onesimi. Id verbum tam ad vtilitatem refertur quàm ad voluptatem.*

Inde ad Philemonē Paulus, Ita frater, īquit, ego te fruar in dño. Qđ si nō addidisset in dño & fruar tñ, dixisset, ī eo cōstituisset spē beatitudinis suę, quāq̄ & vicinissime dicitur frui cū delectatione vti. Cū enim adest qđ diligitur, ēt delectationē secū necesse est gerat. Per quā si trāsieris, eāq; ad illud vbi permanendū est retuleris, vteris ea, & abusiue nō proprie diceris frui. Si vero inhæseris atq; permanseris, finē in ea ponēs lętitiæ tuæ, tunc vere & proprie frui dicendus es. Quod non faciendū est nisi in illa trinitate, idest summo & commutabili bono.

*Pria via ad deum. Ca.34.* C *Ioan.1.* *2. Co.5.* *Prou. 6.*

Vide queadmodū cū ipsa veritas & verbū, per quod facta sūt omnia, caro factū esset vt habitaret in nobis, tñ ait Apostolus, Et si noueramus Christum scđm carnē, sed iam nō nouimus. Ille quippe qui nō solum peruenientibus possessionē, sed ēt viā pręberere se voluit viuētibus ad se, principiū viarū voluit carnē assumere. Vnde est etiam illud, Dominus creauit me in principio viarū suarū: vt inde inciperēt q̄ vellēt venire.

*Phili. 3.*

Apostolus igitur quāuis adhuc ambularet in via, & ad palmā supernę vocationis sequeretur vocantē dñm, tñ quæ retro sunt obliuiscens, & & in ea, quæ ante sunt extentus, iā principiū viarum transierat, hoc est eo non indigebat: a quo tamen aggrediendū & exordiendum iter est omnibus, qui ad veritatem peruenire & in vita æterna permanere desiderāt.

*Ioan.14.*

Sic enim ait, Ego sum via & veritas & vita: hoc est ꝑ me venitur, ad me peruenit, in me permanetur. Cū enim ad ipsum peruenitur, etiā ad ipsum patrem peruenitur: quia per æqualem ille qui est æqualis agnoscitur, vinciente & tanq̄ agglutināte nos spiritusancto, quo in summo atq; incōmutabili bono ꝑmanere possimus. Ex quo intelligitur quod nulla res in via tenere nos debeat, qñ nec ipse dñs inquantū via nr̄a esse dignatus est, tenere nos voluerit, sed transire: ne rebus tꝑalibus q̄uis ab illo ꝓ salute nostra susceptis & gestis hæreamus infirmiter, sed per eas potius curramus alacriter: vt ad eumipsum qui nostram naturā à tꝑalibus liberauit & collocauit ad dexterā patris, prouehi atq; ꝑuenire mereamur. D

*Scripturæ summa, amor dei. Cap. 35. Rom.13.*

Omnium igitur quæ prædicta sunt, ex quo de rebus tractamus, hęc summa est, vt intelligatur regis & oīum diuinarū scripturarum plenitudo & finis esse dilectio rei qua fruendū est, & rei quæ nobiscū ea re frui potest, quia vt se quisq; diligat præcepto non est opus. Hoc ergo vt nosceremus atq; possemus, facta est tota pro salute nr̄a ꝑ diuinā prouidentiam dispensatio tꝑalis qua debemus, vti nō quasi mansori a quadā dilectione atque delectatione, sed transitoria potius tanq̄ viæ, tanquā vehiculorum vel aliorum quorūlibet instrumentorū, aut siq̄d cōgruētius dici pōt, vt ea quibus ferimur, ꝑp illud ad quod ferimur diligamus.

*Scopus totius scripturæ. Cap. 36.*

Quisquis igitur scripturas diuinas vel quālibet earū partē intellexisse sibi videtur ita vt eo intellectu non ædificet istā geminā charitatē dei proximi, nondū intellexit. Quisquis vero talem inde sn̄iam duxerit, vt huic ædificandæ charitati sit vtilis, nec tñ hoc dixerit, quod ille quē legit eo loco sensisse probatur, non perniciose fallitur, nec oīno mentitur. E Inest quippe in mentiente voluntas falsa dicendi, & ideo multos inuenimus qui mētiri velint, qui aūt falli neminē. Cū igitur hoc sciens homo faciat, illud nesciēs patiatur, satis in vna eadēque re apparet illū qui fallitur, eo qui mētitur esse meliorē: quandoquidem pati melius est iniquitatē, q̄ facere. Oīs āt qui mentitur iniquitatē facit, & si cuiquā videtur vtile aliqñ esse mendaciū, pōt videri vtilē aliqñ esse iniquitatē. Nemo enim mentiens in eo ꝙ mētit seruat fidē. Nam hoc vtiq; vult, vt cui mētitur fidem sibi habeat, quam tñ ei mentiendo non seruat. Omnis autem fidei violator, iniquus est. Aut iniquitas vtilis est aliquādo, quod fieri non pōt, aut mendacium semper inutile. Sed quisquis in scripturis aliud sentit q̄ ille qui scripsit, illis nō mentiētibus fallitur.

A apud Græcos literæ, apud Latinos oleris nomen est. Et cū dico, Lege in his duab. syllabis, aliud Græcus, aliud Latinus intelligit. Sicut ergo hæ oēs significationes pro suæ cuiusq; societatis cōsensione animos mouent: & quia diuersa cōsensio est, diuerse mouēt. Nec ideo cōsenserunt in eas hoīes, quia iam ualebant ad significationē: sed ideo ualent, quia cōsenserunt in eas. Sic ēt illa signa, q.b. pernitiosa dęmonū societas cōparatur, pro cuiusq; obseruationib. ualēt. Quod manifestissime ostēdit ritus augurū, qui & antequā obseruēt, & posteaquā obseruata signa tenuerint, id agunt, ne uideant uolatus, aut audiant uoces auiū: quia nulla ista signa sunt, nisi cōsensus obseruantis accedat. Quib. amputatis atq; eradicatis ab aīo Christiano deinceps videndę sunt institutiones hoīum non superstitiosæ, i. non cū dęmonib. sed cū ipsis hominibus institutę. Nanq; omnia q̄ ideo valēt inter hoīes, quia placuit inter eos ut ualeant, instituta hominū sunt: quorū partim superflua, luxuriosaq; instituta sunt, partim commoda &

*Instituta humana. Cap. 25.*

B necessaria. Illa.n. signa quæ saltando faciunt histriones, si natura non instituto & consensione hominū ualerent, non primis tēporib. saltante Pantomimo pręco pronunciaret populis Carthaginis quid saltator uellet intelligi. Quod adhuc multi meminerūt senes, quorū relatu hæc solem⁹ audire. Quod ideo credendū est, quia nunc quoq; si quis theatrū taliū nugarū imperitus intrauerit, nisi ei dicatur ab altero quid illi motus significent, frustra totus intentus est. Appetunt tñ oēs quandam similitudinē in significando, vt ipsa signa inquantū possunt, reb. q̄ significant similia sūt. Sed quia multis modis simile aliquid alicui pōt esse, non cōstant talia signa inter hoīes, nisi cōsensus accedat. In picturis uero & statuis, cęterisq; hmōi simulatis operibus, maxime peritorū artificum, nemo errat cū similia uiderit, ut agnoscat quib. sint rebus similia. Et hoc totū genus inter superflua hominum instituta numerandū est, nisi cū interest quid eorū, qua de causa, & ubi, & qñ, & cuius authoritate fiat. Milia deniq; fictarū fabularum & falsitatū, quarū mendacijs hoīes delectantur, humana instituta sunt. Et nulla magis hominū propria, q̄ à seipsis habent, existimanda, q̄ quæq; falsa atq; mendacia. Cōmoda uero & necessaria hominū cum hominib. instituta sunt, quæcunq; in habitu & cultu corporis ad sexus uel honores discernendos dria

*Pantomimus ab excellentia imitationis dictus e mimus qui quoslibet gestus & mores expresserit, et quāuis gesserit personā.*

C placuit: & innumerabilia genera significationū, sine quib. humana societas, aut non omnino, aut minus cōmode geritur: quæque in ponderibus atque mensuris, & numerorum impressionibus, uel æstimationib. sua cuiq; ciuitati & populo sunt propria, & cętera huiusmodi. Quæ nisi hominū instituta essent, nō per diuersos populos uaria essent, nec in ipsis populis singulis pro arbitrio suorum Principū mutarentur. Sed hæc tota pars hu-

manorũ inſtitutorũ, q̃ ad vſum vitæ neceſſariũ proficiunt, nequaquã eſt fugienda Chriſtiano, imo ẽt quantũ ſatis eſt, intuenda, memoriaq; retinenda. Adumbrata.n. quędã & naturalib. vtcũq; ſimilia hoĩum inſtituta ſũt, quorũ ea q̃ ad ſocietatẽ, vt dictum eſt, dęmonũ pertinent, penitus repudianda ſunt & deteſtanda. Ea vero q̃ hoĩes cum hominib. habent, aſſumenda, inquantũ non ſunt luxurioſa atq; ſuperflua: & maxime literarũ figuræ, ſine quib. legere nõ poſſumus, linguarumq; varietas quantũ ſatis eſt, de qua ſuperius diſputauimus. Ex eo genere ſunt ẽt notæ, quas qui didicerunt, proprie iã notarij appellant. Vtilia ſunt iſta, nec diſcunt illicite, nec ſuperſtitioſe implicãt, nec luxu eneruant, ſi tñ occupent, vt maiorib. rebus, ad quas adipiſcendas ſeruire debent, non ſint impedimento.

*Quæ hominũ inſtituta fugienda, et quæ amplectẽda ſint. c. 26*

D

Iã vero illa q̃ non inſtituendo, ſed aut tranſacta tẽporib. aut diuinitus inſtituta, inueſtigãdo hoĩes prodiderunt, vbicunq; diſcantur, non ſunt hoĩum inſtituta exiſtimanda. Quod alia ſunt ad ſenſus corporis, alia vero ad rationẽ animi pertinentia. Sed illa q̃ ſenſu corporis attingunt, vel narrata credimus, vel demonſtrata ſentimus, vel experta conijcimus. Quicquid igit̃ de ordine tẽporum tranſactorũ indicat ea q̃ appellatur hiſtoria, plurimũ nos adiuuat ad ſanctos libros intelligendos ẽt ſi prẹter Eccleſiã puerili eruditione diſcatur. Nã & per Olympiadas, & per conſulum noĩa multa ſæpe q̃runtur à nobis: & ignorãtia conſulatus, quo natus eſt dñs, & quo paſſus eſt, nonnullos coegit errare, vt putarent quadraginta ſex annorum ætate paſſum eſſe dñm, quia per tot annos ædificatũ eſſe tẽplũ, dictũ eſt à Iudęis, ꝙ imaginẽ dñici corporis habebat. Et annorũ quidẽ ferè triginta baptizatũ eſſe retinemus authoritate Euangelica. Sed poſtea quot annos in hac vita egerit, q̃q̃ textu ipſo actionũ eius animaduerti poſsit: tñ ne aliunde caligo dubitationis oriatur, de hiſtoria gentiũ collata cũ Euangelio, liquidius certiusq; colligitur. Tunc n. videbitur non fruſtra dictũ eſſe, ꝙ quadraginta ſex annis tẽplũ ædificatum ſit: vt cũ referri iſte numerus ad ætatẽ dñi non potuerit, ad ſecretiorẽ inſtructionẽ humani corporis referatur, quo indui ꝓ nos nõ dedignatus eſt vnicus Dei filius, per quẽ facta ſunt oĩa. De vtilitate aũt hiſtoriæ, vt omittam Gręcos, quãtam noſter Ambroſius q̃onem ſoluit calũniantib. Platonis lectoribus & dilectorib. qui dicere auſi ſũt, omnes dñi noſtri Ieſu Chriſti ſñias, quas mirari & p̃dicare cogunt, de Platonis libris eũ didiciſſe, qm̃ longe ante humanum aduentũ dñi Platonem fuiſſe negari nõ põt. Nonne memoratus Eps conſiderata hiſtoria gentiũ, cũ Platonẽ reperiſſet Hieremiæ Prophetæ tẽporib. profectũ fuiſſe in Aegyptum, vbi tunc ille Propheta erat, probabilius eſſe oſtendit, ꝙ Plato potius noſtris literis ꝑ Hieremiam fuerit imbutus, vt illa poſſet docere vel ſcribere q̃ iure laudantur? Ante literas.n. gentis Hebręorum, in qua vnius Dei cultus emicuit, ex qua ſecundũ carnẽ venit dñs noſter, nec ipſe quidẽ Pythagoras fuit, à cuius poſteris Platonẽ theologiã didiciſſe iſti aſſerunt. Ita conſideratis tẽporib. fit multo credibilius iſtos potius de literis noſtris habuiſſe, quæcunq; bona & vera dixerunt, q̃ de Platonis dñm noſtrũ Ieſum Chriſtũ, ꝙ dementiſſimum eſt credere. Narratione aũt hiſtorica, cũ p̃terita ẽt hominũ inſtituta narrantur, nõ inter humana inſtituta ipſa hiſtoria numeranda eſt: quia iã, quæ tranſierunt, nec infecta fieri poſſunt, in ordine tẽporum habenda ſunt, quorũ eſt conditor & adminiſtrator Deus. Aliud eſt.n. facta narrare, aliud docere faciẽda. Hiſtoria facta narrat fideliter atq; vtiliter: libri aũt haruſpicum, & quæq; ſimiles literę facienda vel obſeruanda intendunt docere, monitoris audacia, non iudicis fide. Eſt etiã narratio demonſtrationi ſimilis, qua non p̃terita, ſed p̃ſentia indicantur ignaris. In quo genere ſunt quæcunque de locorum ſitu, naturiſq; animalium, lignorum, lapidum, herbarum, aliorumve corporũ ſcripta ſunt. De quo genere ſuperius egimus, eamq; cognitionẽ valere ad ænigmata ſcripturarum ſoluenda docuimus: non vt pro quibuſdã ſignis adhibeantur, tanquam ad remedia vel machinamenta, ſuperſtitionis alicuius, nã & illud genus iã diſtinctũ ab hoc licito, & libero ſeparauimus. Aliud eſt.n. dicere, tritã iſtã herbã ſi biberis, venter non dolebit: & aliud eſt dicere, iſtã herbã collo ſi ſuſpenderis, vẽter non dolebit. Ibi.n. probatur contẽperatio ſalubris: hic ſignificatio ſuperſtitioſa damnatur. Quanquã vbi præcantationes, & inuocationes, & characteres non ſunt, plerunq; dubiũ eſt vtrum res quæ alligatur aut quoquo

modo

*Quæ dicãtur hominũ inſtituta, & quæ non. cap. 27.*

*Hiſtoria. cap. 28.*

E

*Chriſtũ paſſum eſſe anno ferè triceſimo docet Tertullianus in opere aduerſus Iudæos, imperij Tiberij anno 15. Coſſ. Rubellio Gemino, & Ruſio Gemino. Ireneus putat illum fuiſſe maiorem annis. 40. 2. Retra. cap. 4.*

F

*Cognitio herbarũ, & ſimiliũ rerum nõ eſt ſuperſtitioſa. Cap. 29.*

G

modo adiungitur ſanando corpori, vi naturæ valeat, ꝙ libere adhibendũ eſt: an ſignificatiua quadã obligatione proueniat, ꝙ tanto prudentius oportet cauere Chriſtianũ, quãto efficacius prodeſſe videbitur. Sed vbi latet qua cauſa quid valeat, quo animo quiſq; vtatur intereſt, duntaxat in ſanandis vel tẽperandis corporibus, ſiue in medicina, ſiue in agricultura: ſyderũ aũt cognoſcendorũ non narratio, ſed demõſtratio eſt, quorũ perpau
H ca ſcriptura cõmemorat. Sicut aũt pluribus notus eſt Lunæ curſus, qui ẽt ad paſsionem dñi anniuerſarie celebrandã ſolẽniter adhibetur: ſic paucisſimis cęterorũ quoq; ſyderũ vel ortus, vel occaſus, vel alia quælibet momenta ſine vllo ſunt errore notiſsima. Quæ per ſeipſam cognitio, q̃q̃ ſuperſtitione quoſdã non alliget, nõ multum tñ ac propè nihil adiuuat tractationẽ diuinarum ſcripturarũ, & infructuoſa intentione plus impedit. Et qa familiaris eſt pernitioſiſsimo errori ſatua fata cantantiũ, cõmodius honeſtiusq; contẽnitur. Habet aũt præter demonſtrationẽ pſentium, ẽt præteritorum narrationi ſimile aliquid, ꝙ à præſenti poſitione motuq; ſyderũ, & in præterita eorũ veſtigia regulariter licet recurrere. Habet ẽt futurorũ regulares coniecturas, non ſuſpitioſas & abominoſas, ſed ratas & certas: non vt ex eis aliquid trahere in noſtra fata & euenta tẽtemus, qualia Genethliacorũ deliramenta ſunt, ſed quantũ ad ipſa pertinet ſydera. Nã ſicut is qui computat lunã, cum hodie inſpexerit quota ſit, & ante quotlibet annos quota fuerit, & poſt quotlibet annos quota futura ſit, põt dicere: ſic de vnoquoq; ſyderũ, qui ea perite cõputãt reſpondere cõſueuerunt. De qua tota cogita-
I tione quantũ ad vſum eius attinet, quid mihi vĩ, aperui. Artium ẽt cęterarum, quibus aliquid fabricatur, vel quod remaneat poſt operationẽ artificis ab illo effectũ, ſicut domus, & ſcannũ, & vas aliquod atq; alia huiuſcemodi: vel q̃ miniſteriũ quoddã exhibent operanti Deo, ſicut medicina & agricultura & gubernatio: vel quarũ oĩs effectus eſt actio ſicut ſaltationũ & curſuũ & luctaminũ. Harũ ergo cunctarũ artiũ de pteritis experimẽta faciunt ẽt futura conijci. nam nullus earũ artifex mẽbra mouet in operando, niſi præteritorũ memoriam cũ futurorũ expectatione contexat. Harũ aũt cognitio tenuiter in ipſa humana vita curſimq; vſurpanda eſt, non ad operandũ, niſi forte officiũ aliquod cogat, de quo nunc agimus, ſed ad iudicandũ, ne oĩno neſciamus quid ſcriptura velit inſinuare, cũ de his artib. aliquas figuratas locutiones inſerit. Reſtant ea q̃ non ad corporis ſenſus, ſed ad rationẽ animi pertinent, vbi diſciplina regnat diſputationis & numeri. Sed diſputationis diſciplina ad oĩa genera qõnum, quæ in literis ſanctis ſunt penetrãda & diſſoluenda, & plurimũ valet: tñ ibi cauẽda eſt libido rixandi, & puerilis q̃dam oſtentatio decipiendi aduerſarium. Sunt.n. multa q̃ appellantur ſophiſmata, falſæ concluſiones rationum, & plerunq; ita veras imitantes, vt K
non ſolũ tardos, ſed ingenioſos ẽt minus diligenter attentos decipiant. Propoſuit.n. quidã dicens ei cũ quo loquebatur, Quod ego ſum, tu non es. At ille conſenſit. Verũ.n. erat ex parte, uel eo ipſo quod iſte inſidioſus, ille ſimplex erat. Tunc iſte addidit. Ego autẽ homo ſum. Hoc quoq; cũ ab illo accepiſſet, cõcludit dicens. Tu igitur non es homo. Quod genus captioſarum concluſionum, ſcriptura (quantũ exiſtimo) deteſtatur illo loco, vbi dictũ eſt, Qui ſophiſtice loquit̃, odibilis eſt. Quanquã ẽt ſermo non captioſus, ſed tñ abũdantius q̃ grauitatem decet uerborũ ornamẽta conſectans, ſophiſticus dicatur. Sunt ẽt ueræ connexiones ratiocinationis falſas habẽtes ſñias, quæ conſequuntur errorem illius cũ quo agitur. Quæ tñ ad hoc inferũtur à bono & docto hoĩe: vt in ijs erubeſcens ille, cuius errorẽ conſequunt̃, eundẽ relinquat errorẽ: quia ſi in eodẽ manere uoluerit, neceſſe eſt ut ẽt illa q̃ damnat, tenere cogatur. Nõ.n. uera inferebat Apoſtolus, cũ diceret, Neque Chriſtus reſurrexit, & illa alia, Inanis eſt prædicatio noſtra, inanis eſt & fides noſtra, & deinceps alia q̃ omnino falſa ſunt, quia & Chriſtus reſurrexit, & non erat inanis prædicatio eorũ qui hoc annunciabant, nec fides eorũ qui hoc crediderant: ſed iſta falſa uerisſime cõnectebantur illi ſñię, qua dicebatur, nõ eſſe reſurrectionẽ mortuorũ. Iſtis autem falſis repudiatis, qm̃ uera erant ſi mortui nõ reſurgunt, conſequens erit reſurrectio mortuorũ. Cũ ergo ſint uerę connexiones, non ſolũ uerarũ, ſed ẽt falſarum ſñiarum, facile eſt ueritatẽ cõnexionum ẽt in ſcholis illis diſcere, quæ pter Eccleſiã ſunt. Sententiarum L
autem

*Artis mechanicæ ĩ ſcripturis vſus. c. 30*

*Dialectica c. 31.*

*Hoc ſyllogiſmo quidam adortus Diogenem, ipſe facta à Diogene conuerſione captus deridebatur.*

*Eccl. 37.*

*1. Co. 15.*

autem veritas in sanctis libris ecclesiasticis inuestiganda est. Ipsa tñ veritas cõnexionum nõ instituta, sed animaduersa est ab hominibus & notata, vt eam possint vel discere vel docere. Nã est in rerũ ratione perpetua & diuinitus instituta. Sicut.n. qui narrat ordinem tẽporũ, non eũ ipse cõponit: & locorũ situs aut naturas animaliũ vel serpentiũ, vel lapidũ qui ostendit, nõ res ostendit ab hominib. institutas: & ille qui demonstrat sydera, eorũq; motus, non à se vel ab hoĩe aliquo rem institutã demonstrat: sic ẽt qui dicit, cũ falsũ est ꝗ consequitur, necesse est vt falsum sit ꝗ præcedit, verissime dicit, neque ipse facit, vt ita sit, sed tñ ita esse demonstrat. Ex hac regula illud est ꝗ de Apostolo Paulo cõmemorauimus: præcedit.n. non esse resurrectionem mortuorũ quod dicebant illi, quorum errorem destruere volebat Apostolus. Porro illã sñiam præcedentem, qua dicebant non esse resurrectionem mortuorum, necessario sequitur. Neq; Christus resurrexit. Hoc autẽ ꝗ sequitur falsum est, Christus.n. resurrexit. Falsum est ergo & quod præcedit. Præcedit aũt non esse resurrectionem mortuorum, Est igitur resurrectio mortuorum. Quod totũ breuiter ita dr̃, Si non est resurrectio mortuorũ, neque Christus resurrexit: Christus autẽ resurrexit, est igitur resurrectio mortuorum. Hoc ergo vt consequenti ablato, auferretur ẽt necessario ꝗ præcedit, non instituerũt homines, sed ostenderunt. Et hæc regula pertinet ad veritatem connexionum, non ad veritatem sñiarum. Sed in hoc loco de resurrectione cũ ageretur, & regula cõnexionis vera est, & ipsa in conclusione sñia. In falsis autẽ sententijs connexionis veritas est isto modo. Faciamus aliquẽ cõcessisse, si animal est cochlea, vocẽ habet. Hoc concesso, cũ probatum fuerit vocem cochleam non habere, qm̃ consequenti ablato, illud quod pręcedit aufertur, concludit nõ esse animal cochleã. Quæ sñia falsa est, sed ex concesso falso vera est conclusionis connexio. Veritas itaq; sententiæ per seipsam valet, veritas autẽ connexionis ex eius cũ quo agitur opinione vel cõcessione consistit. Ideo autem, vt supra diximus, infertur vera connexione quod falsum est, vt eum, cuius errorem corrigere volumus, pęniteat concessisse præcedentia, quorũ consequentia videt esse respuẽda. Iã hinc intelligere facile est, sicut in falsis sententijs veras, sic in veris sententijs falsas cõclusiones esse posse. Fac.n. aliquẽ proposuisse. Si iustus est ille, bonus est, & esse cõcessum. Deinde assumpsisset, non est aũt iustus. Quo itẽ cõcesso, intulisse conclusionẽ: Non est igit bonus. Quæ tametsi vera sint omnia, non est tñ vera regula conclusionis. Non.n. sicut ablato consequenti aufertur necessario ꝗ præcedit, ita ẽt ablato præcedenti aufertur necessario ꝗ cõsequitur: quia verũ est cũ dicimus: Si orator est, homo est. Ex qua propositione si assumamus. Non est aũt Orator, non erit consequens cũ intuleris: Non est igit homo. Quapropter aliud est nosse regulas connexionũ, aliud sñiarum veritatẽ. In illis discitur quid sit consequens, quid nõ consequens, quid repugnans. Cõsequens est: Si orator est, homo est. Inconsequens: Si homo est, orator est. Repugnans: Si homo est, quadrupes est. Hic ergo de ipsa connexione iudicatur. In veritate aũt sñiarum ipsæ per se sñiæ non earũ connexio consideranda est: sed veris certisq; sententijs, cũ incertę vera connexione iungunt, ẽt ipsæ certę fiant necesse est. Quidam autem sic se iactant, cum veritatem connexionũ didicerint, quasi sententiarum ipsa sit veritas. Et rursus, quidã plerunq; retinentes verã sententiã, male se contẽnunt, quia leges cõclusionis ignorãt: cũ melior sit qui nouit esse resurrectionẽ mortuorũ, q̃ ille qui nouit consequens esse, vt si resurrectio mortuorũ non est, neq; Christus resurrexerit. Itẽ scientia definiendi, diuidendi, atq; partiendi, q̃q̃ etiam rebus falsis plerunq; adhibeatur, ipsa tñ falsa non est, neq; ab hominib. instituta, sed in rerum ratione cõperta. Non.n. quia & fabulis suis eam Poetæ, & opinionib. erroris sui vel falsi Philosophi, vel ẽt hæretici, hoc est falsi Christiani adhibere consueuerunt, propterea falsum est, neq; in definiendo, neq; in diuidendo aut partiendo aliquid complectendum esse ꝗ ad rem ipsam non pertinet, aut aliquid ꝗ pertinet prætereundũ. Hoc verum est, ẽt si ea quæ definiuntur aut distribuuntur vera non sint: nam & ipsum falsum definitur cum dicimus, falsum esse significationem rei non ita se habentis vt significatur, siue aliquo alio mõ. Quæ definitio vera est quamuis falsum verũ esse non possit. Possumus ẽt diuidere, dicentes, duo esse genera falsi. Vnum

eorum

Marginalia: *Hoĩes ordinẽ rerũ non instituerunt, sed animaduerterunt. Cap. 32.* — M — *Conclusio syllogismi falsa. Cap. 33.* — A — B — *Aliud est nosse leges conclusionum, quã res intelligere. cap. 34.* — *1. Co. 15. Definitio. Diuisio. Partitio. cap. 35.* — C

eorum q̄ omnino esse nō possunt, alterū eorū quæ nō sunt quanuis esse posint: Nā qui dicit septē & tria vndecim esse, id dicit quod omnino esse non potest: qui vero dicit calēdis, verbi gratia, Ianuarijs pluisse tametsi factū non sit, id tñ dicit quod fieri potuerit. Definitio igitur & diuisio falsorū pōt esse verissima, quāuis falsa ipsa vtiq; vera nō sint.

*Eloquētia nō sēper vera ꝑsuadet. Cap. 36.*

Sunt ēt q̄dā præcepta vberioris disputationis, quę iā eloquentia nominatur, quę nihilominus vera sunt quanuis eis posit etiā falsa persuaderi. Sed quia & vera esse possunt, nō est facultas ipsa culpabilis, sed ea male vtentium peruersitas. Nā neq; hoc ab hoībus institutum est, vt veritatis expresio conciliet auditorē, aut facile q̄d intendit insinuet breuis & D aperta narratio, & varietas eius siue fastidio teneat intentos, & cęteræ huiusmodi obseruationes: q̄ siue in falsis siue in veris causis verę sunt tamen, inquantum vel sciri vel credi aliquid faciūt, aut ad expetendū fugiēdumve animos mouēt, & inuētæ potius quod ita se habeant, quā vt ita se haberent institutæ

*Rhetorica ad sermonem, Dialectica ad iudicādū vtilis. Cap. 37.*

Sed hæc pars cū discit, magis vt proferamus ea q̄ intellecta sunt, q̄ vt intelligamus adhibēda est. Illa vero cōclusionū & definitionū & distributionū plurimū intellectorē adiuuat: tñ absit error, quo videnē hoīes sibi ipsam beatę vitę veritatē didicisse, cum ista didicerint: quanq̄ plerunq; accidat, vt facilius hoīes res eas assequanē, pp quas assequēdas ista discūtur, q̄ taliū præceptorū nodosissimas & spinosissimas disciplinas. Tanq̄ si quispiā dare volens ꝑcepta ambulandi, moneat nō esse leuādū pedē posteriorē, nisi cū posuerit priorē, deinde minutatim quemadmodū articulorū & poplitū cardines oporteat mouere describat. Vera.n.dicit, nec aliter ambulari pōt: sed facilius hoīes hoc faciendo ambulāt q̄ animaduertunt cum faciunt, aut intelligūt cū audiūt. Qui aūt ambulare nō possunt, multo minus ea curāt, q̄ nec experiēdo possunt attēdere. Ita plerunq; citius ingeniosus videt nō esse ratā conclusionē, q̄ ꝑcepta eius E capit: tardus aūt nō eā videt, sed multo minus quod de illa ꝑcipitur. Magisq; in his oībus ipsa spectacula veritatis sępe delectāt, q̄ ex eis in disputādo aut iudicādo adiuuamur nisi forte ꝙ exercitatiora reddunt ingenia, si ēt maligniora aut inflatiora non reddant: hoc est, vt aut decipere verisimili sermone atq; interrogationibus amēt, aut aliquid magnū, quo se bonis atq; innocentibus anteponunt, se assecutos putēt, qui ista didicerunt. Iā vero numerari disciplina cuilibet tardissimo clarū ē, q̄ non sit ab hoīb. instituta, sed potius indagata atq; inuēta. Nō.n. sicut primā syllabā Italiæ, quā breuē pronunciauerunt veteres, voluit Virgilius, & longa facta est: ita quisquā pōt effigere cū voluerit, vt terna aut nō sint nouē aut nō posint efficere quadratā figuram, aut non ad ternariū nu F merū tripla sint, ad senariū sescupla, ad nullū dupla, quia intelligibiles numeri semissem nō habent. Siue ergo in seipsis considerētur, siue ad figurarū aut sonorū aliarumve motionum leges numeri adhibeantur, incōmutabiles regulas habēt, neq; vllo mō ab hoīb. institutas, sed ingeniosorū sagacitate cōpertas.

*Numeri. ca. 38.*

Quæ tñ oīa quisquis ita dilexerit, vt iactare se inter imperitos velit, & nō potius q̄rere vnde sint vera, q̄ tantūmodo vera esse persenserit: & inde q̄dam non solū vera, sed etiam incommutabilia quæ incōmutabilia esse nō comprehēderit: ac sic à specie corporū vsq; ad humanā mentem perueniens, cū & ipsam mutabilē inuenerit, ꝙ nunc docta nūc indocta sit, cōstituta tñ inter incōmutabilē supra se veritatē, & mutabilia infra se cętera, ad vnius Dei laudē atq; dilectionē cuncta conuertere, à quo cuncta esse cognoscit, doctus uideri pōt, sapiēs aūt eē nullo mō.

*Quæ artes humanæ amplectendæ. Cap. 39.*

Quamobrē videē mihi studiosis & ingeniosis adolescētib. & timētib. Deū, beatāq; uitā q̄rentib. salubriter ꝑcipi, ut nullas doctrinas q̄ ꝑter Ecclesiā Christi exercenē, tanquā ad beatam uitam capessendā secure sequi audeant, sed eas sobrie diligēterq; diiudicent. Et siquas inuenerit ab hoībus institutas uarias pp diuersas uoluntates instituentiū, & ignotas pp su G spitiones errantiū, maxime si habeant ēt cū dęmonibus initā societatē per quarundam significationū quasi q̄dam pacta atq; cōuenta, repudient penitus & detestenē, alienent ēt studia à superfluis & luxuriosis hoīum institutis.

*Leges humanæ.*

Illa vere instituta hoīum, q̄ ad societatem conuenientium ualent, pro ipsa huius uitæ necessitate non negligant. In cęteris aūt doctrinis, quæ apud gentes inueniuntur, pręter historiā rerū, uel præteriti temporis, uel præsentis ad sensus corporis pertinentiū, quibus ēt vtilium artium corporalium experi-

experimenta & coniecturæ annumerãtur, &
præter ratione disputationis & numeri ni-
hil vtile esse arbitror. In quibus omnib. tenẽ
dum est, Ne quid nimis, & maxime ĩ ijs quę
ad corporis sensus pertinentia, voluuntur tẽ
poribus, & continentur locis. Sicut aũt qui-
dã de verbis omnibus & nominib. Hebræis
& Syris Aegyptijs, vel siqua alia lingua ĩ scri
pturis sanctis inueniri põt, quæ in eis sine in
terpretatione sunt posita, fecerunt, vt ea se-
paratim interpretarenĩ: quod & Eusebius fe
cit de tẽporũ historia pp diuinorũ librorũ
qõstiones quæ vsum eius flagitant. Quod er-
go hi fecerunt de his rebus, vt nõ sit necesse
Christiano in multis pp pauca laborare: sic
video posse fieri, siquẽ eorũ q possunt, beni
gnã sanè operã fraternæ vtilitati delectet im
pendere, vt quoscunq; terrarũ locos, quæve
animalia vel herbas atq; arbores, siue lapi-
des metalla incognita, speciesq; quaslibet
I scriptura cõmemorat, ea generatim digerẽs,
sola exposita literis mandet. Potest etiã de nu
meris fieri, vt eorũ tantũmodo numerorum
exposita ratio cõscribatur, quos diuina scri-
ptura meminit. Quorum aliqua aut omnia
forte iam facta sunt, sicut multa quæ à bonis
doctisq; Christianis elaborata atque con-
scripta arbitramur, non inuenimus sed siue
propter turbas negligentium, siue propter
inuidorũ occultationes latẽt: quod vtrũ de
ratione disputandi fieri posit, ignoro. Et vi-
deĩ mihi fieri nõ posse, qa p totũ textũ scri-
pturarũ colligata est neruorũ vice: & ideo
magis ambigua soluenda & explicanda, de
qb. post loquemur, legentes adiuuat; q̃ ad in
cognita signa, de quib. nũc agimus, agnoscẽ
da. Philosophi aũt qui vocanĩ, siqua forte ve
ra & fidei nostræ accõmoda dixerunt maxi
me Platonici, nõ solũ formidanda nõ sunt,
sed ab eis etiã tanquã iniustis possessorib. in
vsum nostrũ vendicanda. Sicut enim Aegy-
ptij nõ solũ idola habebãt & onera grauia,
quæ populus Israel detestareĩ & fugeret, sed
ẽt vasa atq; ornamenta de auro & argento &
vestẽ, quę ille populus exiẽs de Aegypto, sibi
potius tanquã ad vsum meliorẽ clanculo vẽ
dicauit, nõ authoritate ppria, sed præcepto
Dei ipsis Aegyptijs nescienter cõmodantib.
ea quibus nõ bene vtebantur, Sic doctrinæ
omnes gentiliũ nõ solũ simulata & supersti-
tiosa figmenta grauesq; sarcinas superuaca-

*Ab ethnicis siquid bene dictũ in nostrũ vsum est convertẽdũ c. 40. Exodi. 3 & 12. di. 27. cap. legimus.* K

nei laboris habent, quæ vnusquisq; nostrum
duce Chr̃o de societate gẽtiliũ exiens, debet
abominari atq; deuitare: sed etiã liberales di
sciplinas vsui veritatis aptiores, & quædam
morũ pręcepta vtilissima cõtinent, deq; ip-
so Deo colendo nonnulla vera inueniuntur
apud eos: quod eorum tanquã aurum & ar-
gentũ, quod non ipsi instituerũt, sed quibus-
dam quasi metallis diuinæ prouidentię, quæ
vbiq; infusa est, eruerunt, & quo peruerse at
que iniuriose ad obsequia dęmonũ abutun-
tur, cũ ab eorum misera societate sese ani-
mo separat, debet ab eis auferre Christian⁹
ad vsum iustum prædicandi Euangelij. Ve-
stem quoq; illorũ, id est hominum quidem
instituta, sed tñ accommodata humanæ so-
cietati, qua in hac vita carere nõ possumus,
accipere atq; habere licuerit in vsum cõuer L
tenda Christianũ. nã quid aliud fecerũt mul
ti boni fideles nostri? Nõ ne aspicimus quã
auro argento & veste suffarcinatus exierit de
Aegypto Cyprianus doctor suauissimus, &
martyr beatissimus? Quãto Lactantius? Quã-
to Victorinus, Optatus, Hilarius? Vt de viuis
taceã: quãto ĩnumerabiles Gręci: Qđ prior *Acto. 7.*
ipse fidelissimus Dei famulus Moyses fece-
rat, de quo scriptũ est, quod eruditus fuerit
omni sapientia Aegyptiorũ. Quibus omnib.
viris superstitiosa gentiũ consuetudo, & ma
xime illis tẽporib. cũ Christi iugum decu-
tiẽs, Christianos persequebatur, disciplinas
quas vtiles habebat, nunquã cõmodaret, si
eas in vsum vnius Dei colẽdi, quo van⁹ ido-
lorũ cultus extingueretur, cõuersum iri su-
spicaretur, sed dederũt aurũ & argentũ & ve
stẽ suã exeunti populo Dei de Aegypto, ne-
scientes quẽmadmodum illa quæ dabant in
Christi obsequiũ redderẽtur. Illud enim in *Exodi. 3. & 12.*
Exodo factum sine dubio figuratũ est vt hoc
præfiguraret: quod sine præiudicio alterius,
aut paris, aut melioris intelligẽtiæ dixerim.
Sed hoc modo instructus diuinarum scri- *Studium Theologiæ qualem animam requirat. Cap. 41.*
pturarum studiosus, cum ad eas perscrutan-
das accedere cęperit, illud Apostolicum co
gitare non cesset, Scientia inflat, charitas ędi
ficat. Ita enim sentiet, quamuis de Aegypto
diues exeat, tamen nisi Pascha egerit, sal-
uum se esse non posse. Pascha autem no- M
strum immolatus est Christus. Nihilq; ma-
gis immolatio Christi nos docet, quã illud
quod ipse clamat tanquam ad eos quos in
Aegypto

Aegypto sub Pharaone videt laborare: Veni te ad me qui laboratis,& onerati estis,& ego reficiam vos. Tollite iugū meum super vos, & discite à me, qa mitis sum & humilis corde,& inuenietis requiem aīabus vestris, Iugum.n.meum suaue est,& sarcina mea leuis. Quib. nisi mitib. & humilibus corde, quos non inflat scientia, sed charitas ædificat? Meminerint ergo eorū qui Pascha illo tpe per vmbrarū imaginaria celebrabant, cū signari postes sanguine agni iuberētur, hyssopo fuisse signatos. Hæc herba mitis & humilis est, nihil fortius & penetrabilius eius radicibus: vt in charitate radicati & fundati possimus
A cōprehendere cū omnibus sanctis quæ sit latitudo & longitudo, & altitudo & profundū, i. crucē dn̄i: cuius latitudo dr̄ in transuerso ligno quo extenduntur manus. Lōgitudo à terra vsq; ad ipsam latitudinē, quo à manibus & infra totū corpus affigitur. Altitudo à latitudine sursum vsq; ad summū, quo adhæret caput. Profundū vero quod terræ infixū abscondit. Quo signo crucis omnis actio Christiana describitur: bene operari in Christo, & ei perseueranter inhærere: sperare cęlestia sacra non prophanare. Per hanc actionem purgati valebimus cognoscere ēt super eminentem scientiā charitatis Christi, qua æqualis est patri, per quē facta sunt omnia vt impleantur in omnem plenitudinē Dei. Est ēt in hyssopo vis purgatoria, nec inflāte sciētia de diuitijs ab Aegypto ablatis, superbe aliquid pulmo tumidus anhelet, Asperges me inquit, hyssopo & mundabor: lauabis me, & super niuem dealbabor, Auditui meo dabis exultationē & lætitiā. Deinde annectit consequenter, vt ostendat purgationē à superbia significari hyssopo, Et exultabunt ossa humiliata. Quantum aūt minor est auri argenti vestisq; copia, quā de Aegypto secum ille populus abstulit in cōparatione diuitiarū quas postea Hierosolymæ consecutus est, q̄ maxime in Salomone rege ostenduntur: tanta fit cuncta scientia quæ quidē est vtilis collecta de libris gētium, si diuinarum scripturarum
B scientiæ cōparetur. Nam quicquid homo extra didicerit, si noxiū est, ibi dānatur, si vtile est, ibi inuenitur. Et cum ibi quisq; inuenerit omnia q̄ vtiliter alibi didicit, multo abundātius ibi inueniet ea, quæ nusquā omnino alibi, sed in illarum tantūmodo scripturarum

*1. Cor. 8. Exod. 3. & 12. 1. Co. 15. Mat. 11. Exo. 12. Hyssopi vis. Ephes. 3. Acto. 7. Ioan. 1. Psal. 50. Sacræ scripturæ cum prophana cō paratio. c. 4. 2. 5. Reg. 10.*

mirabili altitudine & mirabili humilitate discuntur. Hac igitur instructione præditū cum signa incognita lectorem non impedierint, mitem & humilem corde subiugatum leniter Christo, & oneratum sarcina leui fundatum & radicatum & ędificatum in charitate, quam scientia inflare non posit: accedat ad ambigua signa in scripturis consideranda & discutienda, de quibus iam tertio volumine dicere aggrediar, q̄ dn̄s donare dignabitur. C

*Mat. 11. Ephes. 3. 1. Cor. 8.*

D. AVRELII AVGVSTINI
De doctrina Christiana.

## LIBER TERTIVS.



Omo timens Deum voluntatē eius in scripturis sanctis diligenter inquirit. Et ne amet certamina pietate mansuetus, præmunitus etiam sciētia linguarum, ne in verbis locutionibusq; ignotis hæreat, præmunitus ēt cognitione quarundam rerum necessariarū, ne vim naturamve earū quæ pp similitudinem adhibentur ignoret, adiuuante iam codicū veritate quam solers emendationis diligentia procurauit, veniat ita districtus ad ambigua scripturarum discutienda atque soluēda. Vt aūt signis ambiguis non decipiatur, quantum per nos instrui potest, fieri autem potest, vt istas vias quas ostendere volumus, tanquā pueriles vel magnitudine ingenij, vel maioris illuminationis claritate derideat: sed tn̄ vt dicere cęperā, quantum per nos instrui potest, qui eo loco animi est, vt per nos instrui valeat, sciat ambiguitatem scripturæ aut in verbis proprijs esse, aut in translatis: quæ genera in secundo libro demonstrauimus. Sed cū verba propria faciunt ambiguam scripturā, primo prouidendum est, ne male distinxerimus, aut pronunciauerimus. Cū ergo adhibita intētio incertum esse prouiderit, qūo distinguendum aut qūo pronunciandum sit, consulat regulā fidei, quam de scripturarum planioribus locis & Ecclesiæ authoritate percepit, de qua satis egimus, cū de rebus in primo libro loqueremur. Quod si ambæ vel etiam omnes, si plures fuerint: partes ambiguitatis, secundum fidem sonuerint, textus ipse sermonis à præcedentibus & cōsequentibus partibus, D

*Summa superiorū librorum cap. 1. Distictio quatuor faciat. c. 2.*

quæ ambiguitatem illã in medio posuerunt, restat consulendus: vt videamus cui nã sñiæ de pluribus quæ se ostendunt ferat suffragiũ, eamq; sibi contexi patiatur. Iam nunc exempla cõsidera. Illa hæretica distinctio. In principio erat verbũ, & verbũ erat apud Deũ, & Deus erat: vt alius sensus sit, Verbũ hoc erat in principio apud Deum, non vult verbum Deũ confiteri. Sed hoc regula fidei refellendũ est, qua nobis de Trinitatis æqualitate præscribitur, vt dicamus, Et Deus erat verbũ, deinde subiungamus, Hoc erat in principio apud Deum. Illa vero distinctionis ambiguitas neutra parte resistit fidei, & ideo textu ipso sermonis diiudicanda est, vbi ait Apostolus, Et q̃d eligã ignoro, cõpellor aũt ex duobus concupiscentiã habens dissolui, & esse cũ Christo: multo.n. magis optimum, manere in carne necessarium p̃p vos. Incertũ.n. est vtrũ ex duob. concupiscentiã habens, an cõpellor aũt ex duobus, vt illud adiungatur, concupiscentiã habens dissolui, & esse cum Christo. Sed qm̃ ita sequitur, Multo.n. magis optimũ, apparet eum eius optimi dicere se habere concupiscentiã, vt cum ex duob. cõpellatur alterius tñ habeat concupiscentiã, alterius necessitatẽ: concupiscentiam, s. esse cũ Christo, necessitatẽ manere in carne. Quę ambiguitas vno consequenti verbo diiudicatur, q̃ positũ est.n. quam particulam qui abstulerunt interpretes, illa potius sñia ducti sunt, vt non solũ cõpelli ex duob. sed ẽt duorum habere concupiscentiã videretur. Sic ergo distinguendũ est, Et quid eligam ignoro, cõpellor aũt ex duob. quam distinctio sequitur, concupiscentiã habẽs dissolui, & esse cũ Christo. Et tanquã quæreretur, quare huius rei potius habeat cõcupiscentiam? Multo.n. magis optimũ, inquit. Cur ergo è duob. cõpellitur? Quia est manendi necessitas quã ita subiecit, Manere in carne necessariũ p̃p vos. Vbi aũt neque præscriptio fidei, neque ipsius sermonis textu ambiguitas explicari põt, nihil obest secundum quamlibet earum quæ ostẽduntur sñiam distinguere. Veluti est illa ad Corinthios. Has ergo promissiones habẽtes charissimi, mundemus nos ab omni coinquinatione carnis & spiritus, perficientes sanctificationem in timore dñi capite nos, nemini nocuimus. Dubium est quippe vtrũ mundemus nos ab omni coinquinatione carnis & spiritus, secundũ illam sñiam, vt sit sancta & corpore & spiritu: an mundemus nos ab omni coinquinatione carnis, vt alius sit sensus, Et spiritus perficientes sanctificationẽ in timore dñi, capite nos. Tales igitur distinctionum ambiguitates, in potestate legentis sunt. Quæcunq; aũt de ambiguis distinctionibus diximus, eadem obseruanda sunt & in ambiguis pronunciationibus. Nam & ipsæ nisi nimia lectoris vitientur incuria: aut regulis fidei corriguntur, aut præcedentis vel cõsequentis contextione sermonis: aut si neutrũ horum adhibetur ad correctionẽ, nihilo minus dubię remanebunt, vt quolibet modo lector p̃nunciauerit, non sit in culpa. Nisi.n. fides reuocet, qua credimus Deũ non accusaturũ aduersus electos suos, & Christum non condemnaturũ electos suos, potest illud sic pronũciari, Quis accusabit aduersus electos Dei? Vt hanc interrogationẽ quasi responsio subsequatur, Deus qui iustificat. Et iterum interrogetur, Quis est qui condẽnat? Et respondeatur, Christus Iesus qui mortuus est. Quod credere quia dementissimum est, ita pronunciabitur, vt præcedat percontatio sequat̃ interrogatio. Inter percontationẽ autem & interrogationẽ hoc veteres interesse dixerunt, q̃ ad percontationem multa responderi p̃nt: ad interrogationẽ vero, aut non, aut ẽt. Pronunciabitur ergo ita, vt post percontationẽ qua dicimus, Quis accusabit aduersus electos Dei? illud quod sequitur sono interrogãtis enuncietur, Deus qui iustificat? vt tacite respondeatur, non. Et itẽ percontemur, Quis est qui condemnat? rursusq; interrogemus, Christus Iesus qui mortuus est: magis autem qui resurrexit, q̃ est in dextera Dei, qui & interpellat pro nobis? vt vbique tacite respondeatur, non. At vero illo loco vbi ait, Quid ergo dicemus? quia gentes quæ non sectabantur iustitiã, apprehenderunt iustitiã, nisi post percontationẽ qua dictum est, Quid ergo dicemus? responsio subijciatur, quia gẽtes quæ non sectabantur iustitiam apprehẽderunt iustitiã, textus consequens nõ cohærebit. Qualibet aũt voce pronuncietur illud quod Nathanael dixit, A Nazareth potest aliquid boni esse: siue affirmantis, vt illud solũ ad interrogationẽ pertineat q̃d ait, A Nazareth siue totũ cũ dubitatione interrogantis, nõ video quõ discernatur, vterq; aũt sensus fidem non impedit.

*Ioan. 1.* — E — *Phil. 1.* — F — *2. Cor. 7.* — *Distinctio in pronũciãdo. c. 3* — G — *Rom. 8.* — *Percontatio & interrogatio.* — *Rom. 9.* — H — *Ioan. 1.*

impedit. Est etiã ambiguitas in sono dubio syllabarũ, & hæc vtiq; ad pronunciationem
Ps. 138. pertinens, Nã quod scriptũ est, Nõ est abscõditũ à te os meũ quod fecisti in abscondito, non elucet legenti vtrũ correpta litera os ꝓnunciet an producta. Si.n. corripiat, ab eo ꝙ sunt ossa: si autem producat, ab eo quod sunt
Diffictio in pronũciãdo. c. 3 ora intelligitur numerus singularis. Sed talia linguæ præcedẽtis inspectione diiudicantur. Nã in Græco nõ στόμα sed ὀστέον, positum
I est. Vnde plerunq; loquendi consuetudo vulgaris vtilior est significãdis rebus, q̃ integritas literata. Mallẽ quippe cũ barbarismo dici, Nõ est absconditũ à te ossum meum, q̃ vt ideo esset minus apertũ, quia magis Latinum est. Sed aliqñ dubius syllabæ sonus etiã vicino verbo ad eandem sententiã pertinere diiudicatᵣ, Sicut est illud Apostoli, Quę prædi
G Rom. 8. Gal. 5. co vobis sicut prędixi, quoniã qui talia agũt regnũ Dei nõ possidebunt: Si tantũmodo dixisset, quę prædico vobis, neq; subiũxisset, sicut prædixi, non nisi ad codicẽ præcedentis linguæ recurrendũ esset, vt cognosceremus
Percontatio & interrogatio. vtrum in eo quod dixit prædico, producenda an corripienda esset media syllaba, Nunc autem manifestum est producẽdam esse. Nõ enim ait, sicut prædicaui, sed sicut prædixi. Non solum aũt istæ, sed etiã illę ambiguitates quæ non ad distinctionẽ vel ad ꝓnunciationẽ pertinent, similiter cõsiderandæ sunt,
Ambiguitas sermõis quarõne expediatur. cap. 4. qualis illa est ad Thessalonicẽses: Propterea cõsolati sumus fratres in vobis. Dubiũ est.n.
1. Th. 3. vtrum ò fratres, an hos fratres. Neutrũ autẽ horũ est contra fidem: sed Gręca lingua hos casus pares nõ habet, & ideo illa inspecta
K renuncietur vocatiuus, idest, ò fratres. Quod si noluisset interpres dicere, propterea consolationẽ habuimus fratres in vobis: minus
Rom. 9. seruitum esset verbis, sed minus de sentẽtia dubitaretur: aut certe si adderetur, nostri, nemo ferè ambigeret vocatiuũ esse casum, cũ audiret, propterea cõsolati sumus fratres no
H stri in vobis: Sed iã hoc periculosius permittitᵣ: ita factũ est in illa ad Corinthios, cum ait
1. Co. 15. Apostolus, Quotidie morior, per vestrã gloriã fratres quam habeo in Christo Iesu. Ait. enim quidam interpres, Quotidie morior,
Ioan. 1. per vestram iuro gloriã: quia in Græco vox iurantis manifesta est sine ambiguo sono. Rarisime igitur & difficillime inueniri potest ambiguitas in proprijs verbis, quantũ ad libros diuinarũ scripturarũ spectat, quam non aut circunstãtia ipsa sermonis qua cognoscitur scriptorum intentio, aut interpretũ collatio, aut pręcedentis linguæ soluat inspectio. Sed verborũ translatorũ ambiguitates de quibus deinceps loquendũ est, nõ mediocrẽ curã industriamq; desiderant. Nã in principio
Figuratus sermo si intelligatᵣ illustrat scripturam. cap. 5. cauendũ est, ne figuratã locutionẽ ad literã accipias. Et ad hoc enim pertinet, quod ait Apostolus Litera occidit, spiritus autem viuificat. Cũ enim figurate dictũ sic accipitur,
2. Cor. 3. L tanquã proprie dictũ sit, carnaliter sapitur. Neq; vlla mors animæ congruentius appellatur, q̃ cũ id etiã quod in ea bestijs antecellit, hoc est intelligẽtia carni subijcitur sequẽdo literã. Qui enim sequitur literã, translata verba sicut propria tenet: neq; illud qđ proprio verbo significatur, refert ad aliã significationem. Sed si sabbatũ audierit, verbi gratia, nõ intelligit nisi vnũ diem de septẽ, qui continuo volumine repetuntur. Et cũ audierit sacrificium, nõ excedit cogitatione illud quod fieri de victimis pecorũ terrenisq; fructibus solet. Ea demũ est miserabilis animæ seruitus, signa pro rebus accipere, & supra creaturã corporeã oculum mentis ad hauriendũ æternũ lumen leuare nõ posse. Quæ tamen seruitus in Iudæo populo longe à cęterarum gentium more distabat, quãdoquidem rebus temporalib. ita subiugati erãt, vt
Seruitus legis. c. 6. vnus eis in omnibus commendareᵣ Deus. Et quanquã signa rerũ spiritalium pro ipsis rebus obseruarẽt, nescientes quò referrẽtur, id tñ insitum habebant, quod tali seruitute vni omnium, quẽ non videbant, placerent Deo.
M Quam custodiam tanquã sub pędagogo paruulorũ fuisse scribit Apostolus. Et ideo qui
Gal. 3. talibus signis ꝑtinaciter inhæserunt, contẽnẽtẽ ista dũm, cum iam tempus reuelationis eorum venisset, ferre nõ potuerũt: atq; inde calumnias, ꝙ sabbato curaret, moliti sunt principes eorũ, populusq; signis illis tanquam
Mat. 12. rebus astrictus, nõ credebat Deum esse uel a Deo uenisse, qui ea sicut à Iudæis obseruabantur, nollet attẽdere. Sed qui crediderunt, ex quibus facta est prima Ecclesia Hierosolymitana, satis ostenderunt quanta utilitas fuerit eo modo sub pędagogo custodiri, ut signa quæ temporaliter imposita erant seruientibus ad unius Dei cultum, qui fecit cęlum & terrã, opinionem obseruantium religarent.

garent. Nanq; illi quia proximi spiritalibus fuerunt, in ipsis enim tẽporalib.& carnalib. vocibus atq; signis, quanuis quomodo spiritaliter esse nt intelligenda nescirẽt, quia visũ tamen didicerant venerari æternũ Deũ, tã capaces extiterunt spiritussancti, vt omnia sua venderent, eorumq; precium indigentibus distribuendũ, ante Apostolorũ pedes ponerẽt, seq; totos dedicarent Deo tanquã tẽplũ nouum, cuius terrenæ imagini hoc est tẽplo veteri seruiebant. Non enim hoc vllas Ecclesias gentiũ fecisse scriptũ est, quia non tã prope inuenti erant qui simulacra manufacta Deos putarent. Et si qñ aliqui eorũ illa tanq̃ signa interpretari conabantur, ad creaturam colendam venerandamq; referebant. Quid enim mihi prodest simulachrũ, verbi gratia, Neptuni, non ipsum habendum Deum, sed eo significari vniuersum mare, vel etiã oẽs aquas cęteras, quæ fontibus proruunt: sicut à quodam Poeta illorũ describitur: si bene recolo, ita dicente, Tu Neptune pater cui tempora cana crepanti Cincta salo resonant, magnus cui perpete mento Profluit Oceanus & flumina crinibus errant. Hæc siliqua intra dulce tectoriũ sonantes lapillos quærit. Non est aũt hominum, sed porcorum cibus. Nouit quid dicã, qui Euãgeliũ nouit. Quid ergo mihi prodest ꝙ Neptuni simulachrũ ad illã significationẽ referẽt, nisi forte vt neutrũ colã. Tã.n. mihi statua q̃libet, q̃ mare vniuersum, nõ est Deus. Fateor altius demersos esse, qui opera hominum deos putant, quã qui opera Dei. Sed nobis vnus diligendus & colendus Deus præcipitur, qui fecit hæc omnia quorũ illi simulachra venerantur, vel tanq̃ Deos vel tanquã signa & imagines deorũ. Si ergo signũ vtiliter institutũ pro ipsa re sequi, cui significandæ institutũ est, carnalis est seruitus quanto magis inutiliũ rerũ signa instituta ꝓ rebus accipere? Quæ si retuleris ad ea ipsa q̃ his significantur, eisq; colendis animũ obligaueris nihilominus seruili carnaliq; onere atq; velamine non carebis. Quamobrẽ Christiana libertas eos, quos inuenit sub signis vtilibus tanquã prope inuentos, interpretatis signis quibus subditi erant, eleuatos ad eas res, quarũ illa signa sunt liberauit. Ex his factæ sunt Ecclesię sanctorũ Israelitarũ. Quos autem inuenit sub signis inutilibus, non solũ seruilem operationem sub talibus signis, sed

*Acto. 4.* — A — *De cultoribus simulachrorum & creaturarum. Cap. 7.* — *Claudiani versus.* — B — *Deut. 6.* — *Christiani signa interpretantur. Cap. 8.*

etiam ipsa frustrauit remouitq; omnia: vt à corruptione multitudinis simulatorũ deorũ quã sępe ac proprię scriptura fornicationẽ vocat, ad vnius Dei cultũ gentes conuertẽtur, nec sub ipsis iã signis vtilibus seruitutæ, sed exercitaturæ potius animũ in earũ intelligẽtia spiritali. Sub signo enim seruit q ope ratur aut veneratur aliquã rem significantẽ, nesciẽs quid significet, Qui vero aut operatur aut veneratur vtile signũ diuinitus institutum, cuius vim significationemq; intelligit, non hoc veneratur quod videtur & transit, sed illud potius quo talia cuncta referenda sunt. Talis autem homo spiritalis & liber est, etiam tẽpore seruitutis, quo carnalibus animis nondũ oportet signa illa reuelari, quorũ iugo edomandi sunt. Tales autem spiritales erant Patriarchæ & Prophetæ, omnesq; in populo Israel ꝑ quos nobis spiritussanct9 ipsa scripturarũ & auxilia & solatia ministrauit. Hoc vero tp̃e posteaquam resurrectioni dñi nostri Iesu Xp̃i manifestissimum indiciũ nostræ libertatis illuxit, nec eorũ quidem signorũ quæ iã intelligimus operatione graui onerati sumus: sed quędã pauca pro multis eadẽq; factu facillima, & intellectu angustissima, & obseruatione castissima, ipse dñs & Apostolica tradidit disciplina: sicuti est baptismi sacramentũ, & celebratio corporis & sanguinis dñi. Quæ vnusquisq; cũ percipit quo referantur imbutus agnoscit, vt ea non carnali seruitute, sed spiritali potius libertate veneretur. Vt aũt literã sequi & signa pro rebus q̃ ijs significantur accipere seruilis infirmitatis est, ita inutiliter signa interp̃tari male vagantis est. Qui aũt non intelligit quid significet signũ, & tamen signũ esse intelligit, nec ipse premitur seruitute. Melius ẽ autẽ, vel premi incognitis, sed vtilib. signis, q̃ inutiliter ea interpretando, à iugo seruitutis eductam ceruicẽ laqueis erroris inserere. Huic aũt obseruationi qua cauemus figuratã locutionẽ, id est translatam quasi propriã sequi adiungenda ẽt illa est, ne propriã quasi figuratã velimus accipere. Demõstrãd9 est igit̃ prius modus inueniẽdæ locutionis propria ne an figurata sit. Et iste omnino modus est, vt quicquid in sermone diuino neq; ad morum honestatem neq; ad fidei veritatem proprie referri põt, figuratũ esse cognoscas. Morũ honestas ad diligendũ Deũ & proximum,

C — *De signis Israelitarum & Christianorum. Cap. 9.* — *Baptismus. Eucharistia.* — D — *Quæ vt figurate dicta sint accipiẽda Cap. 10.*

mũ, fidei veritas ad cognoscendũ Deũ & ꝓximum pertinet. Spes aũt sua cuiq; est in conscientia propria, quemadmodum se sentit ad dilectionem Dei & ꝓximi cognitionemque proficere. De quib. oĩb. primo libro dictum est. Sed quoniam procliue est humanum genus, nõ ex momentis ipsius libidinis, sed potius suæ consuetudinis ęstimare peccata, fit plerunq; vt quisq; hominum ea tm̃ culpãda arbitreť, quæ suæ regionis & tp̃is hoĩes vituperare atq; damnare consueuerunt, & ea tm̃ probanda atq; laudanda quę consuetudo eorum cum quib. viuit admittit, eoq; contigit, vt si quid scriptura vel pręceperit quod abhorret à consuetudine audientium, vel quod non abhorret culpauerit, si animũ eorum iã verbi vinxit authoritas, figuratam locutionẽ putent.

E

*Charitas. Cupiditas.*

Non aũt pręcipit scriptura nisi charitatẽ, nec culpat nisi cupiditatem, & eo modo informat mores hoĩm. Itẽ si aĩum præoccupauit alicuius erroris opinio, q̃cquid aliter asseruerit scriptura figuratũ hoĩes arbitranť. Non aũt asserit nisi catholicam fidem, rebus præteritis & futuris & pręsentib. Pręteritorũ narratio est futurorũ prænunciatio, præsentium demonstratio. Sed omnia hæc ad eandẽ charitatem nutriendam atq; corroborandã, & cupiditatẽ vincendam atq; extinguendam valent.

F

*1. sen. di. 17. cap. quod ât*

Charitatem voco motũ animi ad fruẽdum Deo ꝓꝑ ipsum, & se atq; proximo ꝓꝑ Deum. Cupiditatem aũt motũ animi ad fruẽdum se & proximo & quolibet corpore nõ ꝓꝑ Deum. Quod aũt agit indomita cupiditas ad corrumpendum aĩum & corpus suũ, flagitium vocať. Quod aũt agit vt alteri noceat, facinus dř. Et hæc sunt duo genera oĩum peccatorum, sed flagitia priora sunt.

*Flagitiũ. Facinus.*

G

*Quæ ad euellendã cupiditatẽ, quæq; ad inserẽdã charitatem faciunt. Cap. 11. Rom. 2.*

Quæ cum exanimauerint aĩum, & quandam egestatẽ ꝑduxerint, in facinora prosilitur, quib. remoueanť impedimenta flagitiorum aut adiumẽta quærant. Item quod agit charitas quo sibi ꝓsit, vtilitas est. Quod aũt agit vt prosit proximo, beneficentia nominetur. Et hinc pręcedit vtilitas, quia nemo potest ex eo quod nõ habet prodesse alteri. Quanto autem magis regnum cupiditatis destruitur, tanto charitatis augetur. Quicquid ergo asperum & quasi sæuũ dictu factuq; ĩ sanctis scripturis legiť ex persona Dei vel sanctorũ eius, ad cupiditatis regnum destruendum valet. Quod si perspicue sonat, non est ad aliud referendum quasi figurate dictum sit. Sicuti est illud Apostoli, Thesaurizas tibi iram in die iræ & reuelationis iusti iudicij Dei, qui reddet vnicuiq; ꝟm opera sua, iis q̃dẽ qui ꝟm sustinentiam boni operis gloriã & honorem & incorruptionẽ quærentib. vitã æternam: iis aũt qui ex contẽtione sunt, & diffidunt veritati, credunt autẽ iniquitati, ira & indignatio tribulatio & angustia in omnem animã hoĩs operantis malũ, Iudæi primum & Græci. Sed hoc ad eos, cum q̃b. euertiť ipsa cupiditas, qui eã vincere noluerunt. Cum aũt in hoĩe cui dñabanť, regna cupiditatis subuertunť, illa est aperta locutio. Qui aũt Iesu Christi sunt, carnẽ suã crucifixerũt cum vitiis & concupiscentiis.

H

Nisi quia & hic quædã verba translata tractãtur, sicuti est, ira Dei, & crucifixerunt. Sed nõ tam multa sunt vel ita posita, vt obtegant sensum & allegoriam, vel ænigma faciant, quã proprie figuratam locutionem voco. Quod autem Hieremiæ dř: Ecce constitui te hodie super gentes & regna, vt euellas & destruas & disperdas & dissipes, non dubium quin figurata locutio tota sit ad eũ finem referenda quem diximus.

*Hiere. 1.*

*Facta iudicantur ex circunstantiis. Cap. 12.*

Quæ autem quasi flagitiosa imperitis, videnť, siue tm̃ dicta siue etiã facta sunt, vel ex Dei persona, vel ex hominũ, quorum nobis sanctitas commendať, tota figurata sunt, quorum ad charitatis pastũ enucleanda secreta sunt. Quisquis autem reb. prætereũtib. restrictius vtitur q̃ sese habent mores eorum cum quib. viuit, aut temperans aut superstitiosus est, quisquis vero sic eis vtitur, vt metas consuetudinis bonorum, inter quos versať, excedat, aut aliquid significat, aut flagitiosus est. In omnibus enim talibus non vsus rerum, sed libido vtentis in culpa est. Neque.n. vllo modo quisquam sobrius crediderit domini pedes ita vnguento pretioso à muliere perfusos, vt luxuriosorum & neq̃ hoĩum solent quorum talia cõuiuia detestamur.

*Ioan. 12.*

I

Qui vero affluit insipienti eloquentia tanto magis cauendus est, quanto magis ab eo in iis quę audire inutile est, delectatur auditor, & eum qñ disserte dicere audit, etiam vere dicere existimat. Hæc autem sñia nec illos fugit, qui artem Rhetoricam docendam putarunt. fassi sunt enim sapientiam sine eloquentia parum prodesse ciuib. eloquentiam vero sine sapiẽtia nimium obesse plerunq; prodesse nunq̃. Si ergo hęc illi qui præcepta eloquentię tradiderunt, in eisdẽ libris in quib. id egerunt veritate instigante coacti sunt confiteri, verã hoc est supernam quę à patre luminũ descendit, sapientiã *Iacob. 3.* nescientes, quanto magis nos non aliud sentire debemus, qui huius sapientiæ filii & ministri sumus? Sapienter aũt dicit homo tanto E magis vel minus, quanto in scripturis sanctis minusve profecit. Nõ dico in eis multum legendis memoriæq; mandandis sed bene intelligendis, & diligenter earũ sensib. indagãdis. Sunt.n. qui eas legunt & negligunt, legunt vt teneant, negligunt ne intelligant. Quibus longe sine dubio pferendi sunt, qui verba earum minus tenent, & cor earum sui cordis oculis vident. Sed vtrisq; ille melior, qui & cum valet eas dicit, & sicut oportet ĩtelligit. Huic ergo qui sapienter debet dicere, etiam quod non potest eloquenter, verba scripturarum tenere maxime necessarium est. Quãto enim se pauperiorem cernit in suis, tanto eum oportet in istis esse ditiorem, vt quod dixerit suis verbis, probet ex illis, & qui propriis verbis minor erat, magnorum testimonio quodammodo crescat, Probando enim delectat, qui minus potest delectare dicẽdo. Porrò qui non solum sapienter, verumetiam eloquenter vult dicere, quoniam profecto plus pderit, si vtrunq; potuerit, ad legendos vel audiendos & exercitatione imitãdos eloquentes eum mitto libẽtius, q̃ magistris artis Rhetoricæ vacare præcipio, si tñ ij qui legũtur & audiuntur, non solum eloquenter, sed etiam sapienter dixisse vel dicere, veraci prædicatione laudãtur. Qui enim eloquenter dicũt, suauiter, qui sapiẽter, salubriter audiunť. Propter qđ non ait scriptura. multitudo eloquentiũ, sed Multitudo sapientiũ sanitas est F orbis terrarum. *Sapie. 6.* Sicut autem sæpe sumenda sunt & amara salubria, ita semper vitanda est perniciosa dulcedo. Sed salubri suauitate vel suaui salubritate quid melius? Quanto enim magis illic appetitur suauitas, tato facilius salubritas prodest. Sunt ergo ecclesiastici viri qui diuina eloquia non solum sapienter, sed eloquenter etiam tractauerunt. Quibus legendis magis non sufficit tempus quam deesse ipsi studentibus & vacantibus possunt.

Hic

*In sacris esse sanā eloquentiā ca. 6.*

Hic aliquis forsitan quærit vtrum authores nostri, quorum scripta diuinitus inspirata canonem nobis saluberrima authoritate fecerunt sapientes tantummodo, an eloquentes etiam nuncupandi sunt. Quæ quidē qō apud meipsum & apud eos qui mecū quod dico sentiunt, facillime soluit. Nam vbi eos intelligo non sotum nihil eis sapientius, verumetiā nihil eloquentius mihi videri potest. Et audeo dicere, omnes qui recte intelligūt quod illi loquuntur, simul intelligere non eos aliter loqui debuisse. Sicut est.n.quędā eloquentia quæ magis ætatē iuuenilem decet, est quæ senilem, nec iam dicenda est eloquentia, si personæ non cōgruat eloquentis, ita est quædā quę viros summa authoritate dignissimos planeq; diuinos decet. Hac illi locuti sunt, G nec ipsos decet alia nec alios ipsa, ipsis. n. cōgruit, alios aūt quanto vr̄ humilior, tanto altius nō ventositate sed soliditate transcendit. Vbi vero nō eos intelligo, minus quidē mihi apparet eorū eloquentia, sed eam tn̄ non dubito esse talē qualis est vbi intelligo. Ipsa quoque obscuritas diuinorū salubriūq; dictorū tali eloquētiæ miscenda fuerat, in qua proficere noster intellectus, non solum inuentione, verumetiā exercitatione deberet. Possem q̄dē si vacaret, oēs virtutes & ornamenta eloquentiæ, de q̄b. inflant isti qui linguā suā nostrorū authorū linguæ non magnitudine sed tumore præponunt, ostendere in istorū literis sacris, & quos nobis erudiēdis, & ab hoc seculo prauo in beatū seculū transferendis, ꝓuidentia diuina prouidit. Sed non ipsa me plus q̄ dici pōt in illa eloquentia delectant, quæ sunt his viris cū Oratorib. gentiliū Poetis ve communia. Illud magis admiror, & stupeo, ꝙ ista nostra eloquentia ita vsi sunt, per alterā quādā eloquētiā suā, vt nec eis deesset nec emineret in eis, q̄a eā nec improbari ab illis nec ostētari oportebat, quorū alterū fieret si vitaret, alterum putari posset si facile agnosceret. Et in q̄b. forte locis agnoscit a do-
H ctis, tales res dn̄r, vt verba q̄b. dn̄r nō a dicente adhibita, sed ipsis reb. velut spōte subiūcta videant, quasi sapientiā de domo sua, i. pectore sapientis procedere intelligas, & tanquam inseparabilem familam etiam non vocatam sequi eloquentiam. Quis enim non videat quid voluerit dicere, & q̄ sapienter dixerit Apostolus: Gloriamur in tribulationib. scientes quia tribulatio patientiā operat, patiētia aūt probationē, probatio vero spem, spes aūt non cōfundit, quia charitas diffusa est in cordib. nostris per spiritum sanctū qui datus est nobis. Hic si q̄s, vt ita dixerim, imperite peritus artis eloquentiæ pręcepta Apostolum secutū fuisse cōtendat non ne a Christianis doctis indoctisq; ridebit? Et tn̄ agnoscit hic figura, quæ κλῖμαξ climax Græce, latine vero à quibusdam est appellata gradatio, qm̄ scalā dicere noluerunt, cum verba vel sensa connectunt alterū ex altero, sicut hic, ex tribulatione patientiā, ex patientia probationē, ex probatione spem cōnexā viden[redacted]gnoscit, & aliud decus, qm̄ post aliqua pronūciationis voce singula finita, quæ nostri mēbra & cæsa, Græci aūt κῶλα καὶ κόμματα, vocāt
I sequit ambitus siue circumitus, quā περίοδον, periodon illi appellant, cuius membra suspēdunt voce dicentis, donec vltima finiant. Nā eorum quę pręcedunt circumitum membrū illud est primum, qm̄ tribulatio patientiam operat, secundum, patientia aūt probationē, tertium, probatio verò spem. Deinde subiungitur ipse circumitus, qui trib. peragitur mēbris, quorum primum est spes autem nō confundit, secundum, quia charitas Dei diffusa est in cordib. nostris, tertium per spiritū sanctum qui datus est nobis. At hæc atque huiuscemodi in elocutionis arte traduntur. Sicut ergo Apostolum præcepta eloquentiæ secutum fuisse non dicimus, ita quòd eius sapientiam secuta sit eloquentia, non negamus. Scribens ad Corinthios in secūda epistola, redarguit quosdā qui erant ex Iudæis pseudoapostoli, eiq; detrahebant. Et quoniam seipsum prædicare compellitur, hanc sibi velut insipientiam tribuens, q̄ sapienter dicit, quamq; eloquēter? Sed comes sapientiæ, dux eloquētiæ, illam sequens istam præcedens & sequētem non respuēs, iterum dico, inquit, ne quis me existimet insipientem esse alioquin velut insipientem suscipite me, vt ego modicum quid glorier. Quod loquor, non loquor se-
K cundum Deū, sed quasi in stultitia in hac substantia gloriæ, Quoniam quidem multi gloriantur secundum carnem, & ego gloriabor. Libenter enim sustinetis insipientes cum sitis ipsi sapientes. Toleratis enim si quis vos in seruitutem redigit, si quis deuorat, si q̄s accipit, si quis extollit, si quis in faciem vos cædit.

*Iacob. 3.*

*Eloquētia si personæ nō deceat hoc nōie īdigna ē.*

*Sapie. 6.*

*Pulchrè docet adductis exēplis in sacris literis in esse germanā eloquētiā quæ sapiētiæ adhæret uelut inseparabilis comes. ca. 7.*

*1. Co. 11.*

dit secundum ignobilitatem dico, quasi nos infirmati sumus. In quo q̃s audet, in insipientia dico, audeo & ego. Hebræi sunt? & ego, Israelitæ sunt? & ego. Semen Abrahæ sunt? & ego. Ministri Christi sunt? & ego. Vt insipiens dico, sup ego. In laborib. plurimum, in carcerib. abũdantius, in plagis supra modum, in mortib. frequenter. A Iudæis q̃nquies quadraginta vna minus accepi. Ter virgis cæsus sum, semel lapidatus sum, ter naufragiũ feci: nocte & die in ꝓfundo maris fui. In itinerib. sæpe periculis fluminũ, ꝑiculis latronũ, periculis ex gñe, periculis ex gentib. periculis in L ciuitate, periculis in deserto, periculis in mari, periculis in falsis fratrib. In labore & erũna, in vigiliis sæpius, ĩ fame & siti, in ieiuniis multis, ĩ frigore & nuditate, ꝑter illa q̃ extrinsecus sunt ĩcursus in me quotidianus, solicitudo oĩum Ecclesiarũ. Quis infirmat̃ & ego nõ infirmor? Quis scãdalizat̃ & ego nõ vror? Si gloriari oportet, in iis quę ĩfirmitatis meæ sunt gloriabor. Quanta sapiẽtia ista sint dicta vigilãtes vidẽt. Quãta vero eloq̃ẽtię cucurrerint flumina, & qui stertit aduertit. Porrò aũt q̃ nouit agnoscit, q̃d ea cæsa quæ cõmata Græci vocãt, & mẽbra & circumitus, de q̃b. pauloante disserui, cũ decẽtissima varietate interponerent, totã istam spẽm dictionis, & quasi eius vultũ quo ẽt indocti delectant̃ mouenturque, fecerunt. Nã vñ cœpimus hũc locũ inserere, circumitus sunt, primus minimꝰ hoc est bimembris, minus.n. q̃ duo membra circumitus hr̃e non pñt plura vero pñt. ergo ille primus est. Iterũ dico, ne quis me existimet insipientẽ esse. Sequit̃ alius trimembris. Alioquin, velut insipientẽ suscipite me, vt & ego modicũ quid glorier. Tertius qui sequit̃ membra habet quatuor. Qđ loquor, non loquor secundum Deum, sed quasi in stultitia, M in hac substantia glorię. Quartus duo habet, Quandoquidem multi gloriant̃ secundũ carnem, & ego gloriabor. Et quintus habet duo. Libenter enim sustinetis insipientes cum sitis ipsi sapientes. Etiam sextus bimembris est, Toleratis enim, si quis vos in seruitutẽ redigit. Sequunt̃ tria cæsa. Si quis deuorat, si quis accipit, si quis extollitur. Deinde tria mẽbra, Si quis in faciem vos cædit, secundum ignobilitatem dico, quasi nos infirmati sumus. Additur trimembris circumitus. In quo autem quis audet, in insipientia dico, audeo & ego.

*Superego Græce ὑπὲρ ἐγὼ i. amplius siue magis ego, Verba magis reddidit quã sñiã.*

*Artificiũ Rethorices.*

Hinc iã singulis quibusq; cęsis interrogãdo positis, singula itidem cæsa rñsione reddunt̃: tria trib. Hebræi sunt? & ego. Israelitæ sunt & ego. Semen Abrahę sunt? & ego. Quarto aũt cæso simili interrogatione posito, non alterius cęsi, sed membri oppositione rñdet. Ministri Christi sunt? & ego. Vt insipiens dico, super ego. Iã cæsa quatuor sequẽtia, remota decẽtissime interrogatione fundunt̃: In laborib. plurimum, in carcerib. abundantius, in plagis supra modũ, in mortib. frequẽter. Deinde interponit̃ breuis circumitus, qm̃ suspẽsa pronunciatione distinguendum est. A Iudæis quinquies, vt hoc sit vnũ membrũ, cui A cõnectitur alterũ, quadraginta vna minus accepi. Inde redit̃ ad cæsa, & ponunt̃ tria. Ter virgis cęsus sum, semel lapidatus sum, ter naufragiũ feci. Sequit̃ membrũ: Nocte ac die in ꝓfundo maris fui. Deinde quatordecim cęsa decẽtissimo impetu ꝓfluunt. In itinerib. sæpe, periculis fluminum, periculis latronum, periculis ex gñe, periculis ex gentib. periculis in ciuitate, periculis in deserto, periculis in mari, ꝑiculis in falsis fratrib. in labore & erũna, in vigiliis sępius, in fame & siti, in ieiuniis multis, in frigore & nuditate. Post hęc interponit trimẽbrem circumitum: Præter illa quæ extrinsecus sunt, incursus in me quotidianus, solicitudo omnium ecclesiarum. Et hinc duo membra percontatione subiungit. Quis infirmatur & ego non infirmor? Quis scandalizatur & ego nõ vror? Postremo totus iste quasi anhelans locus, bimembri circumitu terminatur: Si gloriari oportet, in iis q̃ infirmitatis meæ sunt gloriabor. Quod vero post hunc impetũ interposita narratiuncula quodammodo requiescit, & requiescere facit auditorem, quid decoris, quid delectationis hẽat, satis dici non põt. Sequitur. n. dicẽs, B Deus & pater dñi nostri Iesu Christi scit, qui est benedictus in secula, ꝙ nõ mẽtior. Ac deinde qũo periclitatus fuerit, & qũo euaserit, breuissime narrat. Lõgũ est cætera persequi, in aliis sanctorum scripturarum locis ista monstrare. Quid si etiam figuras locutionis quæ illa arte traduntur, in iis saltem quæ de Apostoli eloquio, commemoraui, ostẽdere voluissem? Non ne facilius graues homines me nimium, quam quisquam studiosorũ sibi sufficientem putarent? Hęc omnia qñ à magistris docent̃, pro magno habentur, magno

precio emunt, magna iactatione venduntur. Quam iactationem ẽt ego redolere vereor, dum ista sic dissero. Sed male doctis hoĩb. rñ dendũ fuit, q nostros authores contẽnendos putãt, non q̃a non habent, sed q̃a nõ ostentãt q̃ nimis isti diligunt eloquentiã. Sed forte q̃s
2.Co.11. putat, tanq̃ eloquẽtem, nr̃m elegisse me Apostolũ Paulũ. Vñ.n. vbi ait, Et si imperitus sermone, sed nõ scia, quasi concedẽdo obtrectatorib. sic locutus, non tanq̃ id verũ agnosceret confitendũ. Si aũt dixisset, Imperitus quidem sermone, & nõ addidisset, sed nõ scientia nullo modo aliud posset intelligi. Sciẽtiã plane nõ cũctatus est ꝓfiteri, sine qua esse doctor gentium nõ valeret. Certe si q̃d eius pro
C ferimus ad exẽplũ eloquẽtiæ, ex illis epistolis vtiq; proferimus, quas etiã ipsi obtrectatores eius qui sermonẽ ꝑsentis contẽptibilẽ putari volebãt, graues & fortes esse cõfessi sunt. Dicẽdũ ergo mihi aliq̃d eẽ & video & de eloquẽtia Prophetarũ, vbi ꝑ tropologiã multa obteguñt. Quæ q̃to magis trãslatis verbis videñt operari, tãto magis cũ fuerint apta dulcescũt. Sed hoc loco tale aliq̃d cõmemorare debeo, vbi, q̃ dicta sunt, nõ cogar exponere, sed cõmendem tm̃ q̃uo dicta sit. Et
Amos.7. ex illius Prophetæ libro potissimum hoc faciã, qui se pastorẽ vel armẽtariũ fuisse dicit, atq; inde diuinit⁹ ablatũ atq; missum, vt Dei populo prophetaret. Non aũt secundum septuaginta interpretes qui ẽt ipsi diuino spũ interpretati, ob hoc aliter videñt nõnulla dixisse, vt ad spiritalẽ sensum scrutandũ magis admoneret lectoris intentio, vñ ẽt obscuriora nõnulla, quia magis tropica sunt eorum, sed sicut ex Hebræo in Latinum eloquiũ ꝑs-
D bytero Hieronymo vtriusq; linguæ perito interpretãte trãslata sũt. Cũ igiñ argueret impios, superbos, luxuriosos, & fraternæ iõ neglig ẽtissimos charitatis, rusticus vel ex rustico iste Phopheta exclamauit dicens, Væ vo-
Amos.6. bis q opulẽti estis in Siõ, & cõfiditis in monte Samariæ, optimates capita populorũ, ĩgrediẽtes põpatice Israel, Transite in Calãne & videte, & ite inde in Emath magnã & descẽdite in Geth Pelęstinorũ, & ad optima quęque regna horũ, si latior terminus eorum termino vestro est. Qui separati estis in diẽ malũ, & apꝓpinquatis solio iniq̃tatis. Qui dormitis in lectis eburneis, & lasciuitis in stratis vr̃is, Qui comeditis agnũ de grege, & vitulos de medio armẽti. Qui canitis ad vocẽ Psalterij. Sicut Dauid putauerũt se hr̃e vasa Cãtici, bibẽtes in phialis vinũ, & optimo vnguento delibuti, & nihil patiebañt sup cõtritione Ioseph. Nunq̃d nã isti q Prophetas pr̃os tanq̃ ineruditos & elocutionis ignaros, veluti docti disertiq; cõtẽnũt, si aliq̃d eis tale vel in tales dicẽdũ fuisset, aliter se voluissent dicere, q tñ eorũ insanire noluissent? Quid.n. est q̃d isto eloq̃o aures sobriæ plus desideret? prima ipsa inuectio, quasi sopitis sensib. vt euigilarent, quo fremitu illisa est? Væ vobis q opulẽti estis in Sion, cõfiditis in mõte Samariæ, optimates capita populorũ, ingrediẽtes põpatice domũ Israel. Deinde vt bñficiis Dei q
eis ampla spacia regni dedit, oñdat ĩgratos, E
qm̃ cõfidebãt ĩ mõte Samariæ, vbi vtiq; idola colebant: Trãsite, iq̃t ĩ Calãne & videte: et ite ĩde in Emath magnã, & descẽdite ĩ Geth Palæstinorũ, & ad optima q̃q; regna horũ, si latior terminus eorũ termino vestro est. Simul ẽt cũ ista dñr, locorũ nominib. tanq̃ luminib. ornañ eloquiũ, q̃ sũt Siõ, Samaria, Calãne, Emath magna, & Geth Palæstinorũ. Deinde verba q̃ his adiũguñt locis decẽtissime variañ. Opulẽti estis, cõfiditis, trãsite, ite, descẽdite. Cõsequẽter denũciañ futura sub iniq̃uo rege ꝓpinquare captiuitas, cũ adiungiñ. Qui separati estis in diẽ malũ, & apꝓpinquatis solio iniquitatis. Tũc subiiciuñt merita luxuriæ. Qui dormitis in lectis eburneis, & lasciuitis in stratis vestris, q comeditis agnũ de grege, & vitulos de medio armenti. Ista sex mẽbra tres bimẽbres circumitus reddiderũt. Non.n. ait, Qui separati estis in diẽ malum, qui appropinquatis solio iniquitatis, q dor-
mitis, in lectis eburneis, q lasciuitis in stratis F
vestris, qui comeditis agnũ de grege, & vitulos de medio armẽti, Q̃d si ita diceret, esset, quidẽ & hoc pulchrũ, vt ab vno pronomine repetito oĩa sex mẽbra decurrerent, & pronunciantis voce singula finirentur. Sed pulchrius factum est, vt eidẽ pronomini essent bina subnexa, quæ tres sententias explicaret: Vnam ad captiuitatis prænunciationem, qui separati estis in diem malum, & appropinquatis solio iniquitatis: Alteram ad libidinem, qui dormitis in lectis eburneis, & lasciuitis in stratis vestris: Ad voracitatem vero tertiam pertinẽtem, qui comeditis agnum de grege, & vitulos de medio armenti, vt

in

in ꝑteſtate ſit pronunciantis, vtrum ſingula finiat & mēbra ſint ſex, an primū & tertium & quintū voce ſuſpēdat, & ſm primo, quartum tertio, ſextum qnto connectendo, tres bimembres circumitus decētiſſime faciat, vnū quo calamitas imminens, alterū quo lectus impur⁹, tertium quo prodiga mēſa mōſtretur. Deinde luxurioſam remordet auriū voluptatē, Vbi cum dixiſſet, Qui canitis ad vocē Pſalterij, qm̄ pōt exerceri ſapienter à ſapientibus
G Muſica, mirabili decore dicendi, inuectionis impetu relaxato, & non ad illos, ſed de illis iā loquens, vt nos Muſicā ſapientis à Muſica luxuriātis diſtinguere commoneret, non ait: Qui canitis ad vocē pſalterij, & ſicut Dauid putatis vos hr̄e vaſa Cantici: ſed cum illud ad illos dixiſſet, qđ luxurioſi audiri deberent: Qui canitis ad vocem pſalterij, imperitiam quoq; eorū aliis quodāmodo indicauit, adiungens. Sicut Dauid putauerunt ſe hr̄e vaſa Cantici, bibentes in phialis vinū, & optimo vnguento delibuti. Tria hæc melius pronunciantur, ſi ſuſpenſis duob. priorib. membris circumitus tertio finiat. Iā vero qđ his oīb. adijcit. Et nihil patiebantur ſuꝑ cōtritione Ioſeph, ſiue continuatim dr̄, vt vnū ſit mēbrum, ſiue decentius ſuſpendat, & nihil patiebantur, & poſt hāc diſtinctionem inferat, ſuper contritione Ioſeph, atq; ſit bimembris circumitus: miro decore non dictū eſt, nihil patiebātur ſuper contritione fratris, ſed poſitus eſt pro fratre Ioſeph, vt quicunq; frater proprio ſignificaretur eius noīe, cuius ex fratrib. fama ꝑclara eſt, vel in malis q̄ pendit, vel in bonis q̄ rependit. Iſte certe tropus vbi Ioſeph quēcūque fratrē facit intelligi, neſcio vtrū illa q̄ didicimus & docuimus arte tradatur. Quā ſit tn̄ pulcher. & quēadmodū afficiat legentes atq; intelligētes, non opus eſt cuiq̄ dici ſi ipſe nō ſentit. Et plura qdem quę pertinent ad præcepta eloquētiæ, in hoc ipſo loco quē pro exēplo poſuimus pn̄t reperiri. Sed bonum adiu-
H torē non tam ſi diligenter diſcutiatur inſtruit, q̄ ſi ardenter pronūciet accēdit. Neq;. n. hæc humana induſtria cōpoſita, ſed diuina mēte ſunt fuſa & ſapienter & eloquenter, nō intenta in eloquentiam ſed à ſapientia nō recedēte eloquētia Si.n. ſicut quidam diſertiſſimi atque acutiſſimi viri videre ac dicere potuerūt, ea quæ velut oratoria arte dicuntur, non obſeruarentur & notarentur, & in hanc doctrinā redigerentur, niſi prius in Oratorū inuenirentur ingeniis, qd mirū ſi & in iſtis inueniuntur quos ille miſit q̄ facit ingenia? Quapꝑ & eloquentes qdem nō ſolū ſapientes canonicos noſtros authores doctoresq; fateamur tali eloquentia vſos qualis perſonis eiuſmodi congruebat. Sed nos etſi de literis eorum, q̄ ſine difficultate intelliguntur nonnulla ſumimus elocutionis exēpla, nequaq̄ tn̄ putare de-
I bemus imitandos eos nobis eſſe, in iis quę ad exercēdas elimandas quodāmodo mētes legentiū, & ad rūpēda faſtidia atq; acuenda ſtudia diſcere volentium zelādos quoq; ſiue vt ad pietatē conuertantur, ſiue vt à myſteriis ſecludantur, aīos impiorum, vtili ac ſalubri obſcuritate dixerunt. Sic quippe illi locuti ſūt, vt poſteriores qui eos recte intelligerent & exponerent, alterā grām, diſparē qdem verū tn̄ ſubſequētē in Dei eccleſia reperirent. Nō ergo expoſitores eorū ita loqui debent, tanq̄ ſe ipſi exponendos ſimili authoritate proponant, ſed in oīb. ſermonibus ſuis primitus ac maxime vt intelligantur elaborent ea quantum pn̄t perſpicuitate dicendi, vt aut multum tardus ſit qui non intelligat, aut in rerū quas explicare atq; oſtenderere volumus difficultate ac ſubtilitate, nō ī nr̄a locutione ſit cā, quo minus tardiusve qđ dicimus poſſit intelligi. Sūt.n. quædā q̄ ſua vi non intelliguntur, aut vix intelliguntur, quātolibet & quantumtibet, quāuis pleniſſime dicentis verſentur eloquio, quę in populi audientiā, vel raro ſi aliqd vrget, vel nunq̄ oīno mittēda ſunt. In libris aūt qui ita ſcribuntur, vt ipſi ſibi quodāmodo lectorē teneant, cū intelliguntur, moleſti non ſint volētib. legere, cum aūt nō intelliguntur, moleſti nō ſint nolentib. legere. Et in aliquorum collocutionib. non eſt hoc officium deferendū: vt vera quāuis difficilima ad intelligendum, quæ ipſi iā percepimus, cū quātocunq; labore diſputationis, ad aliorū intelligentiā perducamus, ſi te net auditorem vel collocutorē diſcēdi cupiditas, nec mentis capacitas de-
K ſit, quæ quoquo modo intima poſſit accipere, non curāte illo qui docet quāta eloquentia doceat, ſed quāta euidentia. Cuius euidentiæ diligens appetitus aliqn̄ negligit verba cultiora, nec curat quid bene ſonet, ſed qd bene indicet atq; intimet quod oſtēdere intēdit. Vnde ait qdā, cū de tali genere locutionis ageret, eſſe in ea quādam diligentem negligen-

*Qualis debeat eſſe ſermo doctoris euāgelici. Cap. 8.*

*Perſpicuitas orationis. ca. 9.*

*Qua rōne perſpicua fiat orō. Cap. 10*

gligentiam. Hæc tñ sic detrahit ornatum, vt sordes non contrahat. Quanuis in bonis doctoribus tanta docendi cura sit vel esse debeat, vt verbũ quod nisi obscurũ sit vel ambiguũ, Latinũ esse nõ põt, vulgi autẽ more sic dicitur vt ambiguitas obscuritasq; viteť, nõ sic dicatur vt a doctis, sed potius vt ab indoctis dici solet. Si.n. non piguit dicere interpretes nostros: Non congregabo conuenticula eorũ de sanguinibus: qm̃ senserũt ad rẽ pertinere, vt eo loco pluraliter enunciaretur hoc nomẽ, ꝙ in Latina lingua tãtũmodo singulariter dicitur: cur pietatis doctorẽ pigeat imperitis loquentẽ ossum potius q̃ os dicere, ne ista syllaba non ab eo quod sunt ossa, sed ab eo quod sunt ora intelligatur, vbi Aphræ aures de correptione vocaliũ vel ꝓductione nõ iudicãt. Quid.n. prodest locutionis integritas, q̃ nõ sequitur intellectus audiẽtis, cũ loquendi oĩno nulla sit causa, si quod loquimur non intelligunt, ꝑꝑ quos vt intelligant loquimur? Qui ergo docet, vitabit oĩa verba quæ nõ docẽt. Et si ꝓ eis alia integra q̃ intelligãtur põt dicere, id magis eliget. Si ãt nõ põt, siue qa nõ sunt, siue qa in præsentia nõ occurrunt, vteť ẽt verbis minus integris, dũ tñ res ipsa doceať atq; discatur integre. Et hoc quidẽ nõ solũ in collocutionibus, siãt cũ aliquo vno, siue cũ pluribus, verũetiã multo magis in populis, qñ sermo promiť, vt intelligatur instãdũ est: qa & in collocutionibus est cuiq; interrogandi potestas. Vbi autẽ omnes tacẽt vt audiatur vnus, & in eum intẽta ora cõuertũt, vbi vt requirat quisq; ꝙ nõ intellexerit, nec moris est nec decoris, ac ꝑ hoc debet maxime tacẽti subuenire cura dicẽtis. Solet aũt motu suo significare auida multitudo cognoscẽdi vtrũ intellexerit. Quod donec significet, versandũ est ꝙ agiť multimoda varietate dicendi, quod in potestate non habent qui præparata & ad verbũ memoriter retenta pronunciãt. Mox autem vt intellectũ esse cõstiterit, aut sermo finiendus, aut in alia transeũdũ est. Sicut enim gratus est qui cognoscenda enubilat, sic onerosus est q cognita inculcat, eis dũtaxat quorũ tota expectatio in dissoluẽda eorũ q̃ pandũtur difficultate pendebat. Nã delectandi gratia etiã nota dicuntur, vbi non ipsa sed modus quo dicuntur attenditur. Quod si & ipse iã notus est atq; auditoribus placet, pene nihil interest, vtrũ is qui dicit, dictor vel lector sit. Solent enim & ea quæ commode scripta sunt, non solũ ab ijs quibus primitus innotescunt iucunde legi, verũ ab ijs etiã quibus iã nota sunt, neq; adhuc illa de memoria deleuit obliuio, non sine iucunditate relegi, vel ab vtrisq; libenter audiri. Quæ autẽ quisque iam oblitus est, cum cõmonetur, docetur. Sed de modo delectandi nunc non ago, de modo autẽ quo docendi sunt qui discere desiderant loquor. Is aũt optimus, quo fit, vt qui audit verũ audiat, & quod audit intelligat. Ad quẽ finẽ cũ ventum fuerit, nihil tunc amplius de ipsa re tanquã diutius docẽda laborãdum est, sed forte de cõmendanda vt in corde figatur. Quod si faciẽdũ videbitur, ita modeste faciendũ est, ne perueniať ad tędiũ. Prorsus hæc est in docendo eloquentia, qua fit dicendo non vt libeat ꝙ horrebat, aut vt fiat quod pigebat, sed vt appareat quod latebat. Quod tñ si fiat insuauiter, ad paucos quidẽ studiosissimos suus ꝑuenit fructus, qui ea quæ discenda sunt, quamuis abiecte inculteq; dicantur, scire desiderant. Quod cũ adepti fuerint, ipsa delectabiliter veritate pascũtur. Bonorũq; ingeniorũ insignis est indoles, in verbis verũ amare, nõ uerba. Quid enim prodest clauis aurea, si aperire quod uolumus non potest? Aut qd obest lignea, si hoc põt, qñ nihil quærimus nisi patere qđ clausum est? Sed qm̃ inter se nõnullã similitudinẽ uescentes atq; discentes ꝑꝑ fastidia plurimorũ ẽt ipsa sine qb. uiui nõ põt alimẽta cõdiẽda sunt. Dixit ergo qdã eloquẽs, & uerũ dixit ita dicere debere eloquentẽ, ut doceat, ut delectet, ut flectat. Deinde addidit, docere necessitatis est, delectare suauitatis, flectere uictoriæ. Horũ trium quod primo loco positũ est, hoc docendi necessitas, in rebus est cõstituta quas dicimus, reliqua duo in modo quo dicimus docendo. Qui ergo dicit cum docere uult quandiu non intelligitur nondũ se existimet dixisse qđ uult ei quẽ uult docere. Quia etsi dixit quod ipse intelligit, nondũ illi dixisse putãdus est à quo intellectus nõ est. Si uero intellectus est, quocunq; mõ dixerit, dixit. Quod si etiam delectare uult eũ cui dicit, aut flectere: non quocunq; modo dixerit faciet, sed interest qũo dicat ut faciat. Sicut est autẽ ut teneatur ad audiendum delectandus auditor: ita flectendus, ut mouea-

*Margin notes:* *Qualis debeat esse sermo doctoris euangelici. Cap. 8.* — *Psal. 15.* — M — *Perspicuitas orationis. ca. 9.* — A — *Qua rõne perspicua fiat orõ. Cap. 10* — B — *Quare conanti dicere dicẽdum perspicue. Cap. 11.* — *Oratoris est docere delectare flectere. Cap. 12.* — C

tur ad agendum. Et sicut delectatur si suauiter loquaris: ita flectitur si amet qđ pollice-ris, timeat quod minaris, oderit quod arguis, quod cōmēdas amplectatur, quod dolendū exaggeras doleat, cū quid lętandū prędicas gaudeat, misereatur eorū quos miserādos ante oculos dicendo cōstituis, fugiat eos quos cauendos terrendo proponis: & quicquid aliud grādi eloquētia fieri pōt ad cōmouēdos animos auditorū, nō quid agendū sit vt sciāt, sed vt agāt ꝙ agēdū esse iā sciunt. Si āt adhuc nesciūt, prius vtiq; docēdi sunt q̃ mouendi. Et fortasse rebus ipsis cognitis ita mouebūtur, vt eos non opus sit maioribus eloquentiæ viribus iā moueri. Quod tamen cū opus est faciēdū est. Tunc aūt opus est, qñ cū scierint qđ agendū sit nō agūt ac per hoc docere necessitatis est. Possunt.n.homines & agere & nō agere quod sciunt. Quis aūt dixerit eos agere debere quod nesciunt? Et ideo flectere necessitatis non est, quia non semper opus est, si tantum docenti vel etiā delectanti consentit auditor. D Ideo autem victorię est flectere, quia fieri potest vt doceatur, & delectetur, & nō assentiatur. Quid aūt illa duo proderūt, si desit hoc tertium? Sed neq; delectare necessitatis est: quandoquidē cum dicendo vera monstrantur, quod ad officiū docendi pertinet, non eloquio agitur, neq; hoc attenditur, vt vel ipsa vel ipsum delectet eloquium, sed per seipsa quoniam vera sunt manifestata delectant. Vnde plerunq; delectant etiam falsa patefacta atq; conuicta. Neque enim delectant, quia falsa sunt, sed quia falsa esse verū est. Delectat & dictio qua hoc verum esse monstratum est.

*Dicendo flectendi animi. cap. 13.*

Propter eos aūt quibus fastidientibus non placet veritas, si alio quocunq; modo, nisi eo modo dicatur vt placeat & sermo dicentis, datus est in eloquētia non paruus etiam delectationi locus. Quę tñ addita nō sufficit duris, quos nec intellexisse nec docētis elocutione delectatos esse profuerit. Quid enim hæc duo cōferunt homini, qui & confitetur verum, & collaudat eloquiū, nec inclinat assensum, propter quē solū cū aliquid suadetur rebus quę dicūtur inuigilat dicētis intētio? Si enim talia dicantur quæ credere vel nosse sufficit, nihil est aliud eis consentire, nisi confiteri vera esse. E Cum vero id docetur quod agendū est, & ideo docet vt agatur, frustra persuadetur verū esse quod dicitur, frustra placet modus ipse quo discitur, si nō ita discit vt agat. Oportet igitur eloquentē ecclesiasticū qñ suadet aliquid quod agendum est, non solū docere vt instruat, & delectare vt teneat, verūetiam flectere vt vincat. Ipse quippe iam remanet ad consensionē flectēdus eloquentiæ grāditate, in quo id non egit vsq; ad eius confessionē demonstrata veritas, adiuncta etiā suauitate dictionis.

*Dicendi genus graue. cap. 14.*

Cui suauitati tantū operæ impensum est ab hominib. vt nō solū nō faciēda, verūetiā fugiēda ac detestanda, tot & tāta mala atq; turpia, quæ malis & turpib. disertissime persuasa sunt, nō vt eis cōsentiat, sed sola delectationis grā lectitētur. Auertat aūt Deus ab ecclesia sua qđ de synagoga Iudæorū Hieremias Propheta cōmemorat dicēs, Pauor & horrēda facta sunt super terrā, Prophetæ prophetabāt iniqua, & sacerdotes plausum dederūt manibus suis, & plebs mea dilexit sic. *Hiere. 5.* Et quid facietis in futurū? O eloquētia tāto terribilior, quāto purior, & quāto solidior, tanto vehemētior. O vere securis concidēs petras. F Huic.n. rei simile eē verbū suum quod ꝑ sanctos Prophetas fecit, & per hūc ipsum Prophetā Deus ipse dixit, Absit itaq; absit à nobis, vt sacerdotes plaudant manibus iniqua dicentibus, & plebs Dei diligat sic. Absit à nobis, inq̃, tanta demētia. Nā quid faciemus in futurū? Et certe minus intelligantur, minus placeant, minus moueāt quę dicūtur, vera tñ dicantur & iusta, non iniqua libēter audiant. Quod vtiq; nō fieret nisi suauiter dicerētur. In populo aūt graui de quo dictū est Deo, In populo graui laudabo te: *Psal. 34.* nec illa suauitas delectabilis est, qua nō qdē iniqua dicuntur, sed exigua & fragilia bona spumeo verborū ambitu ornātur, quali nec magna atq; stabilia decēter & grauiter ornarent. Est tale aliqd in epistola beati Cypriani. *Cyprianus.* Qđ ideo puto accidisse vel cōsulto factū eē, vt sciret à posteris quā linguā doctrinæ Christianæ sanitas ab ista redūdātia reuocauerit, & eloquētiā grauiorē modestioreq; restrinxerit qualis in eis cōsequētib. literis secure amat: religiose appetit, sed difficillime implet. Ait ergo quodā loco, Petam⁹ hāc sedē: dāt secessum vicina secreta: vbi dū erratici palmitū lapsus pendulis nexibus per arūdines baiulas repūt, viteam porticum frōdea tecta fecerunt. G Non dicuntur ista nisi

mirabiliter affluentissima fęcunditate facundiæ, sed ꝑfusione nimia grauitate displicēt. Qui vero hæc amāt, profecto eos qui nō ita dicunt, sed castigatius eloquuntur, nō posse ita eloqui existimant, non iudicio ista deuitare. Quapropter iste vir sanctus & posse se ostendit sic dicere, quia dixit alicubi, & nolle qm̄ postmodū nusquā. Agat itaq; noster iste eloquēs cū & iusta & sancta & bona dicit: neque.n.alia debet dicere: agat ergo quātū pōt cū ista dicit, vt intelligenter, vt libēter, vt obedięter audiat: & hæc se posse si potuerit, & inquantū potuerit, pietate magis orationū q̄ oratorū facultate non dubitet, vt orādo pro se ac pro illis quos est allocuturus, sit orator anteq̄ dictor. Ipsa hora iā vt dicat accedens, priusquā exerat proferentē linguā, ad Deum leuet animā sitientē, vt eructet ꝙ biberit vel ꝙ impleuerit fundat. Cū.n. de vnaquaq; re q̄ secundū fidē delectationemq; tractanda sūt, multa sint quæ dicant̄, & multi modi quibus dicant̄ ab eis qui hoc sciunt, quis nouit quid ad præsens tp̄s, vel nobis dicere, vel per nos expediat audiri, nisi qui corda omniū videt? Et quis facit vt quod oportet, & quēadmodū oportet dicatur à nobis, nisi in cuius manu sunt & nos & sermones nostri? Ac per hoc discat quidē oīa q̄ docenda sunt qui & nosse vult & docere facultatemq; docēdi vt decet virū Ecclesiasticū cōparet. Ad horā vero ipsius dictionis illud potius bonæ mēti cogitet cōuenire ꝙ dn̄s ait, Nolite cogitare qūo aut quid loquamini, dabitur.n. vobis in illa hora quid loquamini: nō.n. vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui loquitur in uobis. Si ergo loquitur in eis spiritussanctus qui persequentib. tradunt̄ pro Christo, cur non & in eis qui tradunt discentib. Christū? Quisquis aūt dicit non esse hominib. ꝑcipiendū quid vel quēadmodū doceant, si doctores sanctus efficit spiritus, pōt dicere, nec orandū nobis esse, quia dn̄s ait, Scit pater vester quid vobis necessariū sit priusquā petatis ab eo. Aut Apostolū Paulū Timotheo & Tito nō debuisse ꝑcipere, quid uel quēadmodū ꝑciperent alijs. Quas tres Apostolicas epistolas ante oculos habere debet, cui est in ecclesia doctoris persona imposita. Nonne in prima ad Timotheū legitur, Annuncia hæc & doce? Quæ aūt sint, supra dictū est. Nonne ibi est, Seniorē ne increpaueris, sed obsecra vt patrē? Nonne in secunda ei dr̄: Formā habe verborū sanorū q̄ à me audisti? Nonne ibi ei dr̄, Satis age teipsum probabilē operariū exhibens Deo, non erubescentē verbū veritatis recte tractantē? Ibi est & illud. Prędica uerbū, insta opportune, importune, argue, obsecra, increpa in omni lōganimitate & doctrina. Itemq; ad Titū, nonne dicit Ep̄m iuxta doctrinā fidelis verbis perseuerantē esse debere, ut potens sit in doctrina sana & contradicentes redarguere? Ibi ēt dicit, Tu uero loquere q̄ decet sanā doctrinā, senes sobrios esse, & q̄ sequuntur. Ibi & illud, Hæc loquere & exhortare, & increpa cū omni imperio. Nemo te contēnat, Admone illos principibus & potestatibus subditos esse: & cętera. Quid ergo putamus? Nunquid contra seipsum sentit Apostolus, qui cū dicat doctores operatione fieri spiritussancti, ipse illis ꝑcipit quid & quēadmodū doceāt? An intelligēdū est, & hominū officia ipso sancto spiritu largiente in docendis ēt ipsis doctorib. non debere cessare: & tn̄ neq; qui plantat esse aliquid, neq; qui rigat, sed Deū qui incrementū dat? Vnde ipsis quoq; ministris sanctis hominib. uel ēt sanctis angelis operātibus nemo recte discit quæ pertinent ad uiuendū cum Deo, nisi fiat à Deo docilis cui dr̄ in Psalmo. Doce me facere uoluntatē tuam, quia tu es Deus meus. Vnde & ipsi Timotheo idem dicit Apostolus, loquens utiq; ad discipulū doctor, Tu autem perseuera in ijs quæ didicisti, & credita sunt tibi, sciens à quo didiceris. Si.n. corporis medicamenta quæ hominibus ab hominibus adhibentur, nō nisi eis prosunt, quibus Deus operatur salutē, qui & sine illis mederi pōt, cum sine ipso illa non possunt, & tn̄ adhibentur, & si hoc officiose fiat, inter opera misericordiæ uel beneficentiæ deputatur: ita & adiumenta doctrinæ tunc prosunt animæ adhibita per hominē, cum Deus operatur vt prosint, qui potuit Euangeliū dare homini, ēt non ab hominibus neq; per hominē. Qui ergo dicēdo nitit̄ persuadere ꝙ bonū est, nihil horū triū spernēs, vt s. doceat, ut delectet, vt flectat, oret atq; agat: vt quemadmodum supra diximus, intelligenter, libenter, obedienterq; audiatur. Quod cum apte & conuenienter facit, non immerito eloquens dici potest, etsi non eum sequatur auditoris assensus. Ad hæc.n. tria, idest ut doceat, ut delectet,

*Orandus Deus doctori Ecclesiastico ante concionē. Cap. 15.* — H — *Sapien. 7* — *Mat. 10.* — *Non tantū preces sed & studium necessariū. cap. 16.* — *Matt. 6.* — I — *1. Tim. 4* — *1. Tim. 5* — *1. Tim. 1* — *2. Tim. 2* — *2. Tim. 4* — *Titū 1.* — *Ad Titū 2. & 3.* — K — *1. Cor. 3.* — *Ps. 142.* — *2. Tim. 3* — L — *Triplex dicēdi genus. Cap. 17.*

ctet, vt flectat, ēt tria illa vr̄ pertinere voluisse idē ipse Romani author eloquij cū itidem dixit. Is igitur erit eloquens qui poterit parua submisse, modica tēperate, magna granditer dicere: tanquā si adderet illa ēt tria & sic explicaret vnam eandemq; summam dicens, Is erit igitur eloquēs, qui vt doceat poterit parua submisse, vt delectet modica tēperate, vt flectat magna granditer dicere. Hæc aūt tria ille sicut ab eo dicta sunt, in causis forensib. posset ostendere. Non aūt hoc est in Ecclesiasticis qōnibus, in quib. hmōi quē volumus informare sermo versatur. In illis.n. ea parua dicuntur, vbi de reb. pecuniarijs iudicādum est: Ea magna, vbi de salute ac de capite hominū.

*In lib. cui titulus, Orator. Eadē Ecclesiasticæ necessaria, quæ Oratori. Cap. 18.*

M Ea vero vbi nihil horū iudicandū est, nihilq; agitur vt agat siue decernat, sed tantū modo vt delectetur auditor, inter vtrunque quasi media, & ob hoc modica, hoc est moderata dixerunt. Modicis.n. modus nomē imposuit. Nam modica pro paruis abusiue, non proprie dicimus. In istis aūt nostris qn̄quidē oīa, maxime q̄ de loco superiore populis dicimus, ad hominū salutē, nec tēporariam ad æternā referre debemus, vbi ēt cauendus est æternus interitus, oīa magna sunt q̄ dicimus: vsqueadeo vt nec de ipsis pecuniarijs rebus, vel acquirendis vel amittendis parua videri debeant, q̄ doctor Ecclesiasticus dicit, siue sit illa magna, siue parua pecunia. Neque.n. parua est iustitia, quam profecto & in parua custodire debemus, dicente dño, Qui in minimo fidelis est, & in magno fidelis est. *Luc. 16.* Qđ ergo minimū est, minimū est: sed in minimo fidelē esse, magnū est. Nā sicut ratio rotunditatis, est, vt à puncto medio oēs lineæ pares in extrema ducātur, eadē est & in magno disco q̄ in nummulo exiguo: ita vbi parua iuste

A geruntur, non minuit iustitię magnitudo. De iudicijs deniq; secularib. quib. vtique nisi pecuniarijs cū loqueret Apostolus, Audet quisquā vestrū, inquit, aduersus alterū habens negociū iudicari ab iniqs, & nō apud sanctos? An nescitis, quia sancti mundū iudicabūt? Et si in vobis iudicat mūdus, indigni estis, q de minimis iudicetis? Nescitis q̄a angelos iudicabimus, nedū secularia? Secularia igit iudicia si habueritis, eos qui cōtēptibiles sunt in Ecclesia, hos cōstituite ad iudicandū. Ad reuerentiā vobis dico. Sic non est inter vos qsquā sapiens, qui possit inter fratrem suum iudicare? sed frater cū fratre iudicatur, & hoc apud infideles. Iā quidē omnino delictū est, quia iudicia habetis vobiscū. Quare nō magis iniquitatem patimini? Quare non potius fraudamini? Sed vos iniquitatē facitis & fraudatis, & hoc fratres. An nescitis quia iniusti regnū Dei non hæreditabunt? Quid est q̄ sic indignatur Apostolus, sic corripit, sic exprobrat, sic increpat, sic minatur? Quid est q̄ sui animi affectū tā crebra & tā aspera vocis mutatione testatur? Quid est postremo, q̄ de rebus minimis tā granditer dicit? Tm̄ne de illo negocia secularia meruerunt? Absit. Sed hoc facit pp iustitiā, charitatē, pietatē, q̄ nulla sobria mente dubitante, ēt in reb. quālibet paruulis magna sūt. B Sanè si monerem⁹ homines quemadmodū ipsa negocia secularia vel pro se vel pro suis apud Ecclesiasticos iudices agere deberent, recte admoneremus vt agerēt tanquā parua submisse. Cū vero de illius viri disseramus eloquio, quē volumus earū esse doctorē, quib. liberamur ab æternis malis, atq; ad æterna peruenimus bona, vbicunque agantur hæc, siue ad populū, siue priuatim, siue ad vnum, siue ad plures, siue ad amicos, siue ad inimicos, siue in perpetua dictione, siue in collocutione, siue in tractatib. siue in libris, siue in epistolis vel longissimis vel breuissimis, magna sūt: nisi forte qm̄ calix aquę frigidæ, res minima atq; vilissima est, ideo minimū aliquid atq; vtilissimū dn̄s ait, q̄ eū qui dederit discipulo eius, non perdet mercedē suam. *Mat. 10.* Aut vero qn̄ iste doctor in Ecclesia facit inde sermonē, paruū ne aliquid debet existimare se dicere, & ideo non tēperate, nō grāditer, sed submisse sibi esse dicendū? Nōne qn̄ accidit vt de hac re loqueremur ad populū, & Deus affuit vt non incongrue diceremus, tanq̄ de illa aqua frigida quædā flamma surrexit, q̄ ēt frigida hominū pectora, ad misericordiæ opera faciēda, spe cęlestis mercedis accenderet? C Et tñ cum doctor iste debeat rerū dictor esse magnarū, non semper eas debet granditer dicere, sed submisse cum aliquid docetur, tēperate cum aliquid vituperatur siue laudatur. Cū vero aliquid agendū est, & ad eos loquimur qui hoc agere debent, nec tñ volunt, tūc ea quæ magna sunt, dicenda sunt granditer, & ad flectendos animos congruenter. Et aliquando de vna eademq; re magna, & submisse dicitur si docetur,

*Alias alio vtendum dicēdi genere. c. 19.*

cetur, & tẽperare si prędicatur, & grãditer si
auersus inde animus vt conuertatur impelli
tur. Quid. n. Deo ipso maius est? Nunquid iõ
non discitur? Aut qui docet vnitatẽ trinitatis
debet nisi submissa disputatione agere, vt res
ad dignoscẽdũ difficilis, quantũ datur possit
intelligi? Nunquid hic ornamenta & nõ do-
cumenta quęruntur? Nunquid vt aliquid a-
gat, est flectendus auditor, & nõ potius vt di
scat instruẽdus? Porro cũ laudatur Deus, siue
de seipso siue de operibus suis, quãta facies
pulchrę ac splẽdidæ dictionis oboritur ei, q
põt quãtũ potest laudare quẽ nemo cõueniẽ
ter laudat, nemo quomodocunq; nõ laudat.
D At si nõ colatur, aut cũ illo vel etiam prę il-
lo colantur idola, siue dęmonia, siue q̃cun-
que creatura, quantũ hoc malũ sit, atq; vt ab
hoc malo auertantur homines, debet vtique
*Exempla ex sacris literis. Cap. 20.* grãditer dici. Submissæ dictionis exemplum
est apud Apostolũ Paulũ, vt planius aliquid
commemorẽ, vbi ait, Dicite mihi sub lege
volentes esse legem non legistis? Scriptũ est
*Galat. 4.* enim quod Abrahã duos filios habuit: vnum
de ancilla, & vnũ de libera. Sed ille q de an-
cilla, secundũ carnẽ natus est: qui aũt de libe
ra, per repromissionẽ: quę sunt in allegoria.
Hæc enim sunt duo testamẽta. Vnũ quidẽ in
monte Sina in seruitutẽ generãs, q̃ est Agar.
Sina. n. mõs est in Arabia, q̃ cõiũcta est huic
q̃ nunc est Hierusalẽ, & seruit cum filijs suis.
*Galat. 3.* Quæ aũt sursum est Hierusalẽ libera est, quę
est mater nostra &c. Itẽq: ibi ratiocinatur &
dicit, Fratres, secundũ hominẽ dico, tñ hoĩs
cõfirmatũ testamentũ nemo irritũ facit, aut
superordinat, Abrahę dictæ sunt promissio-
nes & semini eius. Non dicit in seminibus tã
quã ĩ multis, sed tãquã in vno, & semini tuo
q̃d est Christus. Hoc aũt dico testamẽtũ cõ-
firmatũ à Deo, q̃ post quadringẽtos & trigin
ta annos facta ẽ lex, nõ infirmat ad euacuan
E das ꝓ missiones. Si. n. ex lege hæreditas, iã nõ
ex promissione. Abrahæ aũt ꝑ repromissio-
nẽ donauit Deus. Et quia occurrere poterat
audiẽtis cogitationi, vt q̃d ergo lex data est,
si ex illa non est hęreditas? ipse sibi hoc obie
cit, atque ait velut interrogatus. Quid ergo
lex? Deinde rñdit. Transgressionis grã pro-
posita est, donec veniret semẽ cui pomissũ
est disposita ꝑ angelos in manu mediatoris.
Mediator aũt vnius non est: Deus autẽ vnus
est. Et hic occurrebat q̃d sibiipse proposuit.
Lex ergo aduersus ꝓmissa Dei? Et rñdit, Ab-
sit. Reddiditq; rationẽ dicẽs. Si. n. data esset
lex quę possit viuificare, vere ex lege esset iu
stitia. Sed conclusit scriptura oĩa sub pecca-
to, vt ꝓmissio ex fide Iesu Xp̄i daretur cre-
dẽtib. &c. vel si q̃d eiusmodi est. Pertinet er-
go ad docẽdi curã nõ solũ aperire clausa, &
nodos soluere q̃stionũ: sed etiã dũ hoc agi-
tur alijs quæstionib. quæ fortassis inciderint,
ne id quod dicim⁹ improbetur per illas aut
refellatur, occurrere: si tñ & ipsa earũ solutio
pariter occurrerit, ne moueamus quod au-
ferre non possumus. Fit autẽ vt cum incidẽ-
tes quæstioni aliæ quæstiones, & aliæ rursus F
incidentibus incidentes pertractãtur atq; sol
uuntur, in eam longitudinem ratiocinatio-
nis extendatur intentio, vt nisi memoria plu
rimũ valeat atq; vigeat, ad caput vnde ageba
tur disputator redire nõ possit. Valde aũt bo
nũ est, vt quicquid contradici potest, si oc-
currerit refutetur, ne ibi occurrat vbi non
erit qui respõdeat: aut pręsenti q̃dẽ sed tacẽ-
ti occurrat, & minus sanatus * abscedat. In il *Al.' l. satiatus.*
lis aũt Apostolicis verbis dictio tẽperata est,
Seniorẽ ne ĩcrepaueris, sed obsecra vt patrẽ
iuniores vt fratres, anus vt matres, adolescẽ-
tulas vt sorores. Et in illis, Obsecro aũt vos
fratres ꝑ miserationẽ Dei, vt exhibeatis cor- *Temporatæ dictionis exemplum.*
pora vestra hostiã uiuã, sanctã, Deo placen-
tã. Et totus ferè ipsius exhortationis locus tẽ
peratũ habet elocutionis genus: ubi illa pul-
chriora sunt in quibus ꝓpria ꝓprijs tanquã *Rom. 12.*
debita reddita decẽter excurrunt, Sicuti est,
Habentes dona diuersa secundũ grãm q̃ da-
ta est uobis: siue prophetiam, secundũ regu- *Distributio.*
lã fidei: siue ministeriũ, in ministrãdo: siue q
docet, in doctrina: siue q exhortat, in exhor
tatione: Qui tribuit, in simplicitate: q pręest,
in solicitudine, qui miseretur, in hilaritate,
Dilectio sine simulatione, Odio habẽtes ma G
lũ, adhærentes bono, Charitate fraternitatis
inuicẽ diligẽtes, honore mutuo ꝑuenientes,
studio non pigri, spiritu feruẽtes, dño ser-
uientes, spe gaudẽtes, in tribulatione patien
tes, orationi instantes, necessitatib. sanctorũ
cõmunicãtes, hospitalitatẽ sectãtes. Benedi-
cite persequẽtibus vos, bñdicite & nolite ma
ledicere. Gaudere cũ gaudentib. flere cũ flen
tibus. Idipsum inuicem sentientes. Et quam
pulchrè ista oĩa sic effusa, bimẽbri circuitu
terminãtur? Non alta sapiẽtes, sed humilibus

consentientes. Et aliquanto post, In hoc ipso inquit, perseuerantes, Reddite oībus debita: cui tributū, tributū: cui vectigal, vectigal: cui timorē, timorē: cui honorē, honorem. Quę mēbratim fusa claudūt ēt ipso circuitu, quē duo mebra connectūt. Nemini quicq̄ debeatis nisi vt inuicē diligatis. Et post paululū. Nox p̄cessit inq̄t, dies aūt appropinquabit, Abijciamus itaq; opera tenebrarū, & induamur arma lucis, sicut in die honeste ambulemus. Nō In comessationibus & ebrietatibus, nō in cubilibus & impudicitijs, nō in cōtentione & ęmulatione, sed induimini dominū Iesū
H Xp̄m, & carnis prouidētiā ne feceritis in cōcupiscētijs. Qđ si q̄squā ita diceret, Et carnis prouidētiā ne in cōcupiscētijs feceritis: sine dubio aures clausula numerosiore mulceret. Sed grauior interpres etiam ordinē maluit tenere verborū. Qūo aūt hoc in Græco eloquio sonet, quo est locutus Apostolus videant eius eloquij vsq; ad ista doctiores. Mihi tū quod nobis eodē verborū ordine interp̄tatū est, nec ibi videtur currere numerose. Sanè hūc elocutionis ornatū, qui numerosis fit clausulis, deesse fatēdū est authorib⁹ nostris. Qđ verū p̄ interpretes factū sit, an, qđ magis arbitror, consulto illi hæc plausibilia deuitauerint, affirmare non audeo: q̄m me fateor ignorare. Illud tñ scio, qđ si quisqnam huius numerositatis petitur, illorū clausulas eorūdē numerorū lege cōponat: qđ facile fit mutatis quibusdā verbis, q̄ tantundē significatione valent, vel mutato eorum q̄ inuenit ordine: nihil illorū q̄ velut magna in scholis Grāmaticorū aut Rhetorum didicit, illis diuinis viris defuisse cognoscet. Et multa reperiet locutionis genera tāti decoris, quæ quidē & in
I nostra, sed maxime in sua lingua decora sūt, quorū nullū in eis, quibus isti inflantur literis inuenitur. Sed cauendū est ne diuinis grauibusq; sententijs, dum additur numerus, pōdus detrahatur. Nā illa musica disciplina, vbi numerus iste plenissime discitur, vsqueadeo non defuit Prophetis nostris, vt vir doctissimus Hieronymus quorundā etiā metra cōmemoret, in Hebræa duntaxat lingua: Cuius vt veritatem seruaret in verbis, hæc inde nō transtulit. Ego autem vt de sensu meo loquar qui mihi q̄ alijs & q̄ aliorū est vtiq; notior, sicut in meo eloquio, quantum modeste fieri arbitror, non prætermitto istos numeros

*Numerosum, inq̄t Cicero putatur nō qđ totū cōstat ex numeris sed quod ad numeros proxime accedit.*

*In prologo super Iob.*

clausularū: ita in authoribus nostris hoc mihi plus placet q̄ ibi eos rarissime inuenio. Grande aūt dicendi genus hoc maxime distat ab isto temperato genere, q̄ nō tā verborū ornatibus acceptū est, q̄ violētis animi affectibus. Nā capit etiam illa ornamenta penè omnia sed ea si nō habuerit non requirit. Fertur quippe impetu suo, & elocutionis pulchritudinē si ocurrerit vi rerū rapit, nō cura decoris assumit. Satis. n. est ei propter quod agitur, vt verba congruentia non oris eligantur industria, sed pectoris sequantur ardorē. Nā aurato gēmatoq; ferro vir fortis armetur, intētissimus pugnæ, agit quidē illis armis quod agit, non quia speciosa, sed quia arma K
sunt: idē ipse est tñ, & valet plurimum, etiam cū rimanti telum ira facit. Agit Apostolus vt pro Euangelico ministerio patienter mala huius tēporis, cū solatio donorū Dei oīa tolerentur. Magna res est & granditer agitur, nec desunt ornamenta dicendi, Ecce, inquit, nunc tēpus acceptabile, ecce nunc dies salutis: nullā in quoquā dantes offensionē, vt nō reprehēdatur ministeriū nostrū: sed in omnib. cōmendātes nosmetipsos vt Dei ministros. in multa patiētia, in tribulationib. in necessitatib. in angustijs, in plagis, in carcerib. in seditionibus, in laboribus, in vigilijs, in ieiunijs, in castitate, in sciētia, in longaminitate, in benignitate, in spiritusancto, in charitate nō ficta, in verbo veritatis, in virtute Dei. per arma iustitiæ à dextris & à sinistris, p̄ gloriā & ignobilitatē, p̄ infamiā & bonā famā: vt seductores & veraces, vt qui ignoramur & cognoscimur, quasi moriētes, & ecce viuimus: vt coerciti & nō morificati: vt tristes, sē per aūt gaudētes: sicut egētes, multos aūt ditātes: tāq̄ nihil habētes, & oīa possidētes. Vide adhuc ardētē, Os nostrū patet ad vos o Co- L
rinthij, cor nostrū dilatatū est: & cętera quę persequi longū est. Itēq; ad Romanos agit, vt persecutiones huius mundi charitate vincātur, spe certa in adiutorio Dei. Agit aūt & & granditer & ornate. Scimus, inquit, q̄m diligētib; Deū omnia cooperantur in bonū, ijs qui secūdū propositū vocati sunt sancti: q̄m quos ante præsciuit & prædestinauit cōformes fieri imaginis filij sui, vt sit ipse primogenitus in multis fratribus. Quos aūt prædestinauit, illos & vocauit: & quos vocauit, ipsos & iustificauit: quos autem iustificauit, illos

*2. Co. 6.*

*Grandiloquæ dictionis exemplū.*

*Rom. 8.*

los & glorificauit. Quid ergo dicemus ad hæc? Si Deus pro nobis, quis contra nos? Qui proprio filio nõ pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illũ, quõ non ẽt cum illo nobis oĩa donauit? Quis accusabit aduersus electos Dei? Deus qui iustificat. Quis est qui cõdẽnet? Christus Iesus qui mortuus est, magis aũt qui resurrexit, qui est in dextera Dei, qui & interpellat pro nobis. Quis nos separabit
M à charitate Christi? Tribulatio, an angustia an persecutio, an fames, an nuditas, an periculũ, an gladius? Sicut scriptum est, Qm̃ pp te *Psal. 43.*
mortificamur tota die, æstimati sumus vt oues occisionis. Sed in his omnib. superuincimus per eũ qui dilexit nos. Certus sum.n. q̃a neq; mors, neq; vita, neq; angeli, neq; principatus, neq; præsentia, neq; futura, neq; virtus, neq; altitudo, neq; profundũ, neq; creatura alia poterit nos separare à charitate Dei q̃ est in Christo Iesu dño nostro. Ad Galatas aũt quãuis tota ipsa epistola submisso dicendi genere scripta sit, nisi in extremis partib. vbi est eloquium temperatum, tñ interponit quendã locũ eo motu animi, vt sine vllis quidẽ talib. ornamẽtis qualia sunt in ijs quæ modo posuimus, non posset tñ nisi granditer dici, Dies, inquit, obseruatis & mẽses & annos
*Galat. 4.* & tẽpora, Timeo vos ne forte sine causa laborauerim in uobis. Estote sicut & ego, qm̃ & ego sicut uos. Fratres p̃cor uos, nihil me læsisti. Scitis quia per infirmitatẽ carnis iampridẽ euangelizaui uobis, & tentationes uestras in carne mea non spreuistis neq; respuistis: sed sicut angelũ Dei excepistis me, sicut Christum Iesum. Quę ergo fuit beatitudo vestra? Testimoniũ uobis perhibeo, qm̃ si fieri posset, oculos uestros eruissetis & dedissetis mihi. Ergo inimicus factus sum uobis uerũ prædicans? Aemulantur uos non bene, sed excludere uos uolunt ut eos æmulemini. Bonũ est aũt in bono æmulari semper, & non solũ
A cum præsens sum apud uos. Filioli mei quos iterũ parturio donec formetur Christus in uobis. Vellem aũt nunc adesse apud uos, & mutare uocem meã, quia confundor in uobis. Nunquid hic aut cõtraria contrarijs uerba sũt reddita, aut aliqua gradatione sibi sub nexa sunt, aut cęsa & mẽbra circuitusve sonuerunt? Et tñ non iõ tepuit grandis affectus quo eloquiũ feruere sentimus. Sed Apostolica ista sic clara sunt, ut & profunda sint, atq;

*Exempla ex doctorib. c. 21.*

ita cõscripta memoriæq; mandata, vt nõ solũ lectore uel auditore, uerumẽt expositore opus habeant, si quis in eis nõ superficie cõtentus altitudinẽ q̃rat. Quapp uideamus ista genera dicẽdi in eis qui istorũ lectione ad rerũ diuinarũ atq; salubriũ sciẽtiã profecerũt, eadẽq; ecclesiæ ministrarunt. Beatus Cyprianus submisso dicendi genere utit in eo libro ubi de sacro calicis disputat. Soluitur quippe ibi qõ in qua quæritur, utrũ calix dñicus aquã solã, an eã uino mixtã debeat habere. Sed exẽpli gratia aliquid inde ponendũ est. Post principiũ ergo epistolæ, iã soluere incipiens propositã qõnem, Admonitos aũt uos sciatis, inquit, ut in calice offerendo dñica traditio seruetur, neque aliud fiat à nobis q̃ pro nobis dñs prior fecit, ut calix qui in cõmemorationem eius offertur, uino mixtus offeratur. Nã cum dicat Christus, Ego sum uitis uera, sanguis Christi non aqua est utiq; sed uinũ: nec põt uideri sanguis eius quo redempti & uiuificati sumus esse in calice, qñ uinum desit calici quo Christi sanguis ostenditur, qui scripturarum omniũ sacro ac testimonio prædicatur. Inuenimus.n. in Genesi circa sacrm Noe hoc idem præcurrisse, & figuram dñicæ passionis illic extitisse, quod uinum bibit, quod inebriatus est, quod in domo sua nudatus est, q̃ fuit recubans nudis & patentibus fęmoribus, q̃ nuditas illa patris à medio filio denudata est, à maiore uero & minore contecta: & cętera quæ necesse non est exequi, cum satis sit hoc solum complecti, q̃ Noe typum futuræ ueritatis ostendẽs, non aquam sed vinum biberit: & sic imaginẽ dominicæ passionis expresserit. Item in sacerdote Melchisedech dominici sacramenti præfiguratũ uidemus mysteriũ, secundum q̃ scriptura diuina testatur & dicit, Et Melchisedech rex Salem, protulit panẽ & uinũ. Fuit autẽ sacerdos Dei summi, & benedixit Abraham. Quod autẽ Melchisedech typum Christi portaret, declarat in Psalmis spiritussanctus, & persona patris ad filium dicẽs, Ante Luciferum genui te, Tu es sacerdos in æternum secũdum ordinem Melchisedech. Hæc & alia quæ sequuntur huius epistolæ, submissæ dictionis modum seruant quod facile est explorare legentibus. Sanctus quoq; Ambrosius cũ agat rem magnam de spiritusancto, ut eũ patri & filio demonstret æqualem:

*B*

*Cyprianus episc. de sacramento calicis. Submissæ dictionis exemplũ.*

*Concor. de conse. di. 2. c. 1. & 2. & 4. sen. di. 11. c. aqua.*

*Ioan. 15.*

*Genes. 9.*

*Gen. 14.*

*Ps. 190.*

*C*

Iem submisso tñ dicendi genere vtit, qñ res
*Ambrosius li. 1. de spiritu sancto in prologo. Indic. 6.* suscepta non ornaméta verborũ, aut ad fle-
ctédos animos cõmotionis affectũ, sed rerũ
documenta desiderat. Ergo inter cętera in
principio huius operis ait, Comotus oracu-
lo Gedeon, cũ audisset φ deficientibus licet
populorũ milib. in vno viro dñs plebé suam
ab hostib. liberaret, obtulit hędũ caprarũ, cu
ius carnes secundũ pcepta angeli, & azyma
supra petrã posuit, & ea iure perfudit. Quæ
simul vt virgæ cacumine quã gerebat ange-
D lus Dei cõtigit, de petra ignis erupit, atq; ita
sacrificiũ φ offerebat assumptũ est. Quo in-
dicio declaratum vñ, φ petra illa typũ habue
*1.Co. 10.* rit corporis Christi, quia scriptũ est, Bibe-
bant de cõsequenti petra, petra aũt erat Chri
stus. Quod vtiq; nõ ad diuinitatẽ eius, sed ad
carnẽ relatũ est, q̃ sitientiũ corda populorũ
perenni riuo sui sanguinis inundauit. Iã tũc
igitur in mysterio declaratũ est, quia dñs Ie-
sus in carne sua, totius mundi peccata cruci
fixus aboleret, nec solũ delicta factorũ, sed
ẽt cupiditates animorũ. Caro.n. hędi ad cul-
pã facti refertur, ius ad illecebras cupiditatũ
*Num. 11* sicut scriptũ est, Quia cõcupiuit populus cu
piditatẽ pessimã, & dixerunt. Quis nos ciba-
bit carne? Quod igitur extendit angelus vir-
gã, & tetigit petrã, de qua ignis exijt, ostẽdit
φ caro dñi spiritu repleta diuino, peccata
oĩa humanæ conditionis exureret. Vnde &
*Lucæ 2.* dñs ait, Ignẽ veni mittere in terrã. Et cętera
*Cyprianus in epis. de habitu virginũ quæ ĩcipit, Disciplina custos, &c.* in quibus rei docendæ ac probãdæ maxime
incũbit. De genere tẽperato est apud Cypria
nũ virginitatis illa laudatio, Nunc nobis ad
virgines sermo est, quarũ quo sublimior glo
ria est, maior & cura. Flos est ille ecclesiasti-
ci germinis, decus atq; ornamentũ gratiæ spi
ritalis, lęta indoles laudis & honoris, opus
integrũ atq; incorruptũ, dei imago respõdẽs
ad sanctimoniã dñi, illustrior portio gregis
Christi. Gaudet per ipsas, atq; in illis largiter
floret sanctæ matris ecclesiæ gloriosa fęcun
ditas: quãtoq; plus gloriosa virginitas nume
E ro suo addit, tanto plus gaudiũ matris auge-
scit. Et alio loco in fine epistolæ. Qũo, inquit
*In eadem episto. in fine.* portauimus imaginẽ eius qui de limo est, sic
portemus & imaginem eius qui de cęlo est.
*1. Co. 15* Hanc imaginẽ virginitas portat, portat inte-
gritas, sanctitas portat & veritas, portant di-
sciplinæ, Dei memores, iustitiã cũ religione
retinentes, stabiles in fide, humiles in timo-
re, ad oẽm tolerantiam fortes, ad sustinendas
iniurias mites, ad faciendã misericordiam fa
ciles, fraterna pace vnanimes atq; concor-
des. Quæ vos singula o bonæ virgines obser-
uare, diligere, implere debetis, quæ Deo &
Christo vacãtes ad dñm cui vos dicastis, ma
iore & meliore parte præceditis, prouectæ
annis, iuniorib. facite magisteriũ: minores na
tu, pbete parib. incitamentũ, hortamẽtis vos
mutuis excitate, æmulis de virtute documen
tis ad gloriã prouocate, durate fortiter, spiri
taliter pergite, peruenite fęliciter, tñ memẽ- F
tote tunc nostri, cũ incipiet in vobis virgini-
tas honorari. Ambrosius ẽt genere dicendi tẽ
perato & ornato professis virginib. pponit *De virginib. ĩ li. 2.*
tanq̃ sub exẽpli forma φ morib. imitentur, *in prin.*
& dicit, Virgo erat, non solũ corpore, sed ẽt
mente, q̃ nullo doli ambitu syncerũ adultera
ret affectũ, corde humilis, verbis grauis, ani-
mi prudẽs, loquẽdi parcior, legendi studio-
sior: nõ in incerto diuitiarũ, sed in prece pau
peris spem reponens, intenta operi, verecun
da sermoni, arbitrũ mentis solita non homi-
nẽ sed Deũ quærere: nullũ lædere, bene vel-
le omnib. assurgere maiorib. natu, æqualib.
non inuidere, fugere iactantiã, rationem se-
qui, amare virtutẽ. Qñ ista vel vultu læsit pa-
rẽtes? qñ dissensit à propinquis? qñ fastidiuit
humilẽ? qñ irrisit debilẽ? qñ vitauit inopem?
Eos solos solita cętu virorũ inuisere, quos
misericordia nõ erubesceret, neq; præteriret
verecũdia. Nihil toruũ in oculis, nihil in ver
bis procax, nihil in actu inuerecundũ: nõ ge
stus fractior, nõ incessus solutior, nõ vox pe
tulantior, vt in ipsa corporis species simula-
chrũ fuerit mentis, & figura probitatis. Bona
quippe domus in ipso vestibulo debet agno
sci, ac primo prætendat ingressu, nihil intus
latere tenebrarũ, tanq̃ lucernæ lux intus posi
ta, foris luceat. Quid ego exequar ciborum
parsimoniã, officiorũ redundantiã: alterum
vltra naturã superfuisse, alterũ ipsi naturæ pe
nẽ defuisse? Illic nulla intermissa tpa, hic cõ G
geminati ieiunio dies: & si qñ reficiẽdi suc-
cessisset volũtas, cibus plerunq; obuius qui
mortẽ arceret, non delitias ministraret, &c.
Hæc aũt ppea in exẽplo huius tẽ perati gene
ris posui, quia nõ hic agit vt virginitatẽ vo-
ueant, q̃ nondũ vouerũt, sed quales esse de-
beãt q̃ iã votæ sunt. Nã vt aggrediat animus
tñ ac tale propositũ, grãdi vtiq; dicẽdi gene

re debet excitari & accendi. Sed martyr Cy-
prianus de habitu virginũ, nõ de suscipiẽdo
virginitatis ꝓposito scripsit. Iste vero Eps ẽt
ad hoc eas magno accẽdit eloquio. Verũ ex
eo ꝙ ambo egerũt, dictionis grandis exẽpla
*Grandis generis exemplũ.* memorabo. Ambo qppe inuecti sunt in eas,
q̃ formã pigmẽtis colorãt, vel potius deco-
lorãt: quorũ prior ille cũ hoc ageret, ait in-
*In epistola de habitu virginum.* ter cęteras. Si quis pingẽdi artifex vultũ alicu
ius, & speciẽ & corporis qualitatem æmulo
colore signasset, & signato iã cõsummatoq;
simulachro, manus alius inferret, vt iã forma
ta, iã picta quasi peritior reformaret, grauis
prioris artificis iniuria & iusta indignatio vi
H deretur. Tu te existimas impune laturã tã im
*De virginib. li. 2. in prin.* probæ temeritatis audaciã, Dei artificis of-
fens[illegible] pudica circa hoĩes, & ince-
sta fu[illegible]cinantib. nõ sis, corruptis viola
tisq; q̃ dei sunt, peior adultera detineris. Qđ
ornari te putas, ꝙ putas comi, impugnatio ẽ
ista diuini operis, ꝓuaricatio est veritatis. Mo
*1. Cor. 5.* nentis Apostoli vox est, Expurgate vetus fer-
mentũ, vt sitis noua cõspersio, sicut estis azy-
mi. Etenim Pascha nostrũ immolatꝰ est Chri
stus. Itaq; festa celebremus, nõ in fermento
veteri, neq; in fermento malitiæ & nequitię,
sed ĩ azymis synceritatis & veritatis. Nũ syn
ceritas ꝑseuerat & veritas, qñ q̃ syncera sũt
polluunť, & colorũ adulterinis medicaminũ
fucis in mendaciũ vera mutantur? Dñs tuus
*Matt. 5.* dicit, Non potes facere capillũ vnũ albũ aut
nigrũ: & tu ad vincendã dñi tui vocẽ uis te
esse potiorẽ audaci conatu, & sacrilego con
tẽptu? Crines tuos inficis, malo ꝓsagio futu-
rorũ capillos iã tibi flãmeos auspicaris. Lon
gũ est inserere oĩa q̃ sequuntur. Ille uero po
*Ambrosius lib. 1. de virginibus.* sterior vt in tales diceret. Hinc illa, ĩquit, na-
scuntur incentiua vitiorũ, ut q̃sitis coloribus
ora depingant, dũ uiris displicere formidãt,
& de adulterio uultus meditanť adulterium
castitatis. Quãta hæc amẽtia effigiẽ naturæ,
picturã q̃rere? Et dũ uerentur maritale iudi-
ciũ, perdiderunt suũ. Prior. n. de se pronun-
I ciat, q̃ cupit mutare ꝙ nata est: ita dũ alij stu-
det placere, prius ipsa sibi displicet. Quẽ iu-
dicẽ mulier ueriorẽ requirimus deformita-
tis tuæ, q̃ teipsam q̃ uideri times? Si pulchra
es, cur abscõderis? Si deformis, cur te formo
sam esse mẽtiris, nec tuæ cõscientiæ, nec alie
ni gratiã erroris habitura? Ille. n. alteram dili
git, tu alteri uis placere: & irasceris si amet
alterã, qui adulterare in te docetur. Mala ma
gistra es iniuriæ tuæ. Lenocinari. n. refugit, ẽt
q̃ passa est lenonẽ. Ac licet vilis mulier, non
alteri tñ, sed sibi peccat. Tolerabiliora prope
modũ in adulterio crimina sunt: ibi. n pudi-
citia, hic natura adulterať. Satis ut existimo,
apparet fęminas ne suã fucis adulterent for-
mã, & ad pudorẽ & ad timorẽ hac facundia
uehementer impelli. Proinde neq; submissũ
neq; tẽperatũ, sed grãde oĩno genus hoc elo
cutionis agnoscimus. Et ĩ his aũt, quos duos
ex omnib. proponere uolui, & in alijs Eccle- K
siasticis uiris & bona & bene, i. sicut res po-
stulat, acute, ornate, ardenterq; dicentib. per
multa earũ scripta uel dicta pñt hæc tria ge-
nera reperiri, & assidua lectione uel auditio
ne admixta ẽt exercitatione studentib. inole-
scere. Nec quisquã ꝑter disciplinã esse existi *Dictio varianda ẽ. Cap. 22.*
met ista miscere, imo quantũ congrue fieri
põt, omnib. generib. dictio uariãda est. Nam
qñ prolixa est in uno genere, minus detinet
auditorẽ. Cũ uero fit in aliud ab alio transi-
tus, ẽt si longius eat, decentius procedit ora-
tio: quãuis habeant & singula genera uarieta
tes suas in sermone eloquentiũ, quib non si-
nuntur in eorũ qui audiunt frigescere uel te
pescere sensibus. Verumtñ facilius submissũ
solum q̃ grande diutius tolerari potest. Cõ-
motio quippe animi quanto magis excitãda
est, ut nobis assentiat auditor, tanto minus ea
diu teneri potest, cũ fuerit quantũ satis est ex
citata. Et ideo cauendũ est ne dũ uolumus al
tius erigere ꝙ erectũ est, ẽt inde decidat, quo
fuerat excitatione perductũ. Interpositis ue-
ro quæ sunt dicẽda submissius, bene reditur
ad ea q̃ opus est granditer dici, ut dictionis
impetus sicut maris æstus alternet. Ex quo fit
ut grande dicendi genus, si diutius est dicen
dũ, nõ debeat esse solũ, sed aliorũ generũ in-
terpositione uarietur: ei tñ generi dictio tota
tribuatur, cuius copia præualuerit. Interest *De miscẽdo dictionis genere. c. 23.*
enim ꝙ genus cui generi interponatur, uel
adhibeatur certis & necessarijs locis: nam &
in grandi genere semper aut penè semper tẽ
perata debent esse principia. Et in potestate
est eloquentis, ut dicantur nonnulla submis- L
se ẽt quæ possent granditer dici, ut ea quæ di
cuntur granditer, ex illorum fiant compara-
tione grandiora, & eorũ tanquã umbris lu-
minosiora reddantur. In quocunque autem
genere aliqua q̃onum uincula soluẽda sunt,
acumine

acumine opus est, ꝙ sibi submissum genus proprie vendicat. Ac per hoc eo genere vtendū est & in alijs duob. generib. qñ eis ista incidunt, sicut laudandū aliquid vel vituperandū: vbi nec dānatio, nec cuiusquā liberatio, nec ad actionē quālibet assensio requirit: in quocunq; alio genere occurrerit, genus adhibendū & interponendū est tēperatum. In grandi ergo genere inueniūt locos suos duo cętera, & in submisso similiter. Temperatum

A aūt genus nō quidē semper, sed tñ aliqñ submisso indiget, si, vt dixi, quō cuius nodus est soluendus, incurrat: vel qñ nonnulla, quæ ornari possent, ideo non ornantur, sed submisso sermone dicunt, vt quibusdam quasi toris ornamentorū præbeant eminentiorē locū.

*Sublime dicēdi genus quid efficiat. Cap. 24.*

Grande aūt genus tēperata dictio non requirit. Ad delectandos quippe aīos, non ad mouendos ipsa suscipitur. Nō sanè si dicenti crebrius & vehementius acclametur, ideo grāditer putandus est dicere: hoc.n. & acumina submissi generis, & ornamēta faciunt temperati. Grande aūt genus plerunq; pondere suo voces premit, sed lachrymas exprimit. Denique cū apud Cęsaream Mauritaniæ populo dissuaderē pugnā ciuilē, vel potius plus quā ciuilē, q̄ catervā vocabant: neq;.n. ciues tantūmodo, verū ēt propinqui, fratres, postremo parētes ac filij lapidibus inter se in duas partes diuisi, per aliquot dies continuos, & certo tpe anni solēniter dimicabāt, & quisq; vt quēq; poterat occidebat. Egi quidē granditer quantū valui, vt tā crudele atq; inueteratū malum de cordib. & morib. eorū auellerem, pelleremq; dicendo: non tñ egisse aliquid me putaui, cū eos audirē acclamantes, sed cū flentes viderē. Acclamationib. quippe

B se doceri & delectari, flecti aūt lachrymis indicabant. Quas vbi aspexi, immanē illā consuetudinē à patrib. & auis, longeq; à maioribus traditā, q̄ pectora eorū hostiliter obsidebat, vel potius possidebat, deuictā antequam reipsa id ostenderent, credidi. Moxq; sermone finito, ad agendas Deo gratias corda atq; ora conuerti. Et ecce iā fermè octo vel amplius anni sunt propitio Xpo, ex quo illic nihil tale tentatū est. Sunt & alia multa experimenta, quib. didicimus hoīes quid in eis fecerit sapientis granditas dictionis, nō clamore potius q̄ gemitu, aliqñ ēt lachrymis, postremo vitæ mutatione monstrasse. Submisso ēt dicendi genere sunt pleriq; mutati, sed vt ꝙ non sciebant, scirent: aut ꝙ eis videbatur incredibile, crederent: non aūt vt agerent ꝙ agendum iā nouerant, & agere nolebant. Ad hmōi nanq; duritiā flectendā, debet granditer dici. Nam & laudes & vituperationes qñ eloquenter dicunt, cū sint in genere tēperato, sic afficiunt quosdā, vt nō solū in laudib. C

& vituperationib. eloquentia delectent, verū & ipsi laudabiliter appetant, fugiantq; vituperabiliter viuere. Sed nunquid oēs qui delectantur, mutant: sicut in grandi gñe omnes qui docētur agūt, & in submisso gñe omnes qui docent sciunt, aut credunt verum esse ꝙ nesciunt?

*Dicendū, vt persuadeamus. Cap. 25.*

Vnde colligitur illa duo gña ꝙ efficere intendunt, hoc eis esse maxime necessarium, qui sapienter & eloquenter volunt dicere. Illud vero ꝙ agitur genere tēperato, i. vt eloquentia ipsa delectet, non est pp seipsum vsurpandū: sed vt rebus q̄ vtiliter honesteq; dicunt, si nec docente indigēt eloquio nec monente, quia & scientes fauentes auditores habent, aliquanto prōptius ex ipsa delectatione elocutionis accedat, vel tenacius adhæreat assensus. Nā cū eloquentiæ sit vniuersale officiū in quocunq; istorum triū generum, dicere apte ad persuasionē, finis aūt id ꝙ intenderis persuadere dicendo in quocunq; istorū triū generū dicit quidē eloquēs apte ad persuasionē, sed nisi persuadeat ad finē non peruenit eloquentiæ. Persuadeat aūt in submisso genere vera esse q̄ dicit. Persuadet in grandi, vt agant q̄ agenda iā esse sciuntur, nec tñ aguntur. Persuadet in genere temperato, pulchre ornateq; se dicere: Quo fine D

nobis quid opus est? Appetāt eum qui lingua gloriantur, & se in panegyrycis talibusq; dictionibus iactant, vbi nec docendus, nec ad aliquid agendū mouendus, sed tantūmodo est delectandus auditor. Nos vero iustum finem referamus ad alterum finem, vt, s. quod efficere volumus cū granditer dicimus, hoc ēt isto velimus, i. vt bona morum diligantur, vel deuitentur mala: si ab hac actione nō sic alieni sunt homines, vt ad eam grādi genere dictionis vrgendi videantur: aut si iā id agūt, vt agant studiosius, atq; in eo firmiter perseuerent. Ita fit vt ēt temperati generis ornatu non iactanter, sed prudenter vtamur, non eius fine contenti, quo tantūmodo delectatur auditor, sed hoc potius agentes, vt etiam ip-

so

ſo ad bonũ, ꝙ perſuadere volumus adiuuet.
*Vt eum audientium voluptate dicamus. Cap. 26.*
Illa itaq; tria, q̃ ſupra poſuimus, cũ qui ſa-
pienter dicit, ſi ẽt eloquenter vult dicere, id
agere debere, vt intelligẽter, vt libẽter, vt o-
bedienter audiat, nõ ſic accipienda ſunt tãq̃
ſingula illis trib. dicẽdi gñibus ita tribuant,
vt ad ſubmiſſum intelligẽter, ad tẽperatũ li-
bẽter, ad grãde pertineat obedienter audiri:
ſed hic potius vt hæc tria ſemper intendat,
quantũ põt agat, ẽt cũ in illorũ ſingulo quo
que verſat. Nolumus.n.faſtidiri ẽt ꝙ ſubmiſ
ſe dicimus, ac per hoc volumus non ſolũ in
telligẽter, verũetiã libenter audiri. Quid aũt
agimus diuinis teſtimonijs docendo quod
dicimus, niſi vt obediẽter audiamur.i. vt cre
datur eis, opitulante illo cui dictum eſt, Te-
*Pſal. 92.*
ſtimonia tua credibilia facta ſũt valde? Quid
ẽt cupit niſi credi, qui aliquid licet ſubmiſſo
eloquio diſcentibus narrat? Et quis eum velit
audire, niſi auditorẽ nõnulla ẽt ſuauitate de-
tineat? Nã ſi nõ intelligat, quis neſciat nec li-
benter eũ poſſe, nec obedienter audiri? Ple-
runq; aũt dictio ſubmiſſa diſſoluit difficilli
mas q̃ones, inopinata manifeſtatione demõ
ſtrat: dũ ſñias acutiſſimas de neſcio quibus
quaſi cauernis, vnde nõ ſperabat, eruit & o-
E ſtẽdit, dũ aduerſarij cõuincit errorẽ, & do-
cet falsũ eſſe q̃d ab illo dici videbat inuictũ:
maxime q̃d adeſt ei quoddã decus nõ appe-
titũ, ſed quodãmodo naturale: & q̃ñ nõnulla
nõ iactãticula, ſed quaſi neceſſaria, atq; vt ita
dicã, ipſis reb. ex orta numeroſitas clauſula-
rũ, tãtas acclamationes excitat, vt vix intelli
*Metaphora venuſta.*
gat eẽ ſubmiſſa. Nõ.n.q̃a neq; incedit ornata
neq; armata, ſed tãq̃ nuda cõgredit, iõ nõ ad
uerſariũ neruis lacertiſq; collidit, & obſiſtẽ
tẽ ſubruit ac deſtruit mẽbris fortiſſimis falſi
tatẽ. Vñ aũt crebro & multũ acclamat ita di
cẽtib. niſi q̃a veritas ſic demõſtrata, ſic inui-
cta delectat? Et in hoc igit gñe ſubmiſſo iſte
noſter doctor & dictor id agere debet, vt nõ
ſolũ intelligẽter, verũetiã libenter & obediẽ
ter audiat. Illa quoq; eloquentia gñis tẽpe-
rati apud eloquentẽ eccleſiaſticũ, nec inor-
nata relinquitur, nec indecẽter ornatur: nec
ſolum hoc apperit vt delectet, quod ſolum
apud alios profitetur: verumetiam In ijs quę
laudat ſiue vituperat, iſtis appetendis vel fir-
mius tenendis, illis aũt vitandis uel reſpuen-
F dis, uult utiq; obedienter audiri. Si aũt nõ au
ditur intelligenter, nec libenter põt. Proinde
illa tria, ut intelligãt q̃ audiũt, ut delectẽtur,
ut obediãt, ẽt in hoc gñe agendũ eſt, ubi te-
net delectatio principatũ. Iã uero ubi moue
re & flectere grãdi gñe opus eſt auditorẽ, ꝙ
tũc eſt opus, q̃ñ & ueraciter dici ſuauiter cõ
fitetur, & tñ nõ uult facere q̃d dicitur, dicen
dũ eſt proculdubio grãditer. Sed quis mo-
ueat, ſi neſcit ꝙ dicit? Aut qui tenet ut audiat,
ſi nõ delectatur? Vnde & in iſto genere, ubi
ad obediẽtiã cor durũ dictionis granditate
flectendũ eſt, niſi & intelligẽter & libenter q̃
dicit audiatur, non põt obediẽter audiri. Ha
*Obedientius audiri cuius vita orationi reſpondet. Cap. 27.*
bet aũt ut obedienter audiatur quantacunq;
grãditate dictionis maius pondus uita dicẽ-
tis. Nã qui ſapienter & eloquẽter dicit, uiuit
aũt nequiter, erudit quidẽ multos diſcẽdi ſtu
dioſos, q̃uis animæ ſuæ ſit inutilis, ſicut ſcri
ptũ eſt, ſcribæ & Phariſæi in cathedra Moyſi *Mat. 27.*
ſederunt: quę dicunt facite, q̃ autẽ faciunt, fa *Phil. 1.*
cere nolite, Dicunt enim & non faciunt. Vn
de ait & Apoſtolus, Siue occaſione ſiue ueri
tate Xp̃s annuncietur: Xp̃s autẽ ueritas eſt, &
tñ etiã non ueritate annunciari ueritas po-
teſt.i. ut prauo & fallaci corde quę recta &
uera ſunt prædicentur. Sic quippe annũcia-
tur Ieſus Chriſtus ab eis qui ſua q̃runt, non q̃ G
Ieſu Chriſti. Sed q̃m boni fideles nõ quemli *Phil. 2.*
bet hoĩum, ſed ipſũ Deũ obediẽter audiunt,
qui ait: Quæ dicunt, facite: quæ autẽ faciũt,
facere nolite. Dicunt.n.& non faciunt, Ideo *Mat. 23.*
audiuntur utiliter, qui ẽt utiliter non agunt.
Sua.n.quærere ſtudent, ſed ſua docere nõ au
dent, de loco.ſ. ſuperiore ſedis eccleſiaſticę
quem ſana doctrina cõſtituit. Propter q̃d ip
ſe dñs, priuſquã de talibus q̃d cõmemoraui
diceret, præmiſit. Cathedrã Moyſi ſederunt.
Illa ergo cathedra, non eorum ſed Moyſi, co
gebat eos bona dicere non bona facientes.
Agebant ergo ſua in uita ſua: docere autem
ſua cathedra illos nõ ꝑmittebat aliena. Mul-
tis itaq; proſunt dicẽdo quæ non faciũt: ſed
longe pluribus prodeſſent faciendo q̃ dicũt.
Abundant.n. qui malæ uitæ ſuæ defenſionẽ
ex ipſis ſuis prępoſitis & doctoribus q̃rũt, tñ
dẽtes corde ſuo, aut ẽt ſi ad hoc erũpũt ore
ſuo, atq; dicentes, Q̃d mihi ꝑcipis, cur ipſe
nõ facis? Ita fit ut cũ non obedienter audiãt,
qui ſe ipſe nõ audiat, & Dei uerbum q̃d eis H
prædicatur, ſimul cũ ipſo prædicatore cõ- *2. Ti. 4.*
tẽnãt. Deniq; Apoſtolus ſcribens ad Timo-
theũ, cum dixiſſet, Nemo adoleſcentiã tuam

contemnat: subiecit vnde non contemneret, atq; ait, Sed forma esto fideliū in sermone, in conuersatione, in dilectione, in fide in castitate: *Sapiēter dicere. Cap. 28.* Talis doctor vt obedienter audiatur nō impudenter nō solū submisse ac tēperate, verūetiā granditer dicit: quia non contēptibiliter viuit. Sic nanq; elegit bonā vitā, vt ēt bonā nō negligat famā, sed prouideat bo- *2. Cor. 8.* na cora Deo & hominibus, quātū pōt illum timendo, his cōsulendo. In ipso ēt sermone malit rebus placere q̄ verbis: nec existimet dici melius, nisi qđ dicit̄ verius: nec doctor *1. Cor. 1.* verbis seruiat, sed verba doctori Hoc est *1. Tim. 2* enim quod Apostolus ait, Non in sapientia verbi, ne euacuet̄ crux Xp̄i. Ad hoc.n. valet ēt, qđ ait ad Timotheū, Noli verbis cōtēdere: ad nihil.n. vtile est, nisi ad subuersionē audientiū. Neq; n. hoc ideo dictū est, vt aduersarijs oppugnantibus veritatē, nihil nos *Titum 1.* pro veritate dicamus. Et vbi erit qđ cū osten-
I deret qualis esse Ep̄s debeat, ait inter cętera, Vt potēs sit in doctrina sana, & cōtradicētes possit redarguere? Verbis.n.cōtendere est nō *Verbis cō tendere.* curare qūo error veritate vincatur, sed qūo tua dictio dictioni p̄feratur alterius. Porro qui nō verbis contēdit, siue submisse, siue tēperate, siue granditer dicat, id agit verbis vt *1. Tim. 1* veritas pateat, veritas placeat, veritas moueat *Rom. 13.* qm̄ nec ipsa q̄ præcepti finis, & plenitudo legis est charitas, vllo mō recta eē pōt, si ea q̄ dilr non vera, sed falsa sūt. Sicut āt cuius pulchrum corpus & deformis est animus, magis dolēdus est, q̄ si deforme hr̄et & corpus: ita qui eloquēter ea q̄ falsa sunt dicūt, magis miserandi sunt, quā si talia deformiter dicerent. Quid ē ergo nō solū eloquēter verūetiā sapiēter dicere, nisi verba in submisso gn̄e sufficientia, in tēperato splendētia, in grādi vehemētia, veris tn̄ rebus quas audire oporteat adibere? *Diuersos esse verbis præcones secundum linguæ, ingenij, vitæ diuersitatem. c. 29* Sed qui vtrūq; non pōt, dicat sapiēter quod non dicit eloquenter, potius q̄ dicat eloquenter, qđ nō dicit sapienter. Si aūt hoc quidē pōt ita conuersetur vt non solum præmiū sibi cōparet, sed etiā præbeat alijs exemplū, & sit ei quasi copia dicendi forma
K viuendi. Sunt sanè quidam qui bene pronunciare p̄nt, quid autē pronunciet̄, excogitare non p̄nt. Quod si ab alijs sumant eloquenter sapienterq; cōscriptū memoriæq; cōmēdent, atq; ad populū proferant, si eā personā gerūt, nō improbe faciunt. Sic.n. qđ profecto vtile est, multi p̄dicatores veritatis fiūt *Mat. 23.* nec multi magistri, si vnius veri magistri idipsum dicant oēs, & non sint in eis schismata. *1. Cor. 1.* *Hier. 23.* Nec deterrēdi sunt isti voce Hieremiæ p̄phetę, per quē Deus arguit eos qui furantur verba eius, vnusquisq; à p̄ximo suo. Qui.n. furātur, alienū auferūt: verbū aūt Dei nō est ab eis alienū, qui obtemperant ei: potiusq; ille dicit aliena, qui cū dicat bene, viuit male. Quęcunq;.n. bona dicit, eius excogitari videtur ingenio, sed ab eius moribus aliena sunt. Eos itaq; dixit Deus furari verba sua, q̄ boni volunt videri, loquendo q̄ Dei sunt, cū mali sint faciēdo q̄ sua sunt. Nec sane ipsi dicunt, si diligenter attendas. Qūo.n. dicūt verbis qđ negāt factis? Nō.n. frustra de talib. ait *Ad Tit. 1* Apostolus. Cōfitentur se nosse Deum, factis autē negant. Modo ergo quodā ipsi dicunt, & rursus alio modo ipsi non dicunt, quoniā vtrunq; verum est qđ ait veritas. De talibus L
enim loquens, Quæ dicunt, inquit, facite: q̄ *Mat. 23.* autē faciunt, facere nolite: hoc est quod ex ore illorū auditis, facite: qđ in opere videtis facere nolite. Dicunt.n. inquit, & nō faciūt. Ergo q̄uis nō faciāt dicunt tn̄. Sed alio loco tales arguēs, Hypocritæ, inquit, qūo potestis bona loqui, cū sitis mali? Ac p̄ hoc & ea quę *Supra 27. c.* dicunt, qn̄ bona dicunt, non ipsi dicunt, voluntate.s. atq; opere negando quod dicunt. *Supra 28. c.* Vnde contingit, vt homo disertus & malus sermonem quo veritas p̄dicetur, dicendum *Mat. 12.* ab alio non diserto, sed bono ipse cōponat. Quod cum sit ipse à se ipso tradit alienū, ille ea alieno accipit suum. Cum vero boni fideles bonis fidelibus hanc operā cōmodant vtriq; sua dicunt: quia & Deus ipsorū est, cuius sunt illa quę dicunt; & ea sua faciūt, quę non ipsi componere potuerunt, qui secundum illa composite viuūt. *Orandus Deus vt adsit nobis dicentibus. Cap. 30.* Siue autem apud populum vel apud quoslibet iamiamq; dicturus aliquis siue quod apud populum dicendum vel ab eis qui voluerint aut potuerint legendum est dictaturus, oret vt Deus sermonem bonum det in os eius. Si.n. regina *Hest. 14.* orauit Hester, pro suę gentis temporaria sa- M
lute locutura apud regē, vt in os eius Deus cōgruū sermonē daret: quanto magis orare debet, vt tale munus accipiat, qui pro æterna hominum salute in verbo & doctrina laborat? Illi vero qui ea dicturi sunt quæ ab alijs acceperunt, & antequam accipiant orent

pro

pro eis à quib. accipiunt, vt eis detur ꝙ per
eos accipere volunt: & cum acceperint, orēt
vt bene & ipsi proferant, & illi ad quos pro-
ferunt sumāt: & de prospero exitu dictionis
eidē gratias agant, à quo id se accepisse non
dubitant, vt qui gloriatur in illo glorietur, in
*2. Co. 10.* cuius manu sunt & nos & sermones nostri.
*Sapien. 7* Longior euasit liber hic q̃ volebā, quamq;
*Excusat.* putaueram. Sed legenti vel audienti, cui gra-
*prolixitatē libri.* tus est, longus non est, cui aūt longus est, per
partes eum legat, qui habere vult cognitum.
*Cap. 31.* Quē vero eius cognitionis piget, de longitu
dine non quæratur. Ego tñ Deo nostro gra-
tias ago, ꝙ in his quatuor libris non qualis
ego essem, cui multa desunt, sed qualis esse
debeat, qui in doctrina sana, i. Christiana, nō
A solum sibi, sed alijs etiam laborare studet,
quantulacunque potui facultate disserui.

## D. AVRELII AVGVSTINI Hipponensis Episcopi, Locutionis de Genesi.

## LIBER PRIMVS.


Ocutiones scripturarū, quæ vi-
dentur secūdum proprietates,
quæ idiomata Grēce vocātur,
linguæ Hebraicę vel Græcę.
Et diuident inter medium diei
1 *Genes. 1.* & inter medium noctis. Volatilia volātia su
per terram secundum firmamentū cęli. Quę
2 ritur quō accipiendum sit secundum firma-
mentum cęli. Sic ēt faciamus hominem secū
dum imaginē & secundum similitudinem.
Quod multi Latini codices habent, ad ima-
3 ginem & similitudinem. Implete terrā & do
*Genes. 2.* minamini eius. Latina.n.locutio est, domi-
4 namini ei. Et homo non erat operari terram,
5 Quod Latini codices habent, qui operaretᷣ
6 terram. Plantauit Deus paradisum secūdum
Orientem. Quod Latini habent, ad Orientē.
Quod habent multi Latini codices, Et lignū
sciendi bonum & malum. Vel, Lignum sciē-
tiæ boni & mali: vel, lignum sciendi boni &
mali. & si quæ sunt aliæ varietates de hac re
B interpretum, Græcus habet. Et lignū ad sciē-
dū cognoscibile boni & mali. Quod nescio
vtrum locutionis sit, & non magis certū sen-
7 sum aliquem insinuet. Quod habent Latini
codices, Ex omni ligno quod est in paradi-
so escæ, edes. Non in paradiso escæ, distin-
guendum est, sed, escę edes: nā esca edes dici
admittit Latina locutio, quæ pro datiuo ca-
su Græco ablatiuum vel quē appellant septi-
mum, in hmōi locutionib. solet ponere: aut
certe ordo verborum est. Ex omni ligno es-
cæ. Serpens erat prudentissimus omnium be C
stiarum, ꝙ multi Latini habent in Gręco scri 8
ptum est φρονιμώτατος. Quod scriptum est de *Genes. 3.*
Adam & Eua, Aperti sunt oculi eorū, cū ab-
surde credatᷣ eos in paradiso cęcos, vel ocu- 9
lis clausis prius oberasse, locutionis est, qua
ēt de Agar scriptū est, Aperuit oculos suos, *Gen. 21.*
& vidit puteum. Neque.n. clausis prius ocu-
lis sedebat. Et ꝙ in fractione panis aperti sūt
oculi eorum qui cognouerunt dn̄m post re-
surrectionē. Neque.n. per uiam cū illo clau- *Luc. 24.*
sis oculis ambulabant. Et quod habent multi 10
codices, Inimicitiam ponam inter te & mu-
lierem. Græci habent in medio tui & in me-
dio mulieris: quod locutionis genus est. Nā
tantundem valet quantum cum dr̄, inter te &
mulierē: hoc & in eo quod sequitur, in me-
dio seminis tui, & in medio seminis eius. Qđ 11
habent multi codices, quia audisti vocē mu
lieris tuæ, & edisti de ligno de quo pr̄ceperā
tibi de eo solo non edere. Græci habent, Edi-
sti de ligno de quo præceperam tibi, eo solo
non edere ex eo. Alij aūt interpretes Græci
habent, manducasti uel edisti, ut ita sit sensus
secundū ipsos, qa audisti uocē mulieris tuæ,
& edisti de ligno de quo pręceperam tibi eo
solo non edere, ex eo edisti. Et apposuit pa- 12
rere fratrē eius Abel. locutio est frequens in
scripturis, apposuit dicere. Et factum est dū 13
essent in campo, insurrexit Cain super Abel *Genes. 4.*
& occidit eum. locutio est frequens: nā & si
nō haberet, & factū est, posset integer sensus
esse, Et cum essent in campo. Quod scriptum
est in quibusdam Latinis codicibus, Et pœni- 14
tuit, & dixit Deus. Deleam hominem quem
feci à facie terræ. in Græco inuenitᷣ διενοήθη, *Genes. 5.*
quod magis recogitauit q̃ pęnituit significa- D
re perhibetur, ꝙ uerbum ēt nonnulli Latini
codices habent. Quod habēt Latini codices 15
plurimi, Nidos facies in arcam. cum Latina
locutio sit non in arcam, sed in arca. Græci
nec in arcam, nec in arca habent, sed nidos
facies arcam. quod intelligitur, ut ipsa arca
nidi essent. Quod habent pleriq; codices, Fa- 16
cies ostium arcæ à latere nonnulli habent,

ex

ex transuerso. Sic.n. voluerunt interpretari
17 quod Græce dr̃, ἐκπλαγίων. Quod ſcriptũ eſt,
Adhuc.n. ſeptẽ dies & ego inducam diluuiũ
aquæ ſuper terrã, quod nonnulli Latini codi
ces habent: in Græco inuenitur, ego inducã
pluuiam ſuper terrã. Græca locutio genitiuũ
habet, nõ accuſatiuum, vt ſi hoc in Latinum
exprimamus, ita dicatur, Adhuc.n. ſeptẽ die-
18 bus inducam pluuiam ſuper terram. Quod
1. Retra. ſcriptum eſt, Et fecit Noe omnia quæcunq;
cap. 4. præcepit illi dñs, ſic fecit. Locutio eſt ſimilis
ei quod in conditione creaturæ poſteaquam
19 dr̃, Et ſic eſt factũ: additur, & fecit Deus. Qđ
Geneſ. 1. ſcriptũ eſt, Delebo omnẽ ſuſcitationem: nõ
creationẽ dictam notandum eſt: ἀνάστασιν.n.
E Græce ſcriptum eſt, ꝙ nomen reſurrectio-
nis aſsidue ponitur in ſcripturis Græcis, cũ
poſſet ἐξανάστασις dici: vt ſuſcitatio ſit ἀνάστα-
σις, reſurrectio ἐξανάστασις. Quo verbo &
Phil. 3. Apoſtolus vſus eſt, Si quõ occurramus in re
ſurrectionem mortuorum. Ibi.n. Græce non
20 ἀνάστασιν, ſed ἐξανάστασιν habet. Quod ſcri-
Geneſ. 7. ptũ eſt, & oẽs beſtiæ ſecũdũ genus, & oĩa pe-
cora ſecundũ genus, & oẽ repens ꝙ mouet
ſuper terram ſecũdũ genus, & oẽ volatile ſe-
cundũ genus intrarunt ad Noe in arcã, bina
ab omni carne in quo eſt ſpũs vitæ non re-
fertur in quo, niſi genus ſubaudias, i. in quo
genere. Nã ſi in carne ſubaudiremus, in qua
fuerat dicendum: ꝙ ſolus interpres Symma-
21 chus dixit. Quod iterũ ſcriptũ eſt, Et deleta
eſt oĩs ſuſcitatio: notandũ locutionis eſſe ꝓ
eo, ac ſi diceret, conditionẽ vel creaturã car-
nis. Cũ dixiſſet & deleta eſt omnis ſuſcitatio
q̃ erat ſuper faciẽ omnis terræ ab hoĩe vſque
ad pecudũ & repentiũ & volatiliũ cęli: dein
de addidit, & deleta ſunt de terra: locutionẽ
illam eſſe repetitionis qua familiariter vtitur
22 ſcriptura, notandũ eſt. Quod ſcriptum eſt, di
Geneſ. 8. miſit coruũ videre ſi ceſſauit aqua: & exiens
reuerſus non eſt donec ſiccauit aqua à terra.
locutio eſt vſitata in ſcripturis, quæ iã nunc
F incipiat aduerti. Non.n. poſtea reuerſus eſt,
quia dictũ eſt non reuerſum donec ſiccaret
23 aqua. Quod ſcriptum eſt, Et extendit manum
ſuã & accepit eam, & induxit eam ad ſemet
ipſum in arcam. Locutio eſt, quã propterea
Hebrçam puto, quia & Punicæ linguæ fami-
liariſsima eſt, in qua multa inuenimus He-
bræis verbis conſonantia. Nam vtique ſuffi-
ceret, Et extendit manum: etſi non adderet,
ſuam. Tale eſt ẽt quod paulopoſt dicit, Habe
bat oliuæ folia, ſurculum in ore ſuo. Et non
appoſuit reuerti ad eũ amplius. locutio eſt fa
miliariſsima ſcripturis. Quod ſcriptum eſt, 24
Et non adijciam adhuc maledicere ſuper ter 25
ram. ſimile eſt ſuperiori, Et non appoſuit re-
uerti ad eum. Et non adijciam percutere om 26
nem terram. ipſa locutio eſt. Etenim ſangui- Geneſ. 9.
nem veſtrum animarum veſtrarũ. cum ſuffi-
ceret, aut ſanguinẽ veſtrum, aut ſanguinem
animarũ veſtrarum. Hoc ſignum teſtamenti 27
quod ego ponam inter medium meũ & ve-
ſtrum, quod eſt inter me, & vos. Hic erat gi- 28
gas venator contra dñm Deum. Incertũ eſt Gen. 10.
vtrum poſsit accipi coram dño Deo: quia & 29
ſic ſolet intelligi quod Græce dr̃ ἐναντίον.
Vnde exijt inde Philiſtijm cum ſufficeret, vn G
de exijt Philiſtijm. Et erat omnis terra labiũ 30
vnũ quod vſitate nos dicimus, lingua vna. 31
Et erat omnis terra labium vnum. Notandũ 32
omnem terram, appellatam omnes homines Gen. 11.
qui tunc erant, quanuis nondũ in omni ter-
ra. Et facti ſunt illis lateres pro lapide. Græ-
cus habet, Et facti ſunt illis lateres in lapidẽ. 33
Quod ſi Latine diceretur, locutio minus in-
telligeretur. Venite ædificemus nobis ciuita- 34
tem & turrim, cuius caput erit vſque ad cœ-
lum. Secundũ hyperbolen dictum eſt, ſi locu
tionis genus hic accipiendum eſt: ſi aũt vſq;
ad cœlum proprie dictum accipitur, inter
quæſtiones conſideretur. Quod quidam La- 35
tini codices habent, Sem filius Noe erat an-
norum centum cum genuit Arphaxat. Græci 36
habent, Sem filius centum annorum cum ge
nuit Arphaxat: vbi eclipſis eſt, q̃a deeſt, erat.
Sed quod non habent, Filius Noe, ſed filius
tantum, noua locutio eſt. Et erat Sara ſteri-
lis, & non generabat. Cum poſſet ſufficere. 37
Et erat Sara ſterilis. Erit ergo cum te vide- Gen. 12.
rint Aegyptij dicent, Quia vxor illius hæc. 38
Genere locutionis adiunctum eſt, quia: nam
ſufficere potuit, Vxor illius hæc. Quod ait H
ſcriptura, Factum eſt autem ſtatim vt intra-
uit Abraham in Aegyptum. Sufficeret, Sta-
tim autem vt intrauit Abraham in Aegyptũ.
Quid hoc feciſti mihi, quia non annuncia- 39
ſti mihi, quia vxor tua eſt. Cum ſufficeret,
non annunciaſti. Et ipſum annunciaſti, mo- Gen. 13.
re ſcripturarum dictum eſt. nam Latini ha-
bent plerique, non dixiſti. Aſcendit au- 40
tem Abraham de Aegypto, ipſe & vxor eius,

&

& oĩa eius: & Loth cũ eo in desertum. Sub-
auditur, ascenderunt. Nec tñ proprie dicit
ascendisse cũ eo quod habebat exanime, si-
cut aurũ & argẽtum, & oĩs supellex: ac per
hoc intelligitur hic locutio q̃ vocatur Grece
41 zeugmatica eclipsis. Et facta est rixa inter me
diũ pastorũ pecorũ Abraham & pecorum
Loth. Vnde Latini codices penè oẽs nõ tran
stulerunt istã locutionẽ: sed ita loquuntur vt
I consuetudo nr̃a habet, & nobis deinceps eã
notare nõ placuit: ipsa est.n. per oĩa in Græ
42 ca scriptura, vbi tale aliquid dicit. Qm̃ hoĩes
Gen. 14 fratres nos sumus, Abrahã dixit ad Loth. Vn
de intelligitur morẽ esse scripturæ ita loqui,
vt fratres appellẽtur vnius cognationis, ẽt si
gradu sanguinis differant, vt alter si in su-
periore, alter in inferiore, sicut hoc loco. nã
43 patruus erat Abrahã. Factũ est autẽ in regno
Amraphel regis Sannar. Secundũ nr̃æ locu-
tionis cõsuetudinẽ sic incipere sufficeret, In
regno autẽ Amraphel. Ergo quod ait scriptu
ra, Factum est aũt more suo locuta est. Quar
44 todecimo aũt anno Chodollogomor & re-
45 ges, qui cũ eo. Subaudit, erant. Vñ à quibus-
46 dã Latinis ẽt additum est. Et Choreos qui in
mõtibus Seir. Subaudit, erãt. Adueniẽs autẽ
eorũ qui euaserũt quidã nunciauit Abrahã
transfluuiali, ipse aũt habitabat ad quercum
Mambre, Emor fratris Eschol, & fratris Au-
nã, qui erãt cõiurari Abrahã. Obscurũ hyp-
baton. ordo est.n. Adueniens quidã eorũ qui
euaserũt Emor fratris Eschol & fratris Anuã
qui erant coniurari, nunciauit Abrahã trans-
fluuiali: ipse aũt habitabat ad quercũ. Hoc hy
perbaton obscurius fit ẽt per eclipsin. Cũ.n.
dictum esset, Quidã Emor fratris Aunã: non
dictum est q̃d fratris, sed intelligitur, filius.
Sicut cũ dr̃, Iacobus Alphæi: quanuis nõ di
cat filius, nihil aliud intelligit. Et multę sunt
tales locutiones scripturarũ vbi filius tacet
47 & intelligitur. Q̃d habent quidã Latini codi
ces, Ex dixit Abrahã ad regẽ Sodomorũ, Ex-
tendã manũ meã ad Deũ altissimũ, qui crea
uit cęlũ & terrã, si asporro vsq; ad corrigiã
K calciamenti fefellit interpretẽ, quod Grecus
σπάρτον, ꝙ Latine filũ intelligit, vt ista scri-
pturarũ locutio sit. Extendã manũ meam ad
48 Deũ altissimũ, qui creauit cęlũ & terrã, si ac
cipiã de oĩbus tuis. Si.n. pro eo dixit, Exten
dam manum meã ad Deum altissimum: ac si
diceret, Iuro: non est in Latino visitata locu
tio: nisi ita dicatur, Extendo manũ meam ad
Deũ altissimũ me nõ accipere de oĩbus tuis.
Sciendo scies, quia peregrinũ erit semẽ tuũ 49
in terra. Locutio quidẽ scripturarũ est visita- Gene. 5.
tissima. Sed Græci habẽt, sciẽs scies, quod pe 50
nè tantũdẽ est. Et dedit eam Abrahã viro suo Gen. 16.
ipsi vxorẽ. Plus habet ipsi. Cum autẽ vidit se 51
conceptũ habere, spreta sum corã illa. Græ-
ci habent hoc loco participiũ, q̃d Latina lin
gua non hẽt: hoc est ἰδοῦσα. Sed tanquã si di
ceretur. Videns aũt se conceptũ habere, spre
ta sum corã illa, quasi solęcismus sonat. Sic L
etiam per illud participium quod dictũ est
ἰδοῦσα ἑωρακυῖα, pro quo nos dicimus vi-
dens. Q̃d Latini, Augeã te nimis valdè Gręci 52
habẽt, valde valde. Et dabo tibi & semini tuo 53
post te terrã in qua habitas, oẽm terrã Cha- Gen. 17.
naam in possessionẽ ęternã. Videndũ vtrum
locutio sit quod dicit æternã, Græci habent
αἰώνιον, Et quod ait, Et semini tuo post te. Ibi
enim voluit intelligi ꝙ dixerat, tibi. Tu aũt 54
testamentum meum conseruabis & semen
tuum post te in progenies suas. Cõseruabis
pro conserua, promissiuum pro imperati-
uo mõ posuit. Et puer octo dierũ circunci 55
det: oẽ masculinum pro oĩs masculus, quasi
posset circuncidi nisi masculus. Et procidit 56
Abrahã in faciẽ & dixit aĩo suo dicẽs, Si mi-
hi centũ annos habẽti nascet, & si Sara anno
rum nonaginta pariet. Admirantis esse istã
locutionẽ, nõ dubitãtis dubitãdũ nõ ẽ. Abra 57
hã aũt erat annorũ nonagintanouẽ, cũ circũ
cisus est carnẽ præputij sui. Nõ dixit carne,
aut in carne, Et in boues accurrit Abraham. 58
nõ dixit ad boues. Abraham autem & Sara se 59
niores progressi in diebus. ꝙ Græci habent, 60
progressi dierũ. Dixit autem dominus, Cla- Gen. 18.
mor Sodomorũ & Gomorræ impletus est,
& delicta eorũ magna valde Clamorem scri M
ptura solet ponere ꝓ tãta impudentia & li-
bertate iniquitatis, vt nec verecundia: nec ti-
more abscondantur. Et dixit, quia non perdã 61
si inuenero ibi quadragintaquinq;. Super- Gen. 19
fluũ videtur, quia & ideo in codicibus non 62
nullis Latinis non legitur. Nunquid dñe si 63
loquar, subauditur, irasceris: aut aliquid hu-
iusmodi. Cũ euerteret dñs ciuitates in quib.
habitant in eis. In omni loco vbi intraueri- 64
mus ibi. Et aperuit Deus oculos eius, & vidit 65
puteum aquæ viuæ. Locutio est, nõ.n. clau- Gen. 20.
sis oculis erat: vnde iã in principio libri lo- Gen. 21.
cuti

cuti sumus, vbi scriptum est, Et aperti sunt
66 oculi eorum. Et terra in quā inhabitasti in
67 ea. Et disposuerunt ambo testm̄. vel testati
68 sunt ambo. Amat scriptura testamenti nomi-
Gen. 21. ne pactum appellare. Accipe filium tuum di
Gene. 3. lectum. Illa locutione dictū est, accipe, qua
etiam ad Agar de filio eius. Et respiciēs Abra
69 ham oculis, cum sufficeret, respiciens. Per
70 memetipsum iuraui, nisi benedicens benedi
cam te. Ac si diceret, Per memetipsum iura
ui, quod benedicens benedicam te, aut nullo
verbo audito simpliciter per memetipsum
iuraui, benedicens benedicā te, multiplicans
multiplicabo semē tuum. cum sufficere pos
71 set, multiplicabo. Et nunciatum est Abrahæ
A dicentes cum consuetudo loquendi habeat,
nunciauerunt Abrahæ dicentes: aut nuncia-
72 tum est à dicentibus. Et surrexit Abraham
Gen. 23. à mortuo suo. Non dixit à mortua sua. Et ite
rum de eadem, Et sepeliam, inq̄t, mortuum
meum, quod non neutro quasi corpus mor-
tuum, sed in masculino genere dictū Græca
scriptura demonstrat. Et adiurabo te per do
73 minum Deum cęli, & terrę Græci nō habēt
He. 24. per, sed iuro te dominum Deum cęli. Cum
74 quibus ego habito in eis. Nequādo noluerit
75 mulier ire mecū. Mulierem fęminam appel
76 lare proprium est illius linguæ. In terrā de
qua existi inde. Attende tibi ne reuoces filiū
77 meum illuc. His verbis solet comminatio de
clarari. Et posuit puer manum sub fœmore
78 Abrahæ, & iurauit ei de verbo hoc. Ergo lo
cutio est qua dixerat Abraham adiuro te, ac
si dixisset, iura mihi. non autē solemus sic lo
qui, sed obseruandū est, vtrū sint inscriptu-
ris aliæ similes locutiones. Nam quod dixit
Abraham, si noluerit mulier venire tecū, pu
rus eris à iuramento hoc: manifestauit ita se
dixisse, adiuro te tanquam diceret, iura mihi.
Quod scriptum est de Rebecca. Virgo autē
79 erat speciosa valde, virgo erat, vir non co-
gnouerat eam, ista repetitio commendatio
nem virginitatis insinuat. Sed cur additū sit
B vir non cognouerat eam, nisi locutionis sit,
mirum si possit accipi ita vt virgo nomen
sit ætatis, non integritatis. Græci autem non
habent, cognouerat, sed cognouit, quod vi-
80 detur incōsequens. Adorauit domino. quod
nobis visitatum est dicere, adorauit domi-
81 num. Quoniam non dereliquit iustitiam &
veritatem à domino meo, id est, iustitiam &
veritatē quæ est à domino meo: ac si dice-
ret, quam fecit dominus meus. Et currens 82
puella nunciauit in domum matris suæ qua-
si non esset ipsa & patris domus. Et aquam la 83
uare pedibus ipsius & pedibus virorum qui
cum eo erant. Dominus cui placuit ante ip- 84
sum ipse mittet angelum suum tecum. quasi
non sufficeret, cui placui. an poterat ei pla-
cere nisi ante ipsum? Si tu prosperas viā meā, 65
qua ego nunc ingredior in eam. Cum verba 86
sua narraret seru⁹ Abrahę, quæ dixit accessu
rus ad fontem, ita narrauit. Et erit vigo cui
ego dixero, Da mihi bibere pusillū aquæ de
ydria tua: & dicet mihi, Et tu bibe & came-
lis tuis hauriam. Hæc mulier est. quā parauit C
dominus famulo suo Isaac. Quibus verbis sa 87
tis euidēter expressum est etiā mulieres ap-
pellatas locutione Hebraica quæ virgines es
sent. Et benedixi dominum Deum domini
mei Abrahā, Honorificentię locutio est, &
familiarissima scripturis, sicut Deus Heliæ.
Renunciate mihi vt redeam dexteram aut si- 88
nistram. Per dexteram scilicet prosperitatem
per sinistram aduersitatem significauit, id-
est, dexteram si concesserint, sinistram si non
concesserint. Nam vtiq; ea via rediturus fue
rat qua venerat. Quam locutionem scriptu-
rarum etiam cętera earum loca indicabunt:
quia dextera nominat̃ in omnibus bonis, sini
stra in malis: siue fęlicitas & infœlicitas, siue
iustitia & iniustitia: & aliquando dextera in
æternis sinistra in temporalibus. Hæc sunt 89
nomina filiorum Israel secundum nomina Gen. 25.
generationes eorum. Tanquam dixisset, Secū
dum quæ nomina generationes eorum ap-
pellatæ sunt. Accepit Rebeccam filiam Ba- 90
tuel Syri de Mesopotamia sororem Laban
Syri sibi in vxorem. Cum posset dici tantum
modo, Vxorem, aut sibi vxorem. Et ei erant 91
gemini in vtero eius, Cum posset non addi
quod dictum est, eius. Creuerunt autem iu- 92
uenes. Et talis locutio & apud authores se-
culares, sicuti est, Et scuta latentia condunt,
id est, condendo latentia faciunt. Sic & hic,
Creuerunt iuuenes, cum infantes essent,
intelligitur crescendo facti sunt iuuenes. Ia-
cob ad Esau, Vende mihi hodie primoge- D
nita tua mihi, Sic enim habent codices Græ Gen. 26.
ci. Videntes vidimus, quia est dominus 93
tecum, & disponemus tecum testamentum. 94
Amant scripturæ pro pacto ponere testa-
mentum,

mentum; id est, διαθήκην, quod Latini habēt,
Et disponemus tecū testamentū ne facias no
biscū malum: tāquā diceretur, Vt pacisceris
95 nō facere nobiscū malum. Et vocauit filium
suū seniorem Esau, & dicit. Hoc loco senio
ris nomen non significat ætatem grauem, sed
ex comparatione maiorē. Nunc ergo sume
96 vas tuū, pharetramq; & arcū. Non dixit vasa
sed vas. Quod aūt intelligi voluit, non appa-
ret, nisi forte locutio est, vt per vas pharetrā
voluerit intelligi, & exponendo quid dixe-
rit vas, adiunxit pharetramq; & arcum, Tan
quā dixerit, Sume vas tuū & pharetrā: veluti
si diceret, Sume vas tuū. i. pharetrā. Deinde
aliud, & arcum, quod nō ad aliud vas ptine
ret quod est pharetra. Aut certe pharetrā &
arcū vas voluit appellare, singularem ponēs
E numerū pro plurali, tanquā si diceret, Acci
pe vestem tuā: quo nomine intelligeremus
plures vestes, sicuti intelligimus militē pro
militibus, & multa sunt talia. Exi in campū,
97 & venare mihi venationem. Et vade ad oues
98 sume mihi duos hædos teneros, & bonos,
Nomine ouiū vtriusq; pecoris genus signi-
ficauit, quod in eisdem pascuis simul erant.
99 Et det tibi benedictionē patris tui Abraham.
Isaac dicit filio suo de auo eius patre suo. Exi
100 uit in Mesopotamiam Syriæ. Quasi Mesopo
Gen. 28. tamia dicatur nisi Syriæ: quāuis hoc Septua-
ginta habere nō perhibentur Syriæ, sed cum
101 asterisco scriptū est. Deus ad Iacob, Nō de-
reliquā te donec faciā omnia quæ tecū locu
102 tus sum. Quasi dimissurus eū cum fecerit, nō
vtiq; sed locutio est. Surrexit Iacob de som-
no suo dixit: Quia est dn̄s in loco hoc, ego
aūt ignorabam. Plenus sensus est, etsi non ha
103 beat, Quia. Est hic demōstratio dn̄i, nō enim
dn̄s in loco hoc, Ac si diceret, Est dn̄s in lo-
co est. Iacob interrogans quod ait, Nostis
104 Laban filiū Nachor? Cū esset filius Bathuel.
Gen. 29. Intelligendū est nobiliorem fuisse Nachor,
& merito dignitatis eius factum esse, vt de ip
so interrogaret. filium aūt dici & aui & pro
F aui vltra maioris alicuius eū qui ex illo pro
pagatur, vsitatissimæ locutionis est. Hinc est
quod & Isaac patrem sui appellauit Abra-
705 ham, sicut pauloante commemoraui. Adhuc
106 est dies multa, nondū est hora congregan-
di pecora. Et dedit illi Laban ancillam suam
ipsi vxorem. Plenum esset, etsi, ipsi nō adde-
107 retur. Si inueni gratiam ante te auguratus es-
sem: benedixit enim, i. ad bonum auguriū te
in domo mea haberem. Exaudiet me iustitia Gen. 30.
mea in die crastino. i. exaudiri me faciet. Et 108
vidit Iacob faciem Laban, & ecce nō erat ad 109
eū sicut hesterna & nudiustertiana die. Fami Gen. 31.
liarissima in scripturis locutio: Hesterna &
nudiustertiana die, pro tēpore præterito po
suit. Et vidi oculis meis in somno. Cū clausi
sint in somno oculi corporis. Ego sum Deus, 110
qui apparui tibi in loco Dei. Locutio est. An
Deus in loco Dei sic accipiendum est, quō 111
pluit dn̄s à dn̄o filius à patre? Rn̄dens aūt Ia-
cob dixit ad Laban: Dixi enim ne forte aufe 112
ras filias tuas à me omnia mea. Intrauit aūtē 113
Laban & scrutatus est in domo Liæ. Aduertē G
dum est quō dicatur domus vxoris cum in
itinere cōprehēsi sint à Laban. Nisi forte cō-
suetudo scripturarū dicit domum pro cubi-
culo vel tentorio, quō etiā ancillarū domos
dicit. Iacob dicit ad Laban, quia scrutatus es 114
omnia vasa domus meæ. Nunc vnā domum
dicit, cuius membra erat domus vxorum
eius & concubinarum: vt intelligatur do-
mus appellatas cum essent cubicula aut ten-
toria, quos et papiliones vocant. Nisi Deus
patris mei Abrahā & timor Isaac affuisset mi 115
hi. Patrē suum appellat auum suū, sicut ei di
xerat Isaac pater eius. Misit aūt Iacob nun-
cios ante se ad Esau fratrē suum in terra Seir, 116
in regionē Edom & mandauit illis dicēs, Sic Gen. 32.
dicetis dn̄o meo Esau. sic dicit puer tuus Ia-
cob, cum Laban habitaui & demoratus sum
vsq; modo, & facti sunt mihi boues & asini
& oues pueri & puellæ, & misi nunciare do
mino meo Esau. Non dixit, misi nunciare ti-
bi. Si interrogauerit te Esau dicens, cuius es
& quò vadis? & cuius hęc quæ antecedunt te 117
& dices pueri tui Iacob. Plenum esset & inte
grum etiam si, &, non haberet. Munera misit
domino meo Esau, & ecce ipse post nos. Di 118
cendum autem fuerat vsitata locutione, mu
nera misit domino meo tibi aut domino suo
tibi. Surrexit autē eadē nocte, & accepit vxo H
res duas & duas ancillas. Hic distinguitur ab 119
vxoribus, quas, prius vxores scriptura dixe-
rat, Et accepit duas vxores & duas ancillas.
Notādū est quemadmodū dicatur consue-
tudine scripturarū, accepit: non enim tunc
eas duxit, aut tūc à socero accepit. Quod ha 120
bent Latini codices, & oues & boues fecun- Gen. 33.
dantur, Græci hn̄t fętantur super me. Quod

ea significatione dictū est, vt intelligat super
solicitudinē vel curam meā: q̄uo solemus lo
qui cū dicimus, super caput nostrū esse ali-
quid cuius maximā curā gerimus. Et filij Ia
Gen.34. cob venerunt de campo, Et cū audissent cō-
121 pūcti sunt viri, & triste erat illis valde quod
turpe fecerat in Israel, quod dormisset cū fi-
lia Iacob, & non sic erit. Difficile talis locu
tio reperitur in scripturis, nō inducta perso-
na loquētiū, scriptorem verba eorum inter-
posuisse. Non enim ait, & dixerūt: sed hoc ta
cito verba dixit eorū. Nā qui alijs dicere po
tuerunt, & non sic erit nisi qui grauiter indi-
122 gnati vindictam moliebantur. Notandū q̄d
I Emor loquēs de Dina ad Iacob & filios eius
filiam dicit vestram, nō dicit filiā tuam soro
123 rem istorum. In hac similes eribus vobis, &
124 habitabimus in vobis. i. inter vos. Appositus
125 enim erat filiæ Iacob. i. amabat eam. Et filiū
eius Sichem interfecerunt in ore gladij. ac si
diceret, gladio. Quæ abstulerunt filij Iacob
126 de ciuitate Sichimorum Salē cum eam expu
gnassent, sic enumerant, Oues eorum, & bo-
ues eorum, & asinos eorū quæcunq; erāt in
ciuitate, & quęcunq; erāt in campo tulerūt,
& omnia corpora eorū captiuauerunt, & di
ripuerunt quæcunq; erant in ciuitate, & quæ
cunq; erāt in domibus. Inter hæc omnia nō
satis intelligit quid dixit, & corpora eorum.
neq;. n. suspicandū est, quod corpora abstu-
lerunt peremptorū intelligēda sunt quæ cor
poraliter possident: vt eorū sit executio q̄ se
quitur, & supellectilem & cętera, sicut in iu
re dicitur, traditio corporū. Quāquā Græci
σωμάτια seruos appellant vsitatissima lucu-
tione, sed quia nō σωμάτια, sed σώματα hic
dictum est, non est temere confirmandū, ser
uos significatos: fieri tñ potest vt hoc magis
127 sit. Cum gentē Edom, idest Idumęorū cōme
Gen. 36. moraret scriptura, & qui in ea regnassent:
K postea dicit, Hęc omnia principum Esau se-
cundū loca eorum in regionibus eorum &
in gentibus eorum gentes appellās vnius gē
tis, propter familiarum multiplicatas gene-
rationes, cum etiam ipse Edom vocaretur.
vnde & gens quam propagauit cognomina-
128 ta est, cuius vtiq; Pater fuit. Cum audisset au
Gen. 37. tem Ruben, liberauit eum de manibus eorū
& dixit, nō feriamus eum in anima. Non er-
go liberauit eum, & inde hoc dixit; sed hoc
dicendo eum liberauit. Prius ergo dixit, libe
rauit eum, & deinde breui recapitulatione
quomodo cum liberauit, insinuat. Non feria 129
mus eum in anima. hoc loco nomine animę Iob.2.
vitam corporis animati significat, per efficiē
tem id quod efficitur. Secundum hoc videri
pōt etiā ad diabolum dictū esse de Iob, Ani
mā eius ne tangas. i. ne occidas eū. Nā secun-
dum illā significationē qua natura animæ cō
memoratur à dño dicitur, Nolite timere eos Mat. 10.
qui corpus occidunt, animam autem non
possunt occidere. Quod Iudas dicit, Manus 130
autem nostrę non sint super eū. hoc est quod
dici à nobis solet, manus eius nō inferamus.
Quoniā frater noster & caro nostra est. non 131
aliud, sed bis hoc idem dictum est, tanquam
exponendo quid sit frater noster, idest caro
nostra, quod ex eadē carne fuerant procrea- L
ti. Occiderunt hędum caprarum. Sic solet lo
qui scriptura, Quēadmodum in Psalmo Si- 132
cut agni ouium: quasi posit esse aut hędus Ps. 113.
nisi caprarum, aut agnus nisi ouium. Et nun-
ciatum est nurui eius Thamar, dicentes. Dicē 133
dum autem fuit, Nunciauerunt dicētes. Et de Gen. 38.
positis vestimentis viduitatis suæ à se. Quid 134
minus esset, si nō adderetur à se? Et non ap-
posuit amplius scire eā, pro eo quod est mi- 135
sceri ei. Et inuenit Ioseph gatiā in conspectu 136
domini sui. Hæc locutio nulli est ignota in Gen. 39.
in scripturis. Et nesciebat q̄ circa eum erant. 137
Apud Græcos vsitata est vulgo locutio, apud
nos recta non est, sed nesciebat aliquid dici
mus. Pręter panē quem ipse edebat. Per panē 138
vtiq; oīa intelligi voluit ad victum eius per-
tinentia. Vnde pro quotidiano victu, panis
solus positus intelligitur in oratione domini Matt. 6.
ca. Et misit vxor domini eius oculos suos in 139
Ioseph. Solet & apud nos vulgo esse vsitata
locutio pro eo quod est Amauit eum. Et ait,
dormi mecum, Et ista vsitata est locutio, pro 140
eo quod est concumbe mecum. Et dedit car M
ceris custos, carcerem per manum Ioseph, 141
pro eo quod in manus Ioseph, per quod si- Gen. 40.
gnificat in potestatem. Et dixerunt somniū vi
dimus, & non est qui interpretetur illud. Cū 142
somnium suum vnusquisq; vidisset, non di-
xerunt somnia vidimus, sed somnium vidi-
mus. Tres fundi, tres dies sunt, non dixit 143
tres dies significant. Et multum hæc locu-
tio notanda est, vbi aliqua significantia earū
rerum quas significant nomine appellantur.
Inde est q̄d ait Apostolus, Petra autem erat 1. Co. 10.
Chri-

Christus,non ait, Petra significabat Christũ.
144 Et dabis calicẽ Pharaoni in manu eius cum
145 plenũ esset,ẽt si nõ adderetur, in manu eius.
Et auferet Pharao caput tuũ abs te. Plenum
146 esset etiam si non haberet,abs te. Et manduca
bunt aues cęli carnes tuas abs te. Similis supe
147 riori locutioni. Et factum est post biennium
148 dierum. Quid minus esset si non haberet, die
rum? Surrexit autem Pharao,& non erat som
nium. Amant scripturæ sic loqui de somnijs,
A cum fuerit euigilatum, tanquam reddita ho
mini veritate vigilantiũ, tunc illud appareat
somniũ,quod cũ videret, quasi veritas fuit.
149 Peccatum meũ recordor hodie. Pharao ira-
tus fuerit pueris suis,& posuit nos in carce-
150 re. Ille loquebatur tanquã de altero. Et vidi-
mus somnium ambo nocte vna, ego & ille,
quasi non sufficeret, ꝙ ambo dixerat. Dein-
de & hic vidimus somniũ dicit, nõ vidimus
151 somnia tanquam vnum ambo vidissent. Fa-
ctum est autem sicut comparuit nobis, ita &
contingit. Factum est autem, sic solet scriptu
ra ponere: nam plenum esset, Sicut enim cõ-
152 paruit nobis,ita & contigit. Quales nunquã
vidi tales in tota terra Aegypti turpiores,Di-
ci autem posset more nostro,quibus nunquã
vidi turpiores,aut quales nunquam vidi, aut
153 nunquam vidi tales. Exurgens aũt dormiui.
154 exurgens ait,pro expergiscens. Quanta Deus
facit ostendit Pharaoni. Cũ illi loqueretur,
155 tanquam de altero dicit. Et consumet fames
156 terram. Pro, homines qui sunt in terra. Nunc
ergo vide hominem prudentem & intelligẽ
tem,& constitue eum super terram Aegypti,
& faciat Pharao & constituat locorum Prin
cipes super terram. Quasi alius sit cui dixit,
Prouide hominẽ prudentem,& alius de quo
157 dixit, Constituat Pharao. Congregetur triti-
158 cum sub manu Pharaonis,i.sub potestate. Ta
men thronum præcedam tui ego. Sic se ha-
B bent verba in Græco,quę dixit Pharao ad Io
seph, sed ꝓcedã tui: vsitata est apud Græcos
locutio,apud nos aũt dr̃ præcedam te. Illud
vero, Præcedam te thronum,nec apud Græ-
cos vsitata perhibetur, sed ꝓcedã de throno,
idest honore sedis: ꝙ intelligitur, ꝓcedam te
159 regno: hoc.n.illi & postea dicit. Ego Pharao
*Gen. 42.* sine te nemo extollet manum suã super om-
nẽ terram Aegypti tanquã diceret, Ego sum
Rex, tu aũt Princeps vel præpositus Aegy-
pti. Pharao quippe non hominis nomen est,

sed regiæ potestatis. Videns autẽ Iacob, quia
est venditio in Aegypto,dixit filijs suis. Qua 160
re segnes estis? Ecce audiui quod est uẽditio
in Aegypto. Notandum quia id quod audis-
se se dicit, vidisse eũ scriptura dixerat. Emit- 161
te nobis pusillas escas ut uiuamus & non mo
riamur. Vnum horum sufficeret, aut ut uiua- 162
mus,aut ut non moriamur. Pacati sumus,nõ
sunt pueri tui exploratores,quasi de alijs di- C
xerint, Non sunt pueri tui exploratores: cum
possent dicere. Non sumus: honorificentiæ
aũt more maxime ita loquebantur. Duode- 163
cim sumus pueri tui fratres in terra Chanaã,
cum posterius dicant, ꝙ unus eorum nõ sit,
ipsum, s. Ioseph non esse existimantes, i. perís *Gen. 35.*
se. Hac locutione dictum est ẽt illud, Hi filij
Iacob qui facti sunt ei in Mesopotamia, cũ
ibi non fuerit natus Beniamin. Quod aũt di-
xerunt,sumus in terra Chanaan, cum eo tẽ- *Ibidem.*
pore quo loquebantur in Aegypto essent, su
mus dictũ est, pro habitamus. inde enim ue-
nerant illico redituri,ibi cõmemorãtes. Hoc 164
est quod dixi uobis dicens, ꝙ exploratores 165
estis. Quid deesset, ẽt si non adderet, dicens?
Ipsi uero ite ducite emptionem tritici uestri.
Ducite pro eo quod est ferte. Quia.n.ducun
tur iumenta in quibus fertur, etiam hoc du-
ci dictum est. Nonne locutus sum uobis di- 166
cens, Ne noceatis puero & non exaudistis
me? Notandum exauditionem non eam so-
lam dici qua exaudit Deus. Ipsi aũt ignora- 167
bant quia audit Ioseph, audit pro intelligit.
Nam uoces audit utique aure etiam qui non
intelligit linguam. Repetitur illa locutio qñ
narrant patri suo quid eis acciderit in Aegy-
pto,& quid dixerint ad Ioseph, Duodecim
sumus fratres filij patris nostri,unus non est,
pusillus autem cũ patre nostro hodie in ter-
ra Chanaan. Multa in his paucis uerbis gene
ra locutionũ sunt, & illud ꝙ pauloante me- D
moraui,duodecim sumus cũ ipsi dicãt,unus
non est: Et filij sumus patris nostri, quasi pos
sent esse filij nõ patris sui. Pusillus aũt cũ pa-
tre nostro hodie in terra Chanaan, nec dixe
runt, est, aut aliquid huiusmodi. Deinde no-
tandum est,quod maxime necessariũ uidetur
ꝑꝑ Euangelistarum narrationes, quomodo
cum ea quæ dicta sunt dicta esse narrãtur,nõ
omnino eodem modo repetuntur, cum ta-
men in diuersitate uerborum nihil sententiæ
depereat ueritatis. Nam ꝙ dixerunt dictum

sibi esse à Ioseph, & in terrã mercamini, nõ
inuenitur ab illo dictũ. Sine mendacio autẽ
dixerunt, ꝙ ex verbis quæ dixerat in eius vo-
luntate cognouerant Neque.n. verba sunt ne
cessaria nisi ad exprimendã, & in audientiũ
notitiã perferendã quantũ possumus volun-
168 tatem. Et erat vniuscuiusq; alligatura argenti
in sacco eorũ. Non dixit in sacco eius, aut in
saccis eorũ, sed quasi vnus saccus omniũ es-
169 set. Super me facta sunt omnia hæc, i. me mi-
170 seria onerant. Ait aũt illi Iudas, dicẽs. Potuit
Gen. 43. plenum esse & si nõ haberet, dicens. Interro-
171 gans interrogauit nos homo. Assidua est ta-
E lis locutio in scripturis, interrogans interro
172 gauit nos homo, aut interrogando interro-
gauit, & si qua similia. Mecum.n. manduca-
bunt hoĩes meridie panẽ. Nũquid panes tm̃?
Sed ab eo quod excellit & cętera est cõplexa
173 locutio. Mecum.n. manducabunt hoĩes me-
ridie. Quod dicit meridie, prandiũ significat
ꝙ fit medio die: hoc est.n. meridies. Vt acci-
174 pias nos in seruos & asinos nostros. Non vti
que subauditur seruos, Nã quod Latini codi
ces seruos habent, in Græcis παῖδας legitur,
ꝙ nullo modo asini possunt esse. ergo asinos
175 nostros tantũmodo accipias subauditur. Ape
ruimus saccos nostros, & hoc argentũ vnius
cuiusque in sacco suo, Non addidit inuentũ
est: aut apparuit, aut erat, aut aliquid hmõi.
176 Propitius vobis, nolite timere. In his verbis
quibus dictum est, propitius vobis, duo ver-
ba sunt quæ subaudiuntur, & sit & Deus. Ple-
num est.n. propitius sit vobis Deus, ꝙ omni-
177 no in Græco vsitatissimũ est. Saluus est puer
tuus, pater noster, adhuc viuit. Hic expressiꝰ
ostenditur pueri nomine seruum solere si-
gnificari. Non.n. in illo sene posset hoc esse
nomen ætatis. Non poterant Aegyptij man-
178 ducare cum Hebræis panes: abominatio est
enim Aegyptijs. Illa locutio frequentatur, vt
179 in panibus oẽs escæ intelligantur. Magnifica
F ta facta est aũt pars Beniamin præ partibus
180 omnium quintupliciter ad illorum. Iã quia
dictum erat præ partibus omnium potuit nõ
Gen. 44. dici ad illorum. Inueniens autẽ eos dixit, se-
cundum verba hæc potuit dicere, dixit eis
verba hæc. An forte nõ locutionis genus est,
sed interest ẽt sniæ. Aliud.n. est ipsa verba di-
cere, aliud secundũ ipsa: vt quæcunq; alia di-
cta fuerint eadem snia teneatur, quæ in illis
verbis cõprehensa est, hoc secundũ ipsa, etiã
si non ipsa. Sed quia sequitur illis respondẽ-
tibus, Vt quid loquitur dñs secundum verba
hæc, qui vtique dicere debuerunt vsitato mo
re, vt quid loquit̃ dñs verba hæc, constat es-
se locutionis genus. Absit à pueris tuis facere 181
secundũ verbũ hoc potuerunt dicere, absit
à nobis, sed illa honorificẽtia est vsitata scri-
pturis sic dicere tanquã de alijs: pueris autẽ
pro seruis dictũ est. Et nos autẽ erimus serui 182
dño nostro. Etiam hic, παῖδες Græci habent, G
hoc est pueri, quod tam assidue scriptura ꝓ
seruis ponit, vt difficile inueniatur non isto
nomine appellare seruos. Qũo aũt ascẽdam 183
ad patrem, cum puer non sit nobiscũ, vt nõ
videam mala quæ inuenient patrem meũ?
Magis consuetudo loquẽdi exigebat dici, vt
videam mala quæ inuenient patrẽ meũ? hoc
est, qũo ascendam vt videam? Nouo itaque
loquendi more id quod dixit, ac si dixisset,
non. Sic.n. vsitatus ordo iste verborum est:
Non ascendam ad patrem, cum puer non sit
nobiscum, vt non videam mala quę inueniẽt
patrem meum. Qñ fleuit Ioseph cum reco-
gnosceretur à fratribus suis, ait scriptura. Au- 184 Gen. 45.
dierunt autem oẽs Aegyptij, & auditum est
in domo Pharaonis: deinde sequitur quod
narrabat, Dixit autẽ Ioseph ad fratres suos.
Prius itaque scriptura dixit, quod postea fa-
ctum est. Hoc.n. famæ celebritate accidit, vt
omnibus Aegyptijs notum fieret, & postea
reuersa est narratio ad id quod dicebat bre-
ui recapitulatione. Et diuulgata est vox in do 185
mo Pharaonis dicentes, Venerunt fratres Io
seph, dicentes posuit pro dicentium. Vox e-
nim dicentium diuulgata est, venerunt fra- 186
tres Ioseph. At ille respondit, quod dicit. Or- Gen. 46.
do est, At ille respondit dicens, quod est. 187
Deus dixit ad Iacob, Ego descendam tecum
in Aegyptum, & ego ascendere te faciam in
finem. Sic habent Græci, quod Latini habẽt,
& ego deducam te in finem. Iudam aũt mi- 188
sit ante se ad Ioseph, vt venirent sibi obuiam H
iuxta heroum ciuitatem. Nescio vtrum he- 189
roum nomen facile in scripturis reperiatur.
In verbis Ioseph quibus ait ad fratres suos,
Ascendens nunciabo Pharaoni & dicam ei,
Fratres mei & domus patris mei qui erant
in terra Chanaan, venerunt ad me: viri autẽ
sunt pastores. Viri enim pecorum nutritores
erãt, & iumẽta & oues & oĩa sua adduxerũt.
Qđ interpositũ est, viri.n. pecorum nutrito-

res

res erāt,ex p̄sona sua scriptor interposuit,&
redit ad verba Ioseph adiungendo & iumē-
ta & omnia sua adduxerunt, vt ordo sit in
verbis Ioseph. Viri autem sunt pastores, &
iumēta & oues & omnia sua adduxerūt.Di-
190 xit aūt Pharao ad Iacob, Quot anni dierum
Gen. 47. vitæ tuæ? subauditur sunt. Pusilli & maligni
191 fuerunt dies annorū vitæ meæ, Pusillos pro
paucis positū est. Neq;.n.vitę meæ q̄ cętero
rum dies possunt esse horarū spacio breuio
res. Hoc aūt Iacob ex cōparatione dixit vitæ
maiorum suorū. Nā vtiq; centū triginta an-
nos quos ille iam agebat, nemo nunc viuit.
192 Triticū secundū corpus.i secundū numerū
corporum: Per corpus etenim, numerum
I corporū: per numerū corporū numerū ho-
193 minum significat.Inualuerat aūt fames valde
& defecit terra Aegypti.Terra posuit pro ho
194 minibus qui erant in terra. Venerunt aūt oēs
Aegyptij ad Ioseph dicētes,Da nobis panes.
Panes per triticū significat locutione p̄ id q
195 efficitur, id qđ efficit. Et facta est terra Pha-
Ps. 116. raoni, Nō ait Pharaonis,amat sic loqui scri-
ptura sicut in Psalmo dictū est, Et custodiuit
legem tuam,hæc facta est,mihi, quia iustifi-
cationes tuas acquisiui. De lege Dei dixit,
196 Hæc facta est mihi.i.in meā vtilitatē. Præter
terrā sacerdotū tātum non possedit Ioseph.
quasi dixisset, præter terrā sacerdotum tm̄,
197 oēm possedit Ioseph. Et posuit illis Ioseph
in præceptū vsque in hodiernū diē in terra
Aegypti,vt pręstent quintas Pharaoni. Hinc
intelligit Pharaonis nomen p̄tātis fuisse re-
galis,quod dixit vsque in hodiernū diē. Nō
enim illi q tūc fuit, præstare poterāt Aegy-
ptij vsq; ad illū diē quo ista scribebant,qn̄ il
198 le nō iā viuebat.Et fuerunt dies Iacob anno-
rum vitæ eius, Dies annorum sæpe dicit scri
199 ptura,cum semel posset annos dicere.Quod
Gen. 48. scriptum est,Nunciatum est Ioseph, quia pa
ter tuus turbatur, Aliqui codices habēt vexa
tur,aliqui ęstuatur, aliud alij, sicut interpre-
tari Latini potuerunt, quod Græce scriptū
K est. ἐνοχλεῖται. Ideo autem turbatur accom-
modatius dici videt, quia hoc dici solet de
ijs qui afflictione corporis morte propin-
quāte iactant. Ex hoc etiā turba ὄχλη dicit.
Est.n. turba multitudo inordinata, nō sicut
populus qđ δῆμος dicit, nec sicut plebs qđ
200 λάος dicit,sed sicut ὄχλη q turba dr̄. Iacob
benedicēs nepotes suos filios Ioseph, ait in-
ter cętera, Et inuocabit in his nomē meū &
nomē patrū meorū. Vnde notandū est nō so
lū exauditionē, sed ēt inuocationē dici ali-
qn̄ quæ nō Dei,sed hominū sint. Hinc.n.pri 201
mitiuus minus habēt est, secundum codices 202
Græcos in bn̄dictione Ioseph ait inter cęte- Gen. 49.
ra Iacob, Inde qui cōfortauit Israel. mirū si
nō subaudit, est:vt planū sit Inde est qui cō-
fortauit Israel. Quod scriptū est, Dixit Io- 203
seph seruis suis sepultoribus vt sepelirent pa Gen. 50.
trē eius.nō inuenit lingua Latina quēadmo- L
dū appellaret ἐνταφιαστάς. Nō.n.ipsi sepeliūt
idest terræ mandant corpora mortuorum,
q non est Græce ἐνεταφίασαν,sed ἔταψαν. Il
li ergo ἐνταφιασαὶ id agunt quod exhibetur
corporibus humādis, vel cōdiendo vel sic-
cando, vel inuoluendo & alligādo, in quo
ope maxime Aegyptiorū cura p̄cellit. Qđ
ergo dicit ēt sepelierūt,curauerūt intellige-
re debemus. Et q dicit quadraginta dies se-
pulturę,ipsius curationis accipiēdæ sunt.Se-
pultus.n. ille nō est nisi vbi mādauerat sepeli
ri:Loquimini in aures Pharaonis locutio est 204
vsitata scripturis. Et dixit Pharao ad Ioseph, 205
Descēde & sepeli patrē tuū. Etiā si p̄ potētes
illos p̄ quos Ioseph mādauerat Pharao, di-
xit,q perferrent ad Ioseph, nō vtiq; dixit ni
si ipsi Ioseph. Vn̄ illud est in Euāgelio, quod
vnus Euāgelistarū dicit Centurionē venisse
ad dn̄m & dixisse illi, Puer meus iacet in do
mo paralyticus.Alius aūt totū diligētius nar Matt. 8.
rās,amicos eū ad dn̄m misisse cōmemorat q Lucæ 7.
hoc ei dicerēt, In q̄bus amicis vtiq; ipse ve-
nit,cuius in eis volūtas p̄sens fuit. Vnde est,
Qui vos recipit,me recipit,& q me recipit,
recipit eū q me misit. Planxerūt eū planctū 206
magnū & validū. Plāxerunt plāctū nō plāxe Mat. 10.
rūt plāctu, locutio est in Latina lingua non
ignota sicut dr̄,seruitutē seruiuit,militiā mi-
litauit,& similia.Et redditione reddet nobis 207
oīa mala q̄ ostēdimus ei. Ex hac locutione
ait,& Apostolus Alexāder ærarius multa ma 2. Tim. 4
la mihi ostēdit. Ostēdimus. n. dictū est, vel 208
ostēdit, p̄ eo q est facimus, vel fecit.Accipe M
iniquitatē seruorū Dei patris tui. Noua locu
tio ē,accipe iniquitatē p̄ ignosce,aut remit-
te,aut obliuiscere. Sed puto inde esse dictū
accipe,ac si diceretur,æquo aīo accipe,hoc
est,noli indigne ferre. Et veniētes ad eū dixe
rūt.Nō iterū venerunt,sed quod dictum fuit 209
iterū dictum est, Solet hoc facere scriptura.

D. AVRELII AVGVSTINI
Locutionis de Exodo.

## LIBER SECVNDVS.


T inualeſcebant valde valde.
1 Quid quod dictũ eſt de obſte
tricibus,& fecerũt ſibidomos
qm̃ timuerunt Deũ?Prædictũ
Exo. 1. eſt enim. Benefaciebat Deus
cũ obſtetricibus. Et ad hoc videtur pertine-
re ꝙ fecerant ſibi domos timendo Deũ tan-
quã beneficia Dei ad hoc eis ꝓfuerint vt fa-
A cerẽt ſibi domos. Nunquid antea non eas ha
buiſſe domos intelligendum eſt? An ad diui
tias hoc verbũ pertinet,vel potius ad aliquas
rei familiaris idoneas facultates? Huic enim
ſimile videtur, quod ait etiã Iacob poſt qua
tuordecim annos ſeruitutis ſuæ ſocero volẽ
Gen. 30. ti eũ adhuc apud ſe tenere. Nunc ergo qñ fa
ciam & ego mihi domũ,dixerat enim quod
creuerint pecora Labã ſub illo: Sicut & ipſe
Laban confeſſus fuerat dicens, Benedixit me
Deus introitu tuo. Cum ergo dicit, quando
faciam & ego mihi domum?ſubintelligitur,
ſicut & tu. Hoc videtur enim valere quod ait
& ego vt ad ipſam domum faciẽdam videa-
tur pertinere quod conſequenter ad Laban
2 merces ipſa ſtatuenda proponitur. Et omne
fœmininũ viuificare illud. Sic enim habent
3 Græci,Latini non habent, illud. Erat autem
quidam de tribu Leui, & ſumpſit ſibi de filia
Exo. 2. bus Leui. intelligitur vxorem: quod quidam
Latini interpretes etiam addendum putaue-
runt. Sequitur autem,Et habuit eam & con-
4 cepit. Quid ſit tibin, ideo difficile eſt noſſe,
Græce ſic ſcribitur. quin nec Græcus interpretes ex Hebræo,nec
Latinus ex Græco vertit hoc nomen, ſed trã
5 ſtulit vt inuenit. Timuit autem Moyſes & di-
B xit,Sic diuulgatum eſt verbũ hoc. Duo ſunt
in hac locutione attendenda. Primo,quia pẽ
Cἰβυγπα πούρου. det ſententia,& ſic dimiſſa eſt: Deinde,quia
6 verbum pro facto poſuit. Et reſpexit filios
Iſrael & innotuit illis. Pro eo poſitum eſt in-
notuit, quod egit in eis, quibus Dei curam
7 erga ſe intelligerent. Videns vidi afflictionẽ
8 populi mei qui eſt in Aegypto. Et dixit Moy
Exo. 3. ſes ad Deũ, Quis ſum, quia ibo ad Pharao-
nem regem Aegypti, & qui reducam filios
Iſrael de terra Aegypti? Dixit autem,quoniã
ero tecũ. Sic habet Græcus: Latinus autem,

1 Et quis ego dixit: & non dixit quia ibo, &
quia educã,ſed vt eam & ducam. Et quod in
Græco habet,dixit aũt quia ero tecum,intel-
ligit vtiq; quod dixerit ap Moyſen. Totũ aũt
hoc Latinus addidit & ait, Dixit aũt Deus ad
Moyſen, Deus dicit quod dicat Moyſes filijs
Iſrael, Viſitans viſitaui vos & quęcunq: con
tigerũt vobis in Aegypto. Gręcus habet. viſi-
tatione viſitaui vos. Deus dicit ad Moyſen de
filijs Iſrael & audiet vocẽ tuam. Græcus ha- 9
bet,& exaudiet vocem tuã, quia exauditio
dicitur hominis,quod habet Græcus. Poſcet 10
mulier à vicina & ab inquilina ſua vaſa argẽ Exo. 4.
tea & aurea & veſtem. Græcus habet a coha
bitatrice ſua: hoc eſt συνοίκου,quod Latini ali C
qui interpretati ſunt,à cãcellaria ſua. Moy-
ſes dicit, Quid ſi nõ crediderint vocẽ meam? 11
quod Latini, audierint interpretati ſunt. Ex- 12
tẽde manũ & aprehẽde caudam, Græcus ha-
bet: Latinus autẽ, manũ tuã & caudã eius,in-
terpretatus eſt. Et extendens manũ apprehen 13
dit caudã, & facta eſt virga in manu eius. Et
dixit illi, Vt credãt tibi qm̃ apparuit tibi dñs
Deus patrũ ipſorum. Græcus nõ habet, & di
xit illi: ſed cõtinuo adiunxit, vt credãt tibi. i.
verba Dei, poſt illud factũ miraculũ: tanquã
adhuc loqueretur & modo ſententiã verbo-
rum impleuerit. Nam ordo eſt verborum.
Extende manum & apprehende caudam: vt
credant tibi: ſed interpoſita eſt facti narratio
& poſtea redditum,vt credãt tibi. Quod Lati
nus habet, Et facta eſt manus eius leproſa tã- 14
quã nix. Græcus non habet leproſa: ſed tan-
tum,facta eſt tanquam nix. Quod ſi non au- 15
dierint vocem ſigni primi, Græcus ſic habet
Latinus autem vocẽ tuam ſigni primi: ſequi-
tur,& ſic credent tibi voce ſigni ſequẽtis. Et 16
erit aqua quam ſumes de flumine ſanguis ſu
per aridam: vel potius ſuper aridũ, ideſt ſu-
per id quod aridum eſt: quod Latinus dixit,
ſanguis ſuper terram. Moyſes dixit, Precor 17
domine nõ ſum eloquens ante heſternam,& D
& nudiuſternam,diem. Et virgam hanc ſu- 18
mes in manum tuã, in qua facies in ea ſigna.
cum dici poſſet, in qua facies ſigna: aut cer-
te virgam hanc ſumes in manũ tuã & facies
in ea ſigna. Nũc vero vtrunq; dictũ eſt ſolita
locutione ſcripturarum. Poſt dies autem il- 19
los multos mortuus eſt rex Aegypti. Dixit
aũt dñs ad Moyſen in Madian, Vade perge in
Aegyptũ: mortui ſunt.n.oẽs q quærebãt ani-
mam

mam tuam. Multa in his verbis genera locu
tionũ notãda ſunt. Primo vade, perge in Ae-
gyptum: tanquã non ſufficeret tantum vade,
vel tantum perge. Deinde, mortui ſunt oẽs ꝗ
quærebant animã tuã: cũ ſolum regem Aegy
pti ſcriptura dixerit mortuũ, & de ſolo an-
tea dictũ fuerit, ꝙ Moyſen quærebat occide-
E re. An ipſe poſt alios inimicos vltimus mor-
tuus eſt? Quod ſi ita eſt, non locutio, ſed ſen-
ſus eſt. Itẽ qui qrebant animã tuã, non in ma-
lo tm̃, ſed ẽt in bono dici ſolet in ſcripturis.
Pſ. 39. Nã ſicut hic in malo dictum eſt, ſic ẽt in Pſal
Pſ. 141. mis, Confundantur & reuereantur, qui qrũt
animã meã. In bono, Perijt fuga a me, & nõ
eſt qui requirat animã meã. Niſi forte aliqd
diſtare dr̃ inter quærentes & requirentes, vt
illud in malo, hoc in bono intelligendũ ſit.
Et dicebant ad populũ dicentes, Hæc dicit
20 Pharao. Quã locutionẽ piguit Latinũ inter-
Exo. 5. pretari. Videat Deus vos & iudicet, qñ exe-
21 crabilẽ feciſtis odorẽ noſtrũ palã Pharaone,
& palã ſeruis eius, dare gladiũ in manu eius,
vt occidat nos: ſic.n.habet Græcus. Latinus
aũt ait quẽ pro optimo legebamus, vt dare-
tis gladium in manibus eius, qui ſolœciſmus
nulla interpretationis neceſsitate factus eſt,
22 qui in Græco non eſt. Statui teſtm̃ meum ad
Exo. 6. illos, ita vt darẽ illis terrã Chananæorum. Et
23 terram quã incoluerunt, in qua & incolue-
runt in ea: ſic.n.habet Græcus. Quod vtique
& in Græca lingua abſurde vr̃ ſonare, & tñ
ſeptuaginta interpretum authoritas tanta eſt,
quos ita loqui non piguit. quid.n. & ſi ſen-
24 ſus hic latet? Quod ſi nullus eſt, ipſa locutio
notanda eſt, ne alibi inuenta ſenſum impe-
diat, vel aliquid quærere vbi quærendum nõ
F eſt compellat. Quod habet Latinus, Exaudi-
uit gemitũ filiorũ Iſrael quemadmodũ Aegy
ptij affligẽt eos: Græcus habet, καταδουλοῦν-
ται quod interpretari poſſet, in ſeruitutẽ re-
digunt eos, nam vno verbo non poteſt. Et lo
25 cutus eſt Moyſes ſic ad filios Iſrael, & nõ ex-
audierunt Moyſen a defectione animi, & ab
operibus duris. Exaudierunt ait, non audie-
26 runt. Ecce.n. ineloquens ſum ego, ꝙ ait Moy
ſes ad dñm ἄλογος dixit Græcus, non impe-
27 ritus, quaſi ἀμαθὴς vel ἄπειρος. Hi ſunt Aaron
& Moyſes quibus dixit Deus vt educant fi-
lios Iſrael de terra Aegypti. Sic.n. habet Græ-
cus. Ecce ego gracili voce ſum, & qũo ex-
audiet me Pharao? Notãdum ꝙ exaudiet di-
xit, non audiet. Fecit aũt Moyſes & Aaron ſi-
cut præcepit illis dñs, ita fecerunt. Quid deeſ 28
ſet, ſi non diceretur, ita fecerunt? Si loquetur Exo. 7.
vobis Pharao dicens. Date nobis ſignum aut 29
portentum, & dices Aaron fratri tuo, ſume
virgam. nonne locutionis noſtræ conſuetu-
do poſcebat & quædã eius integritas vt ita
diceretur: ſi loquetur vobis Pharao dicens,
Date nobis ſignũ aut portentum, dices Aarõ
fratri tuo, ſume virgam? Quid ergo ibi addi-
tũ eſt, &, niſi aliqua proprietate locutionis
Hebraicæ, nam neq; Græca eſſe perhibetur.
Non mihi videntur ſatis cõmode interpreta
ti Latini, σοφισταὶ Pharaonis, vt dicerent ſapiẽ G
tes. Sophiſtæ enim ſapientes dicuntur. Potuit
enim Latinus interpres Sophiſtæ dicere, quo
niam non eſt quemadmodum id Latine dica-
tur, & ideo iſto verbo iam vtimur pro Lati-
no, Sicut Philoſophiam dicimus non ſolum
Græce, verum etiam Latine: ſophiſtæ autem
appellantur Latinarum literarum eloquen-
tiſsimi authores. Et abſorbuit virga Aaron
virgas illorum, ac ſi diceret, draco Aaron.
Quod dictum eſt de Pharaone, Ecce ipſe e-
xijt ad aquam. Græcus habet, ſuper aquam. 30
Dimitte populum meum ut ſeruiat mihi in 31
deſerto, & ecce non exaudiſti uſque adhuc. 32
Quotiens dicitur exaudiſti, cum homini di-
catur. Fecerunt autem & ſimiliter incantato-
res Aegyptiorum ueneficijs ſuis, & induratũ 33
eſt cor Pharaonis, & non exaudiuit eos, ſi-
cut dixit dominus. Quia in uſu ſcripturæ eſt, Exo. 8.
exaudiuit, cum etiam de homine loquitur.
Dimitte populum meum ut ſeruiant mihi, 34
non ut ſeruiat, qui loquendi modus non ferè
inuenitur, niſi ubi res ipſa ſingularis plurib.
conſtat. Populus.n. ſingulari nomine dr̃, ſed
conſtat ex multis. Sic eſt etiam, Omnis terra
adorent te, quia oĩs terra dictũ eſt pro homi
nib. qui ſunt in terra. Ecce ego ferio oẽs fines 35
tuos ranis. Sic.n. habet Græcus elegantiſsima
locutione: ut ranæ ipſæ, plaga intelligatur qua
feritur terra Aegypti. Et eructabit flumen ra- 36
nas: & aſcendentes intrabunt in domos tuas
& in promptuaria cubiculorum tuorum ſuper
lectos tuos, & in domos ſeruorum tuorũ, & H
populi tui, & in cõſperſis tuis, & in clibanis
tuis: & ſuper te & ſuper populũ tuũ, & ſup
ſeruos tuos aſcendent ranæ. Notandũ ꝙ in
domos & cętera cũ dixiſſet, accuſatiuum ca
ſũ tenuit, & ſuper lectos &c. vbi dixit, ſuper

accuſatiuũ ſimiliter ſeruauit. In cõſperſis aũt
& in clibanis ad ablatiuum ſe tranſtulit. Nã
& Græcus mutauit præpoſitionẽ, quam non
mutat Latinus. Ille.n. habet εἰς τοὺς οἴκους in
domos: in cõſperſis autem ἐν τοῖς φυράμασιν.
Vbi mirũ ſi non ẽt ſenſus eſt, non locutio, vt
in conſperſionib. & in clibanis exortas ranas
I forſitan velit intelligi, nõ extrinſecus aſcen-
diſſe vel irruiſſe, & quia eas fluuium eructa-
37 turũ prædicit, inde impleri omnia. Et extẽdit
Aaron manum ſuper aquã Aegypti & edu-
xit ranas. & educta eſt rana & operuit terrã.
Repetitio à plurali ad ſingularẽ numerũ tra-
iecta eſt. Nam vtiq; rana pro multitudine ra-
narũ poſitũ eſt. Neſcio quo aũt modo per lo
quendi conſuetudinẽ imbutis ſenſib. homi-
nũ, ſæpe plus vr̃ ꝙ ſingulariter q̃ ꝙ plurali-
ter dr̃. Nam plus accipitur cum dr̃, verbi cau
38 ſa, eſt illic miles, q̃ ſunt illic milites: eſt illic
piſcis, q̃ ſunt illic piſces. Et colligebãt acer-
uos aceruos. Hæc repetitio multitudinẽ acer
uorum ſignificat, & eſt ſcripturis familiaris.
39 Quod habent Latini, Extende manu virgam
tuam & percute terra, non percute terram:
Græcus habet aggerem terræ, ſi tñ hoc ver-
bo recte interpretatur ꝙ dictũ eſt, τῶ χῶμα
40 τῆς γῆς. Fecerunt autem ſimiliter & incãta
tores veneficijs ſuis, vt educerẽt ſchyniphes,
& non poterant. Notandũ eſt, fecerũt dictũ,
pro eo ꝙ eſt, conati ſunt facere. Nam vtique
ſi fecerunt ſimiliter, proculdubio eduxerunt
ſcyniphes: ſed quia ſequitur, vt educerent &
non poterant: non ergo ſimiliter fecerũt, ſed
ſimiliter facere conati ſunt. Aut ſi forte & ip-
ſi quamuis veneficijs agerent, eadem tñ agen
K di ſpecie virgam extendebant, quod ſcriptu-
41 ra non expreſsit. Et in terram ſuper quã ſunt
42 ſuper eam. Et glorioſam faciã in die illa ter-
43 ram Geſſen, in qua populus meus ineſt ſuper
eam. Et dixit Moyſes, Ego exeam à te & ora-
bo Deum & exibit cynomya à Pharaone &
à ſeruis eius: quaſi alteri diceret, & exeam à
44 te, & de altero Pharaone ſubſequeret̃ à quo
eſſet exitura cynomya. Dimitte populũ meũ
vt mihi ſeruiat. Ecce ego pluã hac hora cra-
45 ſtina grandinem multam. Grando aũt multa
Exo. 9. valde valde. Et deſinent voces & grando. No
tandũ eſt ſcripturã voces ſolere appellare to
nitrua, quas voces Dei ẽt Pharao ſuperius ap
pellauit dicens, Orate pro me, ad dñm, vt de
ſinant fieri voces Dei. Vbi & illa locutio eſt,

ꝙ dixit, deſinant fieri voces. Vt narretis in au
ribus filijs veſtris & filijs filiorũ veſtrorum 46
quæcũq; illuſi Aegyptijs. Notandũ quemad-
modũ dicatur, illuſio, ne forte ita ſit dictum,
Draco hic quẽ finxiſti ad illudendũ ei. Et il- Pſ. 103.
lud in Iob. Hoc eſt initiũ figmenti dñi ꝙ fe- Iob. 40.
cit ad illudendũ ab angelis eius. Ecce ego in- 47
duco hac hora craſtino die locuſtã multam. Exo. 10.
Ecce quẽadmodũ ſuperius dixit ranã, vbi di
ximus plerunq; plus intelligi cũ aliqd hmõi
ſingulariter dr̃, q̃ ſi pluraliter diceret̃. Manife L
ſtum eſt.n. plus ſonare, locuſtã multã, q̃ ſi di
ceret, locuſtas multas. Qui aũt & qui ſunt, q̃ 48
ibunt, quotidie dicimus conſuetudine fami-
liariore, q̃ qui & qui ibunt. Non eſt relictum 49
viride nihil in lignis. Dicendũ fuit more lo-
cutionis noſtræ, nõ eſt relictũ viride aliquid
ĩ lignis. Pharao ad Moyſen, Peccaui ante do- 50
minũ Deũ veſtrũ & in vobis, ſuſcipite ergo
delictũ meum. Hac locutione & ad Ioſeph
vſi ſunt fratres eius vbi dixerunt, Accipe ini-
quitatẽ ſeruorũ Dei patris tui. Quod Latini Gen. 50.
habent, Et nemo vidit fratrẽ ſuum trib. dieb. 51
Græcus habet, Et non vidit nemo fratrẽ ſuũ. Exo. 10.
Notandũ ẽt fratrem hominis quẽlibet homi
nem dici. Pharao dixit ad Moyſen & Aaron, 52
Ite & ſeruite dño Deo veſtro, præter oues &
boues relinquite: ſic.n. habet Græcus: valde
inuſitata locutio eſt, niſi poſt diſtinctionem
ſubinferatur, relinquite, & ſubaudiatur, iſta,
vt ſit ſenſus, Ite præter oues & boues & relin
quite iſta. Solet n. talis eclipſis fieri crebro in
locutionib. ſcripturarũ. Et non relinquimus 53
vngulã, quaſi abductis pecorib. poſſet vngu-
la remanere. Quid eſt.n. aliud, non relinqui-
mus vngulã, niſi nec vngulã relinquemus?
Pharao ad Moyſen, Attende tibi vltra appo-
nere videre faciẽ meã, pro eo quod eſt, attẽ- 54
de tibi ne vltra videas faciem meam. Et petat
vnuſquiſq; à proximo ſuo, & mulier à pro- 55
xima ſua vaſa argentea & aurea & veſtẽ. No- Exo. 11.
tandum & Aegyptios Hebræis proximos di-
ctos. Et erit clamor magnus per totã terram 56
Aegypti qualis non fuit, & talis nõ adhuc ap
ponetur: in filijs aũt Iſrael non mutiet canis
lingua ſua ab homine vſq; ad pecus. Elegan- M
tiſsima locutio eſt, per canẽ quippe extremũ
ſignificauit vel hominũ vel pecorũ: ita com
mẽdans: quãta in Hebræis quies futura eſſet,
Aegyptijs acerba orbitate clamãtib. Accipiãt 57
ſinguli ouẽ ꝑ domos patriarũ. Quas dicat pa Exo. 12.
trias,

trias, nõ facile est intelligere, vtrũ ciuitates in
quibus cõmanebant, an potius numerosas fa
milias à cuiusq; velut paternitate propaga-
tas. Hoc.n. magis in Græco significari perhi-
betur. Si aũt pauci sint qui in domo, ita vt nõ
sint idonei ad ouẽ, i. vt ipsa paucitas, non sit
A idonea ad ouẽ consumendã: assumet secũ vi-
ciniũ proximũ suũ, hoc est ipsa domus assu-
met vicinũ, hominẽ proximum pro homine
posuit, singularẽ aũt pro plurali. Nõ.n. vnũ,
58 sed quot sufficiunt. Cũ de oue consumenda
scriptura loqueretur, secundũ numerũ, in-
quit, animarũ vnusquisq; quot sufficiat. ani-
59 mas pro hominibus a parte totum. Sument
de sanguine & ponent super duos postes, &
super limen in domibus in quibus manduca
bunt illas in eis. Cũ dixerit in quibus, dixit ẽt
in eis more vsitatissimo. Sed manducabunt
illas, quærit quas, & intelligit carnes. Hoc.n.
sequitur, Et manducabunt carnes hac nocte
assatas igni. Quod habẽt Latini codices, Qui
manducabunt carnem, Græci autem habent
κρέας, i. carnem, sed genere neutro. Ideo in
Græco est, in domib. in quibus manducabũt
illas in eis. Est vero illa locutio, vt prius dice
ret illas, quam prædiceret quid in consequẽ-
tibus intelligeretur quas dixerit: similis ei lo
*Lib. 2. q° num de Ex. q. 11.* cutioni quam de filio Moysi exposuimus, cũ
eum vellet angelus occidere, & exemplum
adhibuimus de Psalmo. Fundamenta eius in
*Psal. 86.* montibus sanctis, diligit dñs portas Sion: Cu
ius.n. fundamenta non intelligimus, nisi ex
consequentibus. Sic & hic, in quib. mãduca-
bunt illas, in eis, i. in quibus domibus man-
ducabunt illas, intelligitur carnes, de quibus
60 consequenter loquitur. Sumetis aũt vobis fa-
sciculũ hyssopi, & tingetis ex sanguine qui
est iuxta hostium, & linietis super limen &
super ambos postes de sanguine. Et hic fasci-
B culus hyssopi plures fasciculos significat, si-
cut rana plures ranas, & locusta plures locu-
61 stas. Tropus aũt iste qñ fit in rebus quæ a no-
bis non ita dici solent obscuritatem facit. Et
erit cũ dicent ad vos filij vestri, quæ est ser-
62 uitus ista. Et dicetis eis, ĩmolatio Pascha hoc
dño: ẽt si non haberet, & planũ esset, dicetis
ei. Et aduenientes filij Israel fecerũt sicut dñs
63 præcepit Moysi & Aaron, ita fecerunt. Non
adderet, ita fecerunt, nisi mos esset scriptura
rum. Et factum est in die illa eduxit dñs filios
Israel de terra Aegypti. [illegible] dñs ad Moy-
sen dicens, Omne adaperiens vuluam mascu
lina: pluralem numerũ intulit singulari, quia *Exo. 13.*
ipsum ꝙ dictũ est, Omne adaperiens vuluã,
non vtiq; in uno, sed in multis accipitur. Si-
milis est locutio, Attendite popule meus. Ta *Psal. 77.*
le est ꝙ paulopost sequitur, Omne ꝙ adape 64
rit vuluam de armentis & pecoribus quçcũ- *Supra li. locutionis de Ge. 1. cap. 23.*
que tibi nata erunt. Omne quæcunq; tibi na
ta erunt, ipse modus est locutionis. Omne
adaperiens vuluam asinæ. Græcus habet asi- *Gen. 23.*
ni, modo illo locutionis quẽ iam in Genesi
notauimus, ubi masculinum pro fœminino
positum est, de morte Saræ dicente scriptu- C
ra, Surgens Abraham a mortuo: &, sepeliam
mortuum meũ: & talia sæpe ibi dicuntur de
mortua. Propter hoc ego immolo dño om- 65
ne quod aperit vuluã masculina. Similis est 66
locutio superiori. Et erit in signo super ma- *Exo. 4.*
num tuam, i. super omnia opera: ubi magis 67
sensus est forsitan quam locutio. Et excussit
dñs Aegyptios in medio maris. Græcus ha-
bet, & excussit dñs Aegyptios mediũ maris.
Vidit aũt Israel manum magnam quæ fecit *Exo. 14.*
dñs Aegyptijs. Tunc cantauit Moyses & filij 68
Israel canticum hoc dño & dixerunt dicere, *Exo. 15.*
Sic.n. habet Græcus εἶπαν τῷ λέγειν. Et non 69
inueniebant aquam ut biberent. poterat non 70
habere, ut biberent. Et murmurauit populus *Exo. 16.*
aduersus Moysen dicentes. Non dicens, sed 71
dicentes. Ex pluribus.n. populus constat. Et 72
uenerunt omnis synagoga filiorum Israel in
eremo. Non dixit, uenit, quia synagoga ex
pluribus constat. Murmurabant omnis syna- 73
goga filiorũ Israel aduersus Moysen & Aa-
ron. Eadem est & ista locutio. Dixit aũt dñs 74
ad Moysen, Ecce ego pluam uobis panem
de cçlo. Mãna pluiturus, panes promisit: Lo
cutio est qua panis pro alimento ponitur.
Amat autẽ scriptura pluraliter magis panes
quam singulariter dicere. Mane uidebitis, in 75
quit, gloriam, dũ exaudiet murmurationem
uestrã super Deum, i. quia murmuratis super
Deum. Quod tantum ualet ac si diceret, ad- D
uersus Deũ. Deinde notãdũ nouo modo hic
exauditionem dictã non precantiũ, sed mur
murantium: cũ reprehendat utiq; scriptura
murmurationẽ: Tanq̃ hoc dixerit, ꝙ cogno-
uerit Deus murmurationẽ eorũ, ipsam Dei
cognitionẽ, dixit exauditionẽ. Accedite ante 76
Deum, exaudiuit.n. murmur uestrum. Iterũ
exauditionem, non precum significat & pe-
titionum,

titionum, sed et murmuris malorum: hoc &
postea dicit, Deus exaudiuit murmur filiorũ
77 Israel. Et ecce in facie eremi minutũ tanquã
coriandrum. Cũ toties Deus dicat faciem ter
ræ, sicut hic faciẽ eremi, mirũ est vnde homi
nes ita errent cũ faciem audierint, vt tale ali-
quid opinẽtur, qualis hominis facies est, vel
alicuius animantis. Secundũ numerum ani-
78 marum vestrarũ vnusquisq; cum cõmanen-
tibus vobis colligite. Quam sæpe scripturas
E animas hoĩes appellat, a parte totũ: Non faci
le aũt carnes pro hominib. sed carnem, sicut
est, Nõ timebo quid faciat mihi caro. Quod
*Psal.* 55. apertius in eodem Psalmo ait, Quid mihi fa-
ciet homo. Non autem diceret secundũ nu-
merum carniũ vestrarum: sicut dixit, secun-
79 dum numerum animarũ vestrarum. Et colle-
gerunt illud mane mane: quõ puteos puteos,
aceruos aceruos, sic dictum est mane mane.
Nullus vestrũ egrediatur vnusquisq; de loco
80 suo die septimo. Quod interpositũ est, vnus-
quisque, potuit & non dici. Non erat aũt po
81 pulo aqua bibere, i. ad bibendum. Et maledi-
82 cebant populus ad Moysen, i. maledictis age
bant Moysen, hoc est, maledicebant illi, nam
*Exo.* 17. hoc in consequentibus ipse dixit. Quid ma-
83 ledicitis mihi? Et murmurabat populus ad
84 Moysen dicentes. Et virgam in qua percus-
sisti flumen accipe in manu tua. In qua per-
cussisti dixit pro eo quod dicimus, de qua
percussisti, Et est ista locutio creberrima in
85 scripturis. Et sumpsit Iethor vel Iethro socer
*Leui.* 18. Moysi holocaustomata & sacrificia Deo. Sũ
psit pro eo quod est obtulit. An forte sensus
est, non locutio? vt ea sumpsisse intelligatur,
quæ Moyses obtulisset, quãquam Moyses nõ
*Exo.* 17. legatur superius sacrificasse, nec Aaron nec
quisquam Hebrœorũ qui educti sunt de terra
Aegypti: sed tantum superius scriptum est, ꝙ
altare constituerit Moyses, & appellauerit il
F lud, dñs meum refugium. Istum aũt Iethro
legimus sacerdotem fuisse Madian, i. gentis
Madian. Mirum est autem, si ad eius aduentũ
cœpit sacrificare Moyses, & non potius ipse
86 Iethro qui iam sacerdos erat. Graue tibi ver
87 bum hoc: subauditur, est. Et demonstrabis il-
88 lis vias in quibus ambulabunt in eis. Verbum
autem graue referebant super Moysen. Sic
enim habet Græcus, quod Latini interpretati
sunt, ad Moysen. Illa sanè locutione ipsa etiã
cura significatur, quia dictum est super Moy
sen, velut onus ei significetur interpositum.
Verbum autem graue, dictum est pro quæ-
stione graui. Vnde sequitur, Omne autẽ leue 89
verbum iudicabunt ipsi. Quod Græcus ha-
bet ἐπονόμασω supernominauero, aut anno-
minauero expressius dicitur, quod vsitatius
cognominauero nonnulli interpretati sunt.
Sed non habet necessariam significationem G
cognominauero: propinquius autem dicitur
cognominauero quã nominauero. Nam &
hoc aliqui interpretes dixerũt. Et veniam ad 90
te & benedicam te. Cum superius pluraliter *Exo.* 29.
loqueretur, facietis & immolabitis: dicit, ve-
niam ad te, tanquam ipsi Israel, idest popu-
lo. Et hæ iustificationes quas pones coram il 91
lis. Si emeris seruum Hebræum, & cætera. No *Exo.* 21.
tanda locutio, quemadmodum cum illud di
ctum sit ad Moysen, hoc est, Hæ sunt iustifi-
cationes quas appones coram illis: iã ad po-
pulum ipsum cætera dicuntur quasi ad Moy-
sen, Si emeris seruum Hebræum. Non enim
hoc Moysi dictum est, sed quod populo, tan
tum ipsi populo dicebat, Pertundet ei domi-
nus auriculam de subula, & seruiet in sempi
ternum, vel in æternum. quod Græcus habet
εἰς τὸν αἰῶνα. Ecce quemadmodum scriptu-
ra multis locis dicit secundum hoc verbum
grœcum sempiternum vel æternum. Vbi non
intelligitur æternitas illa secundũ quam no-
bis æterna promittuntur, vel secundum quã
a contrario igne æterno mali cremabuntur:
neque enim seruus iste qui viuere in æternũ
non posset, posset seruire in æternum: sed in-
telligitur æternum dictum: temporis finis nõ
est: aut certe aliquid hoc sacramento signifi-
catur æternum. Dabo tibi locum in quem fu 92
giat ibi qui occiderit. Si quis percusserit ser- 93
uum suum aut ancillam suam in virga, quod 94
est de virga. Lapidibus lapidabitur taurus.
quasi posset lapidari nisi lapidibus. Differt
aliquid ista locutio ab illa qua diceret more
scripturarum lapidatione lapidabitis, sed ta-
men similis est. Si autem taurus cornupeta e-
rat ante hesternam & nudiustertianam. pro 95
tempore præterito posuit partem pro toto, H
quantumcunq; illud fuisset, more scriptura-
rum. Si quis autem aperuerit lacum aut exci-
derit lacum, & non aperuerit eum, & cecide 96
rit illuc vitulus aut asinus, dominus laci red-
det. Et hæc locutio à parte totum intelligẽda
est. Non enim si equus ceciderit in lacum aut *Exo.* 22.

ouis ideo nõ reddet, quia hoc scriptũ nõ est.
97 Quod aũt mortuũ fuerit, ipsi erit pro ipsius
98 erit. Si aũt depauerit quis agrũ vel vineam, &
admiserit pecus suũ depascere agrũ alium.i.
99 alienum. Si aũt pignus acceperis vestẽ pro-
ximi tui, ante solis occasum redde ei. Genus
pro specie posuit. Sic.n. dictum est, ac si de
omni veste pignus dederit, cũ de illo specia-
liter se dicere ex cõsequentibus scriptura te
stetur, qui non habet nisi eam vestẽ vnde se
nocte cooperiat. Ecce ego mitto angelum
100 Exo. 23. meũ ante faciẽ tuam vt seruet te in via, & in
ducat te in terram quam paraui tibi: ante te
ibit & exaudi eũ. Angelũ suũ iubet Deus exau
diri à populo, non vtiq; petentẽ, sed iubẽtẽ.
101 Et mittã vespas ante te & eijciet. Amorȩos. A
plurali ad singularem numerum se cõuertit.
Intelligitur aũt, eijciet Amorȩos vespa, rana
sicut locusta, non quod vna sit, sed quod per
singularẽ numerũ pluralis numerus intelli-
102 gatur. Per partes eijciam illos à te. Nõ dispo
nes illis & dijs eorũ pactum & non cõfidet
in terra tua, nec peccare te faciãt ad me. Nõ
dixit in me, idem tamen significat. Respõdit
103 autem omnis populus voce vna dicentes. Et
104 viderunt locũ vbi steterat ibi dominus Deus
Exo. 24. Israel. Vbi steterat posset efficere, sed Hebrai
105 ce dicuntur istȩ locutiones. Et inaurabis il-
Exo. 25. la auro. similis est locutio lapidibus lapida-
106 bit. Cyathos in quibus immolabunt in eis.
107 Duas bases columnæ vni ambas partes eius,
& duas bases colũnæ vni ambas eius. Ne de
hominibus diceret, de duabus dicit more
suo geminando: sicut puteos puteos, acer-
uos aceruos, generationes & generatiões: &
108 similia. Et colũnas inaurabis auro, & inaura
109 bis serras auro. Et inærabis ȩramẽto. Talis lo
110 cutio est inaurabis auro. Extra velum, quod
Exo. 26. est super testamentum. De lucerna accen-
Exo. 27. denda cum diceret, hoc ait. i. quod foris ac-
cẽdetur vbi est sc̃tũ, non intra velamẽ quod
est super testamentũ, hoc est, sanctum sancto
K rũ. Ergo super nõ sic ait tanq̃ est tectum, vel
camera, vel firmamentũ cæli, vel arcȩ coo-
perculum: sed ẽt ꝙ vice parietis oppositum
esset, super dixit: sicut dicimus superiorem
discumbere aut stare, nõ vtiq; alterũ portari
111 ab altero. Legitimum sempiternum in pro-
genies vestras. Eo modo sempiternum quo
multa superius diximus: Et sumet Aaron no
112 mina filiorum Israel super rationale iudicij
super pectus introeunti sanctuariũ. hoc est,
sumet Aaron introiẽs, quod aliqui Latini so Exo. 28.
lȩcismũ vitantes interpretati sunt. Sed quia
& Græcus introeunti habent, & Latini aliq̃
consonant, locutionẽ potius notandam cre-
didi quã corrigendã. Et pones super rationa
le iudicij fimbrias catenatas. Et hic Latini nõ 113
nulli solȩcismum cauentes, fimbrias cate-
natas interpretati sunt. Græcus autem habet
τοὺς κρωσσοὺς τὰ ἁλυσιδωτά. Hanc solemus
dicere absolutam locutionem, cum generi
masculino vel fȩminino neutrum infertur,
quẽadmodũ si dicamus, isti æternæ nõ sunt
stabilia. Et Aaron cum cȩperit fungi sacer- 114
dotio, audietur vox eius intranti in sanctum
in cõpectu domini & exeunti. Vocem eius L
ex tintinnabulis dixit, qui magis sonus est e Exo. 29.
ius. Intranti & exeunti, pro intrantis & exeũ 115
tis posuit, datiuũ pro genitiuo. Et duos re- Exo. 30.
nes & adipem q̃ semper eos. subauditur, est, 116
quod nonnulli interpretes addiderunt. Et se 117
parabit illud separatione. Et cũ accendet Aa
ron lucernas sero incendet super illud. se-
ro dixit pro vespere, & ideo notanda locu-
tio est, ὀψὲ quippe Græcus habet. Sero aũt
ꝓpriẽ nõ solet dici, nisi cũ tp̃s trãsierit quo
debuit ꝙ sero dr̃ factũ. Si acceperis cõputa- 118
tionẽ filiorũ Israel in visitatione eorũ, & da
bũt singuli redẽptionẽ aïæ suȩ dño: & nõ e-
erit in eis ruina in visitatione eorũ, & hoc est
ꝙ dabũt tibi. Pendet ista locutio q̃a interposi
ta ẽ coniunctio copulatiua, q̃ si nõ interpo-
neret, nõ penderet Trib. aũt locis est posita
quorũ vndelibet detracta, plenã facit senten
tiã. Rursus vbi dictũ est: Si acceperis cõpota
tionẽ filiorũ Israel in visitatione ipsorũ, &
dabunt singuli redẽptionẽ animæ suȩ dño:
si enim non dixisset, & dabunt, sed tantũmo
do dixisset dabunt finiretur sententia nec pẽ
deret. Ita enim diceretur, si acceperis cõputa
tionẽ filiorũ Israel in visitatione eorũ, dabũt
singuli redẽptionẽ aïæ suȩ dño. Si aũt hic po M
nitur hæc coniunctio, deorsum tollenda est
vt ita dicatur, si acceperis computationem
filiorũ Israel in visitatione ipsorum, & da-
bũt singuli redẽptionẽ animæ suæ dño, &
nõ erit in eis ruina in visitatioue eorũ. hoc ẽ
quod dabunt. Aut certe in medio vbi dictũ
est, & non erit in eis ruina: si detrahas con-
iunctionem, non pendebit sñia. Erit enim
sensus: si acceperis computationem filio-
rum

rum Israel in visitatione ipsorũ, & dabũt sin
guli redemptioné animæ suæ domino, non
erit in eis ruina. Cum vero vtiq; posita est ea
dem coniunctio, pendere fecit locutionem:
119 ideo eam notandam putauimus. Consurre-
Exo. 31. rexit populus in Aaron, & dixerunt ei. Vsita
ta locutio est, quia ex multis populus con-
stat. Deinde notãdũ, totũ pro parte positũ.
Apostolus.n. sicut re vera erat quosdã eorũ
dixit hoc fecisse, non totũ populum, vbi ait:
1.Co. 10. Neq; idolis seruiamus, sicut quidã illorum.
120 Surge & fac nobis Deos qui nos præcedãt.
Sedẽti loquebantur, an potius locutio est no
tanda pp qđ sæpe dicitur: Exurge dñe, aut:
121 Surge Deus iudica terrã. Et nunc sine me, &
iratus ira: quõ morte morietur, Amat ita lo-
122 qui scriptura. Cui sunt aurea demite. Non
dixit qđ aurea: vnde Latini ĩterpres dixerũt,
123 qui habet aurũ demat. Quis ad dñm veniat
124 ad me. Fecerũt sibi Deos aureos de vno vitu
A lo, pluralẽ ergo numerũ ꝓ singulari posuit.
Inde est illud: Ij dij tui Israel qui eduxerunt
te de terra Aegypti. Nõ sanè locutiones istæ
reperiunt vbi pluralis pro singulari ponit,
nisi in eo genera in quo ẽt de pluralibus fie-
ri vel intelligi põt. Non.n. quia vnus ille vi-
tulus erat, ideo nõ & plures fieri poterãt, aut
Mat. 27. ideo nõ multis idolis similis fuerat. Hac lo-
cutione dictum est, latrones insultasse dño,
cũ hoc vnum fecisse scriptura testetur, sed
nõ solus fuerat latro. Quinetiã cũ ista locu-
tio fit ꝑ noĩa propria, qualiter eã in scriptu-
ris factã nondum comperimus, plures sic in
Exo. 33. telliguntur, sicut Phædras & Medeas quidã
dixerũt cũ fuerit vna Phedra & vna Medea,
sed Phædras & Medeas appellauerũt omnes
similes Phædræ & Medeæ. Ita non sine causa
nec vtrunq; ac passim sicut ab imperitis vi-
tiose fit, sed certo modo certisq; regulis istæ
125 locutiones interponunt. Vade ascende hinc
tu & populus tuus quos eduxisti de terra Ae
126 gypti, non, quẽ eduxisti, qđ ita vsitatũ est vt
rarius aliter dicat. Et dixit dñs: Deponite sto
las gloriarũ vestrarũ & cultũ, & ostendã q̃
facturus sum tibi. A plurali ad singulare nu-
merũ locutionẽ terminauit, qa multi erãt &
B populus erat: sicut dixerat, Vos populus du-
ræ ceruicis, non dixit, tu populus, sed vos po
pulus, cũ vos numeri sit pluralis, populus ãt
127 numeri singularis. Si inueni grãm in conspe
Exo. 34. tu tuo, simul ambulet dñs meus nobiscũ. tã-
quã de alio dicat. Assiduæ sunt hæ locutio-
nes, sed cũ dicitur ad Deũ, putatur patri dici
de filio. Cum aũt talia dicerentur ad Pharao
nẽ & ad Ioseph & ad alios multis locis ge-
nus locutionis intelligebatur. Nequando po
nat testamentũ ijs qui sedent super terram. 128
Ac si diceret, sedes habent, quod est habitẽt,
quod est habitant. Et Deos fusiles ne feceris
tibi. Locutio est à parte totũ significans: Nõ 129
enim quia fusiles tantũmodo nominauit, fie
ri sculptiles, ductiles, fictilesq; permisit, vel
vllum genus simulacrorum, aut qualẽcunq;
fictitiorũ deorũ. Omne adaperiens vuluam 130
masculina.i.oẽ adaperiens uuluam mihi erit
ex ijs quæ sunt masculina. Primitiuum sub- 131
iugalis redimes oue. Et hoc à parte totũ est.
Neq; enim si subiugale non sit iumentũ qđ
libet, cuius caro tanquã immunda respuitur
ideo nõ est redimendũ, aut alio q̃ oue redi- C
mendũ. Non occides super fermentũ sangui 132
nẽ immolatorũ meorũ. Locutio est vtiq;, oc
cides sanguinẽ, pro eo quod est, occidendo
effundes. Et nõ dormiet vsq; in mane immo
latio solennitatis Paschę. Dormiet, dixit, pro 133
manebit. Nam caro pecudis occisę & coctę
quõ dormiet? Quod ergo dicitur, Quare ob Psal. 43.
dormis dñe, hoc genere locutionis, & intel-
ligitur, quare cessas.i.non vindicas. De qua- 134
draginta dierum ieiunio Moysi scriptura sic
loquitur, Panem non manducauit & aquam
non bibit. à parte totũ, pane omnem cibum,
& aqua omnem potum significans. Excide ti 135
bi duas tabulas sicut & primę subauditur,
fuerunt: vnde hoc verbum nostri interpretes
etiam addendum putauerunt, quoniam inu-
sitata est lingua Latina talis eclipsis. Et erat 136
Moyses ad omnem synagogam filiorũ Israel Exo. 35.
dicens. Plenũ esset etsi non haberet dicens. Et 137
attulerunt vnusquisque quod afferret cor eo
rum. Poterat vsitatius dicere, & attulit vnus-
quisque quod afferebat cor eius. Et quibus 138
visum est animæ eorum, attulerunt redẽptio
nem dño. Non dixit, & sicut visum est animę
eorum. Et omnis cui inuẽtum est apud eum 139
coria arietum rubricata. quod diceretur v-
sitate, omnes apud quos inuenta sunt coria D
arietum rubricata. Oĩs afferens redemptio- 140
nẽ argentũ & æs attulerũt redẽptiones dño.
Vsitatius diceretur, oĩs attulit: q̃ oẽs attule-
runt. Et apud quos inuenta sunt apud eos li-
gna ĩputribilia. Apud eos, more scripturarũ 141

additum

additum est, nā sine hoc esset plena sñia. Et
142 oīs mulier sapiens mente manib. nere, quasi
nere posset non manibus: & sapiens nere, ele
gās atq; inusitata locutio est. Deinde oīs mu
lier attulerunt. More superiorum plurali cō-
cluditur singularis, quia oīs mulier attulit,
vsitatius diceretur. Et oēs mulieres quib. vi-
143 sum est sensu suo in sapiētia nerunt pilos ca
prinos. Notandū sapientiā in his artib. sæpe
appellare scripturā, i. sophiam. Et cōpositio-
144 nes, & oleū vnctionis & cōpositionē incen-
si. Non cōpositiones aliquas extra debemus
intelligere: Sed cū dictum esset, & cōpositio
nes, per cōiunctionē copulatiuā nō aliud ad
iūxit, sed quod dixerat exposuit, vt sciremus
E quas cōpositiones, & oleū, inquit, vnctionis
& cōpositionem incensi. Cōpositionē autē
145 vocat, quia ex multis ita cōfecta sunt. Et om-
nis vir & mulier quorū afferebat sensus eorū
vt intrarent & facerent omne opus quodcū-
que præcepit dñs fieri illud per Moysen, at-
tulerunt filij Israel redemptionem dño. Er-
go omnis vir & mulier, intelliguntur filij Is-
146 rael. Ceteræ locutiones similes superiorib.
Facere aurum & argentū & æs pro eo quod
est facere ex auro & argento & ære. Non n.
aurū faciebant, sed ex auro. Tale est ēt quod
paulo post dicit, & operari ligna: hoc est, ex
lignis. Facere oīa opera sancti textilia, & va-
ria texere cocco & bysso, facere oē opus ar-
chitectonicū varietatis, Ecce in reb. textilib.
architectonicum opus appellat: mirum nisi
propterea, quia tabernaculo fiebant quod e-
dificio simile fuit, & tanquam domus erige-
batur. Quid autem dicat opera sancti nō eui
F denter apparet: vtrum sancti sacerdotis, quo
niam & de stola vel de stolis eius hæc dicun
tur, an sancti Dei in cuius cultu hæc fiebant:
an opera sancti, sicut dicebatur sanctum, &
147 sanctum sanctorum. Humeralia continentia
Exo. 38. ex vtrisque partibus eius. Non dixit ex vtris-
que partibus eorum, quāuis illa humeralia,
non humerale dixisset: sicut solet humerale
dicere, Ipsum enim appellauit pluraliter hu
148 meralia, sicut stolā & easdem stolas. Et Eliab
filius Achisamech de tribu Dan qui archite-
ctonatus est textilia & consutilia, & diuersi-
coloria texere de cocco & bysso. Nouo mo-
do dicūtur architectonari textilia. Etiā illud
à parte totum intelligendum est quod ait, te-
xere cocco & bysso: ex his enim & cetera
intelligimus, idest purpura & hyacinthum.
Et fecerunt filij Israel sicut præcepit domi- 149
nus Moysi, ita fecerunt. Plenum esset etiam si Exo. 39.
non adderetur, ita fecerunt. Et fecit Moyses 150
omnia quæ præcepit ei dominus, ita fecit. Si- Exo. 40.
militer vt dictum est, & filij Israel.

## D. AVRELII AVGVSTINI
Locutionis de Leuitico.

## LIBER TERTIVS. G


E Leprosa cū loqueretur dñs 1
ait, Et immundus, immundus Leui. 13.
vocabitur. quasi non satis esset
semel dicere, immundus voca
bitur. Quanq̃ nōnulli codices
ita habeant. In alio Græco ita inuenimus se-
mel dictū, immundus vocabitur. Item paulo
post dicit, Cum sit immundus, immundus e-
rit, q̄ in Latinum de Græco non sicut positū
est exprimi potuit, ait. n. Græcus ἀκάθαρτος
ὤν, ἀκάθαρτος ἔσται, quasi diceret, immundus
existens immundus erit: sed non hoc est exi-
stens, q̄ Græcus dixit ὤν, sed si dici posset, es
sent ab eo q̄ est esse, non ab eo q̄ est, existe-
re. Et vestimento si fuerit in eo tactus lepræ. 2
Potuit vsitate ita dicere, & in vestimento si
fuerit tactus. Aut in omni vase pelliceo in 3
quocunq; fuerit in eo tactus. Poterat satis es-
se, in quocunq; fuerit tactus. Et ecce nō cō- 4
mutauit tactus aspectum suum, i. colorem in
quem aspicitur: non. n. aspectu quo ipse aspi
cit. Tactum quippe ipsam maculam dicit. Et
accipiens sacerdos de hemina olei, superfun 5
det in manum sacerdotis sinistram. Non di- Leui. 14.
xit, in manum suam sinistram, cum utique in
suā faciet. Viro viro cuicunque fuerit fluor, 6
& homo cuicunque exierit ex eo concubi- Leui. 15.
tus seminis, & omne super quocūq; dormit
super illud, & omne super quod sederit su-
per illud immundū erit. Et emittet in manu 7
hoīs parati in eremum. Idest, emittet in ere- Leui. 16.
mum in manu hominis ad hoc parati. De hir
co emissario loquebatur cum hoc diceret. H
Notandum est autem quō dicat scriptura, in 8
manu. Homo homo filiorum Israel, i. ex fi- Leui. 17.
lijs Israel. Ista aūt repetitio quemlibet homi Leui. 18.
nē videtur significare, idest, ille aut ille. Tur-
pitudinē patris tui, & turpitudinem matris
tuæ non reuelabis. Hac locutione concubitū
vetuit

vetuit cum his personis. Turpitudinem fra-
10 tris patris tui non reuelabis, & ad vxorē eius
non introibis: propinqua.n. tua est. Et posuit
pro, idest. Hanc.n. dicit turpitudinem fratris
patris eius, i. turpitudinem patrui, pudenda
11 vxoris patrui. Et exhorruit terra eos qui inci
Leui. 19. dent super eam, i. sedes habent, quod est habi
12 tant. Et permetentib. vobis messem terræ ve-
stræ, non perficietis messem vestram agri tui
permetere. Hoc ꝙ à plurali cępit, & ad sin-
gularem numerū terminauit, pleriq; Latini
I interpretari noluerunt, sed dixerunt agri ve-
stri vbi dictum est agri tui, quasi Græcus hoc
non posset dicere. Magis ergo locutio notā-
13 da fuit q̃ emendanda. Quicunq; acceperit so
Leui.20. rorē suā ex patre suo aut matre sua, & vide-
rit turpitudinē eius, & ipse viderit turpitudi-
nē eius, turpitudinē sororis suę reuelauit pec
catū suū accipiens. Peccatū posuit pro pęna
14 peccati. Et segregabitis vosmetipsos inter me
dium pecorū mundorum, & inter mediū pe
corum immundorū, & inter medium volu-
crū mundarum & immundarū. Segregabitis
vosmetipsos dixit, inter mediū mundorum
& immundorū: qm̄ segregantur munda ab
immundis, vel à mundis immunda: noua est
oīno locutio. Aliud est.n. segregabis iter me
dium pecorū mundorum, & inter medium
pecorū immūdorū: sicut sępissime loqui so-
let. Aliud est ꝙ modo ait. Segregabitis vos-
metipsos, tanquā ab alterutrum segregantes
15 seipsos segregent ab vtrisque, tanquā iudicā
Leui. 21. do inter vtraq;. Dic sacerdotib. filijs Aaron
& dices ad eos: In animabus non inquinabū
tur in gente eorum, nisi propinquo qui pro-
ximus est eis. In luctu dicit qui debetur ani-
mabus defunctorū. Ideo.n. lugentur, quia ex
16 cesserunt. Et caluitium non rademini super
mortuum, & super carnes suas non secabunt
17 sectiones. Vsitata esset locutio, carnes suas nō
secabunt sectionibus. Mulierem fornicariā
K & prophanam non accipient, & mulierē eie
ctam viro suo qm̄ sanctus est dño Deo suo.
Non dixit qm̄ sancti sunt, sed tanquā de vno
loqueretur cū cęperit à plurali. Deinde se-
quitur singulariter. Sanctificaui eū. dona dñi
Dei vestri iste offeret, sanctus est: qm̄ sanctus
ego dñs qui sanctifico eos: rursus ad pluralē
18 cōclusit. Si aūt sacerdos possederit animam
emptā pecunia, hic edet de panibus eius. Nō
dixit, hæc edet, cum animā dixerit, quæ gene
ris est fęmini: sed potius ad illud respexit, ꝙ
per animā significare voluit, i. ad hominem.
Et filia hominis sacerdotis si fuerit viro alie- 19 Leui. 22.
nigenæ, i. si nupserit viro alienigenæ. Et locu
tus est dñs ad Moysen dicens: vitulum aut o- 20
uem aut capram cum natum fuerit, & erit se
ptem dies sub matre sua. Plus vr̄ habere, & se
cundum vsitatissimas locutiones in scriptu-
ris, quas Latini pleriq; transferre noluerūt.
Et sanctificabor in medio filiorum Israel, ꝙ 21
est sanctus habebor. Neque.n. dñs etiam præ
ter filios Israel non est sanctus. Eo sensu di-
ctum est & in oratione dominica: Sanctifice L
tur nomen tuum, i. sanctum habeatur ab ho-
minibus. Loquere ad filios Israel & dices ad Matt. 6.
eos: Solennia dñi quæ vocabitis vocata san- 22
cta, ista sunt solennia mea, sex diebus facies Leui. 23.
opera. Cū ad plures loquendum dixerit, tan
quam ad vnum postea loquitur. Et numera-
bitis vobis à die crastino sabbati quia obtule 23
rit gremium superpositionis, septē septima-
nas integras numerabis: Non dixit numerabi
tis, cum ad plures superius loqueretur. Et cū 24
nominasset filius mulieris Israelitidis, nomē Leui. 24.
maledixit: Cum hic non addiderit Dei, ma-
nifestum est tamen nomen Dei esse intelli-
gendum cui maledixit. Homo homo si ma- 25
ledixerit Deum, suum peccatum accipiet.
Ecce vbi satis apparet locutionis esse, cū di-
citur homo homo, tāquam dicat, homo ille
aut ille, hoc est quicunque homo. Non sicut
quidā putauerunt, hō ita dici, tanquā lauda-
biliter nuncupetur: ac si diceretur homo, sed
homo, i. non qualiscunq; velut similis peco-
ri, sed qui vere sit homo: quē sensum nō esse
verum, sed locutionis hoc esse scripturarum
aperte hic ostenditur, cum in eo dicitur qui
culpatur, non qui laudatur. Cū de seruis age 26
ret quos liceret habere Israelitis. Et erunt vo Leui. 25.
bis, inquit, in possessione in æternū, cū vtiq;
æterni moriēdo esse non possent vel dñi vel
serui. Aeternum ergo dixit, vbi non est tem- M
poris p̄stitutus modus quo vsq; seruiant, si-
cut constitutus est eis quos in remissione di-
mitti iubet libertati suæ. Si in præceptis meis 27
ambulaueritis, & mādata mea obseruaueri- Leui. 26.
tis & feceritis ea, & dabo pluuiā vobis in tē-
pore suo. Superfluū est, & cōsuetudini locu-
tionis nostræ, sed more scripturarū additū.
Sequebatur.n. dabo vobis. Et si vsque adhuc
nō obedieritis mihi, & apponā castigare vos 28

septies

septies in peccatis vestris. Etiam hic super-
fluum est, & sequebatur enim, apponam ca-
stigare vos. Quod autem septies ait, septies
pro omni numero accipiendũ est.

## D. AVRELII AVGVSTINI Locutionis de Numeri.

## LIBER QVARTVS.



1 T nobiscũ erunt vnusquisq; se-
Num. 1. cũdũ caput vnusquisq; Princi
& 2. pũ. Filij Simeon secundũ pro-
pinquitates eorũ, secundũ po
pulos eorum, secundũ domos
familiarũ eorũ, secundũ numerorũ nominũ
eorum, secundũ caput eorũ omnia masculi-
lina à viginti annis, & supra, omnis qui pro
cedit in virtute recognitio eorũ. Hæc locu-
A tio quod nõ dicit filij Simeon, vel ex filijs Si
meon, sed filijs Simeon datiuo casu, & hoc
seruat deinceps in cęteris tribulus, nõ est trãs
lata ab interpretibus Latinis quos inspicere
2 potuimus. In sola aũt tri bu Ruben q̃ prima
numerata est, nõ est ista locutio. Nõ. n. ait: Fi
lijs Ruben scd̃m propinquitates eorũ, &c.
sed ait: Et fuerũt filijs Ruben primogẽti Israe
lis scd̃m propinquitates eorũ, & deinde si-
3 militer vt in cęteris. Et fecerũt filij Israel se-
Num. 2. cũdũ oĩa q̃ mãdauit dñs Moysi & Aaron, ita
4 fecerũt. Sacerdotes q vincti sunt, quorũ cõ-
Num. 3. summauerunt manus eorũ sacedotio fungi.
5 Et imponẽt sup illud oĩa vasa eius qb. mini-
Num. 4. strãt in ipsis. Et reddet cui deliquit ei. Quidã
6 locutionem istã trãsferre volẽtes emendato
7 ordine verba trãstulerũt, dicẽtes: Et reddet ei
Num. 5. cui deliquit. Vir aut mulier quicunq; fecerit
ab oĩb. peccatis humanis: Nõ ait, quęcũq; fe
cerit. Sed locutio est, vbi sexus masculinus
8 pronomẽ vendicauit, quãuis posterius fęmi
ninus sit positus, q̃ locutio vsitata nõ est. Viri
viri si p̃uaricata fuerit vxor eius. Nõ solũ qa
geminauit nomẽ, vt diceret, Viri viri, etiam
9 quia addidit eius, notanda locutio est. Si su-
B peruenieт illi spiritus zelandi, illa autem nõ
fuerit inquinata, & adducet homo vxorem
suã ad sacerdotẽ. Superfluum est, &, sed scri
10 pturis vsitata locutio. Erit aqua argutionis,
quæ maledicitur hæc. Hanc locutionem inu
sitatam fecit ordo verborum. Posset etiã vsi-
tate ita dici: Et aqua argutionis hæc quæ ma-
ledicit, vel si quid aliud vsitata verba ordi-
nãdo dici põt. Innocens esto ab aqua argu- 11
tionis quę maleditur hæc: In hac locutione
non solus verborũ ordo inusitate sonat, sed
ẽt casus mutatus est. Esset enim integrum &
vsitatũ: Innocens esto ab hac aqua argutio-
nis, quæ maledicitur, aut ab aqua argutionis
hac, quæ maledicit. Et inflabitur ventrẽ. pro
inflabit vẽtre. Hæc locutio & apud Latinos 12
authores frequentatur, sed interpretes nostri
qui eam transferre noluerunt dixerunt: Et in
flabit venter eius. Vir vel mulier quicũq; ma
gne vouerit votũ. Non dixit quæcunq;. Et re 13
detur caput suum. Talis locutio est qualis su- Num. 6.
perius, inflabitur ventrem. Sex vehicula te- 14
cta & duodecim boues: vehiculũ à duobus 15
principibus, & vitulum à singulis. In ea loca Num. 7.
tione notandum putaui eosdẽ dictos vitulos
quos boues dixerat, sed hoc etiã Græcũ idio
ma esse phibet. Princeps vn⁹ quotidie, Prin- 16
cipes, quotidie offerent dona sua. pro eo vt C
diceret. Singulis dieb. singuli Principes. Vitu 17
lũ vnũ p bob⁹, & hircũ ex capris vnũ. Et nõ 18
erit in filijs Israel accedens filiorũ Israel ad Num. 8.
sancta. Videt̃ potuisse sufficere: & nõ erit in
filijs Israel accedens ad sancta. aut certe: Nõ
erit filiorũ Israel accedens ad sancta. Et fecit 19
Moyses & Aaron & omnis synagoga filio- 20
rũ Israel Leuitis scd̃m, quæ præcepit domi- Num. 9.
n⁹ Moysi d̃ Leuitis, ita fecerũt eis filij Israel.
Et hõ homo quicũq; mũdus fuerit, & in viã
longinquã nõ est, & defuerit facere Pascha,
exterminabit anima illa de populo suo. Er-
go hõ hõ, locutio est, ac si diceret. Quicũq; 21
hõ ille vel ille. Et cum ascendisset nubes à ta-
bernaculo, & postea promouebãt filij Israel.
Poterat plenũ esse, Et cũ ascendisset nubes à 22
tabernaculo: pmouebãt filij Israel. Et pro-
uebũt ordo castrorũ filiorũ Iuda primi. Et Nu. 10.
promouebunt filij Gerson & filij Merari. Fu
turi temporis verbum posuit cum rem ge- 23
stam præteritam narret, sicut in superiori-
bus cum de nube loqueretur, ad cuius mo-
tum vel stationem castra promouebant vel
consistebant, atq; ita deinceps in pluriũ pro D
motionibus hoc verbo vtitur. Dixit Moy-
ses Obeth filio Raguel Madianitæ genero 24
Moysi. non ait genero suo. Et dixit ad eum: 25
Non ibo, sed ad terram meam & ad pro-
geniem meam, subauditur, ibo. Et promi- 26
scuus qui erat in eis cõcupiuerunt concupi
scen-

ſcientiam. Singularem poſuit pro plurali, vt
Nu. 11. promiſcuus diceret, non promiſcui, & tamẽ
pluralem reddidit. cum ait, concupiuerunt.
27 Nunc autẽ anima noſtra arida, nihil pręter
in manna oculi noſtri. Deſunt verba, eſt, &
ſunt: plenum quippe eſſet, Anima noſtra ari
da eſt, nihil præter in manna ſunt oculi no-
ſtri. Nam quidam interpretes ita tranſtulerũt
& addiderunt verba quæ non ſunt in Grę-
28 co. Et molebant illud in mola. Sexcenta mi-
29 lia peditum, in quibus ſum in eis. Et abſtulit
de ſpiritu qui ſuper ipſum. ſubauditur, aut
erat, aut erit. Sed hanc locutionẽ quæ dicit
ex ipſis, Græco eloquio familiariſsimam, &
quantum puto et Hebræo, Latinos interpre-
tes transferre piguit, cum & in Latina lingua
frequentaretur quanuis minus quam in Grę-
30 ca. Et percuſsit dominus plagam magnã val
E de. Notanda fuit locutio, percuſsit plagam,
non percuſsit plaga, quod eſt vſitatũ. Et ho
31 mo Moyſes lenis valde. ſubauditur, erat. Et
32 ira animationis domini ſuper eos, ſubaudi-
Nu. 12. tur, facta eſt. Ecce Maria leproſa ſicut nix.
33 Et hic ſubauditur, facta. Et quæ terræ in qua
Nu. 13. iſti incidunt ſuper eam. Et quę ciuitas in qui
34 bus iſti habitant in ipſis. Locũ ipſum quẽ no
minauerunt vallem borti. cum ſuperius di-
xiſſet Venerunt in vallem borti. Dictũ eſt er-
go per anticipationẽ, non quia iã hoc voca
batur quando venerũt, ſed cum ſcriberetur
35 hic liber, iam vocabatur. Quoniã fortior eſt
nobis magis. vſitata eſſet locutio ſi non ha-
36 beret magis. Et protulerunt pauorem terræ
37 quam expoliauerunt eam. Terram quam trã
ſiuimus eam explorare terra comedens qui
Nu. 14. habitant ſuper eam eſt. Dicendum autẽ fuit
38 vſitate, terra quã tranſiuimus explorare. Ter
rã quam explorauimus eã bona eſt valde val
39 de. Et ait omnibus ſynagoga lapidare eos in
lapidibus, non dictũ eſt lapidibus, cũ ipſum
lapidare poſſet vſitata locutione ſufficere.
40 Et quouſq; non credunt mihi in omnibus ſi
gnis quibus feci in ipſis? Non ait quę feci in
41 ipſis. Puer autem meus Caleph, quoniam
ſpiritus alius in eo, & aſſecutus eſt me, & in
ducam eum in terram. Vſitatum eſſet ſi non
haberet, &. Et inducam eum in terram, in q̃
42 intrauit illuc. Sufficeret vſitata locutione, in
F quam intrauit. Et ait dominus ad Moyſen &
43 Aaron dicẽs. Hoc illatum eſt, cum dominus
& ſuperius loqueretur. Facit hoc ſępe ſcri-
ptura cum aliquid aliud vult dicere, iterum
inducit loquentem qui iã loquebatur. Quot
quot murmurauerunt ſuper me, non ait, de 44
me, aut aduerſus me. Et hæreditate poſſide
bunt terram & quam vos abſceſsiſtis ab ea. 45
Vſitatum eſſet à qua vos abſceſsiſtis: nunc ve
ro, & quam abſceſsiſtis dictum eſt, & nouo Aene. I.
more, & additum eſt ab ea, ſicut ſcripturę lo
qui ſolent. Sicut eſt: Penituſq; ſonantes, Ac-
ceſtis ſcopulos, ideſt, acceſsiſtis ſcopulos:
non ait, ad ſcopulos. Et, Deuenere locos, nõ
ait, ad locos. Ita & quam abſceſsiſtis: nõ ait, 46
à qua abſceſsiſtis. Ego dominus locutus ſũ, 47
niſi ita fecero ſynagogæ iſti malignæ. Quærẽ Nu. 15.
dum eſt ſanè quid ſit qđ Græco poſitum ſit
ἔκη. Noſtri enim interpretes hoc penè vbi-
que interpretati ſunt, niſi in terram in quam
ego induco vos illuc. Si autem anima vna G
peccauerit nõ ſponte, offeret capram vnam
anniculam pro peccato, & exorabit ſacer-
dos pro anima inuita, & quæ peccauerat
nolenter ante dominum, exorare pro eo, &
remittetur ei. In hac ſententia & illa locutio
notanda erat, quod ait, exorabit ſacerdos: &
poſtea dixit exorare. Vtrunq; enim ſimul, ita
dici poſſet, exorabit exorare. Et illa, qđ à fę-
minino genere incipiẽs ad maſculinũ clau-
ſit. Cum enim dixiſſet, ſi anima vna peccaue
rit, concluſit dicẽs, exorare pro eo: vbi intel
ligit, pro eo homine. Nã quod adiunxit &
dimittetur ei: in Latino quidem nõ apparet,
quia hoc pronomẽ generis omnis eſt. Sed in
Græco maſculinum elucet vbi habet ἀυτῷ
quod hic poſitũ eſt, ei. Quod vero hoc dictũ
eſt, pro anima inuita intelligitur: quæ inuita
peccauerit, non quod nolit pro ſe offerri.
Hoc enim etiam conſequenter expoſuit, vbi
ait: & quæ peccauerit nolẽter. Et ideo inuita
poſitũ eſt, quia Latine nõ potuit exprimi qđ
Græce dictũ eſt ἀκνυσιασθήσις. Nõ potuit. n.
dici nolentata vel quid aliud ab eo quod no
lens fecerit. Et anima quæcũq; fecerit in ma
nu ſuperbiæ. ſubauditur peccatum. Notandũ 48
etiam quod ait in manu ſuperbiæ manũ po-
nens pro opere ſiue poteſtate. Morte moria 49
tur homo lapidate eum lapidibus omnis ſy
nagoga, & morte moriaẽ. Et lapidate lapidi- Nu. 16.
bus, & lapidate omnis ſynagoga locutiones
ſunt inuſitatę nobis. Et accipite ſinguli thuri 50
bulum ſuum. Et deſcenderunt ipſi & omnia H
quæ ſunt eis. Præſens poſuit pro præterito,

ſunt

51 sunt pro erãt vel fuerũt.Et omnis Israel qui
in circuitu eorũ fugerunt à voce eorũ.subau
dit erat.i, omnis Israel qui erat in circuitu
52 eorum. Qm̃ sanctificauerunt thuribula pec-
catorum horũ in manib.suis.Non dixit, qa
sanctificauerunt thuribula peccatores hi in
manib.suis,sed quasi quæreret quorũ thuri-
bula,pro eo vt diceret sua,dixit peccatorum
horum. Qui aũt sanctificauerint,intelligẽdũ
reliquit.i.quia ipsi. Et ecce germinauit virga
53 Nu. 17. Aaron in domum Leui. Latina consuetudo
54 í domo Leui exigeret dici.Et ego accepi fra
Nu. 18. tres vr̃os Leuitas de medio filiorũ Israel da-
tionẽ datam dño.Hæc locutio in Latinũ ne-
I cessitate ita translata est. Nam Græcus habet
δόμα δεδομένον,quod si q̃squam Latine velit
exprimere, dicturus est datum datum, qa &
Philip.4. δόμα datum est,s̃m qđ dicit Apostolus: Nõ
Gen. 25. quia quæro datum,sed requiro fructum.Qđ
Matt. 7. in Gręco δόμα scriptum est Et in Genesi: De
dit Abraham data filiis suis. Gręcus habet
δόματα.Et in Euangelio: Nostis bona data
dare filiis vestris. δόματα est in Græco. Et
δεδομένον, datũ est,nõ nomẽ,sed participiũ.
At per hoc datũ datũ dici posset tanq̃ datum
qđ dat̃,nisi ambiguitas vitãda esset. Hãc am
biguitatẽ q̃dam nostri vitare conantes inter
pretes,donũ datũ dixerunt. Sed donũ Gręce
δῶρον dr̃ non δόμα. Vnde hoc loco non re-
cte diceret, quia non sibi hoc donatũ à filiis
Israel dicit Deus,sed ꝑ primogenitis sibi de
bitis redditũ.Vnde & quæ redduntur & quæ
donantur,data dici pñt.Et iõ oẽ donum etiã
datũ est, non oẽ datũ ẽt donum est, qa non
55 oẽ quod dat̃ cõtinuo etiã donat̃.Omnis pri-
mitia olei,& oĩs primitia vini & tritici, pri-
mitia eorũ quæcunque dederint dño,tibi de
di ea. Non dixit oẽm primitiuũ tibi dedi eũ.
Sed cũ dixisset, oĩs primitia, & enumeraret
K de q̃b. esset intulit tibi dedi ea, nec saltẽ tibi
dedi eã,aut tibi dedi eas. i.primitias,sed neu
trum genus intulit, qđ q̃dem fieri absoluta
locutione etiã in Latina lingua solet. Neque
hoc qđ dictum est,primitia, Latinum vr̃,pri
mitiæ quippe numeri tm̃ pluralis dici solẽt.
Psal. 15. Sed si potuerunt interpretes nostri transfer-
Psal. 5. re qđ in Gręco inuenerunt.Non cõgregabo
conuenticula eorũ de sanguinib. Et alio lo-
co.Virum sanguinũ & dolosum abominabi
tur dñs, cum sanguis ĩ Latina lingua numeri
sit tm̃ singularis,cur ẽt hic piget & singularẽ
numerum primitii sicut habet Græcus ex-
primere?Aliqui tñ interpretes primitias trãs
tulerunt,& per accusatiuum casum,vt dice-
rent:Oẽs primitias tibi dabo,Ita vtranq; lo-
cutionem nobis inusitatam qũo in Gręco in
uenta est,transferre noluerunt.Loquere filiis 56
Israel & accipient à te iuuencam rufam.Pro Nu. 19.
eo ac si diceret:Adducãt ad te,aut certe vtrũ
que vsitate diceret. Accipiant & adducãt ad
te iuuencam rufam. Et lauabit corpus suum 57
aqua.Hoc intelligeretur ẽt si nõ hr̃et aq̃. Et 58
ponet extra castra in locũ mundũ, Nõ in lo
co mũdo dixit, qđ Latinæ locutionis est.Oẽ 59
vas apertũ quæcunq; non habent alligatũ ã
allegatam super ea. Et accepit Moyses virgã L
quæ ante dominum.subauditur, erat. Quia 60
non credidistis sanctificare me in conspectu Nu. 20.
filiorũ Israel.i. sanctitatẽ meam declarare.Se 61
cundũ ista locutionẽ dictũ est.Et pro eis san
ctifico meipsum.Et in or̃one dñica:Sanctifi-
cet̃ nomẽ tuũ.Et incolæ fuimus in Aegypto 62
dies plures. pro, annis multis.Et dixit ad eũ 63
Edom.Hic est gẽs ipsa.Nõ. n.adhuc viuebat Matt. 6.
Edõ qui erat Esau,sicut ipsi qui nuncios mi
serunt Israel vocabant̃,qđ prius nomẽ vnius
hominis erat. Et dicunt ei filij Israel: Iuxta
montẽ transibimus. Si aũt de aqua tua biberi 64
mus ego & pecora mea,dabo preciũ tibi. Sa
tis eleganter à plurali transit ad singularẽ nu-
merũ,tanq̃ Israel diceret,cum dixisset filij Is
rael, & à verbis cœpisset numeri pluralis,
quod est transibimus & biberimus. Et vidit 65
omnis synagoga quia dimissus est Aaron.
Nõ facile hoc verbum reperit̃ in scripturis,
dimissus, pro eo quod est mortuus. Hoc &
in euangelio est,vbi ait Simeon: Nunc dimit
tis seruum tuum in pace. Verũtamẽ ἀπολύεις Lucæ. 2.
habet in Græco quod magis à resolutione q̃
a dimissione dictum sonat: Non enim dixit
ἄφεις,quod sine dubio est dimittis. Et fleue- 66
runt Aaron triginta dies oĩs domus Israel. M
Non dixit fleuit, nec dixit tota vel vniuersa,
sed oĩs quasi plures essent.Sicuti est, oĩs hõ,
qđ de oĩb. dr̃, longe vtiq; aliud q̃ totus ho-
mo quod de vno dr̃, sed assidue ponit scri-
ptura oẽ pro toto. Et detrahebat populus 67
ad Deum & aduersus Moysen.Non dixit de Nu. 21.
Deo sed ad Deũ,quanuis hãc locutionẽ qui
dã transferre nolentes,detrahebant de Deo,
transtulerunt. Ora ergo ad dominum vt 78
auferat à nobis serpentem. Sicut in Exodo

Sup. li. 2. dictum est, ranam, singulare pro plurali. Et
factũ est qñ momordit serpens hoĩem, & as-
69 pexit in ęneũ serpentẽ & viuebat. Nõ solum
hoc habet ista locutio ꝙ vertit modũ verbi,
70 & à spẽ ꝑfecta pręteriti tp̃is ad ĩperfectã clau
Nume. sit, sed ẽt quod plus habet, &c. Et eleuãtes ex
22. Oboth castra collocauerũt in Colgat trans
71 in eremo, hoc est in vlteriore eremo. Et per
72 cussit asinã in virga nõ dixit virga, sed in vir
Nume. ga In maledictionẽ inimicorũ meorũ voca-
23. ui te, & ecce bñdixisti bñdictionẽ. Nõ dixit
73 bñdictione, sed tanq̃ diceret, ecce bñdixisti
74 bñdictionem. Quæcunq; miserit Deus in os
75 meũ, hoc obseruabo loqui. Nõ dixit, hæc ob
Nume. seruabo. Veni mecũ adhuc in locũ alium de
A quo nõ videbis eũ inde. Et ait dñs ad Moysẽ
accipe duces populi & ostẽta eos dño cõtra
76 solẽ, & auertet̃ ira aĩationis dñi ab Israel. Cũ
Nume. dñs loqueret̃, nõ dixit. Et ostẽta eos mihi &
26. auertet̃ ira mea ab Israel. Domus familiæ est
Madian. De muliere hoc dixit q̃ cum adulte
ro Israelita ꝑcussa est. Quib. verbis quantum
puto intelligi voluit nobilẽ fuisse vt diceret
eã, domus familiæ, sicut iã vulgo ad insigne
77 diuitiarũ p̃rfamilias & materfamilias dr̃. Et
locut⁹ est dñs ad Moysen & ad Eleazar sacer
dotẽ, dicens. Accipe principiũ totius sinago
78 gę filiorũ Israel à viginti annis & supra. No-
Nume. tandũ q̃d appellauerit principium, robur: s.
27. ætatis in populo. Vt exaudiant eũ filij Israel
79 & in ore eius exibunt, & in ore eius introi-
bunt. i. cum iusserit. Et fecit Moyses s̃m quæ
præcepit illi dñs, & assumens Iesum statuit
80 eum ante Eleazarũ sacerdotem &c. Vbi hoc
notandum fuit, q̃a cum iam dixisset: Et fecit
Moyses s̃m quæ pręcepit illi dñs eadẽ ipse
recepit. Et commẽdat s̃m quæ præcepit dñs
Moysi. Non ait, secundum, quæ præcepit illi
81 dñs. Decimam decimam, similaginis cõsꝑ-
Nume. sam in oleo agno vni, i. singulas decimas sin
28. gulis agnis: Quod enim ait decimam deci-
mam, significauit ꝙ repetendę sint decimæ
82 per singulos agnos. Et in mense primo quar-
B tadecima mensis huius dies festus, septẽ dies
azyma edetis. Notandum diem festum per
plures dies celebrari, & tamen diem festum
83 dici, non dies festos, ipsius festiuitatis cele-
brationem quotquot dies tenuerit. Et mense
septimo vna mensis. Secundum hanc locu-
tionem dictum est in Genesi. Et facta est ve-
spera, & factum est mane dies vnus. Nam &
ibi sicut hic Græcus habet ἡμέρα μία. Vnde Nume.
q̃dam hic interpretantes, prima die mensis, 29.
necessariam locutionem prætermiserunt, Gen. 1.
qaanuis à sententia verborũ non recesserint:
Vitulum vnum ex bobus, arietem vnum. 84
Non ait, ex ouibus sicut illud ex duobus, cũ
& illud si deesset, plenum esset. Agnos anni- 85
culos sine vitio septem. Hoc quod in agnis
posuit sine vitio, per omnia subauditur, & in
vitulo scilicet & in ariete. Decima decima 86
agno vni septem agnis, id est singula singulis. 87
Exceptis votis vestris & voluntaria vestra, &
holocaustomata vestra, sacrificia vestra, &
libamina vestra, salutaria vestra. Hanc & lo-
cutionem si vel Gręca esset non notarẽ. Non
enim ait, exceptis votis vestris & voluntariis C
vestris & cætera vt cœperat, sed neque exce-
pta vota vestra, vt ab ipso velut Solœcismo
inciperet. Sed cum prius recte vsitata locu-
tione dixisset, excepit votis vestris, ea deinde
adiunxit per alium casum vbi subaudiri non
possit exceptis, sed excepta, quod non admit
tit nec Gręca nec Latina locutio. Homo ho-
mo quicunque vouerit votum domino, pro 88
eo quod est, omnis homo. Cum autem mu- Nume.
lier vouerit votum domino, aut definierit de 30.
finitione in domo patris sui in iuuentute sua.
Hic mulierem fœminam dicit etiam si vir-
go sit, more scripturarum. Vnde etiam de Gala. 4.
Christo est, quod ait Apostolus: Factum ex
muliere. Et audierit pater eius & definitiones 89
eius quas definiuit. Definitiones definiuit, lo
cutio est. Definiunt aduersus. animã suam. i. 90
aduersus delectationes animæ suæ. Et tacue- 92
rit pater eius, & stabũt omnia vota eius: Hic
plus habet, &. Nam integer sensus est: Si au-
dierit & tacuerit pater eius stabunt omnia
vota eius. Si aũt facta fuerit viro. intelligitur, 92
nupserit. Scriptura sic loquitur. Et vota eius 93
super eam. subauditur sunt, quod nõnulli in
terpretes etiam addiderũt. Omnia quæcunq; 94
exierũt ex labiis eius secundum vota eius, &
s̃m definitiones quæ aduersus animam eius, D
non manet ei. Cum expectaretur numerus
pluralis, vt diceret, non manent ei, nam ita
nonnulli interprętati sunt vitantes istũ qua-
si Solœcismum. Mille ex tribu, & mille ex 95
tribu ex omnibus tribubus Israel. Nunquid Nume.
duodecies dixit mille? Et tamen repetitio 31.
millenos significat. Interfecerunt in gladio, 96
quod vsitate diceret̃, interfecerũt gladio. Et 97

omnes

omnes ciuitates eorũ quæ in habitationibus
98 eorum subauditur, erãt. Et villas eorũ succẽ
derunt in igni. qđ vsitate diceretur succende
99 runt igni. Et oẽm multitudinẽ mulierum, q̃
nõ nouit concubitũ masculi, viuificatæ. Nus
quam certius apparet Hebræa locutione mu
100 lieres etiam dici virgines solere. Et a dimidia
parte eorum accipietis & dabis ea Eleazar sa
101 cerdoti primitias dñi. Non dixit, dabitis. Et
aĩæ hoĩum à mulierib. quę nõ cognouerũt
concubitum viri, oĩs aĩa duo & triginta mi-
lia. Et hic superior locutio cõfirmata est, mu
102 lieres dici ẽt q̃ non cognouerũt cõcubitum
E viri, i. virgines. Et accepit Moyses & Eleazar
sacerdos aurum à Chiliarchis & à Cẽturio-
nib. & intulit ea in tabernaculum testimonij.
Vř dicere debuisse. Et intulit illud in taberna
culũ testimonij, qm̃ aurum acceptũ esse præ
dixerat, & pleriq; latini codices sic hñt. Sed
iõ pluraliter vř illatũ vt diceret, intulit ea, q̃a
multa vasa fuerant superius cõmemorata in
103 qb. erat hoc aurũ. Et pecora multitudo erat
filiis Ruben & filiis Gad, multitudo copiosa
valde. Nõ dixit & pecorum multitudo erat.
104 Et viderunt regionem Iazer & regionẽ Ga-
Nume. 32 laad, & erat locus, locus pecorib. Nõ iungen
dũ est in pronunciatione qđ bis dixit locus,
sed substinguendũ, & erat locus, & deinde in
ferendũ, locus pecorib. Quasi. n. expectaret
qualis locus, ita repetitio eleganter illata est.
105 Et accedẽtes filij Rubẽ & filij Gad dixerunt
ad Moysen & Eleazar sacerdotẽ, & ad prin-
cipes synagogę, dicẽtes. Non est ista vel Græ
ca vel Latina locutio dixerũt dicẽtes, sed He
106 bræa vř. Deť terra ista famulis tuis in posses-
sionẽ. Quasi de aliis dicerent cum sibi pete-
107 rẽt. Non. n. secuti sunt post me p̃ter Caleph
filius Iephone. Vř dicere debuisse, p̃ter Ca-
leph filiũ Iephone. Sed noĩatiue intulit quia
108 p̃cesit, secuti sunt. Est aũt ista locutio ẽt Lati
F na, sed rara. Donec cõsumaret oĩs gñatio fa-
ciẽtis maligna in conspectu dñi: Non dixit,
faciens maligna, neq; facientium maligna. Et
109 accesserunt ei, & dixerunt. Non vtiq;. Vsitatũ
est accesserunt ad eũ. Et ędificabits vobisipsis
110 ciuitates impedimentis vestris. Ac si diceret:
Aedificabitis vobisipsis ciuitates, p̄p impedi
111 menta vestra. Impedimenta nostra & vxo-
res nostræ & oĩa pecora nostra erunt in ciui
tatib. Galaad, Pueri aũt tui transibunt oẽs ar-
mati. Non dixerunt, nos aũt transibimus oẽs
armati, sed tanq̃ de aliis dicerent. Et cõmen-
dauit eis Moyses Eleazar sacerdotẽ & Iesum 112
filiũ Naue, & principes familiarũ tribuum
Israel. Non aut cõmendauit eos Moyses Elea
zar sacerdoti, qđ vtiq; ordo locutionis vsita
tæ exigebat. Per hos. n. introducti sunt in ter-
ram q̃ petebant. Vnde magis illi istis à quib.
introducebanť in terram postulatam, q̃ isti
qui introducebant illis quos intro ducebant
commendati videnť. Si autem non trãsierint 113
armati vobiscũ in bellũ in conspectu dñi &
transferre impedimẽta eorũ. Plus habet, &.
Et dedit eis Moyses filiis Gad & filiis Rubẽ. G
Plus habet, eis. Et non ibi erat aqua populo 114
bibere, pro eo qđ est ad bibendũ. Loquere fi 115
liis Israel & dices ad eos sufficere vř. Loque Nume.
re filiis Israel. Et omnia idola fusilia eorum 33
perdetis ea plus habet, ea. Hoc erit vobis 116
fines maris. Non dixit, hi erunt vobis. Et 117
hoc erit vobis fines ad Aqnilonem. Eadem Nume.
repetita locutio est. Et erunt ciuitates eis ha- 34
bitare. pro eo quod dici solet, ad habitandũ. 118
Refugia erunt vobis fugere illo homicidam. 119
Quod vsitate dici posset, vt fugiat illo homi 120
cida. Et incolæ qui in vobis, istæ ciuitates in 121
refugium. Singulari numero positum est in- Nume.
colę, i. huic incolę qui in nobis, quoniam mi 35.
nus habet, est. Non enim ait, qui in vobis est, 122
notissima locutione, sed rariore in lingua La
tina quàm Græca.

## D. AVRELII AVGVSTINI Hipponensis Episcopi, Locutionis de Deuteronomio

## LIBER QVINTVS.


Sque ad flumen magnum, flu- 1
men Euphraten. Non dixit vs- Deut. 2
que ad flumen magnum Eu- H
phratem. Et iudiciũ quod du- 2
rum & fuerit à vobis afferetis
illud ad me. Nõ dixit quod durum fuerit vo
bis, sed à vobis, i. ita durum, vt à vobis iudi-
cari nõ posśit. Si videbit aliquis virorũ isto- 3
rũ terram optimam hanc q̃ iuraui patribus
eorum, pręter Caleph filius Iephone hic vi
debit eam. Et in libro Numerorum istam lo-
cutionem notauimus, qui non dixit præter
Caleph filium Iephone, sed filius. Dominus
Deus vester benedixit te in omni opere ma-

4 nuum tuarũ. Non ait benedixit vos in omni
Deut. 2. opere manuũ vestrarũ,cũ prædixisset vester,
5 non tuus.Nũc ergo surgite & promouete,&
pertransite vos vallẽ Arnon. Ecce tradidi in
manus tuas Seõ regẽ Esebon.Nõ dixit in ma
nus vestras, sed à plurali ad singularẽ trãsiit.
6 Qm̃ quę est gẽs magna cui est ei Deus appro
Deut. 4. pians illis. Duo sunt hic notãda, vel qđ ait,
cui est ei,vel qđ non ait appropians illi, sed
7 appropians illis.Et similitudinem non vidi-
I stis sed vocẽ.cum vox non possit videri, sed
gñaliter hoc verbũ posuit tanq̃ ad omnem
8 corporis sensum videre pertineat. In quam
vos ingredimini illò,hæreditare eam, plenũ
9 esset ẽt si non additũ esset,illò. Et eduxit vos
de fornace ferrea ex Aegypto.Fornacem fer
Ps. 104 ream durã tribulationẽ intelligi voluit.Secũ
10 dum hoc & de Ioseph dictum est in Psalmis:
Ferrũ pertransiit aĩam eius. Et non transiit
Iordanem hunc.quasi & alius sit Iordanis.Ex
hac locutione arbitror sæpe dici etiam hũc
11 mundum,quasi alius sit. Si autem genueris fi
lios & filios filiorũ tuorũ. Notanda locutio
12 est.vbi & auos nepotes dicit gignere. Et quę
ritis ibi dominum Deum vestrum & inuenie
tis eum,qñ exquiretis eũ ex toto corde tuo,
& ex tota aĩa tua in tribulatione tua. Non di-
xit, toto corde vestro & in tota aĩa vestra &
13 in tota tribulatione vestra. Interrogate dies
priores qui fuerunt priores te.Non dies, sed
hoĩes intelligendum est. Similiter & hoc no
tandum quod etiam superius cum dixerit,in
terrogate pluraliter priores, te intulit singu-
14 lariter,nõ priores vobis. Si & tentauit Deus
ingressus accipere sibi gentem de media gen
te. Tentauit pro eo quod est voluit positum
est,aut quid aliud. Qđ aũt ait de media gen-
te,de mediis gentib.intelligendum est,singu
lari posito pro plurali,sicut serpentem, ranã
& locustam, pro serpentib. ranis & locustis
15 scriptum legimus.Sed omnia quæ fecit dñs.
Deus vester in Aegypto coram te vidente.
Nihil minus est etsi non addatur, vidente.Et
K ego stabam inter dominum & vos in tpe il-
16 lo annunciare vobis verba dñi, quoniam ti-
Deut. 5 muistis à facie ignis & non ascendistis in mõ
17 tem,dicẽs:Ego sum dominus Deus tuus &c.
dicens posuit pro, cum diceret. Et aduena
qui incolit in te.Populo dictum accipiendũ
est non quasi vni homini,quia in populo in
colit aduena.Propter hoc constituit tibi do-
minus Deus tuus vt obserues diẽ sabbati &
sanctificare eum.Si,&,non hr̃et,non videret 18
inuisitata locutio. Vt obserues diem sabbati
sanctificare eum,aut certe si ita esset. Vt ob-
serues diẽ sabbati & sanctifices eum, aut ita,
Propter hoc cõstituit tibi dñs Deus tuus ob
seuare diem sabbati & sanctificare eũ. Nunc
vero, Vt obseruet diem sabbati & sanctifica- 19
re eum,inusitata & notanda locutio est. At- Deut. 6.
tende tibi ne dilatetur cor tuum & obliui- L
scaris domini Dei tui. Notandum etiam in
malo dici posse dilationẽ cordis. Exultatio
q̃ppe in dilatatione intelligitur cui contra-
riæ sunt angustia,& tristitia, vtrunque autẽ
potest & in bono & in malo accipi. Et erit 20
cum interrogauerit te filius tuus cras dicens.
Cras posuit,pro futuro quocunque tempo- 21
re. Septem gentes magnas & multas. Quo- Deut. 7.
modo ergo multas,si septem? Sed multas di-
xit, multitudinem habentes. Non dispones 22
ad eos testamentum,cum de gentibus dice-
ret.Testamentum ergo pro facto posuit.Et fi 23
liam eius non sumes filio tuo: Discedere.n.
faciet filium tuum à me,& seruiet diis aliis,
& irascetur indignatione dominus in vos,
non ait irascar, sed tanquam de alio diceret.
Ciuitates magnas, & muratas vsque in cœ- 24
lum hyperbolice dictum. Nec dicas in cor- Deut. 8.
de tuo cũ consumpserit Dominus Deus tuus 25
gentes istas ante faciem tuam, dicens, pro-
pter iustitias meas induxit me dominus hæ-
reditare terram bonam istam. Ordo est.
Ne dicas in corde tuo, dicens. Ne quando 26
dicant inhabitantes terram, vnde inde nos
eduxisti? More scripturæ additum est, inde.
Quę fecit virtutem in Aegyptiorum. Hoc 27
interpretes nostri quidam Latini minus in- Deu. 21.
telligentes noluerunt dicere virtutem, sed
virtuti vel exercitui. Quoniam id quod ait
Gręcus δύναμιν,nonnulli exercitum intelle-
xerunt. Sed elegans locutio est q̃ fecit virtu-
tem eorũ,intelligendum est quod eam fecit,
quoniam ad nihil eam redegit, sed quia plu M
raliter dictum est,iõ subobscurum est. Quos 28
aperiẽs terra os suum deglutit eos,& domus
eorũ & tabernacula eorũ. Duæ locutiones
hic notandę sunt,ꝙ & additum est,eos,cum
sufficere potuisset,quod & ait superius,quos:
& domus eorum cum dixisset,addidit,& ta-
bernacula eorum, quasi alias in eremo ha-
berent domus nisi tabernacula. Sed nimirũ
domus

domus intelligi voluit hoïes ad eos ꝑtinen-
tes,sicut ipsi populo dr̃:Et tunc tu domus Ia
cob. Nec ista locutio aliena est à Latina lin-
gua.Nam & Romani dicti sunt domus Assa
raci, ꝙ ex Assaraco Troiano originẽ duce-
29 rent.Qm̃ oculi vestri viderunt oĩa opera dñi
magna quæ fecit in vobis hodie. Cum de his
operib. diceret quæ per eremum facta sunt
eo tpe quo ibi circunducebãtur per quadra
A ginta annos,tñ hodie dixit, quod ĩtelligi vo
luit hoc tpe quotquot ibi annos idẽ tp̃s hr̃e
30 potuisset. Terrã q̃ iurauit dñs patrib.nostris
dare eis seminiq; eorũ post eos. Tanq̃ dice-
ret.i.semini eorum post eos. Non. n. & ipsis
dedit,sed ita ipsis dedit cum semini eorũ de-
31 dit. Si aũt auditu audieritis omnia mandata
eius quę ego mando tibi hodie.Auditu vr̃ su
perfluum,sed locutio est scripturæ sanctæ fa
32 miliarissima.Et dabit pluuiã terræ tuæ in tpe
suo matutinum & serotinũ. Cum matutinũ
tp̃s dies dicatur, nunquid hic intelligi voluit
tp̃s anni primum? Serotinum vero minus La
tinum est, sed non potuit magis proprie de
Gręco ex primi,qđ illi dicunt ὄψιμον:tñ etiã
in Latina lingua vulgo vsitatum est,vt dica-
tur serotinum, sed quod tardius q̃ oporteat
factum est.Hic vero tp̃s anni potius intelligi
33 voluit.Et cum comederis & satiatus fueris
attende tibiipsi ne dilatetur cor tuum,& pręu
aricemini & seruiatis diis aliis. Iam superi⁹
tales locutiones notauimus, siue ꝙ à singula
ri ad pluralẽ transit, siue ꝙ in malo voluit in
telligi dilateĩ, vbi noxiam prosperitatem si-
34 gnificauit.Et flumẽ magnum Euphraten.Re-
petitiones istę visitatę sunt in scripturis & rẽ
35 decenter cõmendant. Timorem vestrum &
tremorem vestrũ imponet dñs Deus vester
36 super faciem vniuersæ terræ. Non timorẽ &
Deu. 12. tremorẽ quo ipsi timẽt & tremunt, sed quo
timentur & alios tremere faciunt. Non po-
teris manducare in ciuitatibus tuis decima-
tionem frumenti tui.pro eo quod est non de
B bebis.Et incẽdes ciuitatem in igni.nos vsita-
tius diceremus igni.Si autem lõge fuerit via
37 à te.ac si diceret,lõga via,erit aduerbium po
38 suit pro noïe.Et fœnerabis gentes multas. Fę
39 nerationem scriptura dicit mutuo datam pe
Deu. 15. cuniam,etiam si vsurę non accipiantur. Vn-
de est & illud in Psalmo.Beatus vir qui mise
Ps. 111. retur & commodat. Hoc enim maluerũt in-
terpretari nostri,qui sentẽtiam potius q̃ ver

ba sequenda putauerunt.Nã in Greco habet
δανείζει,qđ est fęnerator.Et principaberis gẽ 40
tium multarum,tni aũt non principabuntur:
Tanq̃ diceret,Tibi non dominabuntur, hoc
est gẽtes.Genitiuus enim casus est singularis
huius pronominis quod ait tui, cuius dati-
uus est tibi,non pluralis nominatiuus, cuius
genitiuus est tuorũ.Si autem fuerit in te ege-
nus in fratrib. tuis in vna ciuitatũ, Non vni 41
homini,sed populo dr̃,iõ,in te. Si autem fue 42
rit in te egenus in fratrib. tuis in vna ciuitatũ C
tuarũ in terra quam dñs Deus tuus dat tibi,
non auertes cor tuum,neq; cõstringes manũ
tuam à fratre tuo egente. Aperiens aperies
manus tuas ei,fœnus fœnerabis ei quantun-
cunq; postulat & quantũ eget. Hic certe cũ
opera misericordiæ pręcipiat, non vtiq; vsu-
rarum crudelitas suscipienda est. Vnde appa
ret ꝙ ait fęnus fœneraberis ei,mutuo dandũ
qđ postularet ĩtelligi voluisse. Quod aũt ait,
aperiens aperies manus tuas,tale est & quod
sequitur,fœnus fœneraberis, vsitata locutio
est in scripturis sanctis. Cum de aure pertun
denda serui præcepisset Et ancillam, inquis, 43
tuam facies similiter. accusatiuum pro dati-
uo ponens:Non ait ancillæ tuæ facies, quod
locutionis nostrę consuetudo poscebat. Si
autem fuerit in eo vitium claudũ aut cæcũ, 44
vel omnem vitium malum.Nõ ait, claudica
tio aut cæcitas,ipsa.n.sunt vitia,sed claudum
& cæcum quod sunt non vitia sed aĩalia quę
habent vitia.Hoc quoq; notãdum est, ꝙ ait,
vitium malum, quasi posset esse vitium bo-
num.Et non dormiet de carnibus de quibus
immolaueritis vespere die primo vsque in 45
mane.Pro eo quod est,non remanebit ea no Deu. 16.
cte,nõ dormiet dictum est. Non offeres dño
Deo tuo vitulum vel ouem in quo est in ip- 46
so vitium. vsitata locutio esset, in quo est vi-
tium,sed ista scripturis est vsitatior. Et lapi-
dabis eos in lapidibus,& moriẽtur. quod ex 47
nostra consuetudine diceretur, lapidib. non Deu. 17.
in lapidibus. Non multiplicabit sibi equum.
pro equis vel pro equitatu equum posuit, D
vnde nonnulli equitatum interpretati sunt. 48

Non poteris constituere super te homi-
nem alienum, qui non est frater tuus. Non 49
poteris dictum est,pro,non debetis. Secun- 50
dum omnia quæ petisti à domino Deo tuo
in Oreb in die conuocationis dicentes. cum
dixerit superius petisti dicentes,subiecit, nõ

51 dicens. Qm̃ dñs Deus vester qui præcedit
52 vobiscũ. nõ dixit vos: Si occurreris nidum
Deu. 22. auis ante faciẽ tuã in via. Notandum ꝙ oc-
53 curreris dixit ẽt non ambulantis. Si aũt ædifi
caueris domum nouã, facies coronam sola
rio tuo, & non facies homicidium in domo
tua, sed cadat qui cecidit ab eo, i. à solario ca
54 dat qui cecidit, nimis inusitata locutio est. Et
abiens fuerit viro alteri, & oderit eam vir no
uissimus. Notandũ ex duob. posteriorẽ no-
Mat. 21. uissimũ dici, Talis locutio est in Euangelio,
55 qñ quærit ex duob. fratrib. quis eorum fece-
Deu. 24. rit voluntatẽ patris, & rñdet nouissimus, cũ
E duo fuerint. Nõ pignorabis molã, neq; supe
riorẽ lapidẽ molæ, quia aĩam iste pignorat.
Pro eo qđ est, quia aĩam pignoras si feceris.
Deinde notãdũ aĩam dixisse pro ea vita quã
Mat. 6. habet aĩa in corpore. Ex qua locutione & il-
56 lud est in Euangelio: Nonne aĩa plus est quã
esca? Si aũt deprehẽdatur homo furans aĩam
ex fratrib. suis filiis Israel aĩam pro homine
posuit. Deniq; sequit, & opprimens eũ ven-
derit. Quæ nõ minus notãda est locutio. No
luit. n. dicere, eam qđ esset magis cõsequens,
qm̃ aĩam dixerat, sed eũ. i. hominem in cuius
significatione dixerat aĩa. Si debitum fuerit
57 in proximo tuo debitum quodcunq;. Repe
58 titio verbi locutionem notandã facit. Si aũt
Deu. 25. noluerit homo accipere vxorem fratris sui,
& ascendet mulier in porta ad Senatum & di
cet: Non vult fratres viri mei suscitare nomẽ
fratris sui ĩ Israel, noluit frater viri mei. Quã
uis verborum repetitiones amet scriptura,
inusitatior est tñ repetitio hęc, sed elegãtius
querelæ ostentat affectum. Maledictus om-
59 nis qui dormierit cum omni pecore. pro eo
Deu. 27. quod est, concubuerit. Deinde cum omni pe
core. pro eo quod est, cum quolibet pecore.
60 Et seruies inimicis tuis quos immittet domi-
Deu. 28. nus Deus tuus sup̱ te. Græcus hẽt λατρεύσεις,
F vbi Latinus interpretatus est, seruies. Solet au
tem hoc verbum in ea seruitute scriptura po
nere quæ debet Deo. Vnde idolatrę appellã
tur, qui ea seruitute idolis seruiunt. Ergo hic
inusitate positum est hoc verbum, quãquam
possit etiã hunc sensum hr̃e, ꝙ tam grauiter
multa dixerit, vt inimicis suis nimium super-
61 bientib. tanquam diis seruisse cogantur. Gen
tem cuius non audies vocem eius: Et hoc no
tandum est quod & cuius dixit, & eius, sicut
loqui scripturæ solent, & id quod ait: Cuius
non audies vocẽ pro eo qđ est, cuius linguã
non intelliges. Mollis & tenera in te valde fa 62
scinauit oculo suo fratrẽ suũ & vxorẽ, quæ
est in sinu eius, & qui reliqui sunt filii quicun
que relicti fuerint illi, ita vt det vni ex eis a
carnib. filiorum suorũ de quibuscũq; edet,
eo ꝙ non derelictũ sit ei quicquam in angu-
stia & tribulatione qua tribulabunt te inimi-
ci tui in oĩbus ciuitatib. tuis. Notãdũ est quẽ
admodum id dictũ sit fascinauit ꝑ inuidit, &
tanq̃ ad hoc derelicto, vt necesse sit ei dare
de carnib. filiorum quas cogit necessitas in
cibũ sumi à parentib. Nam & in Prouerbiis
qđ Latini codices hñt: Non cœnabis cũ vi- G
ro inuido. Græcus hẽt ἀνδρὸς βασκάνου ἀσκά- Pro. 23.
νος aũt fascinus dr̃. Et erit sicut lætatus est dñs 63
in nobis benefacere uobis. Gręcus habet, be
nefacere uos. Nec uidetur esse saltem Gręca
locutio, accusatiuus tñ pro datiuo positus in
telligitur, unde maluerunt Latini interpretes
dicere vobis quàm uos. Vos vidistis oĩa q̃ fe 64
cit dominus Deus vester in terra Aegypti co Deu. 29.
ram uobis Pharaoni & seruis eius oĩbus, &
omni terrę illius tentationes magnas quas ui
derunt oculi tui. Notandum illas plagas etiã
tentationes uocari. Si fuerit dispersio tua à 65
summo cęli, vsque ad summum cœli, inde
congregabit te dominus Deus tuus. Mirum
si non hoc dicit, A summo cęli usq; ad sum-
mum cęli, quod solet dicere, à summo terrę
vsque ad summum terræ fortasse propterea,
quia s̃m id quod & iste aer cęlum dr̃, con-
iungitur terræ. Non est in cęlo, dicens: Quis
ascendet in cęlum & accipiet nobis illud, & 66
audientes illud faciemus. Neque trans mare Deu. 30.
est, dicẽs: Quis trãsfretabit nobis trãs mare
& accipiet nobis illud, & audientes illud &
faciemus, dicẽs, pro eo posuit, quod est, vt di 67
cas. Noua locutio. Et dñs qui comitabitur ti Deu. 31.
bi tecum. Et dixit dominus ad Moysen: Ecce 68
tu dormies cum patribus tuis. hoc uerbo 69
eius mortẽ significauit. Amaricantes eratis H
quæ ad Deũ, id est, amaricabatis ea quæ Dei
sunt. Scio. n. quia post obitum meũ iniquita-
te iniquitatẽ facietis. vno verbo autem Græ-
ce dicitur, iniquitatem facietis, quod est
ἀνωμήσετε. Et occurent vobis mala nouissi-
mum dierum. Sic enim habet Græcus, pro,
in nouissimis diebus, aut in nouissimo die- 70
rum. Nam hic ipse pater tuus possedit te 71
& fecit te, & creauit te. Ordo notandus est, Deu. 32.

prius

prius enim vr̃ dicere debuisse: Creauit te , &
fecit te, & deinde possedit te. Qũo.n. intelligi
tur posse possideri qui nõ est? Hæc metapho
ra minus vsitata est: vt renes tritici intelligãt
velut interiora tritici, vnde farina eiicit̃. Hoc
.n. & adipẽ dixit. Nã hoc nomen ẽt farinã so
lent Græci appellare. Hoc. n. habet Græcus
in Exodo, vbi scriptũ est. Eleuantes farinã su
per humeros suos: Græcus quippe interpres
72 στέατα posuit, quod sunt adipes. Filij in qbus
73 nõ est fides in eis , vsitata scripturis locutio.
Qm̃ iudicabit dñs populũ suũ: & i seruis suis
cõsolabit̃. Pro seruos suos cõsolabit̃. Nisi for
te ipsũ cõsolari dicit trãslato verbo velut ab
indignatione vel offensione, qua eũ offendũt
I mali. Si aũt eius cõsolatio accipiẽda est, non
ex more hoĩum, sicut nec ira & zelus, & cæ-
74 tera talia. Vbi sunt dij eorũ in qb. fidebant in
75 ipsis: Plenũ esset & sine, ipsis. Et iurabo dexte
76 rã meã .i. per dexterã meã. Lætamini cœli si-
mul cũ eo, & adorent eũ omnes angeli Dei.
Alij codices habent , & adorabũt eũ oẽs filij
peretur minus fructuosa est. Credimus & sā *Credere*
ctā Ecclesiā, vtiq; catholicā, nā & hæretici *ecclesiam*
& schismatici cōgregationes suas Ecclesias *catholicā*
vocāt. Sed hæretici de Deo falsa sentiēdo, ip *cap. 10.*
sam fidē violāt, schismatici aūt discissionibus
iniquis a fraterna charitate dissiliunt: quāuis
ea credāt quę credimus. Quapropter nec hę
reticus pertinet ad Ecclesiam catholicā, quo
niam diligit Deum, nec schismaticus quoniā
diligit proximum: Et ideo peccatis proximi
facile ignoscit, q sibi nouit ignosci ab illo q

nos reconciliauit sibi, delens omnia præterita, & ad vitā nouā nos vocans, quā vitā donec pfectā capiamus sine peccatis esse non possum⁹: Interest tñ qualia sunt. Nec de peccatorū differētia modo tractandū est, sed credendū omnino, nullo mō nobis ignosci ea quæ peccamus si nos inexorabiles ad ignoscenda peccata fuerimus. Itaq; credimus remissionē peccatorū.

*Remissionē peccatorum.* F

Et quoniā tria sunt quibus homo constat spiritus, anima & corpus, quæ rursus duo dicuntur, quia sępe anima simul cū spiritu nominatur, Pars.n. quædā eiusdē rationalis quā carēt bestiæ, spiritus dr, principale nostrum spiritus est, Deinde vita qua coniūgimur corpori anima dicitur, Postremo illud ꝙ visibile est vltimū nostrū est corpus. *Rom. 8.* Hoc aūt omnis creatura ingemiscit & parturit vsq; nūc: dedit tñ primitias spiritus, qa credidit Deo, & bonæ iā volūtatis est. Hic spiritus etiā vocatur mens, de quo dicit *Rom. 7.* Apostolus, Mēte seruio legi Dei. Qui itē alio *Rom. 1.* loco dicit, Testis est.n. mihi Deus cui seruio in spiritu meo. Anima vero cū carnalia bona adhuc appetit, caro nominatͬ. Pars enim eius quędā resistit spiritui nō natura, sed cōsuetudine peccatorū. Vnde dicitur, Mēte seruio legi Dei, carne aūt legi peccati. Quæ cōsuetudo in naturā versa est secundū generationē mortalē peccato primi hominis. Ideo *Ephe. 2.* quę scriptū est, Et nos aliquādo fuimus naturaliter filij iræ, id est vindictæ, per quā factū est vt seruiamus legi peccati. Est aūt animę natura perfecta, cū spiritui suo subditur, & cū sequitur sequētem Deū: ideo animalis G hō nō percipit quæ sunt spiritus Dei. Sed nō *1.Cor. 2.* tā cito anima subiugatur spiritui ad bonam operationē, q̃ cito spiritus Deo ad verā fidē & bonā voluntatē: sed aliquādo tardius eius impetus, quo in carnalia & tpalia defluit refrenatur. Sed quoniā & ipsa mundatur, recipiēs stabilitatē naturæ suę dn̄ante spiritu qui sibi caput ē, cuius capiti, caput est Xps, nō est desperandū ēt corpus restitui naturæ proprię: sed vtiq; nō tā cito q̃ anima: sicut nec anima tā cito q̃ spiritus, sed tpe opportuno *1. Co. 15* in nouissima tuba cū mortui resurgēt incorrupti & nos immutabimur. Et iō credimus & carnis resurrectionē, nō tm̄ quia reparatͬ anima, quæ nūc pp carnales affectiones caro nominatͬ: sed hæc ēt visibilis caro q̃ naturaliter est caro, cuius nomē aīa nō pp naturam, sed pp affectiōes carnales accepit.

*Carnis resurrectionem.*

Hæc ergo visibilis quæ caro proprie dicitur, sine dubitatione credēda est resurgere. Videtur.n. Paulus Apostolus eā tanq̃ digito suo ostēdere, *1.Co.15* cū dicit: Oportet corruptibile hoc induere incorruptionē. Cū enim dicit, hoc, in eā quasi digitū intendit. H Quod aūt visibile est, id pōt digito ostēdi: quoniā posset & anima corruptibilis dici nā vitijs morū ipsa corrūpitur. Et mortale hoc induere immortalitatē cū legitur, eadē significatur visibilis caro, quia in *1.Co.15.* idētidem velut digitus intēditur. Potest.n. & anima sicut corruptibilis propter morū vitia, ita etiam mortalis dici. Mors quippe animę est apostatare à Deo, ꝙ primū eius peccatū in paradiso sacris literis cōtinet. Resurget igitur corpus secundū Christianā fidem quæ fallere nō pōt. *1. Retr. c. 19.* Quod cui videtur incredibile, qualis nūc sit caro attendit, qualis aūt futura sit nō considerat: quia illo tpe immutationis angelicę nō iā caro erit & sanguis, sed tm̄ corpus. *1.Co.15* Cū enim de carne Apostolus loqueretur. Alia, inquit, caro pecorū, alia volucrū, alia piscium, alia serpentū: & corpora cęlestia, & corpora terrestria. Non enim dixit caro cęlestis dixit aūt cęlestia & terrestria corpora. Omnis enim caro etiā corpus est, non autē omne corpus caro est. Primo in istis terrestribus, quoniā lignū corpus est, sed nō caro: hominis aūt vel pecoris, & corpus & caro: in cęlestib. vero nulla caro, sed corpora simplicia & lucida, quæ appellat Apostolus spiritalia, nōnulla aūt vocāt ętherea. Et ideo non carnis resurrectioni contradicit illud quod ait: I Caro & sanguis regnum Dei non possidebunt. *Ibidem.* Sed quale futurū sit ꝙ nunc caro & sanguis est, prædicat. In qualē naturā quisquis non conuerti posse hāc carnā credit gradib. ducendus ē ad finē. Si enim ab eo quæras, vtrū in aquam possit conuerti propter vicinitatē non ei videtur incredibile. Rursum si quæras, vtrum aqua possit in aerem, neq; hoc absurdū esse respondet, vicina enim sunt sibi. Et de aere si quæratur vtrum æthereum corpus, idest, cęleste possit mutari, iam ipsa vicinitas persuadet. Quod ergo per hos gradus fieri posse concedit, vt terra in corpus æthereum conuertatur, cur non accedente Dei voluntate qua corpus humanum supra aquas potuit ambulare, celerrime id fieri posse, quemadmodū dictum est,

in ictu oculi, sine vllis talibus gradib. credit, sicut plerunque fumus in flammam mira celeritate conuertitur? Caro.n.nostra vtiq; ex terra est. Philosophi.n.quorũ argumentis sæpius resurrectioni carnis resistitur, quib. asserunt nullum posse esse terrenũ corpus in cęlo, quodlibet corpus cõuerti & mutari posse concedunt. Qua corporis resurrectione facta, à temporis conditione liberati, æterna vita ineffabili charitate atq; stabilitate sine corruptione perfruemur. Tunc.n.fiet illud quod

*1.Co.15.*

scriptum est, Absorpta est mors in victoria. Vbi est mors aculeus tuus? vbi est mors contentio tua? Hæc est fides quæ paucis verbis te

K

nẽda in symbolo nouellis Christianis datur: Quæ pauca verba fidelibus nota sunt, vt credendo subiungentur Deo, subiugati recte viuant, recte viuendo cor mundent, corde mũdo quod credunt intelligant.

## D. AVRELII AVGVSTINI Enchiridion ad Laurentium.

## LIBER VNVS.

*Sapiẽtia ex scripturis.c.1.*
*Esa. 33.*
*1.Cor.1.*



Ici non potest dilectissime fili Laurenti quantũ tua eruditione delecter, quantumq; te cupiã esse sapientem, non ex eorũ numero de quib. dr̃, Vbi sapiens, vbi scriba, vbi cõquisitor huius seculi? Nonne stultã fecit Deus sapientiam huius mundi, sed ex eorũ numero de quib. dictum est, Multitudo sapientũ sanitas est orbis terrarũ. Et quales vult Apostolus fieri, quib. dicit.

*Sap.6.*
*Rom.16.*

Volo aũt vos sapientes quidẽ esse in bono, simplices aũt in malo. Sicut aũt nemo à seipso esse potest, ita ẽt nemo à seipso sapiens esse potest, sed ab illo illustrãte de quo scriptũ est, Omnis sapientia à Deo est. Hominis aũt sapientia pietas est. Habes hoc in libro sancti Iob. Nam ibi legitur, ꝙ ipsa sapientia dixerit homini, Ecce pietas est sapientia. Si autẽ quęras quam dixerit eo loco pietatẽ, distinctius in Græco reperies θεοσέβειαν, qui est, Dei cul

*Eccles.1.*
*Pietas est sapientia.c.2.*
*Iob. 28.*

L

tus. Dicitur.n. Græce pietas, & aliter idem εὐσέβεια, quo nomine significatur bonus cultus quãuis & hoc præcipue referatur ad colendũ Deum. Sed nihil est commodius illo nomine quo euidenter Dei cultus expressus est, cũ quid esset hominis sapiẽtia diceretur, Quærisne aliquid dici breuius, ꝙ petis à me, vt breuiter magna dicantur? An hoc ipsum tibi fortasse desideras breuiter aperiri, atq; in sermonem colligi breuem, quonã modo sit colendus Deus?

*Cultus diuinus quibus constet. c.3.*

Hic si respondero, fide, spe, charitate colendum Deum, profecto dicturus es, breuius hoc dictum esse quam velis, ac deinde petiturus ea tibi breuiter explicari, quæ ad singula tria ista pertineant, quid credendum scilicet, quid sperandum, quid amandum sit. Quod cũ fecero, ibi erunt om

M

nia illa, quæ in epistola tua quærenda posuisti. Cuius exemplum si est penes te, facile est vt ea reuoluas & relegas. Si autem non est, commemorãte me recolas.

*Ratio & fides. c.4.*

Vis enim tibi vt scribis librum à me fieri, quem Enchiridion vt dicunt, habeas, & de tuis manibus non recedat: continens postulata, idest quid sequendum maxime, quid propter diuersas principaliter hæreses sit fugiendum: in quantum ratio pro religione contendat, vel quid in ratione cum fides sit sola non conueniat: quid primum, quid vltimum teneatur, quæ totius definitionis summa sit, ꝙ certũ propriumq; fidei catholicæ fundamentum. Hæc autẽ omnia quæ requiris proculdubio scies diligenter sciendo quid credi, quid sperari debeat, quid amari. Hæc enim maxime immo vero sola religione sequenda sunt. His qui contra dicit, aut omnino à Christi nomine alienus est, aut hæreticus. Hæc sunt defendenda ratione, quæ uel à sensibus corporis inchoata, uel ab intelligentia mentis inuenta. Quæ autem nec corporeo sensu experti sumus, nec mente assequi valuimus aut valemus, eis sine vlla dubitatione credenda sunt testibus, à quibus ea, quæ diuina vocari iã meruit scriptura cõfecta est: qui ea siue per corpus siue per animũ diuinitus adiuti vel uidere, uel ẽt præuidere potuerunt.

*Fundamẽtum fidei. cap.5.*
*Galat.5.*

A

Cũ aũt initio fidei quę per dilectionem operatur, imbuta mens fuerit, tendit bene uiuendo etiam ad speciẽ peruenire ubi est sanctis & perfectis cordibus nota & ineffabilis pulchritudo, cuius plena uisio est summa fęlicitas. Hoc est nimirum quod requiris, quid primũ, quid ultimum teneatur inchoari fide, perfici specie. Hæc etiã totius definitionis est summa. Certum uero propriũq; fidei catholicę fundamentũ, Christus est.

*1.cor.1.*

Fundamentũ.n.aliud, ait Apostolus, nemo potest ponere præter id quod positũ

est, ꝙ est Christus Iesus. Neq; hoc ideo negā dū est propriū fundamentū esse fidei catholicæ, quia putari pōt aliquib. hæreticis hoc nobiscū esse cōe. Si.n. diligenter quæ ad Christū pertinent cogitent, nomine tenus inueniṫur Christus apud quoslibet hæreticos, q̃ se Christianos vocari volunt, re vero ipsa non

C est apud eos. Quod ostendere nimis longum est, qm̄ cōmemorandæ sunt oēs hæreses, siue q̃ fuerunt, siue q̃ sunt, siue q̃ potuerūt sub vocabulo Christiano, & ēt q̃ sit hoc verum per

ἐγχειρίδιον. cap. 6. singulas quasq; monstrandū. Quę disputatio tā multorū est volumīnū, vt ēt infinita videatur. Tu aūt Enchiridion à nobis postulas, i. ꝙ manibus possit astringi, non ꝙ armaria possit onerare. Vt igitur ad illa tria redeamus ꝑ q̃ diximus colendū Deū, fidem, spem, charitaté, facile est vt dicatur quid credendū, q̄d sperandū, quid amandū sit. Sed quēadmodū aduersus eorū qui diuersa sentiunt calūnias defendatur, operosioris vberiorisq; doctrinæ est. Quæ vt habeatur nō breui Enchiridio manus debet impleri, sed grandi studio pe-

Symbolū & oratio dominica cap. 7. ctus accendi. Nā ecce tibi est Symbolum & dñica oratio: quid breuius auditur aut legitur, aut quid facilius memoriæ cōmendatur? Quia.n. de peccato graui & miseria premebatur genus humanū, & diuina indigebat misericordia, gratiæ Dei tp̄s Propheta præuidens ait, Et omnis qui inuocauerit nomē dñi saluus erit: ꝑꝑ hoc dñica oratio. Sed Apostolus cum ad ipsam gratiā cōmendandam hoc

Iohel. 2. Rom. 11. Propheticū cōmemorasset testimoniū, continuo subiecit: Qūo aūt inuocabunt in quem non crediderunt? ꝑꝑ hoc Symbolum. In his duobus tria illa intuere. Fides credit, spes & charitas orant. Sed sine fide esse nō possunt, ac per hoc & fides orat. Propterea quippe di-

Fides, spes charitas. cap. 8. ctum est. Qūo inuocabunt in quem non crediderunt? Quid aūt sperari pōt ꝙ non creditur? Porro ēt aliquid quod non speratur, credi potest. Quis nanque fidelium pęnas non credit impiorum, nec sperat tn̄? Et quisquis

D eas imminere sibi credit ac fugaci motu animi exhorret, rectius timere dr̄ quam sperare. Quæ duo Lucanus distinguens ita cōple-

Lucanus. xus ait, Liceat sperare timenti. Nō autem ab alio Poeta quamuis meliore proprie dictum est, Hunc ego si potui tm̄ sperare dolorem. Deniq; nonnulli in arte grāmatica verbi huius vtuntur exēplo ad ostēdendā impropriā dictionem, & aiunt, Sperare dixit, pro timere. Est itaq; fides & malarū rerū & bonarū: quia & bona creduntur & mala, & hoc fide bona, non mala. Est ēt fides & præteritarum rerū, & præsentiū & futurarū. Credimus.n. mortuū Christum, ꝙ iam præterijt. Credimus sedere ad dexterā patris, quod nūc est. Credimus venturū ad iudicandum, quod futurū est. Item fides & suarū rerum est & alienarū. Nā & se quisq; credit aliqñ esse cępisse, nec fuisse vtiq; sempiternū, & alia atque alia: nec solū de alijs hominib. multa quæ ad religionē pertinent, verumēt de angelis credimus. Spes aūt non nisi bonarū rerum est, nec nisi futurarū, & ad eū pertinentiū qui earū spe gerere perhibetur. Quæ cū ita sint, ꝑꝑ

3. sen. 26. ca. sicut.

E has causas distinguenda erit fides à spe: sicut vocabulo ita & rationali dr̄ia. Nam quod attinet ad non videre, siue quæ creduntur, siue quæ sperantur, fidei speiq; cōe est. In epistola quippe ad Hebræos, qua teste vsi sunt illustres catholicæ regulæ defensores, fides esse

Hebr. 11. dicta est cognitio rerum quæ non videntur. Quamuis qñ se quisq; nō verbis non testib. non deniq; vllis argumentis, sed præsentium rerum euidentiæ dicit credidisse, hoc est, fidem accōmodasse, non ita vr̄ absurdum, vt recte reprehendatur in verbo, eiq; dicat, Vidisti, ergo nō credidisti. Vnde putari pōt nō esse consequēs, vt non videatur res q̃cunque creditur: Sed melius hanc appellamus fidem quam diuina eloquia docuerunt, earum, s. rerum quæ nō vidētur. De spe quoque ait Apostolus, Spes quæ videtur nō est spes. Quod.n. videt quis, quid sperat? Si autem quod non videmus speramus, per patientiam expectamus. Cum ergo bona bonis futura esse creduntur, nihil aliud quam sperantur. Iam de amore quid dicam, sine quo fides nihil prodest? Spes vero sine amore esse non pōt. Deni-

3. sen. 26. ca. sicut. Rom. 8.

que vt ait Apostolus Iacobus, Et dęmones credunt & contremiscunt, nec tamen spe-

F rant vel amant, sed potius quod speramus & amamus credendo vēturum esse formidant. Propter quod Apostolus Paulus fidē quę per dilectionē operatur, approbat atque cōmendat, quæ vtiq; sine spe esse non potest. Proinde nec amor sine spe est, nec sine amore spes, neq; vtrunque sine fide. Cum ergo quæritur, quid credendū sit quod ad religionem pertineat, non rerum natura ita rimanda est, quem-

Iacob. 2. Gala. 5. 3. sen. 23. ca. vero. Quid credendum Christiano.

quēadmodū ab eis quos Physicos Græci vo
*no. ca. 9.* cãt:nec metuēdū est, quēadmodū ab eisdē,
*3. sen. di.* ne aliquid de vi & numero elementorū, de
*23. ca. fi-* motu atq; ordine & de effectibus syderū, de
*des est.* figura cęli, de generibus & naturis animaliū
*Infra c. 6* fruticū, lapidū, fontiū, fluminū, montiū, de
spatijs locorū & tēporū, de signis imminētiū
tempestatū, & alia sexcenta de ijs rebus quas
illi vel inuenerunt vel inuenisse se existimãt:
Christianus ignorat, quia nec ipsi omnia re-
pererũt tanto excellentes ingenio, flagrantes
studio, abundantes ocio, & quædã humana
cõiectura inuestigantes, quædã vero histori
ca experientia perscrutantes, & in eis quæ se
inuenisse gloriantur plura opinantes potius
quam scientes. Satis est Christiano rerum
G creatarū causam, siue cęlestiū, siueterrestriū,
siuevisibiliū, siue inuisibiliū, nõ nisi bonitatē
credere creatoris, q̧ vnus & uerus est Deus:
nullamq; esse naturã q̃ nõ aut ipse sit aut ab
ipso: eumq; esse Trinitatē, patrē scilicet, & fi
liū à patre genitum, & spm̄ sanctum ab eo-
*Vniuersi* dem patre procedentem, sed vnum eundēq;
*tas rerū.* spiritū & patris & filij. Ab hac summe & æ-
*cap. 10.* qualiter & ĩmutabiliter bona Trinitate crea
*3. sen. di.* ta sunt omnia, & nec summe nec æqualiter
*46. c. est* nec immutabiliter bona, sed tamē bona etiã
*enim.* singula. Simul vero vniuersa valde bona, q̧a
*Mala* ex omnibus consistit vniuersitatis admirabi-
*quare sint* lis pulchritudo, In qua ēt illud qđ malū di-
*c. 11. Vbi* citur, bene ordinatū & loco suo positū, emi
*supra. 1.* nentius commēdat bona, ut magis placeant
*sen. di. 46* & laudabiliora sint dū cõparãtur malis. Ne-
*c. quod ve* que enim Deus omnipotēs, ꝙ ēt infideles fa
*ro.* tētur, rerū cui summa ptãs, cū summe bonꝰ
sit, ullo modo sineret mali esse aliquid in o-
peribus suis, nisi vsqueadeo esset omnipotēs
& bonus, ut benefaceret etiã de malo. De bo
no naturę uitiatum ipse Deus benefacit refor
mando aut puniendo uitiatū: ac ꝑ hoc ergo
malū nec uitiū erit, q̧a nihil est cū euacua-
H tur. Quid est aũt aliud quod malū dicitur, ni
*2. sen. di.* si priuatio boni? Nam sicut corporibus ani-
*43. c. oste* malium nihil est aliud morbis & uulnerib.
*sa, & di.* affici. quam sanitate priuari. neq;. n. id agitur
*35. c. quo* cū adhibet curatio, ut mala illa quæ inerant,
*circa.* idest, morbi ac uulnera recedãt hinc & ali-
bi sint, sed utiq; ut non sint. nõ enim ulla sub
stantia, sed carnalis substantiæ uitium est uul
nus aut morbus; Cum caro sit ipa substantia
ꝓfecto aliquod bonū est, cui accidũt ista ma
la, idest, priuationes eius boni, ꝙ dicit sani-
tas: Ita ãt & animorū quæcunq; sunt uitia, na
turaliū sũt priuationes bonorū. Quæ cū sa-
nãtur, nõ aliquò transferuntur, sed ēt quę ibi
erãt, nusquã erũt, qñ in illa sanitate nõ erũt.
Naturæ igitur oēs, qm̄ naturarū prorsus om *Naturæ*
niū summe conditor bonus est, bonæ sunt. *corruptio*
Sed q̧a non sicut earū conditor summe atq; *cap. 12.*
incõmutabiliter bonæ sunt, ideo in eis & mi
nui bonū & augeri potest. Sed bonū minui
malum est, quanuis quantūcunq; minuatur,
remaneat aliquid necesse est, si adhuc natura
est unde natura sit: neq; enim si qualiscunq;
aut quãtulacunq; natura est, cõsumi bonum
quod natura est, nisi & ipsa consumatur po
test. Merito q̧ppe natura incorrupta lauda-
tur. Porro si & incorruptibilis sit, q̃ corrũpi I
omnino nõ possit, multo est proculdubio
laudabilior. Cū uero corrumpitur, ideo ma-
lū est eius corruptio, quia eã qualicunq; pri
uat bono. nam si nullo bono priuat, non no-
cet, nocet aũt adimēdo bonū. Quãdiu itaq;
natura corrũpitur, inest ei bonū quo priue-
tur: ac per hoc si naturę aliquid remanebit ꝙ
iã corrũpi nequeat: profecto natura incorru
ptibilis erit, & ad hoc tam magnū bonū cor
ruptio non perueniet. At si corrumpi non
desinet, nec bonum vtique habere desinet,
quo eam possit priuare corruptio. Quam
si penitus totãq; consũpserit, ideo nullū bo-
num inerit: quia natura nulla erit. Quocirca
bonū consumere nõ põt corruptio, nisi con
sumendo naturã. Omnis ergo natura bonū
est, magnū si corrumpi non põt, paruū si po
test: negari tñ bonum esse nisi stulte atq; im-
perite prorsus nõ põt. Quæ si corruptione *Qũo idē*
consumitur, nec ipsa corruptio remanebit, *malum sit*
ubi nulla esse possit subsistēte natura. Ac per *& bonū.*
hoc nullū est qđ dicitur malum, si nullum *Cap. 13.*
sit bonum: sed bonū omni malo carens inte- *2. sen. di.*
grū bonū est. Cui uero inest malū, uitiatum *34. cap.*
vel vitiosum bonū est: nec malū unquã põt *ostensa.*
esse vllum vbi bonū est nullū. Vnde res mira K
cõficitur, ut quia omnis natura, inquantum
natura est, bonum est, nihil aliud dici uidea-
tur, cum uitiosa natura mala esse natura di-
citur, nisi malum esse quod bonum est: nec
malum esse nisi quod bonum est, quia om-
nis natura bonum est: nec res aliqua mala es-
set, si res ipsa quæ mala est, natura non esset.
Non igitur potest esse malū nisi aliquod bo-

*2. sen. di. 35. ca. itē & aliter.* num. Quod cum dici videatur absurde, connexio tñ rōcinationis huius velut ineuitabiliter nos cōpellit hoc dicere. Et cauendum est *Esa. 5.* ne incidamus in illam sniam ꝓpheticā, vbi *2. sen. di. 34. ca. ad hoc.* legitur, Væ iis qui dicunt qđ bonum est malum, & quod malum est bonum, qui dicunt dulce amarum, amarum dulce, qui dicunt te *Mat. 22.* nebras lucem, & lucē tenebras. Et tñ dñs ait, *2. sen. di. 24. ca. ex quo.* Malus homo de malo thesauro cordis sui ꝓfert mala. Quid est aūt malus hō, nisi mala natura, quia homo natura est? Porrò si hō aliquod bonum est, qa natura est, qd est malus hō, nisi malum bonū? Tñ cum duo ista discernimus, īuenimus nec iō malum, quia hō est, nec iō bonum, quia iniquus est, sed bonum quia hō, malum quia iniquus. Quisquis igit̄ L dicit malum hoīem esse, aut quod bonū est iniquum esse, ipse incidit in propheticam il *Esa. 5.* lam sniam, Væ iis qui dicūt quod bonum est malum, & quod malum est bonum. Opus. n. Dei culpat quod est homo, & vitium hominis laudat quod est iniquitas. Omnis nanque natura, eiam si vitiosa est, inquantum natura est, bona est, inquantum vitiosa est, mala est. *Cōtraria. c. 14. 2. sen. di. 34. cap. ideoque.* Quapp in iis cōtrariis, quæ mala & bona vocāt, illa Dialecticorū regula deficit, qua dñt nulli rei duo simul inesse cōtraria. Nullus. n. aer simul est & tenebrosus & lucidus, nullus cibus aut potus simul dulcis est & amarus, nullū corpus simul vbi albū ibi & nigrum, nullum simul vbi deforme, ibi & formosū. Et hoc in multis ac penè in omnib. cōtrariis reperit̄, vt in vna re simul esse nō possint. Cū aūt bona & mala nullus ambigat esse contraria, non solum simul esse pñt, sed etiam mala omnino sine bonis, & nisi in bonis esse non pñt, quamuis bona sine malis esse pñt. Potest enim hō vel angelus non esse iniustus: iniustus aūt non pōt esse nisi hō vel angelus & bonum, quod hō, bonum, quod angelus, malum, quod iniustus. Et hęc duo contraria ita simul sunt, vt si bonum non esset, in quo ma M lum esset, prorsus nec malum esse potuisset, qa non mō vbi consisteret, sed vñ oriret̄ corruptio non haberet, nisi esset quod corrumperet̄, quod nisi bonū esset, nec corrumperetur, quoniam nihil est aliud corruptio, quā *corruptio quid sit.* boni exterminatio. Ex bonis igitur mala orta sunt, & nisi in aliquibus bonis non sunt, nec erat alias vñ orirerur vlla mali natura nā si esset, inquantum natura esset, profecto bona esset, & aut incorruptibilis natura magnū esset bonū, aut etiā natura incorruptibilis nullo mō esset, nisi aliqđ bonum, qđ bonum corrūpēdo posset ei nocere corruptio. Sed cum mala ex bonis orta esse dicimus, nō *Quomodo mala ex bonis. Matt.* putetur hoc dñicæ sniæ refragari, qua dicit, Non pōt arbor bona fructus malos facere. Non pōt. n. sicut veritas dicit, colligi vua de spinis, quia non pōt vua nasci de spinis. Sed ex bona terra & uites nasci posse videmus & spinas. Et eodē modo tanꝗ arbor mala fructus bonos, i. opera bona non pōt facere vo *1. sen. di. 34. ideoque.* luntas mala. Sed ex bona hoīs natura oriri voluntas & bona pōt mala. Nec fuit prorsus vnde primitus oriret̄ voluntas mala, nisi ex angeli & hoīs natura bona. Quod & ipse dominus eodē loco vbi de arbore & fructib. A loquebat̄, apertissime ostendit. Ait. n. Aut fa *Mat.* cite arborē bonā & fructū eius bonū, aut facite arborem malam & fructum eius malū: Satis admonens ex arbore qdē bona malos aut ex mala bonos nasci fructus nō posse, ex ipsa tñ terra, cui loquebatur, vtrāq; arborem oriri posse. Quæ cum ita sint, qñ nobis Ma *Felicitas... Geor.* ronis ille versus placet, Fœlix qui potuit rerum cognoscere cās, non nobis videatur ad fęlicitatē consequendā pertinere, si sciamus causas magnarū in mūdo corporaliū motionum, quæ abditissimis naturæ sinib. occulun tur. Vñ tremor terris, qua vi maria alta tume " scant, Obicib. ruptis, rursusq; in seipsa resi " dant, & cætera huiusmodi, sed bonarū & malarū rerū cās nosse debemus. Et id hacten⁹ qua " tenus eas homini in hac vita errorib. erūnisque plenissima, ad eosdē errores & erumnas euadendas nosse cōcedit̄. Ad illā qppe fœlicitatē tendendū est, vbi nulla quatiamur erū na, nullo errore fallamur. nam si causæ corporaliū motionū noscēdæ nobis essent, nullas magis nosse ꝗ nostræ valetudinis deberemus. Cū vero eis ignoratis, medicos quærimus, qa non videant qđ de secretis cœli & terrę nos latet, quanta sit patientia nesciēdū. Quamuis enim error quanta possumus cura B cauēdus sit, nō solū in maiorib. verumetiam *Error quid sit. c. 17. dis. 38. quamuis 3. sen. di. 38. cap. illud.* in minoribus reb. nec nisi rerum ignorantia possit errari, non est tñ consequens, vt conti nuo erret quisquis aliquid nescit, sed quisquis se existimat scire quod nescit. Pro vero quippe approbat falsum, qđ est erroris ꝓpriū. Veruntñ in qua re quisq; erret, interest

pluri-

plurimũ, nam in vna eademq; re & nescienti sciens & erranti nõ errãs recta rõne pponitur. In diuersis aũt rebus, i. cũ iste sciat alia, ille alia: & iste vtiliora, ille minus vtilia, vel ẽt noxia: quis nõ in eis q̃ ille scit, ei pferat nescientẽ? Sunt.n. quædã quæ nescire q̃ scire sit melius. Itemq; nõnullis errare profuit aliqñ, sed in via pedũ, non in morũ. Nã nobisipsis accidit, vt in quodã biuio falleremur, & non iremus per eũ locũ, vbi operiens transitum nostrũ Donatistarũ manus armata subsederat: atq; ita factũ est, vt eo quo tendebamus, per deuiũ circuitũ veniremus, cognitisq; insidijs illorũ, nos gratularemur errasse, atque inde gratias ageremus Deo. Quis ergo viatorẽ sic errantẽ sic non erranti latroni præponere dubitauerit? Et fortasse ideo apud illum summũ Poetã loquens quidã miser amator.

*Possidonius in vita Aug. cap. 13.*

*Aeglo. 8.*

C Vt vidi, inquit, vt perij, vt me malus abstulit error: qm̃ & est error bonus, qui non solum nihil obsit, verumẽt prosit aliquid. Sed diligẽtius cõsiderata veritate, cũ nihil sit aliud errare q̃ verum putare ꝙ falsum est, falsumq; ꝙ verũ est: uel certũ habere pro incerto, incertũve pro certo: siue falsum, siue sit uerũ, idq; tã sit in animo deforme atq; indecens, q̃ pulchrũ ac decorũ esse sentimus, vel in loquendo, uel in assentiendo est est, non non, pfecto & ob hoc ipsũ est vita ista misera qua uiuimus, ꝙ ei nonnunquã vt nõ amittat, error est necessarius. Absit vt talis sit illa vita, vbi est animæ nostræ ipsa ueritas uita, vbi nemo fallit, fallitur nemo. Hic aũt hoĩes fallunt atque falluntur, miserioresq; sunt, cũ mẽtiẽdo fallunt, q̃ cũ mentientib. credendo falluntur. Vsqueadeo tñ rationalis natura refugit falsitatẽ & quantũ põt deuitat errorẽ, vt falli nolint ẽt quicunq; amãt fallere.

*Matt. 5.*

D Non.n. sibi qui mentitur vr̃ errare, sed aliũ in errorẽ mittere credentẽ sibi: & in ea quidẽ re non errat quã mendacio contegit, si nouit ipse quid uerũ sit: sed in hoc fallitur, ꝙ putat sibi suum non obesse mendaciũ, cũ magis facienti q̃ patiẽti obsit omne peccatũ. Verũ difficillima & latebrosissima hinc gignitur quęstio, de qua iã grandem librũ cũ respõdendi necessitas nos vrgeret, absoluimus. Vtrũ ad officium hominis iusti pertineat aliqñ mentiri. Nonnulli.n. eo vsq; progrediuntur, vt & peierare, & de rebus ad Dei cultũ pertinentibus, ac de ipsa Dei natura falsum aliquid dicere, nonnunquã bonũ piumq; opus esse contendant. Mihi aũt vr̃ peccatum esse quidem omne mendaciũ, sed multũ interesse quo animo, & quibus de rebus quisq; mentiatur. Nõ.n. sic peccat ille qui consulendi, qũo ille qui nocendi uoluntate mentitur. Haud uero tm̃ nocet, q̃ uiatorẽ in mentiendo in diuersum iter mittit, quantũ is qui viã vitæ, mendacio fallente deprauat. Nemo sanè mentiens iudicandus est, qui dicit falsum ꝙ putat uerũ: qm̃ quantũ in ipso est, non fallit ipse, sed fallitur. Non itaque mendacij, sed aliqñ temeritatis arguẽdus est, qui falsa incautius credita pro veris habet.

*Mendaciũ. c. 18.*

*22. q. 2. c. mihi. 3. sen. di. 8. c. mẽtiri.*

*22. q. 2. c. is autẽ.*

B Potiusq; econtrario, quantum in ipso est, mentit ille qui dicit uerum ꝙ putat falsum. Quantũ.n. ad animum eius attinet, quia non ꝙ sentit hoc dicit, non uerũ dicit, quamuis uerũ inueniat esse ꝙ dicit, nec ullo modo liber est à mendacio, qui ore nesciens uerũ loquitur, sciẽs aũt uoluntate mentitur. Nõ consideratis itaq; reb. ipsis de quib. aliquid dr̃, sed sola intentione dicẽtis, melior est qui nesciens falsum dicit, qm̃ id uerum putat, q̃ qui mentiendi animũ sciens gerit, nesciens uerũ esse ꝙ dicit. Ille nanque aliud nõ habet in animo, aliud in uerbo: huic uero qualecũque per seipsum sit ꝙ ab eo dr̃, aliud tñ clausum in pectore, aliud in lingua promptũ est: quod malum est propriũ mentientis. In ipsarum aũt quę dicuntur consideratione rerum tantum interest, qua in re quisque fallatur siue mentiatur, ut cũ falli q̃ mentiri minus sit malum, quantũ pertinet ad hominis uoluntatem, tñ longe tolerabilius sit in ijs, q̃ à religione sunt seiuncta, mẽtiri, q̃ in ijs, sine quorum fide uel notitia Deus coli non potest falli, ut in pluribus à perquirente lucidius inuestigabitur. Quod ut illustretur exemplis, intueamur quale sit, si quispiam dum mentitur uiuere nũciat aliquem mortuũ: & alius dum fallitur, credat iterũ Christũ post q̃libet longa tpa moriturum: non ne illo modo mentiri, q̃ isto modo falli incõparabiliter præstat, multoq; minoris mali est in illũ errorẽ aliquẽ inducere q̃ in istũ ab aliquo induci?

*22. q. 2. c. ĩ ipsarũ*

F In quibusdam ergo rebus magno, in quibusdã paruo, in quibusdã nullo malo, in quibusdã etiam nonnullo bono fallimur. Nam magno fallitur homo, cum hoc non credit quod ad uitam ducit æternã: uel hoc credit quod ad mortem ducit æternã. Paruo autem malo fal-

*Fallendi modi varij. c. 19. 3. sen. di. 38. cap. illud.*

litur, qui falsum pro vero approbando, incidit in aliquas molestias tpales, quib. tñ adhibita fideli patientia conuertit eas in vsum bonũ. Veluti si quisquã bonũ hoĩem putando qui malus est, aliquid ab eo patiat mali. Qui vero malũ hoĩem ita bonum credit, vt nihil ab eo patiatur mali, nullo modo fallitur: nec in eũ cadit illa Prophetica detestatio. Vę ijs qui dicunt, ꝙ malum est bonũ. De ipsis.n. rebus, quibus hoĩes mali sunt, non de hominibus dictũ intelligendũ est. Vnde qui adulteriũ dicit bonũ, recte arguitur illa voce Prophetica. Qui vero ipsum hoĩem dicit bonũ, quẽ putat castũ, & nescit adulterũ, non in doctrina rerũ bonarũ & malarũ, sed in occultis humanorũ fallit morũ: vocans hoĩem bonũ, in quo putat esse ꝙ esse non dubitat bonũ, & dicens, malũ adulterũ & bonũ castũ: sed hũc bonũ dicens, nesciẽdo adulterũ esse: illũ malũ, nesciendo castũ. Porro si per errorẽ euadit quisq; perniciẽ, sicut superius dixi nobis in itinere contigisse, ẽt aliquid boni homini errore confertur. Sed cũ dico in quibusdã rebus nullo malo aliquẽ, vel nonnullo ẽt bono falli, non ipsum errorẽ dico nullum malum vel nonnullũ bonũ, sed malũ quo non venitur, vel bonũ quo venitur errando, i. ex ipso errore quid nõ eueniat, vel quid proueniat. Nam ipse per seipsum error aut magnũ in re magna, aut paruũ in re parua, tñ semper est malum. Quis.n. nisi errans malũ neget approbare falsa pro veris aut improbare vera pro falsis, aut habere incerta pro certis vel certa pro incertis? Sed aliud est, bonum hoĩem putare qui malus est, ꝙ est erroris: & aliud est ex hoc malo aliud malũ nõ pati, si nihil noceat homo malus, qui est putatus bonus. Itẽque aliud est ipsam viã putare q̃ non est ipsa & aliud est ex hoc erroris malo aliquid boni cõsequi, velut est ab insidijs malorum hominũ liberari. Nescio sanẽ vtrũ ẽt eiusmodi error sit, cũ homo de malo hoĩe bene sentit, qualis sit nesciẽs: aut pro eis q̃ per sensus corpore capimus, occurrũt similia, quæ spiritu tanquã corpore, aut corpore tanquã spiritu sentiuntur. Quale putabat esse Apostolus Petrus, qñ existimabat se visum videre, repente de claustris & vinculis per angelũ liberatus. Aut in ipsis reb. corporeis lene putatur esse, ꝙ asperũ est, aut dulce ꝙ amarum est, aut bene olere ꝙ putridum est, aut tonare cũ rheda transit, aut illum esse hominẽ cũ alius sit, qñ duo simillimi sunt, ꝙ in geminis sæpe cõtingit. Vnde ait ille, Gratusq; parentib. error, & cętera talia ẽt peccata dicẽda sint. Hæc qõ nodosissima, quæ hoĩes acutissimos Academicos torsit, nunc mihi enodanda suscepta est, vtrũ aliquid debeat sapiẽs approbare, ne incidat in errorẽ, si pro veris approbauerit falsa, cum omnia sicut affirmant, vel occulta sint, vel incerta. Vnde tria confeci volumina in initio conuersionis meæ ne impedimẽto nobis essent, quæ tanquã in ostio contradicebant. Et vtiq; fuerat remouenda inueniendæ desperatio veritatis, quæ illorum vr̃ argumẽtationibus roborari. Apud illos ergo error omnis putatur esse peccatũ, ꝙ vitiari nõ posse contendunt, si omnis suspẽdatur assensio. Errare quippe dicũt eum quisquis assentitur incertis, nihilq; certum esse in hominũ visu pp indiscretã similitudinẽ falsi, ẽt si quod videtur, forte sit verũ, acutissimis quidem, sed impudentissimis conflictationibus disputãt. Apud nos aũt iustus ex fide viuit. Ac si tollat assensio & fides tollitur: quia sine assensione nihil creditur. Et sunt vera, quãuis non videantur, quæ nisi credantur, ad vitam beatam quę non nisi æterna est, non põt perueniri. Cum istis vero vtrũ loqui debeamus ignoro, qui non solũ victuros in æternum, sed in præsentia se viuere nesciunt: immo nescire se dicũt quod nescire non possunt. Neq;.n. quisquã sinitur nescire se viuere, qñquidem si nõ viuit, non põt aliquid vel nescire: qm̃ non solũ scire, verumẽt nescire non nisi viuentis est. Sed videlicet non assentiendo ꝙ viuant, caue re sibi videntur errorẽ, cum ẽt errando conuincantur viuere: qm̃ non põt qui non viuit errare. Sicut ergo nos viuere non solũ verũ, sed ẽt certum est: ita vera & certa sunt multa, quib. non assentiri, absit vt sapientia potius q̃ dementia nominanda sit. In quibusdã autem reb. nihil interest ad capessendũ Dei regnũ, vtrum credantur, an non: vel vtrũ vera siue sint siue putẽtur, an falsa: in his errare, i. aliud pro alio putare, non arbitrandũ est esse peccatũ: aut si est, minimũ esse atq; leuissimum. Postremo qualecunq; illud & quantũcunq; sit ad illã viã non pertinet qua imus ad Deũ: quæ via fides est Christi, quæ per dilectionẽ operatur. Neque.n. ab hac via deuiabat in geminis filijs gratus ille parentibus error: aut

Marginalia: *Esa. 5.* — *3. sen. di. 14. ca. ad hoc, & 17. ca. ex quo.* — G — *Supra eodem c. 17* — H — *Quis error vituperãdus. cap. 20.* — *Acto. 2.* — *Aen. 1* — I — *Abac. 2* — K — *Error noxius. cap. 21* — *22. q. 2 in quibusdam.*

ab hac via deuiabat Apostolus Petrus, qñ se existimãs visum videre aliud pro alio sic putabat, ut à corporũ imaginib. in quib. se esse arbitrabatur, vera in quib. erat corpora non dignosceret, nisi cũ ab illo angelus, per quẽ fuerat liberatus, abscesit. Aut ab hac via deuiabat Iacob Patriarcha, qñ viuentem filium à bestia credebat occisum. In his atq; hmõi falsitatibus, salua fide, quæ in Deo nobis est, fallimur: & via non relicta, quæ ad illũ nos ducit, erramus. Qui errores ẽt si pctã nõ sũt, tñ in malis huius vitæ deputandi sunt: quę ita subiecta est vanitati, ut approbentur hic falsa pro ueris, respuantur uera pro falsis, teneãtur incerta pro certis. Quãuis.n. hæc ab ea fide absint, per quã ad uerã certãq; atq; æternã beatitudinẽ tendimus: ab ea tñ miseria nõ absunt, in qua adhuc sumus. Nullo modo ꝗppe falleremur in aliquo vel animi uel corporis sensu, si iã uera illa atq; perfecta fęlicitate frueremur. Porro aũt omne mendaciũ ideo dicendũ est esse peccatum, quia homo nõ solum qñ scit ipse quid uerum sit, sed etiam si qñ errat & fallitur sicut homo, hoc debet loqui ꝙ animo gerit siue illud uerum sit, siue putetur & non sit. Omnis aũt qui mentit, contra id ꝙ animo sentit loquitur, uolũtate fallendi: Et utiq; uerba propterea sunt instituta, non per quæ se inuicẽ hoĩes fallant, sed ꝑ quæ in alterius quisque notitiã cogitationes suas proferat. Verbis igitur uti ad fallaciam, nõ ad ꝙ instituta sunt, peccatũ ẽst. Nec ideo ullum mendaciũ putandũ est non esse peccatũ, quia possumus aliqñ alicui prodesse mẽtiendo. Possumus.n. & furando aliqñ alicui prodesse, si pauper cui palam datur, sentit cõmodum, & diues cui clam tollitur, nõ sentit incõmodum: nec ideo tale furtum quisquã dixerit non esse peccatũ. Possumus & adulterando prodesse, si aliqua, nisi ad hoc ei consentiatur, appareat amãdo moritura, & si uixerit pęnitendo purganda, nec ideo peccatũ tale negabitur adulterium. Si aũt merito nobis placet castitas, quid quæso offendit ueritas, ut ꝑꝑ alienam utilitatẽ illa non uioletur adulterando & uioletur ista mentiendo? Nõ ideo mendacium poterit aliqñ laudari, quia nonnunquã pro salute quorundã mẽtimur. Peccatũ ergo est, sed ueniale, ꝙ beneuolẽtia excusat, & ideo fallacia dãnat. Plurimũ quippẽ ad bonũ profecisse homines, qui non nisi pro salute hominis mentiuntur, non est negandũ: sed in eorũ tali profectu merito laudatur, uel ẽt tꝑaliter remuneratur beneuolentia, non fallacia: quæ ut agnoscatur satis est, non ut ẽt prædicetur, maxime in hæredibus testamenti noui, quibus dr̃, Sit in ore uestro est est, non non: quod.n. amplius est, à malo est. Propter quod malum, quia subrepere in hac mortalitate nõ desinit, ẽt ipsi cohæredes Christi dicunt, Dimitte nobis debita nostra. His itaq; pro huius breuitatis necessitate tractatis qm̃ causæ cognoscendæ sunt rerũ bonarũ & malarum, quantũ uiæ satis est q̃ nos perducat ad regnũ, ubi erit uita sine morte, sine errore ueritas, sine perturbatione fęlicitas: nequaquã dubitare debemus rerum quæ ad nos pertinent bonarũ causam non esse, nisi bonitatẽ Dei: malarũ uero ab immutabili bono deficientẽ boni mutabilis uoluntatem prius angeli, hominis postea. Hoc primum est creaturæ rationalis malum, i. prima priuatio boni: deinde ẽt iam nolentibus subintrauit ignorantia rerum agendarũ, & concupiscentia noxiarũ, quibus comites subinferuntur error & dolor: quæ duo mala qñ imminentia sentiuntur, ea fugitantis animi motus uocatur metus. Porro animus cũ adipiscitur cõcupita, quãuis perniciosa uel inania, qm̃ id errore non sentit, uel delectatione morbida uincitur, uana ẽt lętitia uentilatur. Ex his morborum non ubertatis, sed indigentiæ tãquam fontib⁹ omnis miseria naturæ rationalis emanat. Quæ tñ natura in malis suis non potuit amittere beatitudinis appetitum. Verũ hæc cõia mala sunt & hominum & angelorũ, pro sua malitia Dei iustitia dãnatorũ. Sed homo habet & pęnã propriam, qua etiã corporis morte punitus est. Mortis quippe supplicium dñs ei cõminatus fuerat si peccaret: sic eũ munerans libero arbitrio, ut tñ regeret imperio, terreret exitio, atq; in paradisi fęlicitate tanquam in umbra uitæ, unde iustitia custodita in meliora conscenderet, collocauit. Hinc post peccatũ exul effectus, stirpẽ quoque suã, quam peccãdo in se tanquã in radice uitiauerat, pęna mortis & dãnationis obstrinxit: ut quicquid prolis ex illo & simul damnata per quã peccauerat cõiuge, per carnalẽ concupiscentiã, in qua inobediẽtiæ pęna similis retributa est, nasceretur, traheret originale pc̃tm̃, quo traheretur per errores

*Galat. 5. Act. 12. Gen. 37.* — *Omne mẽdaciũ peccatum. cap. 22. 3. sen. di. 38. cap. mentiri.* — *3. sen. di. 58. c. sciẽdũ, &c. mentiri.* — *Matt. 5.* — *Matt. 6. Causa bonorum & malorũ. Cap. 23. 2. sen. di. 34. cap. mala. Malorũ origo. Cap. 24. Ibidem.* — *Beatitudinis appetitus. cap. 25.* — *Gene. 2. & 5.* — *Peccatũ Adam. Cap. 26.*

L M A B

rores doloresq; diuersos ad illud extremum cum desertorib. angelis vitiatoribus & possessoribus & consortibus suis sine fine supplicium.

*Rom. 5.*

Sic per vnũ hominẽ peccatũ intrauit in mundũ, & per peccatũ mors: & ita in oẽs homines pertransijt, in quo oẽs peccauerũt.

D

*Pœna primi peccati. c. 27.*

Mundũ quippe appellauit eo loco Apostolus vniuersum genus humanũ. Ita ergo res se habebant, Iacebat in malis vel ẽt voluebatur, & de malis in mala pręcipitabatur totius humani generis massa damnata: & adiuncta parti eorũ qui peccauerant angelorũ, luebat impię desertionis dignissimas pęnas. Ad irã quippe Dei pertinet iustã, quicquid cęca & indomita concupiscentia faciũt libenter mali, & quicquid manifestis opertisq; pęnis patiuntur inuiti: non sanè creatoris desistẽte bonitate, & malis angelis subministrare vitam, viuacemq; potẽtiã, quę subministratio si auferatur, interibunt: & hominũ quãuis de propagine vitiata damnataq; nascentium formare semina & animare, & ordinare mẽbra per temporũ ætates, per locorũ spatia vegetare sensus, alimenta donare. Melius. n. iudicauit de malis benefacere, q̃ mala nulla esse pmittere.

*1. sen. di. 46. c. quod vero.*

Et si quidẽ in melius hominũ reformationẽ nullã prorsus esse voluisset, sicut impiorũ nulla est angelorũ, nonne merito fieret, vt natura q̃ Deũ deseruit, q̃ pręceptũ sui creatoris, ꝙ custodire facillime posset, sua male vtens ptãte calcauit atq; transgressa est, q̃ sui in se creatoris imaginẽ ab eius lumine contumaciter auersa violauit, quæ salubrem seruitutẽ ab eius legib. male libero abrupit arbitrio, vniuersa in æternũ desereretur ab eo, & pro suo merito pęnã penderet sempiternam? Planè ita faceret, si tm̃ iustus non ẽt misericors esset, suamq; indebitã misericordiã multo euidentius in indignorũ potius liberatione monstraret.

*Casus desertorum angelorũ cap. 28. 2. Pet. 2. Iudæ. 1.*

Angelis igitur aliquib. impia superbia deserẽtib. Deũ, & in huius aeris imam caliginẽ de superna cęlesti habitatione deiectis, residuus numerus angelorum in æterna cũ Deo beatitudine & sanctitate permansit. Neque. n. ex vno angelo lapso atque dãnato cęteri propagati sunt, vt eos sicut ho-

E

mines originale malũ obnoxiæ successionis vinculis obligaret, atq; vniuersos traheret ad debitas pęnas: sed eo qui diabolus factus est, cũ socijs impietatis elato, & ipsa cũ eis elatione prostrato, cęteri pia obediẽtia dño cohęserunt, accipientes ẽt, ꝙ illi non habuerũt, certã scientiã, qua essent de sua sempiterna, & nunquam casura stabilitate securi.

F

*Hominis pij succedunt in locum angelorum. cap. 29. 2. sen. d. 21. cap. ... Matt. 22. 2. sen. d. 9. c. ... 22. de ciuita. Dei cap. 1.*

Placuit itaque vniuersitatis creatori atq; moderatori Deo, vt quoniã non tota multitudo angelorũ Deũ, deserendo perierat, ea quæ perierat, in perpetua perditione remaneret: quæ autẽ cũ Deo illa deserente perstiterat, de sua certissime cognita semper futura fęlicitate secura gauderet: alia vero creatura rationalis, quę in hominibus erat, quoniam peccatis atque supplicijs, & originalib. & proprijs tota perierat, ex eius parte reparata, quod angelicæ societati ruina illa diabolica minuerat suppleret. Hoc. n. promissum est resurgentibus sanctis, quod erunt æquales angelis Dei. Itaque superna illa Hierusalem mater nostra ciuitas Dei, nulla ciuium suorum numerositate fraudabitur, sed vberiore etiam copia fortasse regnabit. Neque enim numerum aut sanctorum hominum, aut immundorum dęmonum nouimus, in quorũ locum succedentes filij sanctæ matris Ecclesiæ, quæ sterilis apparebat in terris, in ea pace de qua illi ceciderunt, sine vllo temporis termino permanebunt.

*Rom. 4. Sap. 11.*

Sed illorum ciuium numerus, siue qui est, siue qui futurus est, in cõtemplatione est eius artificis, qui vocat ea quæ non sunt, tanquam ea quæ sunt, atque in mensura & numero & pondere cuncta disponit.

*Merita, Gratia, Liberum arbitrium. cap. 30. 2. sen. d. 25. cap. vnde manifestum.*

Verũ hæc pars generis humani, cui liberationem Deus regnumq; promisit æternũ, nunquid meritis operum suorum reparari potest? Absit. Quid enim boni operari potest perditus, nisi quantum fuerit à perditione liberatus? Nunquid libero voluntatis arbitrio? Et hoc absit. nam libero arbitrio male vtens homo, & se perdidit & ipsum. Sicut enim qui se occidit, vtiq; viuendo se occidit, sed se occidendo non viuit, nec seipsum potest resuscitare cum occiderit: ita cum libero peccaretur arbitrio,

G

victore peccato amissum est, & liberum arbitrium: a quo enim quis deuictus est, huic & seruus addictus est.

*2. Pet. 2.*

Petri certe Apostoli est ista sententia. Quæ cũ vera sit, qualis quæso potest serui addicti esse libertas, nisi quando eum peccare delectat?

*2. sen. d. 25. cap. istam libertat.*

Liberaliter enim seruit qui sui domini voluntatẽ libenter facit. Ac per hoc ad peccãdũ liber est, qui peccati seruus est. Vnde ad iuste faciendũ liber non erit, nisi à peccato liberatus, esse iustitiæ cę-

perit

perit seruus. Ipsa est vera libertas pp recti fa
cti lętitiā, simul & pia seruitus pp. pręcepti
obedientiam Sed ista libertas ad benefaciē-
dū vnde erit homini addicto vendito, nisi re
dimat ille cuius illa vox est, Si vos filius li-
*Ioan. 8.* berauerit, tūc veri liberi eritis? Qđ anteq̃ fie
ri in homine incipiat, quomodo quisquā de
libero arbitrio in bono gloriatur ope, qui
nōdū liber est ad operādū. bene: nisi se vana
superbia inflatus extollat, quā cohibet Apo-
stolus dicens, Gratia salui facti estis per fidē?
*Ephes. 2.* Et ut ipsam saltē fidē sic sibi hoīes arrogarēt
*Fides.* vt nō intelligerēt diuinitus esse donatā sicut
*cap. 31.* idē Apostolus alio loco dicit, se vt fidelis es
*1. Cor. 7.* set, misericordiā consecutū: hic quoq; adiū-
xit atq; ait. Et hoc non ex nobis, sed Dei do-
nū est, nō ex operibus, ne forte quis extolla-
*Ephes. 2.* tur. Et ne putarentur fidelibus bona opera fu
tura, rursus adiecit. Ipsius. n. sumus figmentū
creati in Christo Iesu in opibus bonis, q̄ prę
parauit Deus vt in illis ambulemus. Tūc er-
*Ibidem.* go efficimur vere liberi, cū Deus nos fingit,
H idest, format & creat, nō vt homines quod
iā fecit, sed vt boni homines simus, q̄ nunc
gratia sua facit: vt simus in Christo Iesu no
*Psal. 50.* ua creatura, secūdū q̄ dictū est, Cor mundū
crea in me Deus. Neq;. n. cor eius quantū p-
tinet ad naturā cordis humani, nō iam crea-
uerat Deus, sed renouationē animę demo-
*Bona uoluntas à Deo. c. 32* rantis in corde, Propheta postulat. Iterū ne
quisquā etsi nō de opibus, de ipso glorietur
libero arbitrio volūtatis, tāq̃ ab ipso incipiat
*Phil. 2.* meritū, cui tanquā debitū reddatur præmiū
*Rom. 9.* bñ operādi, ipsa libertas audiat eūdē gratiæ
præconē dicentē, Deus est enim qui opera-
tur in nobis & velle operari, p bona uolun-
tate. Et alio loco, Igitur nō uolētis neq; cur
rentis, sed miserentis est Dei. Cū pculdubio
si homo eius ætatis est ratione iā utatur, nō
possit credere, sperare, diligere nisi velit, nec
*2. sen. di. 26. c. uoluntatem* puenire ad palmā supnę uocationis Dei, ni
si uolūtate cucurrerit. Qūo ergo nō uolētis
neq; currētis, sed miserētis est Dei, nisi quia
I & ipsa uolūtas, sicut scriptū est, a Deo præ-
paratur: Alioquin si propterea dictū est, non
volētis neq; currētis, sed miserētis est Dei:
quia ex utroq; fit, i. ex uolūtate hoīs, & mise
ricordia Dei: ut sic dictū accipiamus, nō uo
lentis neq; currētis, sed miserētis est Dei: tan
quā diceret, nō sufficit sola uoluntas hoīs, si
nō sit ęt misericordia Dei. Nō ergo sufficit
sola misericordia Dei, si nō sit ēt uolūtas ho
minis ac p hoc si recte dictū est, nō uolentis
hoīs, sed miserētis est Dei, quia id uoluntas
hoīs sola nō implet, cui nō & econtrario re
cte dr̄, nō miserētis est dei, sed volētis ē hoīs
q̄a in misericordia Dei sola nō implet? Por-
ro si nullus Christianus dicere audebit non
miserētis est Dei, sed uolētis est hoīs, ne A-
postolo aptissime cōtradicat: restat ut pro-
pterea recte dictū intelligat̄, nō uolētis neq;
currētis; sed miserētis est Dei, vt totū Deo de
tur, q̄ hoīs uolūtatē bonā & pparat adiuuan
dā, & adiuuat pparatā. Præcedit. n. bona uo- *2. sen. di.*
luntas hoīs multa Dei dona, sed nō oīa: quæ *26. c. ipsa*
aūt nō præcedit ipsa, in eis est & ipsa. Nā u- *tamen.*
trunq; legitur in sanctis eloquijs: Et miseri- *Psal. 58.*
cordia eius pręueniet me, & misericordia *Psal. 22.*
eius subsequēter me. Nolente pręuenit ut ue *Matt. 6.*
lit, uolentem subsequitur ne frustra ue- *Phil. 2.*
lit, Cur enim admonemur orare pro inimi- *Matt. 8.*
cis nostris utiq; nolentib. pie uiuere, nisi ut K
Deus in illis operet̄ ut uelint? Itē cur admo-
nemur petere ut accipiamus, nisi ut ab illo
fiat q̄ uolum⁹ a quo factū ē ut uelimus? Ora
mus ergo p inimicis nostris vt misericordia
Dei pueniat eos, sicut præuenit & nos: ora-
mus aūt p nobis, vt misericordia eius subse
quat̄ nos. Tenebatur itaq; iusta dānatione ge *Omnes nascimur ob*
nus humanū, & oēs erant iræ filij, de qua ira *noxij iræ*
scriptū est, Quoniā oēs dies nostri defecerūt *Dei. c. 33*
& in ira tua defecimus. Anni nostri sicut ara *Psal. 89.*
nea meditabūtur. De qua ira dicit ēt Iob, Ho *Iob. 14.*
mo. n. natus ex muliere breuis uitæ, & plenus *Ioan. 3.*
irę, De qua ira dicit ēt dñs Iesus. Qui credit ī
filiū, habet uitā ęternā: qui aūt nō credit in fi
liū, nō habet uitā æternā, sed ira Dei manet
sup eū, Nō ait, ueniet, sed manet super eum.
Cū hac quippe oīs homo nascitur. Propter *Ephes. 2.*
quod dicit Apostolus, Fuimus. n. & nos natu
ra filij iræ sicut & cęteri. In hac ira cū essent
homines per originale peccatū, & tanto gra
uius & perniciosius quāto maiora plura in-
super addiderūt, necessarius erat mediator,
hoc est recōciliator, qui hāc irā sacrificij sin
gularis, cuius erant umbræ omnia sacrificia
legis & Prophetarū. oblatione placaret. Vn- *Rom. 5.*
de dicit Apostolus, Si enim cum inimici es- L
semus reconciliati sumus Deo per mortem
filij eius, multo magis reconciliati nunc in
sanguine eius salui erimus ab ira per ipsum.
Cum autē Deus irasci dicitur, non eius signi
ficatur

ficatur perturbatio qualis est in animo irascentis hominis: sed ex humanis motibus translato vocabulo, vindicta eius, q̃ non nisi iusta est, iræ nomen accepit. Qđ ergo per mediatorẽ reconciliamur Deo, & accipim⁹ spiritumsanctũ, vt ex inimicis efficiamur filij quotquot enim spiritu Dei aguntᵗ, hi filij sũt Dei: hęc est gratia dei per Iesum Christũ dominum nostrũ. De quo mediatore lōgũ est, vt quanta dignum est, tanta dicatur, quãuis ab homine dici digne non possint. Quis enim hoc solũ congruentibus explicet verbis, ꝙ verbũ caro factũ est & habitauit in nobis, vt crederemus in dei patris omnipotentis vnicũ filiũ natũ de spũsancto ex Maria virgine? Ita quippe verbum caro factũ est à diuinitate carne suscepta, nõ in carne suscepta, nõ in carnẽ diuinitate mutata. Carnem porrò hic hominẽ debemus accipere a parte totum significante locutione, sicut dictũ est. Qm̃ ex operibus legis nõ iustificabiᵗ oĩs caro. i. omnis hõ. Nã nihil naturæ humanæ in illa susceptione fas est dicere defuisse, sed naturæ ab omni peccati nexu omnimodo liberæ: non qualis de vtroq; sexu nasciᵗ ꝑ cõcupiscentiã carnis cum obligatione delicti, cuius reatus per regenerationẽ diluitur, sed qualẽ de virgine nasci oportebat, quẽ fides matris, non libido conceperat. Qđ si vel ꝑ nascentẽ corrũpereᵗ eius integritas, non iã ille de virgine nascereᵗ: eumq; falsa, quod absit, de virgine Maria natum tota cõfiteretur Ecclesia, quæ imitans eius matrẽ, quotidie parit membra eius, & virgo est. Lege, si placet, de virginitate sanctæ Marię meas literas missas ad illustrẽ, virũ quã cũ honore ac dilectione nomino, Volusianũ. Proinde Christus Iesus dei filius est, & Deus & hõ ẽ Deus añ oĩa secula, hõ in nostro seculo. De⁹ quia dei verbũ, Deus. n. erat verbũ. hõ autem quia in vnitatẽ ꝑsonæ accessit verbũ aĩa rationalis & caro. Quocirca inquantũ Deus ẽ, ipse & pater vnũ sunt: inquantũ autẽ homo, pater maior est illo: Cum enim esset vnicus Dei filius, nõ gratia sed natura, vt esset etiã plenus gratia, factus est & hoĩs filius: ideq; ipse vtrunq; ex vtroq; vnus Christus, quia cũ in forma dei eẽt, non rapinam arbitratus est, qđ natura erat. i. esse æqualis deo: Exinaniuit autem se formam serui accipiẽs nõ amittẽs vel minuẽs formã Dei. Ac ꝑ hoc & minor est factus, & mansit æqualis, vtrũq; vnus sicut dictũ est: sed aliud ꝑꝑ verbũ, aliud ꝑꝑ hominẽ. Propter. n. verbũ æqualis patri, ꝑꝑ hominẽ minor. Vnus Dei filius: ideq; hominis filius: vnus hoĩs filius, ideq; Dei filius: nõ duo filij dei, deus & hõ, sed vnus dei filius deus sine initio, hõ à certo initio, dñs noster Iesus Christus. Hic omnino granditer & euidẽter Dei gratia cõmendatur. Quid. n. natura humana in homine Christo meruit, vt in vnitatẽ personæ vnici filij Dei singulariter esset assumpta? Quę bona voluntas, cuius boni propositi studium, quę bona opera ꝓcessere quibus mereretur iste homo, vt vna fieret persona cũ deo? Nũquid antea fuit homo, & hoc ei singulariter beneficiũ præstitũ est, vt singulariter promereretur deũ? Nempe ex quo homo eẽ cępit, non aliud cępit esse q̃ dei filius: & hoc vnicus: & ꝑꝑ Deũ, verbũ qđ illo suscepto caro factũ est, vtiq; De⁹: vt quemadmodũ est vna ꝑsona quilibet hõ, anima scilicet rationalis & caro, ita sit Christus vna persona, verbũ & ho. Vnde naturæ humanæ tanta gloria nullis ꝓcedentib. meritis sine dubitatione gratuita: nisi qa magna hic & sola dei gratia fideliter & sobrie considerantibus euidenter ostendiᵗ: vt inteligant homines per eandẽ gratiã se iustificari à peccatis, per quam factũ est, vt hõ Christus nullũ habere posset peccatũ? Sic & eius matrẽ angel⁹ salutauit, qñ ei futurũ annũciauit hũc partũ. Aue, inqᵗ, grã plena. Et paulopost. Inuenisti, ait, grã apud deũ. Et hęc quidẽ gratia plena, & inuenisse gratiã apud Deum dr̃, vt dñi, immo dñi oĩum mater esset. De ipso aũt Ioãnes Euãgelista cũ dixisset, Et verbũ caro factũ est, & habitauit in nobis, & vidimus, inquit gloriã quasi vnigeniti à patre plenum gratiæ & veritatis. Quod ait, Verbũ caro factũ est: hoc est plenũ gratiæ. Quod ait, Gloriã vnigeniti à patre, hoc est plenũ veritatis. Veritas q̃ppe ipsa vnigenitus Dei filius, non gratia, sed natura. Gratia suscepit hominẽ tãta vnitate personæ, vt idẽ ipse etiam esset hominis filius. Idem nanque Iesus Christus filius dei vnigenitus, idest: vnicus dominus noster natus est de spiritusancto & Maria virgine. Et vtique spiritussanctus Dei donũ est, quod quidem & ipsum est æquale donãti. Et ideo Deus est etiã spũssanctus, patre filioque non minor. Et hoc ergo ꝙ de spiritu-

Quõ dicatur Deus irasci. — Rom. 8. — Christus mediator cap. 34. — Ioan. 1. — Matt. 1. — Ioan. 1. — Rom. 3. — Christus & Deus & homo. cap. 35. — Ioan. 1. — Ioan. 10. — Ioan. 14. — Phil. 2. — Gratia indicium Christi humanitatis. 3. sen. 6. c. 6. — Ioan. 1. — Luc. 1. — Ioan. 1. — Natiuitas Christi. c. 37. — Matt. 1.

M — A — B — C

ritu-

ritusancto est secundū hoiem natiuitas Christi, quid aliud quā ipsa gratia demonstratur? Cum.n.virgo quæsiuisset ab angelo, quō id fieret ꝙ ei nunciabat, qñquidem illa virum non cognosceret: respondit angelus, Spiritussanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi. Ideoq; & quod nascetur ex te sanctū, vocabitur filius Dei. Et Ioseph cū vellet eam dimittere suspicatus adulterā, quā sciebat non de se grauidā, tale respōsum ab angelo accepit. Noli timere accipere Mariam coniugē tuam: quod.n.in ea natum est, de spiritusancto est, i.quod tu esse de alio viro suspicaris de spiritusancto est. Nunquid tñ ideo dicturi sumus patrē hominis Christi esse spiritumsanctū, vt Deus pater verbū genuerit, spiritussanctus hominē ex qua vtraq; substantia Christus vnus esset, & Dei patris filius secundū verbum, & spiritussancti filius secundū hominem: ꝙ quasi eum spiritussanctus tanquā pater eius de matre virgine genuisset? Quis hoc dicere audebit? Nec opus est ostendere disputando quanta alia sequantur absurda, cū hoc ipsum iā ita sit absurdū, vt nullæ fideles aures id valeāt sustinere. Proinde sicut confitemur, dñs noster Iesus Christus qui de Deo Deus, homo aūt natus est de spiritusancto & Maria virgine, vtraque substantia diuina, atque humana, filius est vnicus Dei patris omnipotentis, de quo procedit spiritussanctus. Quō ergo dicimus Christum natū de spiritusancto, si non eū genuit spiritussanctus? An quia fecit eū? qm̄ dñs noster Iesus Christus inquātū Deus est, omnia per ipsum facta sunt: inquantū autem homo est, & ipse factus est, sicut Apostolus dicit, Factus est.n. ex semine Dauid secūdū carnē. Sed cum illam creaturā quam virgo concepit & peperit, quāuis ad solā personam filij pertinentem, tota Trinitas fecerit, neq;.n.separabilia sunt opera Trinitatis, cur in ea facienda solus spiritussanctus nominatus est? An & qñ vnus triū in aliquo opere nominatur, vniuersa operari Trinitas intelligitur? Ita vero est, & exēplis doceri potest. Sed non est in hoc diutius immorandū. Illud.n. mouet, quō dictū sit, Natus de spiritusancto, cum filius nullo modo sit spiritussancti. Neq;.n. qa mundū istum fecit Deus, dici eum fas est Dei filiū, aut eū natū de Deo, sed factū, vel creatū vel conditū, vel institutū ab illo, uel si qd

*Luce 1.* *Matt. 1.* *Christus quō cōceptus d spiritusācto* *Cap. 38. 3. sen. di. 4. ca. Sed non.* B D *3. sen. di. 6. c. et ne* *Ioan. 1. Rom. 1. 3. sen. di. 4. cap. 1. Ibidem. c. seq. Matt. 1.* C E

hmōi recte possumus dicere. Hunc ergo cū confiteamur natū de spiritusancto & Maria virgine, quō non sit filius spiritussancti & sit filius uirginis Mariæ, cū & de illo & illa sit natus, explicare difficile est. Proculdubio qꝑpe non sic de illo ut de patre: sic aut de illa ut de matre natus est. Non igitur cōcedendū quicquid de aliqua re nascitur, continuo eiusdē rei filiū nuncupandū. Vt.n.omittā alia aliter de homine nasci filiū, aliter capillū, pediculū, vel lumbricū, quorū nihil est filius. Vt ergo hæc omittā, qm̄ tantæ rei deformiter cōparant, certe qui nascuntur ex aqua & spiritusancto non aquæ filios eos rite dixerit quispiā, sed planè dicuntur filij Dei patris & matris Ecclesiæ. Sic ergo de spiritusancto natus est filius Dei patris non spiritussancti. Nā & illud ꝙ de capillo & de cęteris diximus, ad hoc tm̄ ualet, ut admoneamur, non oē ꝙ de aliquo nascitur, ēt filiū eius de quo nascit posse dici. Sicut non oēs qui dicuntur alicuius filij, consequens est ut de illo ēt nati esse dicantur, sicut sunt qui adoptantur. Dicūtur ēt filij gehennæ, non ex illa nati, sed in illam ꝓparati, sicut filij regni qui præparantur in regnū. Cum itaq; de aliquo nascatur aliquid etiā non eo modo ut sit filius, nec rursus oīs qui dr̄ filius, de illo sit natus cuius dr̄ filius, profecto modus iste quo natus est Christus de spiritusancto non sicut filius, & de Maria uirgine sicut filius, insinuat nobis gratiā Dei qua homo nullis ꝓcedentib. meritis, in ipso exordio naturæ suæ quo esset cępit, uerbo Dei copularetur in tantā personæ unitatē, ut idē ipse esset filius Dei qui filius hoīs, & filius hoīs qui filius Dei: ac sic in naturæ humanæ susceptione fieret quodammodo ipsa gratia illi homini naturalis, q̄ nullū peccatū posit admittere. Quæ gratia ꝓpea per spiritumsanctū fuerat significanda, quia ipse proprie sic est Deus, ut dicatur ēt Dei donū. Vnde sufficienter loqui per lōgum esset: si tñ id fieri pōt, ualde prolixę disputationis est. Nulla igitur uoluptate carnalis concupiscentiæ seminatus siue conceptus est, & ideo nullum pctm̄ originaliter trahens, Dei quoq; gratia uerbo patris unigenito, non gratia filio, sed natura, in unitate personæ modo mirabili & ineffabili adiunctus atq; concretus, & ideo nullum peccatum & ipse committens, tñ ꝑꝑ similitudinē carnis peccati, in qua uenerat, dictus

*Vox nasci, varie accipitur.* *Cap. 39. 3. sen. di. 4. ca. sed non est.* F *Vbi supra Christū natū esse de spiritusācto quid significet.* *cap. 40.* G *Christus peccatum factus.* *cap. 41.*

dictus est & ipse pctm̃, sacrificandus ad di-
*Osee 4.* luenda peccata. In veteri quippe lege pecca
ta vocabantur sacrificia pro peccatis. Quod
vere iste factus est cuius erãt vmbrę illa. Hinc
*2.Cor.5.* Apostolus cũ dixisset, Obsecramus pro Chri
sto recõciliari Deo: continuo subiunxit atq;
ait, Eũ qui non nouerat pctm̃, pro nobis pec
catum fecit, vt nos simus iustitia Dei in ipso.
H Non ait, vt in quibusdã mendosis codicib. le
gitur, Is qui nõ nouerat pctm̃, pro nobis pec
catũ fecit, tãquã pro nobis Christus ipse pec
cauerit: sed ait, Eũ qui non nouerat pctm̃, i.
Christũ, pro nobis pctm̃ fecit Deus, cui recõ
ciliandi sumus: hoc est sacrificiũ pro pecca-
tis, per ꝙ reconciliari valeremus. Ipse ergo
pctm̃ vt nos iustitia: nec nr̃a, sed Dei simus:
nec in nobis, sed in ipso. sicut ipse pctm̃ non
suũ, sed nostrũ: nec in se, sed in nobis consti-
tutũ, similitudine carnis peccati, in qua cruci
fixus est, demonstrauit: vt qm̃ peccatũ ei non
inerat, ita quodã modo pctõ moreretur dũ
moritur carne, in qua erat similitudo pecca
ti: & cũ secundũ vetustatẽ peccati nunquam
ipse vixisset, nostram ex morte veteri, qua in
peccato mortui fueramus, reuiuiscentẽ vitã
*Baptisma* nouę sua resurrectione signaret. Ipsum est ꝙ
*cap. 42.* in nobis celebratur, magnũ baptismatis sa-
crm̃, vt quicunq; ad istã pertinent gratiam,
I moriantur peccato, sicut ipse peccato mor-
tuus dr̃: quia mortuus est carni, hoc est pec-
*Baptis-* cati similitudini: & viuant de lauacro renascẽ
*mus īfan* do, sicut ipse de sepulchro resurgẽdo, quãli-
*tum & se* bet corporis ætatẽ gerant. A paruulo.n. recẽs
*nũ.c.43.* nato vsq; ad decrepitũ senẽ, sicut nullus pro
*De conse.* hibendus est à baptismo, ita nullus est qui nõ
*di.4.cap.* peccato moriatur in baptismo: sed paruuli
*paruulo.* tm̃ originali, maiores aũt ẽtijs omnib. moriũ
*4.sen.di.* tur peccatis, quęcunq; male viuendo addide
*4, cap.1.* runt ad illud, ꝙ nascendo traxerunt. Sed ideo
*Figura* ẽt ipsi peccato mori plerunq; dicunt, cum
*ἑτέρωσις* proculdubio nõ vni, sed multis peccatis om
*qua nu-* nibusq; moriantur, quęcunq; iã propria cõ-
*merus ac* miserunt, vel cogitatione, vel locutione, vel
*cipitur ꝑ* opere: quia ẽt per singularẽ numerũ pluralis
*numero.* numerus significari solet, sicut ait ille: Vterũ-
*cap. 44.* que armato milite cõplent: quãuis hoc mul-
*Aenei.2.* tis militib. fecerint. Et in nostris literis legit̃,
*Num.2.* Ora ergo ad dñm, vt auferat à nobis serpẽtẽ.
*2.sen. di.* Non ait serpentes: quos patiebat̃ populus vt
*33.ca.&* hoc diceret, & innumerabilia talia. Cũ vero
*quod, &* & illud originale vnũ plurali numero signi-
*c. alioqn.*
ficatur, qñ dicimus in peccatorũ remissionẽ
baptizari paruulos, nec dicimus in remissio *Matt.*
nẽ peccati: illa est contraria locutio, qua per *Exo. 3*
pluralẽ locutionẽ significatur numerus sin-
gularis. Sicut de Herode mortuo in Euange
lio dictũ est: Mortui sunt.n. qui qrebant ani-
mã pueri. Non dictum est, mortuus est. Et in
Exodo, Fecerunt, inquit, sibi Deos aureos: cũ
vnũ vitulũ fecerint tm̃, de quo dixerunt: Hi
sunt dij tui Israel, qui eduxerunt te de terra K
Aegypti. Et hic ponentes pluralẽ pro singula
ri. Quãuis & illo pctõ vno, ꝙ per vnũ homi *Vno pec-*
nẽ intrauit in mundũ, & in oẽs hoĩes pertrã- *cato cõp-*
sijt, ꝑꝑ ꝙ ẽt paruuli baptizantur, possint in- *hẽdi plu-*
telligi plura peccata, si vnũ ipsum in sua qua *ra. c.45.*
si mẽbra diuidatur singula. nã & superbia est *Rom.5.*
illic, quã hõ in sua potius esse, quã in Dei ptã *2.sen. d.*
te dilexit. Et sacrilegiũ, quia Deo non credi- *33. cap.*
dit, & homicidiũ, quia semetipsum ꝑcipita- *qd vero.*
uit in mortẽ, & fornicatio spiritalis, quia in- *Genes.3.*
tegritas mentis humanæ serpentina suasione
corrupta est. & furtũ, quia cibus prohibitus
vsurpans est. & auaritia, quia plusquã illi suf-
ficere debuit appetiuit, & si qd aliud in hoc
vno admisso diligenti cõsideratione inueni-
ri põt. Parentũ quoq; peccatis paruulos obli *Peccatis*
gari, non solũ primorũ hominũ, sed ẽt suo- *parẽtum*
rũ, de quib. ipsi nati sunt, nõ improbabiliter *obligari*
dr̃ illa quippe diuina sñia, Reddã peccata pa *filios.*
trũ in filios: tenet eos vti antequã per regene *cap. 45.*
rationẽ ad testm̃ nouum incipiant pertinere. *Exod.20.*
Quod testm̃ prophetabatur cũ diceretur per *Ezec.18.*
Ezechielẽ, non accepturos filios peccata pa- *Hie. 31.*
trũ suorũ, nec vlterius futurã in Israel para-
bolam illã, Patres manducauerunt vuã acer-
bam, & dentes filiorum obstupuerunt. Ideo
enim quisq; renascitur, vt soluatur in eo qc-
quid peccati est cum quo nascit̃. Nam pecca L
ta quæ male agendo postea cõmittũtur, pos-
sunt & pęnitendo sanari, sicut etiam post ba-
ptismũ fieri videmus. Ac per hoc nõ ob aliud
est instituta regeneratio, nisi quia vitiosa est
generatio, vsqueadeo, vt etiam de legitimo *Psal.50.*
matrimonio procreatus dicat, In iniquitati-
bus conceptus sum & in peccatis mater mea
me in vtero aluit. Neq; hic dixit, In iniquita- *Rom.5.*
te vel pctõ, cum & hoc recte dici posset: sed
iniquitates & peccata dicere maluit. Quia &
in illo vno ꝙ in oẽs hoĩes pertransijt, atque
tã magnum est, vt in eo mutaretur & cõuer-
teretur in necessitatem mortis humana na-
tura,

tura, ſicut ſupra diſſerui, reperiuntur plura pctã, & alia patentũ, qui etſi nõ ita poſſunt mutare naturã, reatu tñ obligant filios, niſi gratuita gr̃a & miſericordia diuina ſubueniat, Sed de peccatis aliorũ parentũ, quib, ab ipſo Adã vſq; ad patrẽ ſuũ, ꝓgeneratoribus ſuis quiſq; ſuccedit, nõ immerito diſceptari põt. vtrũ omniũ malis actibus & multiplicatis delictis originalibus, qui naſcitur implicetur, vt tanto peius quanto poſterius quiſq; naſcatur. An ꝓpterea Deus in tertiã & quartã generationẽ de peccatis parentũ eorũ poſteris cõminet̃ quia irã ſuã quantũ ad progeneratorum ſuorũ culpas non extendit vlt erius moderatione miſerationis ſuæ: ne illi q bus regenerationis gratia non confertur, nimia ſarcina in ipſa ſua æterna dãnatione premerentur, ſi cogerẽtur ab initio generis humani omniũ præcedentiũ parentũ ſuorũ originaliter peccata contrahere, & pęnas ꝓ eis debitas pendere. An aliud aliquid de re tanta in ſcripturis ſanctis diligentius perſcrutatis atq; tractatis, valeat vel nõ valeat reperiri, temere nõ audeo affirmare. Illud tamen vnum peccatũ, quod tã magnũ in loco & habitu tã tę infelicitatis admiſſum eſt, vt in vno homine originaliter atq;, vt ita dixerim, radicaliter totũ genus humanũ damnaretur, nõ ſoluitur ac diluitur niſi per vnũ mediatorem Dei & hominũ hominẽ Chriſtũ Ieſum, qui ſolus potuit ita naſci vt ei opus no eſſet renaſci. Non enim renaſcebantur, qui baptiſmate Ioãnis baptizabantur, à quo & ipſe baptizatus eſt, ſed quodã pręcurſorio illius miniſterio qui dicebat, Parate viã dño: huic vni in quo ſolo renaſci poterant parabantur. Huius enim baptiſmus eſt non in aqua tantum, ſicut fuit Ioãnis, verumetiam in ſpiritu ſancto. vt de illo ſpiritu regeneretur quiſquis in Chriſtũ credit, de quo Chriſtus regeneratus regeneratione nõ eguit. Vñ vox illa patris q̃ ſuper baptizatũ facta eſt: Ego hodie genui te non vnũ illum temporis diẽ quo baptizatus eſt, ſed immutabilis æternitatis oſtendit, vt illum hominẽ ad vnigeniti perſonam pertinere mõſtraret. Vbi enim dies nec heſterni fine inchoatur, nec initio craſtini terminatur, ſemper hodiernus eſt. In aqua ergo voluit baptizari à Ioanne, non vt eius iniquitas vlla dilueretur, ſed vt magna commẽdaretur humilitas. Ita qppe nihil in eo baptiſmus quod ablueret, ſicut mors nihil ꝙ puniret, inuenit vt diabolus veritate iuſtitiæ, non violentia poteſtatis oppreſſus & victus. quoniam ipſum ſine vllo peccati merito iniquiſſime occiderat, ꝑ ipſum iuſtiſſime amitteret quos peccati merito detinebat. Vtrunq; igit̃ ab illo, i. & baptiſmus & mors certe diſpẽſationis cauſa, nõ miſerãda neceſſitate, ſed miſerante potius volũtate ſuſceptũ eſt: vt vnus pctm̃ tolleret mundi, ſicut vnus peccatũ miſit in mundum hoc eſt, in vniuerſum genus humanũ. Niſi qđ ille vnus vnũ peccatũ miſit in mundũ, iſte vero vnus nõ ſolũ vnũ illud, ſed cũcta ſimul abſtulit quæ addita inuenit. Vnde dicit Apoſtolus, Non ſicut per vnum peccãtẽ, ita eſt & donũ. Nam iudicium quidẽ ex vno in cõdẽnationẽ: gratia autẽ ex multis delictis in iuſtificationẽ. Quia vtiq; illud unũ quod originaliter trahitur, etiam ſi ſolum ſit obnoxios damnationi facit, gratia uero ex multis delictis iuſtificat hominẽ, qui pręter illud unum quod cõmuniter cum omnibus originaliter traxit, ſua quoq; propria multa cõmiſit. Verũtamen quod paulo poſt dicit, Sicut per unius delictũ in omnes homines ad condemnationem, ita & per unius iuſtitiã in omnes hoĩes ad iuſtificatiõnẽ uitæ: ſatis indicat ex Adam neminẽ natũ, niſi damnatione detineri, & neminem niſi in Chriſto renatum a damnatione liberari. De qua per unum hominem pęna, & per unum hominem gratia cum locutus fuiſſet, quantũ illi epiſtolæ ſuæ loco ſufficere iudicauit, deinde ſacri baptiſmatis in cruce Chriſti grande myſteriũ cõmẽdauit: eo modo, ut intelligamus nihil aliud eſſe in Chriſto baptiſmũ, niſi mortis Chriſti ſimilitudinẽ: nihil autem aliud mortẽ Chriſti crucifixi, niſi remiſſionis peccati ſimilitudinẽ: ut quemadmodũ in illo uera mors facta eſt: ſic in nobis uera remiſſio peccatorũ: & queãdmodũ in illo uera reſurrectio, ita in nobis uera iuſtificatio. Ait enim. Quid ergo dicemus? permanebimus in peccato, ut gr̃a abũdet? Dixerat enim ſuperius, Vbi .n. abundauit pctm̃, ibi ſuperabũdauit gratia. Et ideo quæſtionẽ ſibiipſi ꝓpoſuit, utrũ ꝓp abundantiã gratiæ conſequẽdam in pctõ ſit permanendũ. Sed reſpondit. Abſit. Atque ſubiecit. Si mortui ſumus pctõ quomõ uiuemus in illo? Deinde ut oſtenderet nos mortuos eſſe pctõ, An ignoratis inquit,

*M. Quouſq; maiorum pctã propagentur nõ temere definiẽdũ. c. 47. Exo. 20. 1. ſen. di. 33. ca. de hoc.*

*Abolitio originalis peccati c. 48. 2. ſen. di. 33. c. hic qri ſolet. 1. Ti. 2.*

*Chriſtus baptizatus à Ioãne. c. 49. De conſe. diſ. 1. ca. nõ regenerabãt. Matt. 3. Ibidem. A*

*B. Gratia aboleri oĩa peccata. c. 50. Rom. 5.*

*Renati in Xp̃o liberamur. cap. 51. Rom. 5.*

*Baptiſmi myſteriũ cap. 52.*

*C. Rom. 6. Rom. 5.*

quit, qm̄ quicũq; baptizati ſumus in Chri-
ſto Ieſu, in morte ipſius baptizati ſumus? Si
ergo hinc oſtẽdimur mortui eſſe peccato q.a
in morte Chriſti baptizati ſumus, profecto
D & paruuli qui baptizantur in Chriſto, Pecca
to moriuntur, quia in morte ipſius baptizã
*Rom. 6.* tur. Nullo.n.excepto dictũ eſt, Quicunq; e-
nim baptizati ſumus in Chriſto Ieſu, in mor
te ipſius baptizati ſumus. Et ideo dictũ eſt, vt
probaretur mortuos nos eſſe peccato. Cui
aũt peccato paruuli renaſcendo moriuntur,
niſi quod naſcendo traxerunt? Ac per hoc
etiã ad ipſos pertinet quod ſequit̃, dicens.
Conſepulti.n.ſumus illi per baptiſmũ ĩ mor
tẽ, vt quẽadmodũ ſurrexit Chriſtus à mor-
tuis ꝑ gloriã patris, ita & nos in nouitate vi-
tæ ambulemus. Si.n.cõplatati facti ſumus ſi-
militudini mortis eius, ſimul & reſurrectio
nis erimus, hoc ſcientes, quia vetus hõ no-
ſter ſimul crucifixus eſt, vt euacuetur corp⁹
peccati, vt vltra nõ ſeruiam⁹ peccato: Qui.n.
mortuus eſt, iuſtificatus eſt à peccato. Si aũt
mortui ſumus cũ Chriſto, credimus quia ſi-
mul etiam viuemus cũ illo, ſcientes q.a Chri
ſtus, reſurgẽs a mortuis, iã nõ morit̃, & mors
illi vltra nõ dominabitur. Quod enim mor-
tuus eſt peccato mortuus eſt ſemel: quod aũt
E viuit, viuit Deo. Ita & vos exiſtimate vos
mortuos qdẽ eſſe peccato, viuere aũt Deo
in Chriſto Ieſu. Hinc.n.probare cœperat nõ
eſſe nobis permanendũ in peccato, vt gratia
abũdaret, & dixerat. Si mortui ſumus pecca-
to quõ viuemus in eo? Atq; vt oſtẽderet mor
tuos nos eſſe peccato, ſubiecit. An ignoratis
qm̄ quicunq; baptizati ſumus in Chriſto Ie-
ſu, ĩ morte illius baptizati ſum⁹? Sic itaq; totũ
locũ iſtũ concluſit, vt cœpit. Mortẽ quippe
Chriſti ſic inſinuauit vt etiã ipſum mortuũ
*De conſ.* diceret eſſe peccato. Cui peccato, niſi carnis
*di.4.cap.* in qua erat nõ peccatũ, ſed ſimilitudo pec-
*vt oſten* cati, & ideo nomine appellat peccati? Bapti-
*deret.* zatis itaq; in morte Chriſti, in qua non ſolũ
*Rom. 6.* maiores, verũetiã paruuli baptizant̃, ait: Sic
*crux, ſe-* uos.i.quẽadmodũ Chriſtus, ſic & vos exiſti
*pultura,* mate vos mortuos eſſe peccato, viuere autẽ
*reſurre-* Deo in Chriſto Ieſu. Quicquid igitur ge-
*ctio, aſcẽ* ſtum eſt in cruce Chriſti, in ſepultura, in re-
*ſio, quõ* ſurrectione tertio die, in aſcenſione in cœ-
*ad nos ꝑ-* lum, & in ſede ad dexteram patris: ita geſtũ
*tineant.* eſt, vt his rebus non myſtice tantum dictis,
*Cap. 53.* ſed etiã geſtis configuraretur vita Chriſtia-
na quæ hic geritur. Nã propter eius crucem
dictum eſt, Qui aũt Ieſu Chriſti ſunt, carnẽ
crucifixerunt cũ vitijs & cõcupiſcentijs. Pro
pter ſepulturã. Cõſepulti.n. ſumus cũ Chri- F
ſto per baptiſmũ in mortẽ. Propter reſurre- *Gal. 5.*
ctionẽ, Vt quẽadmodũ Chriſtus reſurrexit *Rom. 6*
a mortuis ꝑ gloriã patris, ita & nos in noui
tate vitæ ambulemus. Propter aſcenſionẽ ve
ro in cęlũ, ſedemq; ad dexterã patris. Si autẽ *Col. 3.*
reſurrexiſtis cum Chriſto quę ſurſum ſunt
quærite: vbi Chriſtus ad dexteram Dei ſe-
dẽs. Quæ ſurſum ſunt ſapite non quæ ſuper
terram. Mortui enim eſtis, & vita veſtra ab-
ſcõdita eſt cũ Chriſto in Deo. Iam vero qđ *Iudicii*
de Chriſto cõfitetur futurum, qm̄ de cęlo *Cap. 54*
venturus eſt viuos iudicaturus, & mortuos, *2. Ti.*
non pertinet ad vitã noſtrã quæ hic geritur,
quia nec in rebus geſtis eius eſt, ſed in fine ſe
culi gerendis. Ad hoc pertinet qđ Apoſto- *Col.*
lus ſecutus adiũxit, Cũ Chriſt⁹ apparuerit vi *Iudic.*
ta veſtra, tunc & vos apparebitis cum illo in *viui*
gloria. Duobus autem modis accipi poteſt, *morti*
quod viuos & mortuos iudicabit: ſiue vt vi- *cap. 5*
uos intelligamus, quos hic nondũ mortuos, *4. ſen.*
ſed adhuc in iſta carne viuẽtes inuẽturus eſt *43*
eius aduẽtus. Mortuos autẽ qui de corpore *autem*
priuſquã veniat exiere vel exituri ſunt. Siue
viuos iuſtos, mortuos autẽ iniuſtos qm̄ iuſti G
quoq; iudicabũtur. Aliquando enim iudiciũ
Dei ponitur in malo Vnde illud eſt, Qui aũt *Ioan. 5*
male egerunt, in reſurrectionẽ iudicij. Ali-
quando & in bono, ſecundũ quod dictũ eſt:
Deus in nomine tuo ſaluum me fac, & in vir *Pſal. 53*
tute tua iudica me. Per iudiciũ quippe Dei *Mat. 25*
fit ipſa bonorũ malorũq; diſcretio, vt libe-
randi a malo, nõ perdendi cũ malis boni ad
dexterã ſegregẽtur. Propter quod ille clama *Pſal. 42*
bat, Iudica me Deus: Et qđ dixerat velut ex-
ponens, diſcerne, inquit, cauſam meã de gen
te non ſancta. Cum aũt de Ieſu Chriſto filio *Spiritus*
Dei vnico dño noſtro, quod ad breuitatẽ cõ *ſanctus*
feſsionis pertinet dixerimus, adiungimus ſic
credere nos & in ſpiritum ſanctũ, vt illa Tri-
nitas cõpleatur quę Deus eſt. Deinde ſancta
cõmemoratur Eccleſia. Vnde datur intelligi *Gal. 4*
rationalem creaturam ad Hieruſalem liberã
pertinentem, poſt commemorationem crea
toris, ideſt, ſummæ illius Trinitatis fuiſſe ſub
dẽdã. Qm̄ quicquid de homine Chriſto di-
ctum eſt, ad vnitatẽ perſonę vnigeniti per-
tinet. Rectus itaque confeſsionis ordo po-
ſcebat,

ſcebat, vt trinitati ſubiungeretur Eccleſia, tã-
H quã habitatori domus ſua & Deo templum
*Eccleſia.* ſuũ, & conditori ciuitas ſua. Quæ tota hic
*Pſal. 95.* accipienda eſt, non ſolum ex parte qua pe-
regrinatur in terris a ſolis ortu vſq; ad oc-
caſum laudans nomen dñi, & poſt vetuſtatis
captiuitatẽ cantans canticum nouum: verũ-
etiã ex illa quæ in cęlis ſemper ex quo con-
dita eſt cohæſit Deo, nec vllũ ſui caſus ma-
lum experta eſt. Hęc in ſanctis angelis beata
perſiſtit, & ſuæ parti peregrinãti ſicut opor-
ter opitulatur: quia vtraq; vna erit conſortio
æternitatis, & nũc vna eſt vinculo charitatis
quæ tota inſtituta eſt ad colendũ vnũ Deum.
Vnde nec tota, nec vlla pars eius vult ſe coli
pro Deo, nec cuiquã eſſe Deus pertinẽti ad
tẽplũ Dei, quod ædificatur ex dijs quos fa-
cit nõ factus Deus. Ac per hoc ſpũs ſanctus
ſi creatura non creator eſſet, profecto crea-
tura rationalis eſſet. Ipſe enim ſumma crea-
tura, & ideo in regula fidei non poneretur
ante Eccleſiam quia & ipſe ad Eccleſiã per-
tineret in illa eius parte q̃ in cęlis eſt. Nec ha
beret tẽplũ, ſed etiã ipſe tẽplũ eſſet. Templũ
*1. Cor. 6.* aũt habet de quo dicit Apoſtolus. Neſcitis
I quia corpora veſtra tẽplũ ſunt ſpiritusſancti
*1. cor. 6.* qui in vobis eſt, quẽ habetis à Deo? De quib.
alio loco dicit. Neſcitis quia corpora veſtra
mẽbra Chriſti ſunt? Quomodo ergo Deus
nõ eſt qui tẽplũ hẽt: Aut min⁹ Chriſto eſt cu
ius membra tẽplũ habet? Neq;.n. aliud tem-
plũ eius, & aliud tẽplũ Dei eſt cum idẽ dicat
*1. Cor. 3.* Apoſtolus. Neſcitis, q̃a tẽplũ Dei eſtis. Quod
vt probaret, adiecit, Et ſpiritus Dei habitat
in vobis. Deus ergo habitat in tẽplo ſuo: nõ
*Coloſ. 1.* ſolũ ſpũſſanctus, ſed ẽt pater & filius qui ẽt
de corpore ſuo, ꝑ quod factus eſt caput. Ec-
cleſię, quę in hominib. eſt, vt ſit ipſe in omni
bus primatũ tenens ait, Soluite templũ hoc
& in triduo ſuſcitabo illud. Templum ergo
*Stabilitas angelorũ cap. 57.* Dei hoc eſt totius ſummæ illius trinitatis,
ſancta eſt Eccleſia, ſcilicet vniuerſa in cęlo
& in terra. Sed de illa quæ in cęlis eſt affir-
*2. Pet. 2.* mare q̃d poſſumus, niſi quod nullis in ea ma
*Vocabula angelorũ cap. 58.* lus eſt, nec quiſquã deinceps de illa cecidit
aut caſurus eſt, ex quo Deus angelis peccãti
*Heb. 1.* bus non pepercit ſicut ſcribit Apoſtolus Pe
trus, ſed carcerib. caliginis inferni retrudens
tradidit in iudicio puniẽdos reſeruari. Qũo
autẽ ſe haberet beatiſsima illa & ſuperna ſo
cietas, quę ibi ſint differentię perſonarũ, vt
cum oẽs tanquã generali nomine angeli nũ K
cupentur, ſicut in epiſtola ad Hebræos legi-
mus: Cui enim Angelorũ Deus dixit aliq̃n. Se
de a dextris meis? hoc quippe mõ ſignifica-
uit omnes vniuerſaliter angelos dici: ſint tñ
& illic archangeli: & vtrum ijdem archan-
geli nominẽtur virtutes, atq; ita dictũ ſit Lau
date eum oẽs angeli eius, laudate eum oẽs
virtutes eius: ac ſi diceretur, laudate eũ om-
nes Angeli eius, laudate eũ omnes archange *Pſ. 148.*
li, & quid inter ſe diſtent quatuor illa voca-
bula quibus vniuerſam ipſam cęleſtem ſocie
tatem videtur Apoſtolus eſſe complexus di- *Col. 1.*
cendo, Siue ſedes, ſiue dñationes, ſiue prin-
cipatus, ſiue ptãtes, dicant qui pñt, ſi tñ pñt
probare ꝙ dicũt, ego me iſta ignorare confi
teor. Sed nec illud quidẽ certũ habeo vtrum
ad eandẽ ſocietatẽ pertineant, ſol & luna &
cũcta ſydera, q̃uis nõnullis lucida corpora
eſſe, nõ cũ ſenſu vel intelligentia videantur.
Itemq; angeli, quis explicet cũ qualibus cor
poribus apparuerint hominibus. vt non ſolũ
cernerẽtur, verum etiã tangerentur, & rurſus *Corpora angelorũ cap. 59.*
nõ ſolida corpulentia, ſed ſpirituali potẽtia
quaſdã viſiones, non oculis corporeis, ſed
ſpiritalibus vel mentibus ingerant, vel dicãt L
aliquid non ad aurem forinſecus, ſed intus
in animo hoīs, etiam ibidem ipſi cõſtituti: ſi
cut ſcriptũ eſt in Prophetarũ libro, Et dixit *Zach. 2.*
mihi Angelus qui loquebatur in me, non e-
nim ait, qui loquebatur ad me, ſed in me,
Vel appareant & in ſomnis, & colloquantur
more ſomniorũ? Habemus quippe in Euan- *Matt. 1.*
gelio, Ecce Angelus dñi apparuit illi in ſom
nis dicens. His.n. modis velut indicant ſe an-
geli contrectabilia corpora non habere. Fa-
ciũtq; difficillimã quęſtionẽ quomodo pa
tres eis pedes lauerint, quomodo Iacob cũ
Angelo tã ſolida contrectatione luctatus ſit. *Gen. 18. 19. et 32.*
Cum iſta quæruntur, & ea ſicut poteſt quiſq;
coniectat, non inutiliter exercentur ingenia
ſi adhibeatur diſceptatio moderata, & abſit
error opinãtiũ ſe ſcire quod neſciunt. Quid
enim opus eſt vt hæc atq; huiuſmodi affir-
mentur vel negentur, vel definiantur cũ diſ-
crimine, q̃n ſine diſcrimine neſciuntur? Ma *Artes ſatanæ vitandæ. cap. 60.*
gis opus eſt diiudicare atq; dignoſcere, cũ
ſe ſatanas transfiguret velut Angelũ lucis, ne
fallendo ad aliqua pernicioſa ſeducat. Nam M
quando ſenſus corporis fallit, mentem vero
non mouet a uera rectaque ſententia, quã

quisq; vitam fidelẽ gerit, nullum est in reli-
2.Co.11. gione periculum, Vel cum se bonũ fingens ea facit siue dicit, quæ bonis Angelis congruant, etiam si credatur bonus, non est error Christianę fidei periculosus, aut morsibus. Cũ vero per hæc aliena ad sua incipit ducere, tunc eũ dignoscere, nec ire post eũ, magna & necessaria vigilãtia est. Sed quõ vnusquisq; hoĩum idoneus est omnes mortiferos eius dolos euadere, nisi regat atque tueatur Deus? Et ipsa huius rei difficultas ad hoc est vtilis ne sit spes sibi quisq; aut homo alter alteri, sed Deus suis oĩbus. Id.n. nobis potius expedire prorsus piorũ ambigit nemo. Hæc ergo quæ in sanctis angelis & virtutib. Dei ẽ

Ecclesia angelorũ & nostra. Cap.61.

Ecclesia, tunc nobis sicuti est innotescet cũ ei coniuncti fuerimus in finẽ, ad simul habẽdam beatitudinẽ sempiternã. Ista vero quæ ab illa peregrinatur in terris, eo nobis notior est quod in illa sumus, & quia hominũ est, quod & nos sumus. Hæc sanguine mediatoris nullũ habentis peccatum, ab omni redẽpta est peccato, eiusq; vox est, Si Deus ꝓ no-
Rom.8. A bis quis cõtra nos? Qui filio proprio suo nõ pepercit, sed pro nobis oĩb. tradidit illum. Nõ.n. ꝓ angelis mortuus est Xp̃s. Sed ideo ẽt pro angelis fit q̃cquid hoĩm per eius mortẽ redimitur & liberat à malo, qm̃ cũ eis quodãmõ redit in gratiã post inimicitias quas inter hoĩes & sanctos angelos peccata fecerũt & ex ipsa hominũ redẽptione ruinæ illi⁹ angelicę detrimenta reparantur. Et vtiq; nouerunt sancti angeli docti à Deo, cui⁹ veritatis æterna cõtemplatione beati sunt, quãti sunt, quanti numeri supplemẽtũ de genere humano integritas illi⁹ ciuitatis expectet.

Christus instaurat omnia. Cap.62.

Propter q̃d ait Apostolus, instaurari oĩa in Christo quæ in cęlis sunt & quæ in terris. In ipso q̃ppe instaurãtur quæ in cęlis sunt, cũ id q̃ inde in angelis lapsum est ex hominib. redditur. Instaurantur autẽ quę in terris sunt, cum ipsi homines qui prædestinati sunt ad æternam vitam à corruptionis vetustate renouant. Ac sic per illud singulare sacrificiũ, in quo mediator est immolatus, quod vnũ multæ in lege victimæ figurabant, pacificantur cęlestia cũ terrestribus, & terrestria cum cęlestibus.
B Qm̃ sicut idẽ Apostolus dicit, In ipso com-
Col.1. placuit omnem plenitudinem diuinitatis inhabitare, & per eũ recõciliari oĩa in ipsum, pacificans per sanguinem crucis eius, siue q̃ in cęlis sunt, siue quę in terris. Pax ista præcellit, sicut scriptũ est, omnẽ intellectũ, neq; Phil.4. sciri à nobis nisi cum ad eã venerimus põt. Qũo.n. pacificantur cęlestia nisi in nobis, idest, concordando nobiscũ? Nã ibi semper est pax, & inter se vniuersis intellectualibus creaturis, & cũ suo creatore. Quæ pax præcellit, vt dictũ est omnẽ intellectũ, sed vtiq; nostrũ, nõ eorũ qui semper vident faciẽ patris. Nos aũt quãtuscũq; sit in nobis intellectus humanus, ex parte scimus & vidimus, 1.Cor.13. nũc per speculũ in ænigmate. Cum vero æquales angelis Dei fuerimus, tunc queadmodũ & ipsi videbimus facie ad faciẽ: tantãq; pacẽ habebimus erga eos, quantã & ipsi erga nos quia tantũ eos dilecturi sumus, quantũ ab eis diligimur. Itaq; pax eorũ nota nobis erit, q̃a & nostra talis ac tãta erit, nec ꝓcellet tũc intellectũ nostrũ. Dei verò pax q̃ illic est erga eos, & nostrũ & illorũ intellectũ sine dubitatione præcellet. C De ipso quippe btã est rationalis creatura quæcunq; beata est, nõ ipse de illa. Vnde secundũ hoc melius accipitur q̃d scriptũ est, Pax Dei quæ ꝓcellit oẽm intellectũ, vt in eo q̃d dicit, oẽm, nec ipse intellectus sanctorũ angelorũ esse possit exẽptus, sed Dei solius. Neq;.n. & ipsius intellectũ pax eius excellit. Concordant aũt angeli nobiscũ etiã nũc cũ remittuntur nostra p̃ctã. Ideo post cõmemorationẽ sanctæ Ecclesiæ ĩ ordine cõfessionis ponit, remissio peccatorũ. Per hanc enim stat Ecclesia quę in terris est, per hãc nõ perit q̃d perierat & incertũ est. Excepto quippe baptismatis munere, quod cõtra originale peccatũ donatum est, vt quod generatione attractum est, regeneratione detrahat, & tñ actiua quoq; peccata quęcunq; corde, ore, opere commissa inuenerit, tollit. Hac ergo excepta magna indulgẽtia, vnde incipit hominis renouatio, in qua soluitur omnis reatus & ingeneratus & additus, ipsa etiam vita cętera iã ratione vtentis ætatis, quantalibet præpolleat fęcunditate iustitię, sine remissione peccatorũ non agitur, quoniã filij Dei quandiu mortaliter viuunt, cum morte cõfligũt. Et quanuis de illis sit veraciter dictũ, Quotquot spiritu Dei aguntur, hi filij sunt Dei: sic tñ spiritu Dei excitant & tanquam filij Dei proficiunt ad Deum, vt ẽt spũ suo, maxime aggrauante corruptibili corpore tanquam

Pax q̃ quã cęlestia [...] Cap.63.

22. de ciuita. Dei cap. [...]

Pax dei Phil.4.

Remissio peccatorum. Cap.64.

Luc.11.

Rom.8. D

Sapi.

*Crimen peccatũ. Cap. 22.*

filij hominum quibusdã motib. humanis deficiant ad seipsos, & ideo peccẽt. Interest q̃dem quantũ satis dr̃, neque.n. quia peccatũ est omne crimen, ideo crimen est ẽt omne peccatũ. Itaque sanctorũ hominũ vitam, quã diu in hac morte viuitur, inueniri posse dicimus sine crimine: pctm̃ autem si dixerimus, quia non habemus, vt ait sanctus Apostolus, nosmetipsos seducimus & veritas in nobis nõ est. Sed neq; de ipsis criminib. quamlibet magnis remittendis in sancta Ecclesia, Dei desperanda est misericordia agentib. pniam secundũ modum sui cuiusq; peccati. In actione aũt pniæ, vbi tale crimen cõmissum est, vt is qui cõmisit, à Christi ẽt corpore separeẽ, non tã consideranda est mensura tẽporis q̃ doloris. Cor.n. cõtritũ & humiliatum Deus non spernit. Verũ quia plerunq; dolor alterius cordis occultus est alteri, neq; in aliorũ notitiam per verba vel quæcunque alia signa procedit, cum sit corã illo cui dr̃, Gemitus meus à te non est absconditus: recte constituuntur ab ijs qui ecclesiæ pręsunt tp̃a pęnitentiæ, vt fiat ẽt satis Ecclesiæ, in qua remittũtur ipsa peccata. Extra eam quippe nõ remittuntur. Ipsa nanq; proprie spiritũsanctũ pignus accepit, sine quo non remittuntur vlla pctã, ita vt quib. dimittuntur, consequantur vitã æternam. Magis.n. propter futurum iudicium fit remissio peccatorũ. In hac aũt vita vsqueadeo valet, ꝙ scriptum est, Graue iugũ super filios Adã à die exitus de ventre matris eorum, vsque in diẽ sepulturæ in matrẽ omnium, vt ẽt paruulos videamus post lauacrum regenerationis diuersorũ malorum afflictione cruciari: vt intelligamus totum ꝙ salutaribus agitur sacramentis, magis ad spẽ futurorum bonorum, q̃ ad retentionem uel adeptionem præsentium pertinere. Multa ẽt mala hic videntur ignosci & nullis supplicijs vindicari, sed eorũ pęnæ reseruantur in posterũ. Neque.n. frustra ille proprie dr̃ dies iudicij, qñ venturus est iudex viuorum atque mortuorũ. Sicut econtrario vindicantur hic aliqua, & tñ si remittunt, profecto in futuro seculo non nocebunt. Propterea de quibusdã temporalib. pęnis quæ in hac uita peccãtib. irrogantur, eis quorũ peccata delẽtur ne reseruentur in finem, ait Apostolus, Si.n. nosmetipsos iudicaremus, à dño non iudicaremur. Cũ iudicamur aũt à dño corripimur, ne cũ hoc mundo damnemur. Credũtur aũt a quibusdã ẽt ij qui nomen Christi non relinquunt, & eius lauacro in Ecclesia baptizãtur, nec ab ea vllo schismate uel hæresi præciduntur, in quantislibet scelerib. uiuant, quę nec diluant pęnitendo, nec eleemosynis redimant, sed in eis usque ad huius uitæ ultimũ diẽ peritissime perseuerent, salui futuri per ignẽ: licet per magnitudinẽ facinorum flagitiorumq; diuturnorum, non tñ æterno igne puniri. Sed qui hoc credunt, & tñ catholici sunt, humana quadã beneuolentia mihi falli uidentur. Nã scriptura diuina aliud cõsulta respondet. Librum aũt de hac quæstione scripsi, cuius titulus est, De fide & operibus. Vbi secundum scripturas sanctas quantum Deo adiuuante potui, demonstraui eam fidem saluos facere, quam satis euidenter expressit Paulus Apostolus dicens, In Christo enim Iesu neque circuncisio quicquam ualet neq; præputiũ, sed fides quæ bene per dilectionem operatur. Si autẽ male & non bene operatur proculdubio secundũ Apostolũ Iacobũ, mortua est in semetipsa. Qui rursus ait, Si fidem dicat se quisquam habere opera aũt non habeat, nunquid poterit fides saluare eũ? Porro aũt si homo sceleratus p̃p fidem solam per ignem saluabitur, & sic est accipiendum ꝙ ait beatus Paulus Apostolus, ipse aũt saluus erit, sic tñ quasi per ignem: poterit ergo saluare sine operibus fides, & falsum erit ꝙ dixit eius coapostolus Iacobus. Falsum erit & illud quod idem ipse Paulus dixit, Nolite inquit, errare, neque fornicatores, neque idolis seruientes, neque adulteri, neque molles, neque masculorum concubitores, neque fures, neque auari, neque maledici, neque ebriosi, neque rapaces regnum Dei possidebunt. Si enim etiam in istis perseuerantes criminibus, tñ propter fidem Christi salui erunt, quomodo in regno Dei non erunt? Sed quia hæc Apostolica manifestissima, & apertissima testimonia falsa esse non possunt, illud ꝙ obscure dictũ est de ijs qui superædificant supra fundamẽtum quod est Christus, non aurum, non argentũ, non lapides pretiosos, sed ligna, fęnum, stipulã: de his enim dictum est, quod per ignem salui erũt, quoniam fundamenti merito non peribunt: sic intelligendum est, ut ijs manifestis non inueniatur esse contrarium. Ligna quippe

*Marginalia (left): 1. Ioan. 1. — Pœnitentia. c. 65. — de pœnit. di. 1. c. in actione. 4. — ẽn. di. 20. c. si vero. — Psal. 5. — E — C — Psal. 37. — iudicium futurum peccatis pęnã præscribet. — Cap. 66. — Eccle. 40. — F — 1. Co. 11. — D*

*Marginalia (right): Titulus fidei an sit profuturus. c. 67. 21. de ciuit. Dei. cap. 21. 1. Co. 13. Purgatorium. cap. 14. 15. et 16 — G — Galat. 5. — Iacob. 2. — 1. Cor. 3. — 1. cor. 6. — H — Per ignẽ saluari. cap. 68. 1. cor. 3.*

& fęnũ & stipula non absurde accipi pñt rerũ secularium, quãuis licite cõcessarũ, tales cupiditates, vt amitti sine animi dolore nõ possint. Cũ aũt iste dolor vrit, si Christus in corde fundamenti locũ habet, i. vt ei nihil anteponatur, & malit homo qui tali dolore vrit, reb. quas ita diligit magis carere q̃ Christo: per ignem fit saluus. Si aũt res hmõi tpales ac seculares tpe tentationis maluerit tenere q̃ Christũ, eũ in fundamento non habuit, quia hæc priore loco habuit, cũ in ædificio prius non sit aliquid fundamento. Ignis. n. de quo locutus est eo loco Apostolus Paulus, talis debet intelligi, vt ambo per eũ transeant, i. & qui ædificat supra hoc fundamentũ aurũ, argẽtũ, lapides pretiosos: & qui ædificat ligna, fęnũ, stipulã. Cum. n. hoc dixisset, adiunxit: Vniuscuiusq; opus quale sit, ignis probabit. Si cuius opus permanserit, ꝙ superædificauit, mercedẽ accipiet. Si cuius opus aũt exustũ fuerit, dãnũ patietur: ipse aũt saluus erit, sic tñ quasi per ignem. Nõ ergo vnius eorũ, sed vtriusq; opus ignis ꝓbabit. Est q̃dẽ ignis tentatio tribulationis, de quo aperte alio loco scriptũ est, Vasa figuli probat fornax, & hoĩes iustos tentatio tribulationis. Iste ignis in hac interim vita facit ꝙ Apostolus dixit, si accidat duobus fidelibus: vni, s. cogitanti q̃ Dei sunt, quõ placeat Deo, hoc est ædificanti super Christũ fundamentũ, aurum, argentum, lapides pretiosos: alteri aũt cogitãti ea, q̃ mundi sunt, quõ placeat vxori, i. ædificanti super idem fundamentũ, ligna, fęnũ, stipulã: Illius. n. opus non exuritur, quia non ea dilexit quorũ amissione crucietur. Exuritur autẽ opus huius, qm̃ sine dolore nõ pereunt, quæ cũ amore possessa sunt. Sed qm̃ alter vtra cõditione proposita, eis potius carere malit q̃ Christo, nec timore amittendi talia, deserit Christum, quãuis doleat dum amittit, saluus est quidẽ, sic tñ quasi per ignem. Quia vriteũ rerum dolor quas dilexerat amissarum, sed non subuertit neque consumit fundamenti stabilitate atque incorruptione munitum. Tale aliquid etiam post hanc vitam fieri incredibile non est, & vtrum ita quæri potest, & aut inueniri aut latere nonnullos fideles per ignem quendam purgatorium, quanto magis minusve bona pereuntia dilexerunt, tanto tardius citiusq; saluari: an tñ tales de quibus dictum est, ꝙ regnum Dei non possidebunt, nisi conuenienter pęnitentib. eadẽ crimina remittantur. Conuenienter aũt dixi, vt steriles in eleemosynis non sint, quibus tantũ tribuit scriptura diuina, vt earum tãtũmodo fructum se imputaturũ prænunciet dñs dextris, & earum tantummodo sterilitatem sinistris, qñ his dicturus est, Venite benedicti patris mei, percipite regnum Dei. Illis autẽ, Ite maledicti in ignem æternum. Sanè cauendũ est ne quisquam existimet infanda illa crimina, qualia qui agunt, regnum Dei non possidebunt, quotidie perpetranda, & eleemosynis quotidie redimẽda. In melius quippe est vita mutanda, & per eleemosynas de peccatis præteritis est propitiandus Deus, non ad hoc emendus quodãmodo, vt ea semper liceat impune cõmittere. Nemini. n. dedit laxamentum peccandi, quamuis miserando deleat iam facta peccata, si non satisfactio congrua negligatur. De quotidianis autem breuibus leuibusq; peccatis, sine quibus hæc vita non ducitur, quotidiana oratio fidelium satisfacit. Eorum est enim dicere, Pater noster qui es in cęlis. Qui iam patri tali regenerati sunt ex aqua & spiritusancto. Delet omnino hæc oratio minima, & quotidiana peccata. Delet & illa à quib. vita fidelium scelerate ẽt gesta, sed pęnitendo in melius mutata discedit: si quemadmodum veraciter dicitur, Dimitte nobis debita nostra, quoniam non desunt quæ dimittantur, ita veraciter dicatur, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris, idest si fiat quod dicitur: quia & ipsa eleemosyna est veniam petenti homini ignoscere. Ac per hoc ad omnia quæ vtili misericordia fiunt, valet ꝙ dñs ait, Date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis. Non solum autem qui dat esurienti cibum, sitienti potũ, nudo vestimentum, peregrinanti hospitium, fugienti latibulum, ægro vel incluso visitatiõnẽ, captiuo redẽptionẽ, debili subuectionem, cęco deductionẽ, tristi consolationem, non sano medicinam, erranti viã, deliberanti consilium, & quod cuique necessarium est indigenti: verumetiam & qui dat veniam peccanti, eleemosynã dat: & qui emendat verbere in quẽ potestas datur, vel coercet aliqua disciplina, & tamen peccatum eius quo ab illo lęsus est aut offensus, dimittit ex corde, vel orat vt ei dimittatur, non solum in eo ꝙ dimittit atque orat, verumetiam in eo quod corripit,

Marginal notes (left column): 4. sen. di. 21. c. hic obijci, li. 21. de ciui. Dei c. 21. et 26 — I — 1. Cor. 3. — Eccl. 27. — 1. Cor. 7. — K — 1. Cor. 3. — Purgatorij ignis. cap. 69. 4. sen. di. 21. cap. In illo.

Marginal notes (right column): 1. Cor. 6 — L — Mat. 25 — Infanda crimina penitus reijcienda. cap. 70. De pœn. di. 3. c. Sane, 4. sen. di. 14. c. 1. in medio. — Eccl. 15. — Oratione dominica expiari leuiora peccata. c. 71 — De pœn. di. 3. c. de quotidianis. 4. sen. di. 14. c. quæ autem. — Matt. 6 — Eleemosynarũ genera. cap. 72. — Luc. 11 — 4. sen. di. 15. cap. His respideri. — M

corripit,& aliqua emendatoria pęna plectit eleemosinā dat: quia misericordiā præstat. Multa enim bona præstantur inuitis, quādo eorū consulitur vtilitati non voluntati: quia ipsi sibi inueniuntur esse inimici amici vero eorū potius illi quos inimicos putant,& red dunt errādo mala pro bonis, cū reddere ma la Christianus non debeat pro malis. Multa itaq; sunt genera eleemosynarū,quæ cū faci mus,adiuuamur vt dimittantur nobis nostra peccata.Sed ea nihil est maius, qua ex corde dimittimus,quod in nos quisq; peccauit.Mi nus enim magnū est erga eū esse beneuolū, A siue etiam beneficum qui tibi mali nihil fe cerit. Illud multo grandius & magnificentis simæ bonitatis est,vt tuum quoq; inimicum diligas, & ei qui tibi malum vult, etsi pōt fa cit, tu bonū semper velis faciasq; cū pōsis, illius memor exempli qui in cruce pendens pro suis exorat persecutoribus suosq; admo nuit dicens,Diligite inimicos vestros,bene facite eis q̃ vos oderūt,& orate pro eis q̃ vos persequuntur. Sed qm̃ perfectorū sunt ista fi liorū Dei, quo quidē se debet omnis fidelis extēdere, & humanū animū ad hunc affectū orādo Deū secūq; agendo luctandoq; per ducere:tñ quia hoc tam magnū bonū tantæ multitudinis nō est, quantā credimus exau diri cum in oratione dñica dicitur, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris, proculdubio verba spō sionis huius implentur, si homo qui nondū ita profecit vt iā diligat inimicū tñ qñ rogat ab homine qui peccauit in eū, vt ei dimittat dimittit ex corde: quia etiā sibi roganti vult vtiq; dimitti, cum orat & dicit, Sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. i.sic dimitte nobis debita nostra rogantibus nobis, sicut B & nos dimittimus rogantibus debitorib. no stris.Iā vero qui eū in quē peccauit hominē rogat, si peccato suo mouetur vt roget, non est adhuc deputandus inimicus, vt eū dilige re sit difficile, sicut difficile erat qñ inimici tias exercebat.Quisquis aūt roganti & pecca ti sui pœnitenti non ex corde dimittit nullo modo existimet à dño suo peccata dimitti, qm̃ mentiri veritas non potest. Quem vero lateat Euangelij auditorē siue lectorem,quis dixerit,Ego sum veritas? Qui cum docuisset orationem,hanc in ea positam sententiā ve hementer commendauit dicens, Si enim di

*Di.45.c. & qui emendat. - 4.sen.di. 15.ca. his respōderi Mat.16. Diligere inimicū. Cap.73. 1.sen. di. 30.c. hic solet.*

*Diligite &c. Matt. 5.*

*Matt. 6.*

*Pctā non dimittē-tes. Cap.74. 3.sen. di. 30.c. hic so let.*

*Ioan.14.*

miseritis hominibus peccata eorū, dimittet & vobis pater vester cęlestis delicta vestra. Si aūt non dimiseritis hominibus, nec pater uester dimittet vobis peccata vestra. Ad tam magnū tonitruū q̃ nō expergiscitur,nō dor mit,sed mortuus est:& tñ potens est ille etiā mortuos suscitare. Sanè qui sceleratissime ui uunt,nec curant talē vitā moresq; corrigere & inter ipsa facinora & flagitia sua eleemo synas frequentare non cessant, frustra sibi iō blādiunt,qm̃ dñs ait, Date eleemosynā & ec ce oīa mūda sunt vobis.Hoc.n.q̃ late pateat, nō intelligunt.Sed ut intelligant, attēdant q bus dixerit. Nempe in Euangelio sic scriptū est,Cū loqueretur,rogauit illū quidā Phari sęus ut prāderet apud se, & ingressus recu buit. Pharisæus aūt cępit intra se reputans di cere, Quare non baptizatus esset ante pran diū?Et ait dñs ad illū. Nunc uos Pharisæi qđ C de foris est calicis & catini mundatis, qđ aūt intus est uestrū plenum est rapina & ini quitate. Stulti nonne qui fecit id quod foris est,etiā id quod intus est fecit?Videte ut etiā id qꝙ intus est mundū fiat. Veruntñ quod su perest,date eleemosynam,& ecce oīa mun da sunt uobis. Itane hoc intellecturi sumus, ut Pharisæis non habentib. fidē Christi,etiā si non in eum crediderint, nec renati fuerint ex aqua & spiritusancto, mūda sint oīa tm̃ si eleemosynas dederint sicut isti eas dādas pu tant: cū sint immundi omnes quos non mun dat fides Christi, de qua scriptū est, Mundās fide corda eorū:& dicat Apostolus, Immun dis aūt & infidelibus nihil est mundum, sed polluta sunt eorum & mens & conscientia? Qūo ergo Pharisæis oīa mūda essent si elee mosynas parent,& fideles nō essent? Aut qūo fideles essent si in Xp̄m credere atq; in eius renasci gratia noluissent?Et tñ uerum est qđ D audierant, Date eleemosynā, & ecce omnia munda sunt uobis. Qui aūt uult eleemosynā ordinate dare, à seipso debet incipere, & eā sibi primū dare. Est.n. eleemosyna opus mise ricordiæ,uerissimeq; dictū est, Miserere ani mæ tuæ placens Deo. Propter hoc renasci mur,ut Deo placeamus,cui merito displicet qꝙ nascendo cōtraximus. Hęc est prima elee mosyna q̃ nobis dedimus, qm̃ nosipsos mi seros per miserātis Dei misericordiā inquisi uimus,iustum iudicium eius cōfitētes, quo miseri effecti sum⁹, de quo dicit Apostolus,

*Matt. 6.*

*Eleemosynæ scelerate viuē tium. Cap.75. 4.sen. di. 15.c. His respōdeo. Luc. 11. Babtizatus esset, pro lauisset.*

*4.sen. di. 15.c. His respōderi Ioan. 5.*

*Act. 15. Titū. 1.*

*Luc. 11. Ordo charitatis & & misericordiæ. Cap.76. De peni. dis. 3.ca. qui vult. 4.sen. di. 15.c. His respōderi Eccl. 30.*

Iudicium quidē ex vno in cōdemnationē. Et magnæ charitati eius gratia agentes, de qua idē ipse dicit gratię ꝑdicator, Cōmendat aūt suā dilectionē Deus in nobis, quoniā cū adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est: vt & nos veraciter de nostra miseria iudicātes, & Dei charitatē quā donauit ipse diligētes pie recteq; viuamus. Quod iudiciū & charitatē Dei cū Pharisæi præterirent, decimabant tñ pter eleemosynas quas faciebāt etiā quæq; minutissima fructuū suorū: & ideo non dabāt elemosynas à seipsis incipientes, secūq; prius misericordiā faciētes sicut isti eas dandas putant. Propter quē dilectionis ordinē dictū est, Diliges proximū tuū sicut teipsum. Cū ergo increpasset eos ꝙ forinsecus se lauabant, intus autē rapina & iniquitate pleni essent, admonēs quādā eleemosynā, quā sibi homo primitus debet dare, & interiora mundare, Veruntñ, inquit, ꝙ superest, date eleemosyuā, & ecce omnia munda sunt vobis. Deinde vt ostenderet quid admonuisset, & q̄d ipsi facere nō curarent, ne illū putarēt eleemosynas eorū ignorare, sed væ vobis, inquit, Pharisæis: tanq̄ diceret, Ego q̄dē cōmonui vos ad eleemosynam dandam per quam vobis omnia mūda sint, sed væ vobis qui decimatis menthā & rutā & omne olus: has.n. noui eleemosynas vestras, ne de illis vos nunc admonuisse arbitremini: & ꝑteritis iudiciū & charitatē Dei. qua eleemosyna possetis ab omni inquinamēto interiori mūdari, vt vobis munda essent & corpora quæ lauatis: hoc est enim oīa, & interiora.s. & exteriora. Sicut alibi legitur, Mundate q̄ intus sunt, & q̄ foris sunt munda erunt. Sed ne istas eleemosynas quæ fiunt de fructibus terræ, respuisse videretur. Hæc, inq̄t, oportuit facere.i. iudiciū & charitatem Dei: & illa non omittere.i. eleemosynas fructuū terrenorū. Nō ergo se fallāt qui ꝑ eleemosynas quaslibet largiosissimas fructuū suorū vel cuiusq; pecuniæ, impunitatē se emere existimāt in facinorū suorū immanitate ac flagitiorū nequitia permanēdo. Nō solū.n. hæc faciūt, sed ita diligūt, vt in eis semper optent tm̄ si possint impune versari. Qui aūt diligit iniquitatē, odit aīam suā, & qui odit aīam suā, nō est misericors, sed crudelis. Diligendo eā quippe scd̄m seculū, odit eā scd̄m Deū. Si ergo vellet ei dare eleemosynā, ꝑ q̄ mūda illi essent oīa, odisset eā secundū seculū & diligeret eā secundū Deū. Nemo autē dat eleemosynam quālibet, nisi vnde det ab illo accipiat qui nō eget: & ideo dictū est, Misericordia eius præueniet me. Quę sint autē leuia & quę grauia peccata, nō humano, sed diuino sunt pensanda iudicio. Videmus.n. quędā ab ipsis quoq; Apostolis ignoscendo fuisse concessa: quale illud est quod venerabilis Paulus coniugibus ait, Nolite fraudare inuicē, nisi ex cōsensu ad tēpus vt vacetis orōni & iterū ad idipsū reuertimini, ne vos tentet satanas ꝑꝑ incōtinētiā vestrā: ꝙ putari posset nō esse peccatū, misceri scilicet coniugi non filiorū procreādorū causa, quod bonū est nuptiale, sed carnalis etiā voluptatis: vt fornicationis, siue adulterij, siue cuiusquā alteriꝰ immūditiæ mortiferū malū, ꝙ turpe est etiā dicere, quo pōt tētante satana libido ꝑtrahere, incontinētiū deuitet infirmitas. Posset ergo, vt dixi, hoc putari non esse peccatū, nisi addidisset. Hoc aūt dico secundū veniā, nō secūdū imperiū. Quis autem iā esse peccatum neget, cū dari veniā faciētibus Apostolica authoritas fateatur? Tale quiddā est vbi dicit, Audet quisquā vestrū aduersus alterū negociū hn̄s iudicari apud iniquos, & nō apud sanctos? Et paulo post, Secularia igit iudicia si habueritis, inq̄t, eos q̄ cōtēptibiles sunt ī Ecclesia, hos collocate ad iudicādū. Ad reuerentiā vobis dico, Sic non est inter vos quisquā sapiens qui possit inter fratrē & fratrem iudicare: sed frater cū fratre iudicio contendit & hoc apud infideles. Nam & hic posset putari iudiciū habere aduersus alterū, nō esse peccatū, sed tantum modo id extra Ecclesiam velle iudicari, nisi secutus adiungeret, Iam quidē omnino delictū est inter vos, quia iudicia habetis vobiscū. Et ne quisquā hoc ita excusaret, vt diceret iustum se habere negociū, sed iniquitatē se pati, quam velit à se iudicū sententia remoueri: continuo talibus cogitationib. vel excusationibus occurrit atq; ait, Quare non magis iniquitatem patimini? Quare nō potius fraudamini? Vt ad illud redeatur qđ dominus ait, Si quis voluerit tunicā tuā tollere, & iudicio tecum contendere, dimitte illi & pallium. Et alio loco, Qui abstulerit, inquit, tua, noli repetere. Probauit itaque suos de secularibus rebus cum alijs hominibus habere iudicium. Ex qua doctrina

Marginalia (left): *Rom.5.* — *Mat.25.* — *Luc.11.* E — *Mat.22.* *Mat.23.* — *Luc.11.* — *Luc.11.* *4.sen.di. 15.c.Hi: respōderi* F — *Nō indulgēdū vitijs freto eleemosynis. Cap.77.* *Psal.10.*

Marginalia (right): *Psal.58.* *Peccata leuia. Cap.78.* G *1.Cor.7.* — *1.Co.6.* — H *1.Co.6.* *De correptione & gratia c.3.* — *Matt.5.* — *Luc.6.*

na dicit Apostolus esse delictū, Tn̄ cum finit in Ecclesia talia iudicia finiri inter fratres, fratribus iudicantibus, extra Ecclesiā uero terribiliter uetat: manifestū est ēt hic quid secundum ueniā concedatur infirmis. Propter hęc atq; hm̄oi peccata & alia licet ijs minora, q̄ fiunt verborū & cogitationum offensionib. Apostolo Iacobo confitente ac dicente, In multis.n. offendimus oēs: oportet vt quotidie crebroq; oremus dn̄m atque dicamus, Dimitte nobis debita nostra: nec in eo ꝙ sequitur mentiamur, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Sunt aūt quædam quę leuissima putarentur, nisi in scripturis demonstrarentur opinione grauiora. Quis.n. dicenté fratri suo fatue, reū gehennæ putaret, nisi ueritas diceret? Cui tn̄ vulneri subiecit continuo medicinā, præceptū fraternæ reconciliationis adiungens. Mox quippe ait, Si ergo offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduersum te, &c. Aut quis æstimaret q̄ magnū peccatum sit, dies obseruare & menses & annos & tēpora: sicut obseruant qui certis diebus, siue mensibus, siue annis uolunt uel nolunt aliquid inchoare, eo ꝙ secundum uanas doctrinas hominū fausta uel infausta existiment tēpora: nisi huius mali magnitudinem ex timore Apostoli pensaremus, qui talibus ait, Timeo ne forte sine causa laborauerim in uobis. Hinc accidit, ꝙ peccata quamuis magna & horrenda cū in consuetudinem uenerint, aut parua aut nulla esse creduntur: usqueadeo ut non solū non occultanda, uerum ēt iā prædicanda ac diffamanda uideātur: qn̄ sicut scriptū est, Laudatur peccator in desiderijs animæ suæ, & qui iniqua gerit benedicitur. Talis in diuinis libris iniquitas, & clamor uocatur. Sicut habes apud Esaiā Prophetā de uinea mala. Expectaui, inquit, ut faceret iudiciū, fecit aūt iniquitaté, & non iustitiam, sed clamoré. Vnde est illud in Genesi, Clamor Sodomorū & Gomorreorum multiplicatus est. Quia non solū iā apud eos non puniebātur illa flagitia, uerumēt publice uelut lege frequentabantur. Sic nostris temporibus ita multa mala, etsi non talia, in apertā consuetudinē iā uenerunt, ut pro his nō solum excōicare aliquē laicū non audeamus, sed nec clericū degradare. Vnde cū exponerem ante aliquot annos Epistolā ad Galatas, in eo ipso loco ubi ait Apostolus, Timeo ne forte sine causa laborauerim in uobis: exclamare compulsus sum, Vę peccatis hominū q̄ sola inusitata exhorrescimus, usitata uero pro quibus abluendis filij Dei sanguis effusus est, quāuis tā magna sint, ut oīno claudi contra sese faciant regnū Dei, sæpe uidendo oīa tolerare, sæpe tolerando nonnulla ēt facere cogimur. Atq; utinā ò dn̄e non oīa quæ nō poterimus prohibere, faciamus. Sed uideo utrū me immoderatus dolor incaute aliquid cōpulerit dicere. Hoc nunc dicam ꝙ quidé & in alijs opusculorum meorum locis sæpe iam dixi. Duabus ex causis peccamus, Aut nondū uidendo quid facere debeamus, aut nō faciendo ꝙ debere fieri iā uidemus. Quorū duorū illud ignorantię malum est, hoc infirmitatis. Contra q̄ quidé pugnare nos conuenit, sed ꝓfecto uincimur, nisi diuinitus adiuuemur, ut non solū uideamus quid faciendū sit, sed ēt accedente sanitate delectatio iustitiæ uincat in nobis earum rerū delectationes, quas uel habere cupiendo, uel amittere metuēdo scientes uidentesq; peccamus: iā non solum peccatores, ꝙ eramus ēt cū per ignorantiā peccabamus, uerumēt legis ꝑuaricatores, cū id non facimus ꝙ faciendū iā esse nouimus, uel facimus ꝙ non faciendum esse iam scimus. Quaꝓꝑ non solū si peccauimus ut ignoscat, ꝑꝑ ꝙ dicimus, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris: uerumēt ne peccemus ut regat, ꝑꝑ ꝙ dicimus, Ne nos inferas in tentationē: ille rogandus est, cui dr̄ in Psalmo, Dn̄s illuminatio mea & salus mea: ut illuminatio detrahat ignorantiam, salus infirmitatem. Nā & ipsa pn̄ia qn̄ digna causa est secundū morem Ecclesiæ ut agatur, plerunq; infirmitate non agitur: quia & pudor timor est displicendi, dū plus delectat hominum æstimatio, q̄ iustitia qua se quisq; humiliat pęnitendo. Vnde non solū cū agitur pęnitentia, uerumetiā ut agatur, Dei misericordia necessaria est. Alioquin non diceret Apostolus de quibusdā, Ne forte det illis Deus pęnitentiā. Et ut Petrus amarè fleret, præmisit Euangelium & ait, Respexit eū dominus. Qui uero in Ecclesia remitti peccata non credens, contemnit tantam diuini muneris largitaté, & in had obstinatione mentis diem claudit extremum, reus est illo irremissibili peccato in spiritumsanctum, in quo

Marginalia: 1. Cor. 6. — I — Iacob. 3. — Matt. 6. — Quæ leuia uidentur eße interdū grauissima. cap. 79. — Matt. 5. — 26. q. 7. c. quis existimaret. — Galat. 4. — Vsu pctā horrenda uidentur leuia. cap. 80. — Psal. 9. — Esaia 5. — K — Gen. 18. — Galat. 4. — L — Peccati cāæ duæ. c. 81. — Matt. 6. — M — Psal. 26. — misericordia deine cessaria vbique. cap. 82. — 2. Tim. 2 — Luc. 22. — Peccatū in spiritū sanctum. ca. 83. de verbis domini sermone. 11.

*Carnis resurrectio. c. 84.*

quo Christus peccata dimittit. De qua qõne difficili in quodã pp hoc solũ conscripto libello enucleatißime quantũ potui disputaui. Iam vero de resurrectione carnis nõ sicut quidã reuixere iterumq; sunt in mortui, sed in æternã vitã, sicut Christi ipsius caro resurrexit, queadmodũ poßim breuiter disputare, & omnib. qõnib. q̃ de hac re moueri assolent satisfacere, nõ inuenio. Resurrecturam A tũ carnẽ omnium quicunq; nati sunt hominũ atque nascentur, & mortui sunt atq; morientur, nullo modo dubitare debet Christianus.

*Fœtus abortiui. cap. 85. Lib. 22. de ciuit. Dei. c. 12 & 13.*

Vnde primo occurrit de abortiuis fętibus quæstio, qui iã quidẽ nati sunt in vteris matrũ, sed nondũ ita vt iã poßint renasci. Si enim resurrecturos eos dixerimus, de ijs qui iã formati sunt, tolerari põt vtcunq; ꝙ dr. Informes vero abortus quis non procliuius perire arbitretur, sicut semina q̃ concepta nõ fuerint? Sed quis negare audeat, & si affirmare nõ audeat, id acturã resurrectionẽ, vt quicquid formæ defuit impleatur? Atque ita non desit perfectio q̃ accessura erat tpe, queãdmodũ non erunt vitia quæ accesserunt tpe: vt neq; in eo ꝙ aptũ & congruũ dies allaturi fuerant, natura fraudetur: neq; in eo ꝙ aduersum atq; contrariũ dies attulerant, natura turpetur: sed integretur ꝙ nondũ erat integrũ, sicut instaurabitur ꝙ fuerat vitiatũ.

*Fœtus in vteroquãdo viuere incipiat. cap. 86. 4. sen. di. 44. ca. illud. lib. 22. de ci. Dei. c. 13.*

Ac per hoc scrupulosißime quidẽ inter doctissimos quæri ac disputari põt, ꝙ vtrũ ab homine inueniri poßit ignoro, qñ incipiat homo in vtero viuere. Vtrũ sit quædã vita occulta q̃ nondum motibus viuentis appareat. Nã negare vixisse puerperia, q̃ propterea mẽbratim execantur & eijciuntur ex vteris prægnantiũ, ne matres quoq; si mortua ibi relinquant occidant, impudẽtia nimia vr. Ex quo aũt incipit homo viuere, ex illo vtiq; iã mori põt. Mortuus vero, vbicunq; illi mors potuit euenire, quõ ad resurrectionẽ non pertineat mortuorũ, reperire nõ possum.

*Mõstruosi fœtu. c. 87. 4. sen. di. 44. c. illud. lib. 16. de ciuita. Dei. c. 8.*

Neq;.n. & monstra quæ nascuntur & viuunt, quamlibet cito moriantur, aut resurrectura negabuntur, aut ita vitiata resurrectura credenda sunt, ac nõ potius correcta, emendataq; natura. Absit.n. vt illũ bimembrẽ, qui nuper natus B est in Oriente, de quo & fratres fidelißimi qui eũ viderunt retulerunt, & sanctæ memoriæ Hieronymus presbyter scriptũ reliquit: Absit, inquã, vt vnũ hominem duplicem ac non potius duos, ꝙ futurum fuerit, si gemini nascerentur, resurrecturos existimemus. Ita cętera q̃ singuli quisq; partus vel amplius vel minus aliquid habendo, vel quadã nimia deformitate monstra dicuntur, ad humanæ naturæ figurã resurrectione reuocabunt: ita vt singulę animę singula sua corpora obtineãt, C nullis cohærentibus ẽt quæcunq; cohærẽtia nata fuerant: sed seorsum sibi singulis sua mẽbra gestantib. quibus humani corporis completur integritas.

*Instauratio carnis quocunq; modo perierit. ca. 88. 4. sẽ. di. 44. ca. non. n. superflua instauratis corporib. non accedẽt. c. 89.*

Non aũt perit Deo terrena materies de qua mortaliũ creatur caro: sed in quẽlibet puluerẽ cinerẽve soluatur, in quoslibet halitus aurasq; diffugiat, in quãcunque aliorũ corporũ substantiã vel in ipsa elementa vertatur, in quorũcunq; animaliũ ẽt hominum cibũ cedat carnemq; mutet, illi animæ humanæ puncto tẽporis redit, q̃ illam primitus vt homo fieret, cresceret, viueret, animauit. Ipsa itaque terrena materies, q̃ discedente anima fit cadauer, nõ ita resurrectione reparabitur, vt ea quæ dilabuntur & in alias atque alias aliarũ rerũ species formasq; vertũtur, quamuis ad corpus redeant vnde dilapsa sunt, ad easdẽ quoq; corporis partes vbi fuerunt redire necesse sit. Alioquin si capillis capitis redit ꝙ tam crebra tonsura detraxit, si vnguibus ꝙ totiens dempsit exactio immoderata & indecens, cogitantibus & ideo resurrectionẽ carnis nõ credentibus, occurrit informitas.

*22. de ci. Dei. c. 19.*

Sed quemadmodũ si statua cuiuslibet solubilis metalli aut igne liquesceret, aut contereretur in puluerẽ, aut confunderetur in massam, & eã vellet artifex rursus ex illius materiæ quantitate reparare, nihil interesset ad eius integritatẽ, quæ particula materiæ cui mẽbro statuæ redderetur, dum tñ totũ ex quo constituta fuerat, restituta resumeret: ita Deus mirabiliter atq; ineffabiliter artifex, de toto quo caro nostra constiterat, eã mirabili & ineffabili celeritate restituet. Nec aliquid attinebit ad eius redintegrationẽ, vtrum capilli ad capillos redeant, & vngues ad vngues: an quicquid eorum perierat D mutetur in carnẽ, & in partes alias corporis reuocetur, curante artificis prouidẽtia ne qd indecens fiat.

*Corporibus suus decor addetur. cap. 90.*

Nec illud est cõsequẽs, vt ideo diuersa sit statura reuiuiscentiũ singulorũ, q̃a fuerat diuersa viuentiũ, aut matri cũ eadẽ macie, aut pingues cũ eadẽ pinguedine reuiuiscãt. Sed si hoc est in cõsilio creatoris, vt ĩ effi

gie

gie sua cuiusq; proprietas & discernibilis similitudo seruetur, in cęteris aũt corporis bonis æqualia cũcta reddantur: ita modificabitur illa in vtroque materies, vt nec aliquid ex ea pereat, & quod alicui defuit suppleat, qui etiã de nihilo potuit ꝙ voluit operari. Si aũt in corporib. resurgentiũ rationabilis in-

E æqualitas erit, sicut est vocũ quib. cantus impleť: hoc fiet cuiq; de materia corporis sui, ꝙ & hominẽ reddat æqualẽ angelicis cętib. & nihil incõueniens eorũ ingerat sensib. Indecorũ quippe aliquid ibi non erit, sed quicquid futurũ est, hoc decebit, quia nec futurũ est si nõ decebit. Resurgent igitur sanctorum corpora sine vllo vitio, sine vlla deformitate, sicut sine vlla corruptione, onere, difficultate. In quib. tanta facilitas resurgendi, quãta fęlicitas erit. Propterquod & spiritalia dicta sunt, cũ proculdubio corpora sint futura, nõ spũs. Sed sicut nunc corpus animale dr̃, ꝙ tñ corpus non anima est: ita nunc spiritale corpus erit, corpus tñ nõ spũs erit. Proinde quãtũ attinet ad corruptionẽ, quæ nũc aggrauat animã, & ad vitia, quib. caro aduersus spiritũ concupiscit, tunc nõ erit caro sed corpus, quia & cęlestia corpora perhibentur. Propter ꝙ dictũ est, Caro & sanguis regnũ Dei non possidebunt. Et tanquã exponens ꝙ dixerit, Neq; corruptio inquit, corruptionem possidebit. Quod prius dixit, caro & sanguis hoc posterius dixit corruptio: & ꝙ prius regnũ Dei, hoc posterius incorruptionẽ. Quãtum aũt attinet ad substantiam, ẽt tunc caro erit. Propter ꝙ & post resurrectionẽ corpus Christi caro appellatũ est. Sed ideo ait Apostolus. Seminatur corpus aĩale, resurget corpus spiritale: qm̃ tãta erit tunc cõcordia car-

*4. sen. di. 44. nõ. n. in fine resurgẽt corpora omni vitio libera. c. 91*
*1. Co. 15*
*4. sen. di. 44. cap. hoc autẽ.*
*Sapien. 9*
*Galat. 5.*
*1. Cor. 15*
*Luc. 24.*
*1. Co. 15*

F nis & spiritus, viuificante spiritu sine sustentaculi alicuius indigentia subditã carnẽ, vt nihil nobis repugnet ex nobis, sed sicut foris neminẽ, ita nec intus nosipsos patiamur inimicos. Quicũq; vero ab illa perditionis massa q̃ facta est per hoĩem primũ, non liberantur per vnũ mediatorẽ Dei & hominũ, resurgent quidẽ ẽt ipsi vnusquisq; cum sua carne, sed vt cũ diabolo & angelis eius puniantur. Vtrũ sanè ipsi cum vitijs & deformitatibus suorũ corporũ resurgant, quicunq; in eis vitiosa & deformia mẽbra gestarunt, inquirendo laborare quid opus est? Neq;. n. fatigare nos debet incerta eorũ habitudo vel pulchritudo, quorũ erit certa & sempiterna dãnatio.

*Corpora dãnatorũ cap. 92.*
*4. sen. di. 44. ca. de reprobis.*
*1. Tim. 2*

Nec moueat qũo in eis erit corpus incorruptibile si dolere poterit, aut qũo corruptibile si mori non poterit. Non est. n. uera uita, nisi ubi fęliciter uiuiť: nec uera incorruptio, nisi ubi saluus nullo dolore corrũpitur. Vbi aũt infęlix mori nõ sinatur, ut ita dicã, mors ipsa nõ moritur: & ubi dolor perpetuus non interimit sed affligit, ipsa corruptio non finitur. Hæc i sanctis scripturis secũda mors dr̃. Nec prima tñ mors, qua suũ anima relinquere cogitur, nec secunda qua pęnale corpus animã relinquere non permittitur, homini accidisset, si nemo peccasset. Mitissima sanè omniũ pęna erit eorũ, qui præter pctm̃, ꝙ originale traxerunt, nullum insuper addiderunt: & in cęteris qui addiderunt, tãto quisque tolerabiliorẽ ibi habebit damnationem, quanto hic minorẽ habuit iniquitatem. Remanentib. itaque angelis & hominib. reprobis in æterna pęna, tunc sancti scient plenius quid boni eis contulerit gratia. Tunc reb. ipsis euidentibus apparebit ꝙ in Psalmo scriptũ est, Misericordiã & iudiciũ cantabo tibi dñe. Quia nisi per indebitã misericordiam nemo liberatur, & nisi per debitũ iudicium nemo dãnatur. Tunc non latebit ꝙ nunc latet, cũ de duob. paruulis unus esset assumendus per Dei misericordiã, alius per iudiciũ relinquẽdus, in quo is qui assumeretur agnosceret, quid sibi per iudiciũ deberet, nisi misericordia subueniret: cur ille potius quam iste fuerit assumptus, cũ causa una esset ambobus: cur apud quosdã non factæ sint uirtutes, quæ si factæ fuissent, egissent illi homines pnĩam, & factæ sint apud eos qui non fuerãt credituri. Apertissime nanq; dñs dicit, Vę tibi Corozaim, & vę tibi Bethsaida, quia si in Tyro & Sidone factæ fuissent uirtutes quæ factæ sunt in uobis, olim in cilicio & cinere pnĩam egissent. Nec utique Deus iniuste noluit saluos fieri cũ possent salui esse si uellẽt. Tunc in clarissima luce sapientiæ: uidebitur ꝙ nunc piorũ fides habet, ante quã manifesta cognitione uideatur, q̃ certa & immutabilis & efficacissima sit uoluntas Dei, q̃ multa possit & non velit, nihil autẽ qđ non possit, quamq; sit uerũ ꝙ in Psalmo canitur: Deus aũt noster in cęlo sursum, in cęlo & in terra oĩa quæcunque uoluit fecit. Quod utiq; non est uerũ, si aliqua uoluit & non fecit. Et ꝙ est indignius,

*Lib. 21. de ciuit. Dei. c. 5.*
G
*Apoc. 2. & 20.*
*Infantiũ conditio. cap. 93.*
*2. sen. di. 33. c. alioquin.*
*Sãcti plenius cognoscent bonitatẽ Dei. cap. 94.*
*Ps. 100.*
*Quæ nũc occulta olim reuelabuntur cap. 95.*
H
*Matt. 11*
*1. sen. di. 43. c. bis autẽ illi.*
*Ps. 118.*

indignius, ideo non fecit qm̄ ne fieret ꝙ volebat omnipotens, voluntas hoīs impediuit. Non ergo fit aliquid, nisi omnipotēs fieri velit, vel sinendo vt fiat, vel ipse faciendo. Nec dubitandū est Deum facere bene ēt sinendo fieri quæcunq; fiunt male. Non.n.hoc nisi iusto iudicio sinit. Et profecto bonū est omne ꝙ iustū est. Quamuis ergo ea quæ mala sunt inquantū mala sunt non sint bona: tñ non solum bona, sed ēt sint & mala, bonum est. Nā nisi esset hoc bonū vt essent & mala, nullo modo esse sinerentur ab omnipotente bono.

*1.sen. di. 46.c.nūc videre. 1.sen. di. 45.c.per missio. Omnipotēs Deus. cap. 96. 1.sen. di. 46.c.qui enim.*

K Cui proculdubio quā facile est ꝙ vult facere, tam facile est ꝙ non vult esse, non sinere. Hoc nisi credamus, periclitat̄ ipsum nostræ fidei confessionis initium qua nos in Deum patrē omnipotentē credere confitemur. Neque.n. veraciter ob aliud vocatur omnipotens, nisi quia quicquid vult pōt, nec volūtate cuiuspiā creaturæ voluntatis omnipotentis impeditur effectus. Quamobrē videndum est queadmodū sit de Deo dictum, quia & hoc Apostolus verissime dixit, quia omnes hoīes vult saluos fieri. Cum.n.nō omnes, sed multo plures non fiunt salui, vr̄ vtique non fieri quod Deus vult fieri, humana,s.voluntate impediente voluntatem Dei. Qñ.n.quæritur causa, cur non omnes salui fiant, respōderi solet, quia hoc ipsi nolunt. Quod quidē de paruulis dici non pōt, quorū nondum est velle seu nolle. Nam ꝙ infantili motu faciūt, si eorum voluntati iudicaretur esse tribuendum, qñ baptizantur, cum resistunt quantum possunt, ēt nolentes saluos eos fieri diceremus.

*1.sen. di. 42.c. ex quibusdā. De saluādis & perdendis voluntate Dei.c.97. 1.Tim.2*

Sed apertius dn̄s in Euangelio compellans impiam ciuitatem. Quotiens inquit, volui colligere filios tuos, sicut gallina pullos suos, & noluisti: tanquā Dei voluntas superata sit hominum volūtate & infirmissimis nolendo impedientibus, nō potuerit facere potentissimus ꝙ volebat. Et vbi est illa omnipotentia qua in cęlo & in terra omnia quæcūq; voluit fecit,

*1.sen. di. 46.ca.1. & 2. Mat.23. Ps. 113.*

L si colligere filios Hierusalem voluit & nō fecit? An potius & illa quidē filios suos ab ipso colligi noluit, sed ea quoq; nolente filios eius collegit ipse quos voluit: qa in cęlo & in terra non quædā voluit & fecit, quædam vero voluit & non fecit, sed omnia quæcunq; voluit fecit. Quis porro tā impie desipiat vt dicat Deū malas hominū voluntates quas voluerit, qñ uoluerit, ubi uoluerit, in bonum non posse conuertere? Sed cum facit, per misericordiā facit: cum aūt nō facit, per iudicium non facit. Qm̄ cuius vult miseretur, & quē vult indurat. Quod cū diceret Apostolus, gratiā cōmendabat, ad cuius cōmendationē de illis in Rebeccæ vtero geminis fuerat iā locutus, quib.nondum natis, nec aliquid agentibus boni seu mali, vt secundū electionē propositum Dei maneret, non ex operibus, sed ex vocante dictum est ei, quia maior seruiet minori.

*Grati... & præd... stinatio cap. 98. 1. sen di. 46.c.nil... Rom.9.*

M Propter ꝙ adhibuit alterū propheticū testimoniū vbi scriptum est Iacob dilexi, Esau aūt odio habui. *Malac.1* Sentiens aūt quemadmodū posset hoc quod dictū est permouere eos qui penetrare intelligendo non possunt hanc altitudinē gratiæ. Quid ergo dicemus ait, nunquid iniquitas est apud Deū? *Rom.9.* Absit. Iniquū.n. vr̄ ut sine ullis bonorū malorumve operum meritis, unum Deus diligat, odiatq; alterū. Qua in re si futura opera uel bona huius uel mala illius, quæ Deus utiq; præsciebat, uellet intelligi, nequaquam diceret, non ex operibus, sed diceret ex futuris operibus, eoq; modo istam solueret qōnem, immo nullā quā solui opus esset faceret qōnem. Nunc vero cū respondisset, absit, idest absit, ut sit iniquitas apud Deū, mox ut probaret nulla hoc iniquitate Dei fieri, inqt, Moysi.n dicit, Miserebor cui misertus ero, & misericordiā præstabo cui misericors fuero. *Exo. 33.* Quis.n. nisi insipiens Deū iniquū putet, siue iudicium pęnale ingerat digno, siue misericordiā præstet indigno? Denique infert & dicit. Igitur non uolentis, neque currentis, sed miserentis est Dei. *Rom.9. Ephes.2.* Ambo itaq; gemini natura filij iræ nascebantur, nullis quidē operib. proprijs, sed originaliter ex Adam uinculo dānationis obstricti. Sed qui dixit, miserebor cui misertus ero, & misericordiā præstabo cui misericors fuero, Iacob dilexit per misericordiā gratuitā, Esau aūt odio habuit, per iudicium debitū.

A Quod cū deberetur ambobus, in altero alter agnouit non de suis distantibus meritis sibi esse gloriandum, ꝙ in eadē causa idem supplicium non incurrit, sed de diuinæ gratiæ largitate, quia non uolentis neque currentis, sed miserentis est Dei. Altissimo quippe ac saluberrimo sacramento vniuersa facies, atq; ut ita dixerim, uultus sanctarū scripturarū bene intuētes id admonere inuenitur, ut qui gloriatur in domino glorietur.

Cum

Cum autem Apostolus misericordiam Dei
1. Cor. 1. cōmendasset in eo quod ait, Igitur non vo-
Misericordia et iudicium Dei. lentis,neq; currentis, sed miserentis est Dei:
deinde vt etiam iudiciū commendaret,quo-
niam in quo non sit misericordia,nō iniqui
Cap. 99. tas fit,sed iudiciū, nō est quippe iniquitas a-
Rom. 9. pud Deū:continuo subiecit atq; ait, Dicit.n.
scriptura Pharaoni.Quia ad hoc te excitaui,
vt ostendā in te potentiam meam,& vt annū
A cietᵘ nomē meū in vniuersa terra.Quibus di-
ctis ad vtrunq; concludēs.i. ac misericordiā
& ad iudicium,inquit, Ergo cuius vult mise
retur Deus,& quem vult obdurat.Miseretur
scilicet magna bonitate, obdurat nulla ini-
quitate, vt nec liberatus de suis meritis glo-
rietur,nec dānatus nisi de suis meritis cōque
ratur. Sola enim gratia redēptos discernit à
perditis,quos in vnā perditionis cōcreuerat
massam ab origine ducta causa communis.
Hoc autem qui eo modo audit vt dicat,quid
adhuc conqueritur? Nā volūtati eius quis re
sistit,tanquā propterea malus nō videatur es
se culpandus, quia Deus cuius vult misere-
tur, & quē vult obdurat: absit vt pudeat nos
hoc respondere, quod respondisse videmus
Rom. 9. Apostolū. O hō tu quis es qui rñdeas Deo?
Lib. 15. Nunquid dicit figmentū ei qui se finxit,quid
de ciuit. Dei. me fecisti sic?An non habet potestatē figulus
cap. 1. luti ex eadē massa facere aliud quidē vas in
honorē,aliud vero incōtumeliā? Hoc enim
loco quidā stulti putant Apostolū in rñsione
defecisse,& inopia reddēdæ rationis repres-
sisse contradictoris audaciam. Sed magnum
habet pondus quod dictum est. O homo tu
Vbi supra. quis es?Et in talibus quæstionibus ad suæ ca-
pacitatis considerationem reuocat hominē
verbo quidē breui, sed re ipsa magna est red
ditio rationis.Si enim nō capit hęc, quis est
qui respondeat Deo? Si autem capit, magis
non inueniet quid respondeat. Videt enim si
capit, vniuersum genus humanū tam iusto
iudicio diuino in apostatica radice damna-
tum,vt etiā si nullus inde liberaretur, nemo
B recte posset Dei vituperare iustitiā:& qui li-
berantur sic oportuisse liberari, vt ex pluri-
bus non liberatis, atq; in damnatione iustis-
sima derelictis, ostenderetur quid meruisset
vniuersa conspersio, & quo etiam istos de-
bitū iudicium Dei duceret,nisi eius indebita
misericordia subueniret, vt volētium de suis
meritis gloriari, oē os obstruatur,& qui glo
rietur in domino glorietur.Hæc sunt magna
opera dñi, exquisita in omnes voluntates e- 1. Cor. 1.
ius:& tam sapienter exquisita, vt cū angeli- Nihil fit
ca & humana creatura peccasset, id est, non cōtra voluntatem
quod ille,sed quod uoluit ipsa fecisset, etiā Dei.
ꝑ eandē creaturæ voluntatē,qua factū est qđ Ca. 100.
creator noluit, impleret ipse qđ voluit: be- 1. sen. di.
ne vtens & malis, tanquā summe bonus, ad 57. ca. 1.
eorū dānationē quos iuste ꝑdestinauit ad pę li. 14. de
nā, ad eorū salutē quos benigne ꝑdestinauit ciui. Dei.
ad grām.Quātū.n.ad ipsos attinet,ꝙ Deᵘ no cap. 27.
luit fecerūt:quātū uero ad oīpotētiā Dei nul C
lo modo id efficere ualuerunt. Hoc quippe
ipso ꝙ contra uoluntatē Dei fecerunt, de ip-
sis facta est uoluntas eius. Propterea nanque Ps. 110.
magna opera dñi exquisita in omnes volūta-
tes eius, ut miro & ineffabili mō nō fiat præ- Bona vo
ter eius uoluntatē,quod etiam contra eius fit luntas a-
volūtatē:quia nō fieret si nō sineret:nec utiq; lia dei, a-
nolens,sed uolēs. Nec sineret bonus fieri ma lia hoīs.
le,nisi oīpotens ēt de malo facere posset be ca. 101.
ne. Aliqñ aūt bona uoluntate homo uult ali 2. sen. di.
quid quod Deus nō uult,etiā ipse bona mul 58. ca. 1.
to amplius multoq; certius uoluntate. Nam
illius mala uoluntas esse nunq̃ potest.Tāquā
si bonus filius patrē uelit uiuere,quem Deus
bona voluntate uult mori.Et rursus fieri pōt
ut hoc uelit homo uoluntate mala qđ Deus
uult bona: uelut si malus filius uelit mori pa
trē,uelit hoc ēt Deus. Nēpe ille uult qđ non
uult Deus, iste uero id uult qđ uult & Deus:
& tñ bonæ uolūtati Dei pietas illius potius
cōsonat,quāuis aliud uolētis, quē huius idē
uolentis impietas:Tm interest qđ uelle homi
ni, quid Deo congruat, & ad quē finē suam
quisque referat uoluntatē,ut aut approbetur 1. sen. di.
aut improbetur. Nam Deus quasdā uolunta 48. cap.
tes suas utiq; bonas implet per malorū uolū ad quod.
tates malas. Sicut per Iudæos maleuolos bo Mat. 16.
na uolūtate patris Christus ꝑ nobis occisus
est.Quod tantū bonū factum est,ut Apostolᵘ
Petrus qñ fieri id nolebat, Satanas ab ipso q̃
occidi uenerat diceretur. Quam bonæ appa D
rebant uoluntates piorū fideliū, qui nolebāt 1. sen. di.
Apostolū Paulum Hierusalē pergere, ne ibi 48. cap.
pateretur mala quæ Propheta Agabus prædi si vero.
xerat: & tamen Deus hęc illum pati uolebat Act. 21.
pro annuncianda fide Christi, exercens mar
tyrem Christi. Neque iste bonam uolunta-
tem suam impleuit per Christianorum uo-
luntates bonas,sed per Iudæorum malas: &
ad

ad eum potius pertinebant qui nolebant qđ volebat, q̃ illi per quos volentes factũ eſt ꝙ volebat, quia idipſum quidẽ, ſed ipſe ꝑ eos bona, illi aũt mala volũtate fecerũt.

*Voluntas Dei.*
*Cap. 102 1. ſen. di. 47. c. verum vt.*

Sed qualibet ſint voluntates vel angelorũ vel hominũ, vel bonorũ vel malorũ, vel illud qđ Deus vel aliud volentes q̃ Deus omnipotẽs voluntas dei ſemper inuicta eſt: q̃ mala eſſe nunquã poteſt, quia ẽt cum mala irrogat, iuſta eſt, & ꝓfecto q̃ iuſta eſt mala nõ eſt.

*Excutit dictũ Apoſtoli. Qui vult oẽs hoĩes ſaluos fieri.*

Deus igitur omnipotens ſiue per miſericordiam cuius vult miſereatur, ſiue ꝑ iudicium quẽ vult obduret, nec inique aliquid facit, nec niſi volẽs quicquã facit, & omnia quæcunq; vult facit. Ac ꝑ hoc cũ audimus & in ſacris literis legimus, ꝙ velit oẽs homines ſaluos fieri: quãuis certũ ſit nobis nõ oẽs homines ſaluos fieri, non tñ ideo debemus omnipotentiſsimæ Dei voluntati aliud derogare, ſed ita intelligere quod ſcriptũ eſt: Qui vult oẽs homines ſaluos fieri: tanquã diceret, nullum hominem fieri ſaluũ, niſi quẽ ſaluũ fieri ipſe voluerit: non ꝙ nullus ſit hominũ niſi quẽ ſaluũ fieri velit, ſed qđ nullus fiat niſi quẽ velit, & ideo ſit rogandus vt velit, quia neceſſe eſt fieri ſi voluerit.

*Ca. 103. 1. ſen. di. 46. c. nũc videri.*
*1. Ti. 2.*

F

De orãdo q̃ppe Deo agebat Apoſtolus, vt hoc diceret. Sic. n. intelligimus, id ꝙ in Euãgelio ſcriptũ eſt: Qui illuminat omnẽ hominẽ: nõ quia nullus eſt hominũ q̃ nõ illuminet, ſed quia niſi ab ipſo nullus illuminat. Aut certe ſic dictũ eſt: Qui omnes homines vult ſaluos fieri, non ꝙ nullus hominũ eſſet quẽ ſaluũ fieri nollet, qui virtutes miraculorũ facere noluit apud eos quos dicit acturos fuiſſe pęnitentiã ſi feciſſet: ſed ut oẽs hoĩes oẽ genus humanũ intelligamus per quaſcunq; dr̃ias diſtributũ, reges, priuatos, nobiles, ſublimes, humiles, doctos, indoctos, integri corporis, debiles, ingenioſos, tardicordes, fatuos, diuites, pauperes, mediocres, mares, fęminas, infantes, pueros, adoleſcẽtes, iuuenes, ſeniores, ſenes: in linguis oĩbus, in moribus oĩbus, in artibus oĩbus, in profeſsionibns omnibus, in voluntatũ & cõſcientiarum varietate innumerabili conſtitutos, & ſi quid aliud differẽtiarũ eſt in homibus Quid eſt enim eorũ vnde nos Deus per vnigenitum ſuum dominũ nr̃m per omnes gentes ſaluos fieri homines velit, & ideo faciat, quia omnipotẽs velle inaniter non põt quodcũq; voluerit? Præceperat. n. Apoſtolus vt oraretur pro ſingulis hominibus, & ſpecialiter addiderat regibus & ijs qui in ſublimitate ſunt, qui putari poterãt faſtu & ſuperbia ſeculari à fidei Chriſtianæ humilitate abhorrere.

*Ioan. 1.*
G
*1. Ti. 2.*
*lib. 16. de ciuit. Dei cap. 26.*

Proinde dicens: Hoc. n. bonũ eſt corã ſaluatore noſtro deo. i. vt ẽt ꝓ talibus oretur. Statim vt deſperationẽ tolleret, addidit: Qui oẽs homines vult ſaluos fieri, & ĩ agnitionẽ veritatis venire, & q̃ppe Deus bonũ iudicauit, vt orationibus humiliũ, dignaretur ſalutẽ p̃ſtare ſublimiũ. Qnod vtiq; iã videm⁹ impletũ. Iſto locutionis mõ & dñs eſt vſus in Euãgelio, vbi ait Phariſęis? Decimatis mẽtã & rutã & oẽ olus. Neq;. n. Phariſæi & quęcunq; aliena & omniũ ꝑ omnes terras alienigenarũ omnia olera decimabant. Sicut ergo hic omne olus, omne olerũ genus, ita & illic oẽs homines oẽ hominũ genus intelligere poſſumus.

*1. Ti. 2.*
*Mat. 23.*
*Luc. 11.*

H

Et quocunq; alio modo intelligi poteſt, dum tñ credere non cogamur aliquid omnipotentẽ deũ voluiſſe fieri, factũq; nõ eſſe, qui ſine vllis ambiguitatibus ſi in cęlo & in terra, ſicut & veritas cãtat, oĩa quęcunque voluit fecit, profecto facere noluit quodcunq; nõ fecit. Quapropter ẽt primũ hominẽ Deus in ea ſalute in qua cõditus erat cuſtodire voluiſſet, eumq; opportuno tp̃e poſtgenitos filios ſine interpoſitione mortis ad meliora perducere, vbi iam nõ ſolũ peccatũ nõ cõmitttere, ſed nec voluntatẽ poſſet habere peccandi, ſi ad permanendũ ſine peccato ſicut factus erat perpetuã voluntatẽ habiturũ eſſe præſciſſet. Quia vero eũ male vſurũ libero arbitrio, hoc eſt peccaturũ eſſe p̃ſciebat, ad hoc potius p̃parauit voluntatem ſuã, vt bñ ipſe faceret ẽt đ male faciẽte, ac ſic hominis voluntate mala nõ euacuaretur, ſed nihilominus impleretur omnipotẽtis bona.

*Pſ. 113.*
*Præſcientia Dei Ca. 104.*

I

Sic. n. oportebat prius hominem fieri, vt bñ velle poſſet & male, nec gratis ſi bñ, nec impune ſi male: poſtea vero ſic erit, vt male velle non poſsit, nec ideo libero carebit arbitrio. Multo quippe liberius erit arbitrium, quòd omnino non poterit ſeruire peccato. Neque enim culpanda eſt voluntas, aut voluntas non eſt, aut libera dicenda non eſt, quia beati eſſe ſic volumus, vt eſſe miſeri nõ ſolum nolimus, ſed nequaquam prorſus velle poſsimus. Sicut ergo nunc etiam anima noſtra nolle infœlicitatem, ita tunc nolle iniquitatẽ ſemper habitura eſt. Sed ordo

*Voluntas noſtra qualis futura ſit. Ca. 105. 2. ſen. di. 7. c. boni vero. & di. 25. c. angeli. et lib. 22. de ciuit. Dei cap. 30.*

prę-

prætermittendus nō fuit, in quo Deus voluit ostendere, q̄ bonū sit animal rationale ꝙ etiā peccare poſsit, quāuis ſit melius ꝙ peccare nō poſsit: ſicut minor fuit immortalitas, ſed tñ fuit in qua poſſet ēt mori, quāuis maior futura ſit in qua non poſsit mori. Illam natura humana perdidit per liberū arbitriū, & hanc eſt acceptura per gratiā quā fuerat ſi nō peccaſſet, acceptura per meritū: quāuis ſine gratia nec tunc vllū meritū eſſe potuiſſet. Quia & ſi peccatū in ſolo libero arbitrio erat conſtitutū, non tñ iuſtitiæ retinendæ ſufficiebat liberū arbitriū, niſi participatione immutabilis boni diuinū adiutoriū præberet. Sicut.n. mori eſt in hominis poteſtate cū velit, nemo eſt.n. qui non ſeipſum, vt nihil aliud dicam, vel non veſcendo poſsit occidere, ad vitā vero tenendam voluntas nō ſatis eſt, ſi adiutoria ſiue alimentorū ſiue quorumq; tutaminū deſint. Sic homo in Paradiſo ad ſe occidendū relinquendo iuſtitiā idoneus erat per voluntatē, vt aūt ab eo teneretur vita iuſtitiæ parū erat velle niſi ille qui eum fecerat adiuuaret. Sed poſt illā ruinā maior eſt miſericordia Dei, qñ & ipſum liberū arbitriū liberandū eſt à ſeruitute, cui dñatur cū morte peccatū. Nec omnino per ſeipſum, ſed per ſolam Dei gratiā, quæ in fide Chriſti poſita eſt liberatur, vt voluntas ipſa, ſicut ſcriptū eſt à dño præparetur, quia cętera Dei munera capiant per quæ veniatur ad munus æternū. Vnde & ipſam vitam æternam, quæ certa merces eſt operum bonorū, gratiā Dei appellat Apoſtolus: Stipendium.n. inquit peccati mors, gratia Dei vita æterna in Chriſto Ieſu dño noſtro. Stipendiū pro opere militiæ debitū redditur, nō donatur, ideo dixit, Stipendiū peccati mors: ut mortē peccato non immerito illatā, ſed debitam demonſtraret. Gratia vero niſi gratis ſit, gratia non eſt. Intelligendū eſt igitur ēt ipſa hominis bona merita eſſe Dei munera, quib. cū vita æterna redditur, quid niſi gratia pro gratia redditur? Sic ergo factus eſt homo rectus, ut & manere in ea rectitudine poſſet non ſine adiutorio diuino, & ſuo fieri peruerſus arbitrio: vtrūlibet horum elegiſſet, Dei uoluntas fieret, aut ēt ab illo, aut certe de illo. Proinde quia ſuā maluit facere q̄ Dei, de illo facta eſt uoluntas Dei, q. ex eadem maſſa perditionis q̄ de illius ſtirpe profluxit, facit aliud vas in honorē, aliud in contumeliā, in honorē, per miſericordiā: in contumeliā, per iudiciū, ut nemo glorietur in homine, ac per hoc nec in ſe. Nā neq; per ipſum liberaremur unū mediatorē Dei & hominū hominē Chriſtum Ieſum, niſi eſſet & Deus. Sed cū factus eſt Adā homo, ſ. rectus, mediatore nō opus erat: Cū uero genus humanū peccata lōge ſeparauerunt à Deo, per mediatorē qui ſolus ſine pctō natus eſt, uixit & occiſus eſt, recōciliari nos oportebat Deo uſque ad carnis reſurrectionē in uitā ęternā, ut & humana ſuperbia per humilitatē Dei argueretur ac ſanaretur, & demonſtraretur homini q̄ longe à Deo receſſerat, cū per incarnatū Deū reuocaretur, & per hominē Deum exemplū obedientiæ cōtumaci homini pręberetur, & unigenito ſuſcipiente formā ſerui, quæ nihil ante meruerat, fons gratiæ panderetur, & carnis ēt reſurrectio redēptis pro miſſa in ipſo redēptore præmonſtraretur, & per eandē naturam quam ſe decepiſſe lætabatur diabolus uinceretur: nec tñ homo gloriaretur, ne iterū ſuperbia naſceretur: & ſi quid aliud de tanto mediatoris ſacro à proficientibus uideri & dici poteſt, aut tantum uideri, ēt ſi non dici pōt. Tempus aūt ꝙ inter hominis mortē & ultimam reſurrectionē interpoſitū eſt animas abditis receptaculis continet, ſicut una quæq; digna eſt uel requie uel erūna, pro eo ꝙ ſortita eſt in carne cū uiueret. Neq; negandum eſt defunctorū animas pietate ſuorū uiuentiū releuari, cū pro illis ſacrificiū mediatoris offertur, uel eleemoſynæ in Eccleſia fiunt. Sed eis hæc proſunt, qui cū uiuerēt, ut hæc ſibi poſtea prodeſſe poſſent, meruerunt. Eſt.n. quidā uiuendi modus, nec tā bonus ut non requirat iſta poſt mortem, nec tā malus ut ei non proſint iſta poſt mortē. Eſt uero talis in bono, ut iſta non requirat & eſt rurſus talis in malo, ut nec his ualeat cū hæc uita trāſierit adiuuari. Quocirca hic omne meritū cōparat, quo poſsit poſt hanc uitā releuari quiſpiā uel grauari. Nemo aūt ſe ſperet ꝙ hic neglexerit cum obierit apud Deū promereri. Non igitur iſta quæ pro defunctis cōmendandis frequentat Eccleſia, illi Apoſtolicæ ſunt aduerſa ſñiæ, qua dictum eſt. Omnes.n. aſtabimus ante tribunal Chriſti, ut referat unuſquiſq; ſecundū ea quæ per corpus geſsit, ſiue bonum, ſiue malum, quia ēt hoc meritum ſibi quiſq; cū in corpore uiueret

*Marginal notes (left column):* 2.ſen. di. 15.c. Angeli. — Liberum arbitriū & gratia cap. 106 — 2.ſen. di. 29.c.1. — K — Gratia & ſtipendium peccati. cap.107. Rom.6. Rom.11. — 2.ſen. di. 24.c.1. Rom.6. — L

*Marginal notes (right column):* mediator chriſtus cap.108. 1.Tim.2 — M — Locus animarū uſque ad iudicium futurum. cap.109 13.q.26 Tempus. 4.ſen. di. 45.ca.1. Bona opera pro defunctis. cap.110. Vbi ſupra c. neque. — A — 2.cor.5.

tieret comparauit vt ei possent ista prodesse. Non.n.omnib.prosunt. Et quare non omnibus prosunt, nisi pp dfiam vitæ quam quisq; gessit in corpore? Cũ ergo sacrificia siue altaris, siue quarũcunque eleemosynarũ pro baptizatis defunctis omnib. offeruntur, pro valde bonis gratiarũ actiones sunt: pro non valde malis, propitiationes sunt: pro valde malis & si nulla sunt adiumenta mortuorũ, qualescunq; viuorũ consolationes sunt. Quibus aũt prosunt, aut ad hoc prosunt, vt sit plena remissio, aut certe tolerabilior fiat ipsa dãnatio. Post resurrectionẽ vero facto vniuerso cõpletoq; iudicio, suos fines habebunt ciuitates duæ, vna Christi, altera diaboli, vna bonorũ, altera malorũ, vtraq; tñ angelorum & hominũ. Istis voluntas, illis facultas nõ poterit vlla esse peccandi: vel ulla condõ moriendi, istis in æterna vita vere fęliciterq; viuẽtibus, illis infęliciter in ęterna morte sine moriendi ptãte durantib. qñ vtriq; sine fine. Sed in beatitudine isti alius alio pstabilius, in miseria vero illi, alius alio tolerabilius permanebunt. Frustra itaq; nõnulli, imo quãplurimi æternã dãnatorũ pęnam & cruciatus sine intermissione perpetuos, humano miserant affectu, atq; id futurũ esse nõ credunt: nõ q. dẽ scripturis aduersando diuinis, sed pro suo motu dura quæq; molliẽdo, & in leniorẽ flectendo sniam, q̃ putant in eis terribilius esse dicta q̃ verius. Non.n. obliuiscetur, inquiũt, misereri Deus, aut cõtinebit in ira sua miserationes suas. Hoc quidẽ in Psalmo legitur sancto: Sed de his sine vllo scrupulo intelligitur, qui vasa misericordiæ nuncupant, quia & ipsi non pro meritis suis, sed Deo miserãte de miseria liberant. Aut si hoc ad oẽs existimant pertinere, nõ ideo necesse est vt dãnationẽ opinent posse finiri eorũ, de quib. dictũ est, Et ibũt hi in suppliciũ æternũ: ne isto modo puteẽ habitura finẽ qñq; fęlicitas ẽt illorũ, de quib. ecõtrario dictũ est: Iusti aũt in vitã æternã. Sed pęnas dãnatorũ certis tẽporũ interuallis existiment, si hoc eis placet, aliquatenus mitigari: ẽt sic quippe intelligi põt manere in illis ira Dei, hoc est ipsa dãnatio. Hæc.n. vocat ira Dei, non diuini animi ptur batio: vt in ira sua, hoc est manẽte ira sua, nõ tñ cõtineat miserationes suas, nõ æterno supplicio finẽ dãdo, sed leuamen adhibẽdo vel interponẽdo cruciatibus. Quia nec Psalmus ait, ad finiendã irã suã, vel post irã suã, sed in ira sua. Quæ si sola esset quanta ibi minima cogitari põt, perire à regno Dei, exulare à ciuitate Dei, alienari à vita Dei, carere tam magna multitudine dulcedinis Dei quã abscõdit timentib. se, perfecit aũt sperantib. in se tã grãdis est pęna vt ei nulla possint tormẽta q̃ nouimus cõparari, si illa sit æterna, ista aũt sit quãlibet multis seculis longa finienda. Manebit ergo sine fine mors illa perpetua dãnatorũ, i. alienatio à vita Dei, & omnib. erit ipsa cõis, quãlibet hoĩes de varietate pęnarũ, de dolorũ reuelatione vel intermissione p suis humanis motib. suspicent, sicut manebit cõiter omniũ vita æterna sanctorũ quãlibet bonorũ distantia cõcorditer fulgeant. Ex ista fidei cõfessione q̃ breuiter symbolo cõtinetur & carnaliter cogitata lac est paruulorũ, spiritaliter aũt considerata atq; tractata cibus est fortiũ, nascit spes bona fideliũ, cui charitas sancta comitatur, de qua scriptum est maior omnib. ijs est, Sed de ijs omnib. quæ fideliter sunt credẽda, ea tñ ad spẽ pertinent q̃ in oratione dñica cõtinentur. Maledictus est.n. oĩs, sicut diuina testant eloquia, qui spẽ ponit in hoĩe, ac per hoc in semetipso qui spẽ ponit, huius maledicti vinculo innectitur. Ideo nõ nisi à dño Deo petere debemus quicquid speramus nos, vel bene operaturos, vel pro bonis operib. adepturos. Proinde apud Euangelistã Mattheũ septẽ petitiones continere dñica vr̃ oratio: quarũ in tribus æterna poscuntur, in reliquis quatuor temporalia, quæ tñ propter æterna cõsequenda sunt necessaria. Nã quod dicimus: Sanctificetur nomen tuũ, adueniat regnum tuum, fiat voluntas tua sicut in cęlo & in terra: quod nõ absurde quidam intellexerunt in spiritu & corpore: omnino retinenda sunt sine fine: & hic inchoata quantũcunq; proficimus augentur in nobis, perfecta vero, q in alia vita sperandũ est semper possidebuntur. Quod vero dicimus, Panẽ nostrũ quotidianũ da nobis hodie, & dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitorib. nostris, & ne nos inducas in tẽtationẽ, sed libera nos a malo, qs nõ videat ad pñtis vitæ indigentiã pertinere? In illa itaq; vita æterna vbi nos sẽper speramus futuros, & noĩs Dei sãctificatio, & regnũ eius & volũtas eius in nr̃o spũ & corpore perfecte atq; immortaliter pmanebũt. Panis vero quoti-

Marginalia (left): 13. q. ca. tempus. — B — Duæ ciuitates post iudicium cap. 111. 4. sen. di. 50. c. 1. — Pœna impiorũ an æterna. cap. 112. 4. sen. di. 46. ca 1. Et 21. li. de ci. dei. c. 18. & 24. Psal. 76. Rom. 9. Mat. 25. — C — Psal. 76. — lib. 13. de trinitate. cap. 12.

Marginalia (right): Psal. 3[6]. Mors impiorũ vita piorũ perpetua c. 11[1]. 4. sen. d[i]. 46. ca[p]. — iuxta f[idei] confessi[onem] fidei. ca. 11[4]. — D — Fiducia sui. Hier. 17. — Oratio dominica. cap. 115. Matt. 6. — E

quotidianus ideo dictus est, quia hic est necessarius, quantus animæ carniq; tribuẽdus est, siue spiritaliter, siue carnaliter, siue vtroque intelligatur mõ. Hic est ẽt quã poscim⁹ remissio, vbi est oĩs remissio peccatorũ. Hic tentationes q̃ nos ad peccandũ, vel illiciũt, vel impellũt. hic deniq; malũ vnde cupim⁹ liberari, illic aũt nihil est istorũ.

*Eadẽ oratio secundũ Lucã. ca. 116 Luc. 11.*

Euãgelista vero Lucas in oratione dominica petitiones nõ septẽ, sed quinq; cõplexus est, Nec ab isto vtiq; discrepauit, sed quõ ista septẽ sint intelligẽda, ipsa sua breuitate cõmonuit. Nomẽ quippe Dei sanctificatur in spiritu, Dei aũt regnũ in carnis resurrectione venturum est. Ostendens ergo Lucas tertiam petitionẽ duarũ superiorũ esse quodãmodo repetitionẽ magis eã prętermittẽdo fecit intelligi.

F

Deinde tres alias adiungit, de pane quotidiano de remissione peccatorũ, de tẽtatione vitanda. At vero quod ille in vltimo posuit: Sed libera nos à malo iste nõ posuit, vt intelligeremus ad illud superius ꝙ de tentatione dictũ est, pertinere. Ideo quippe ait, sed libera, nõ ait, & libera, tanq̃ vnã petitionẽ esse demõstrãs. Nõ hoc, sed hoc, vt sciat vnusquisq; in eo se liberari à malo ꝙ nõ infertur in tentationẽ.

*Mat. 6.*

*Charitas. ca. 117. 1. Co. 13.*

Iã porro charitas q̃ duab. istis. i. fide ac spe maiorẽ dixit Apostolus, quanto in quocũq; maior est, tãto melior est in quo ẽ. Cũ. n. quæritur, vtrũ quisq; sit homo bonus non quæritur quid credat aut speret, sed q̃d amet. Nã qui recte amat, proculdubio recte credit & sperat: qui vero nõ amat, inaniter credit, etiam si sunt vera quę credit: inaniter sperat, ẽt si ad verã fęlicitatẽ doceantur pertinere q̃ sperat, nisi & hoc credat ac speret, ꝙ sibi petẽti donari possit vt amet. Quanuis. n.

G

sperare sine amore nõ possit, fieri tñ põt vt id nõ amet sine quo ad id q̃d sperat non põt peruenire. Tanq̃ si speret vitam æternã: quãuis non habeat, & nõ amet iustitiã sine qua nemo ad illã ꝑuenit. Ipsa est aũt fides Christi quã cõmendat Apostolus, q̃ per dilectionẽ operatur, & q̃d id dilectione nondũ habet, petit vt accipiat, q̃rit vt inueniat, pulsat vt aperiat ei. Fides nãq; impetrat ꝙ lex imperat. Nã sine Dei dono. i. sine spiritusancto, ꝑ quẽ diffunditur charitas in cordib. nostris, iubere lex potuerit, nõ iuuare, & præuaricationẽ insuper facere, qui de ignorantia se excusare nõ possit. Regnat enim carnalis cupiditas vbi nõ est Dei charitas.

*Gal. 4. Matt. 9. 3. sen. di. 26. c. et si Rom. 5.*

*Quatuor gradus ad fœlicitatem secũdũ quatuor ætates. c. 118*

Sed cũ in altissimis ignorantiæ tenebris nulla resistẽte ratione viuitur secũdũ carnẽ, hæc sunt prima hominis. Deinde cũ per legẽ cognitio fuerit facta peccati, si nondũ diuinus adiuuat spiritus, secundũ legẽ volens viuere vincitur, & sciens peccat, peccatoq; subditus seruit: A quo. n. quis deuictus est, huic & seruus addictus est: id agente scientia mandati, vt peccatum operetur in homine oẽm concupiscentiam cumulo præuaricationis adiecto, atq; ita quod scriptũ est impleatur: Lex subintrauit, vt abundaret delictũ.

*Rom. 3. 1. Pet. 2. Rom. 5.*

H

Hæc sunt secunda hoĩs. Si aũt respexerit Deus vt ad implenda quæ mandat ipse adiuuare credatur, & agi homo cęperit Dei spiritu, concupiscitur aduersus carnem fortiore robore charitatis: vt quãuis sit adhuc quod homini repugnet ex hoĩe, nondũ tota infirmitate sanata, ex fide tñ iustus viuat, iusteq; viuat inquantũ nõ cedit malæ cõcupiscentię, vincente dilectione iustitiæ.

*Gal. 5.*

*Abac. 2.*

Hæc sunt tertia bona spei hoĩs, in q̃bus si pia perseuerantia quisq; proficiat, postrema pars restat, quæ post hac vitã in requie spũs, deinde in resurrectione etiã carnis implebitur. Harũ quatuor differentiarũ, prima est ante legẽ secunda sub lege tertia sub gratia, quarta in pace plena atq; ꝑfecta. Sic est & Dei populus ordinatus ꝑ tẽporũ interualla sicut deo placuit, qui in mẽsura, numero & põdere cũcta disponit. Nã fuit primit⁹ añ legẽ: scd'o sub lege, q̃ ꝑ Moysen data est: deinde sub gratia q̃ reuelata est per primũ mediatoris aduentũ.

*Sapiẽ. 11*

Quæ quidẽ gratia nec antea defuit quibus impartiri eã oportuit, quãuis pro tp̃is dispẽsatione velata & occulta.

I

Neq;. n. antiquorũ quicunq; iustorũ pręter Christi fidẽ salutẽ potuit inuenire. At vero nisi & illis cognitus fuisset, non potuisset nobis per eorũ ministeriũ aliàs apertius, alias occultius prophetari.

*Renascentia spũs. Cap. 119*

In quacũq; autẽ quatuor istarũ velut ætatũ singulũ quemq; hominẽ gratia regenerationis inuenerit, ibi ei remittũtur præterita vniuersa peccata: & reatus ille nascẽdo contractus, renascẽdo dissoluitur. Tãq; multũ valet q̃d spiritus vbi vult spirat, vt quidã secundũ illã seruitutem sub lege esse non nouerint, sed cum mandato incipiant adiutorium habere diuinum. Antequam possit aũt homo capax esse mãdati, secũdũ carnẽ viuat necesse est: sed si iã sacra-

*Ioan. 3. Sacramẽtũ regenerationis. ca. 120.*

mento regenerationis imbutus est, nihil ei mors oberit si tunc ex hac vita migrauerit. Quia ideo Christus mortuus est & resurrexit, vt & viuorũ & mortuorũ domineẽ, nec tenebit regnũ mortis eũ, pro quo mortuus est ille liber in mortuis. Omnia igitur pręcepta diuina referuntur ad charitatẽ, de qua dicit Apostolus: Finis aũt præcepti est charitas de corde puro, & cõscientia bona & fide nõ ficta. Omnis itaque præcepti finis est charitas.i.ad charitatẽ refertur omne pręceptum. Quod vero ita fit uel timore pęnæ, vel aliqua intentione carnali, vt non referatur ad illam charitatem quam diffundit spiritussanctus ĩ cordibus nostris, nondum fit queãdmodũ fieri oportet, quãuis fieri videatur. Charitas quippe ista Dei est & proximi: & vtiq; in his duobus ꝓceptis tota lex pẽdet & Prophetę. Adde Euãgeliũ, adde & Apostolos: non.n. aliunde vox ista, Finis ꝓcepti est charitas, & Deus charitas est. Quęcunque ergo mandat Deus, ex quibus vnum est: Non męchaberis: & quæcunq; non iubentur, sed speciali consilio monentur, ex quibus vnum est: Bonũ est homini mulierẽ nõ tangere: tũc recte fiunt quũ referuntur ad diligendũ Deũ & proximũ pp Deũ, & in hoc seculo, & in futuro: nũc Deũ per fidẽ, tunc per speciem, & ipsum proximũ nunc per fidẽ. Non.n. scimus mortales corda mortaliũ, tunc aũt illuminabit dñs abscondita tenebrarum, & manifestabit cogitationes cordiũ. Et tũc laus erit vnicuiq; à Deo: quia id laudabiẽ & diligetur à proximo, quod ne lateat ab ipso illuminabit Deo. Minuetur aũt cupiditas charitate crescente, donec veniat hic ad tantã magnitudinẽ qua maior esse non possit. Maiorem.n. charitatẽ nemo habet, q̃ vt animã suã quis ponat pro amicis suis. Ibi aũt quis explicet quãta charitas erit, vbi cupiditas quã vel coercẽdo superet nulla erit: q̃ summa sanitas erit, qñ contentio mortis nulla erit. Sed si aliquando huius voluminis finis quod ipse uideris, vtrum Enchiridion vel appellare debeas vel habere. Ego tñ cum spernẽda tua in Christo Iesu studia non putarem, bona de te credens, in adiutorio nostri redemptoris confidens ac sperans, teq; in eius membris plurimum diligens, librum ad te sicut valui, vtinam tam commodum q̃ prolixũ, de fide, spe, & charitate conscripsi.

*Rom. 4. Psal. 87. Charitas. Cap. 121. 2. sen. di. 38. cap. 1. 1. Tim. 2. 3. sen. di. 36. c. cũ duo.* K *Mat. 22. 1. Tim. 1. 1. Ioan. 4. Exo. 20. 1. Cor. 7. 1. Cor. 4. Ioan. 15.* L *Quare opus conscripserit. cap. 122.*

## D. AVRELII AVGVSTINI Hipponensis Episcopi, Liber de definitionibus Orthodoxæ fidei, siue Ecclesiasticis dogmatibus.



Credimus vnum esse Deũ patrẽ & filium & spiritumsanctum. Patrem, eo quod filiũ habeat. Filiũ eo quod patrem habeat. Spiritumsanctum, eo quod sit ex patre & filio procedens, patri & filio coęternus. Pater ergo principiũ deitatis: qui sicut nunquã fuit nõ Deus, ita nunquam fuit non pater, à quo filius natus, a quo spiritussanctus non est natus, quia non est filius, neq; ingenitus, quia non est pater, neq; factus, qa nõ est ex nihilo, sed ex Deo patre & Deo filio Deus procedens. Pater æternus, eo quod æternũ habeat filiũ, cuius æternus sit pater. Filius æternus, eo quod sit patri coæternus. Spiritussanctus æternus, eo quod sit patri & filio coæternus. Non confusa in vna persona trinitas, vt Sabellius dicit, neq; separata aut diuisa in natura diuinitas, vt Arrius blasphemat, sed alter in ꝑsona pater, alter in ꝑsona filius, alter in persona spiritussanctus. Vnus natura in sancta trinitate Deus pater & filius & spũssanctus. Non pater carnem assumpsit, neq; spiritussanctus, sed filius tñ: vt qui erat in diuinitate Dei patris filius, ipse fieret in hoĩe hoĩs matris filius: ne filij nomẽ ad alterũ transiret, qui nõ esset æterna natiuitate filius. Deus ergo filius factus est hominis fili⁹, natus secũdũ veritatẽ naturę ex Deo, Dei filius, & secundũ veritatẽ naturę ex hoĩe hominis filius, vt veritas geniti non adoptione, non appellatione, sed in vtraq; natiuitate filij nomen nascendo haberet, & esset verus Deus & verus homo vnus filius. Non ergo duos Christos, neq; duos filios fatemur, sed Deũ & hominẽ vnũ filiũ. Quẽ propterea & vnigenitũ dicimus, manentẽ in duabus substantijs sicut ei naturæ veritas contulit, non confusis naturis, neq; immixis sicut Timothiani volunt, sed societate vnitatis. Deus ergo hominẽ assumpsit, homo in Deũ transiuit, non naturæ versibilitate, sicut Apollinaristæ dicunt, sed Dei dignatione: vt nec De⁹ mutaretur in humanã substantiam assumendo hominem, nec homo in diuinam glorificatus

*Cap. 11. De fi. Trinitatis cap. De fi. & Symbolo. c. 9.* M *De incarnatione Christi. cap. 2. 3. sen. di. 1. cap. diligenter.* A *3. sen. di. 7. c. satis diligẽter.*

catus in Deum, quia mutatio vel versibilitas naturæ & diminutionē & abolitionē subitā tię facit. Credit à nobis sine cōfusione cōiūcta sancta trinitas, sine separatione distincta. Natus est ergo Dei filius ex hoīe & nō per hoīem. i. nō ex viri coitu, sicut Ebion dicit, sed carnē ex virginis corpore trahēs, & non de cęlo secū afferēs, sicut Marciō, Origenes & Eutiches affirmāt, Neq; in phātasia. i. absque carne, sicut Valētinus asserit. i. neq; putatiue imaginatū, sed corpus verū. Nō tm̄ carnē ex carne, sicut Marcianus, sed verus Deus ex diuinitate, & verus hō ex carne vnus fili⁹, in diuinitate verbum patris & Deus, in hoīe aīa & caro. Aīa nō absq; sensu & ratione, vt

C Apollinaris, neq; caro absque aīa, vt Eunomius, sed aīa cū rōne sua, & caro cū sensibus suis per quos sensus veros in passione, & ante passionē suæ carnis dolores sustinuit. Neque sic est natus ex virgine, vt & diuinitatis initiū hō nascendo acceperit, quasi anteq̄ ex nasceret virgine Deus nō fuerit, sicut Artemō, & Berillus & Marcellus docuerunt, sed æternus Deus & hō ex virgine natus est. Nihil creatū aut seruiēs in trinitate credam⁹: vt vult Dionysius fons Arrij. nihil inæquale, vt vult Eunomius, vt Arrius, nihil inæquale gratię, vt vult Aetius, nihil anterius posterius ue aut minus, vt Arrius, nihil extraneum aut officiale alteri, vt Macedonius, nihil persuasione aut surreptione insertū, vt Manichæus, nihil corporeum, vt Melito & Tertullianus, nihil carporaliter effigiatum, vt Anthropomorphus & Vatianus, nihil sibi inuisibile à creaturis, vt Origines, nihil creaturis visibile, vt Fortunatus, nihil morib. vel volūtate di-

D uersum, vt Marcion, nihil ex trinitatis essentia ad creaturū naturā deductū, vt Plato & Tertullianus, nihil officio singulare nec alteri cōicabile, vt Origenes, nihil cōfusum, vt Sabellius, sed totum pfectū, qa totū ex vno & vnū ex toto, non tn̄ solitariū, vt psumunt Praxeas & Syluanus, Pentapolitana damnabilis illa doctrina. Homousiō ergo. i. coessentialis in diuinitate patri filius, homusion pr̄i & filio spūssanctus, homusion Deo & homini vnus filius manens Deus in homine suo in gloria patris, desiderabilis videri ab angelis, sicut pater & spūssanctus adorat̄ ab angelis & ab omni creatura, nō hō factus pter Deū vel Christus cū Deo, sicut blasphemat. Ne-

*Qđ æternus Deus ex virgine natus. ca. 3.*

*De trinitate perfecta. ca. 4.*

*De homusio. cap. 5.*

*1. Pet. 1.*

storius, sed hō in Deo & Deus in hoīe. Erit resurrectio mortuorū oīm hoīum, sed vna & in simul & semel. Nō prima iustorum, & scđa pctōrū, vt fabula est sōniatorū, sed vna oīum. Et si id resurgere dr̄ qđ cadit, caro ergo nr̄a in veritate resurgit, sicut in veritate cadit. Et nō sm̄ Origenē immutatio corporum erit. i. aliud nouū corpus p carne, sed eadem caro corruptibilis q̄ cadit tā iustorū q̄ iniustorū incorruptibilis resurget, q̄ vel pęnā sufferre possit p pctīs, vel ī gloria æterna remanere p meritis. Oīum. n. hoīum erit resurrectio. Si oīum erit, ergo oēs moriunt̄, vt mors ab Adā ducta oīb filiis eius dn̄et. Et maneat illud priuilegiū in dn̄o qđ de eo spāliter dr̄: Non dabis sanctū tuū videre corruptionem. E

Eius. n. caro nō vidit corruptionē. Hanc rōnem maxima patrū turba tradēte suscepim⁹. Verū qa sunt & alij æque catholici & eruditi viri, q credūt, aīa in corpore manente immutādos ad incorruptionē & immortalitatē eos qui in aduētu dn̄i viui inueniendi sūt, & hoc eis reputari pro resurrectione ex mortuis, q mortalitatē immutatione deponant, nō morte, quolibet qs acquiescat modo, nō est hæreticus, nisi ex cōtētione hæreticus fiat. Sufficit. n. in ecclesię lege carnis resurrectionē credere futurā de morte. Quod aūt dicimus in symbolo, in aduētu dn̄i viuos ac mortuos iudicādos nō solū iustos & pctōres significari, sicut Diodorus putat, sed & viuos q in carne inueniendi sunt credimus qui adhuc morituri credunt̄, vel immutandi sunt, vt alij volūt, vt suscitati cōtinuo vel reformati cum ante mortuis iudicentur. Post resurrectionem & iudicium non credamus restitu- F

tionē futuram, quam Origenes delirat, vt dæmones, vel impij homines post tormēta qua si suppliciis expurgati, vel illi in angelicam qua creati sunt redeant dignitatem, vel isti iustorum societati donentur, eo quòd hoc diuinæ conueniat pietati, ne quid ex rationalibus pereat creaturis, sed quolibet modo saluetur. Sed nos credamus ipsi iudici omnium & retributori iusto, qui dixit: Ibunt impij in supplicium ęternum, iusti autem in vitam æternam, vt percipiant fructum operum suorum. In principio creauit Deus cœlum & terram & aquam ex nihilo. Et cum adhuc tenebræ ipsam aquā occultarent, & aqua terrā absconderet facti sunt angeli & omnes cœ-

*De resurrectione. Cap. 6.*

*Resurrectio oīum cōis ca. 7.*

*Psal. 15.*

*Acto. 2.*

*De iudicio viuorū et mortuorum. Cap. 8.*

*Peracto iudicio nō expectanda restitutio. ca. 9.*

*Mat. 25.*

*Gene. 1.*

*Creatio mundi. Cap. 10.*

lestes virtutes, vt non esset ociosa Dei bonitas, sed haberet in q̃b. ꝑ multa ante spatia bonitatẽ suam ostẽderet, & ita hic visibilis mũdus ex materia quæ à Deo facta fuerat, factus est & ornatus.

*Solus Deus incorpore⁹. Cap. 11.*

Nihil incorporeum & inuisibile natura credendũ, nisi solũ Deũ.i. patrem & filium & spm̃ sanctum. Qui iõ rectè incorporeus credit, q̃a vbiq; est, & oĩa implet atque cõstringit, iõ & inuisibilis oĩb. creaturis, quia incorporeus est.

*Oĩs creatura corporea. Cap. 12.*

Creatura omnis corporea est, angeli & omnes cęlestes virtutes corporeæ, licet nõ carne subsistãt.

*Intellectuales naturæ ĩmortales. Cap. 13*

Ex eo aũt corporeas esse credim⁹ intellectuales creaturas, G ꝙ localiter circũscribunt, sicut & aĩa humana quæ carne claudit, & dęmones qui ꝑ substantiam angelicæ naturæ sunt. Immortales esse credimus intellectuales naturas, q̃a carne carẽt, nec hñt quò cadant vt resurrectione egeant post ruinã necessaria.

*Aĩa hoĩs quõ creet Cap. 14.*

Aĩas hominũ nõ esse ab initio inter cęteras intellectuales natura, nec simul creatas, sicut Origines fingit, neq; cum corporib. per coitũ seminantur, sicut Luciferiani, Cyrillus & aliqui Latinorum ꝓsumptores affirmant, quasi naturæ cõsequentiam seruãtes. Sed dicimus creationem aĩæ solum creatorem omnium nosse, & corpus tm̃ per coniugij copulam seminari, Dei vero iudicio coagulari in vulua conpingi atq; formari, ac formato iã corpore aĩam creari & infundi, vt viuat in vtero hõ ex aĩa constans & corpore, & egrediatur viuus ex vtero, plenus humana substantia.

*Qđ duæ aĩæ non sint in homine. cap. 15.*

Neq; duas aĩas esse dicimus, in vno hoĩe, sicut Iacobus & alii Syrorũ scribunt, vnam aĩalem qua aĩetur corpus, & immixta sit sanguini, & alterã spiritalẽ quæ rõnem ministret, sed dicimus vnam esse eãdemq; animam in hoĩe, quę & corpus sua societate viuificet, & semetipsam sua rõne disponat, habens in sese libertatẽ arbitrij, vt in suæ substantię eligat cogitatione quod vult.

*Aĩa hoĩs immortalis. c. 16.*

H Solum hominem credimus habere aĩam substantiam quę exuta corpore viuit, & sẽsus suos atq; ingenia viuaciter tenet. Non cũ corpore morit, sicut Aratus asserit, neq; post modicũ interuallum, sicut Zenon dicit, q̃a substantialiter viuit.

*Animæ brutorũ. Cap. 17.*

Animalium vero aĩæ non sunt substantiuæ, sed cum carne ipsa carnis viuacitate nascuntur, & cũ carnis morte finiuntur & moriuntur, & iõ nec rõne regunt, sicut Plato & Alexander putãt, sed ad oĩa naturæ incitamenta ducuntur.

*Infundit aĩa. c. 18.*

Aĩa humana, non cũ carne morit, q̃a non cũ carne, vt superius diximus, seminat, sed formato in vẽtre matris corpore, Dei iudicio creatur & infundit, vt viuat hõ intus in vtero, & sic procedat natiuitate in mundum.

*Duæ substãtiæ hominis. c. 19.*

Duab. substantiis tm̃ constat hõ, aĩa, & corpore. Anima cũ rõne sua, & corpore cũ sensib. suis. Quos tñ sensus absq; aĩæ societate non mouet corpus. Aĩa vero & sine corpore rõnale suum tenet. Non est tertius in substantia hoĩs spũs, sicut Didymus contendit, sed spũs ipsa est aĩa pro spirituali natura, vel pro eo ꝙ spiret in corpore spũs appellatur. Aĩa vero ex eo vocatur, ꝙ ad viuẽdum vel ad viuificandũ aĩet corpus. I Tertium vero qui ab Apostolo cum aĩa & corpore inducit spm̃, gratiam sanctispũs esse intelligamus, q̃ orat Apostolus vt integra ꝑseueret in nobis, ne nostro vitio aũt minuat aut fugetur à nobis, quia spũssanctus effugiet fictũ. *1. Thes.*

*Sapien. De libero arbitrio. Cap.*

Libertati arbitrij sui commissus est hõ statim in prima conditione, vt sola vigilantia mentis annitente, ẽt in pręcepti custodia perseueraret, si vellet in eo quod creatus fuerat permanere. Postq̃ vero seductione serpentis per Euam cedit, naturæ bonum ꝑdidit, pariter & vigorem arbitrii, non tñ electionem, ne nõ esset suum ꝙ euitaret peccatum, nec merito indulgeret ꝙ non arbitrio diluisset. *Gene.* Manet itaq; ad quærendam salutem arbitrij libertas.i. rõnalis voluntas, sed admonente prius Deo inuitante ad salutem, vt vel eligat vel sequat vel agat occasione salutis, hoc est inspiratione Dei. Vt autem consequatur quod eligit vel qđ sequitur vel quod occasione agit, Dei esse libere confitemur. Initium ergo salutis nostræ Deo miserante habemus, vt acquiescamus salutiferæ inspirationi, nostræ ptãtis est, vt adipiscamur, qđ acquiescendo admonitioni cupimus, diuini est muneris, vt nõ labamur in adeptio salutis K munere, solicitudinis nostræ est & cœlestis pariter adiutorij, vt labamur, potestatis nostrę est & ignauiæ. Non tamen ad obtinendã sine illo, qui quærentes facit inuenire, qui pulsantibus aperit, qui petentibus donat. *Matt.* Sicut ergo initium salutis nostræ Deo miserante & inspirante habere nos credimus, ita arbitrium naturę nostræ sequax esse diuinæ inspirationis, libere confitemur. Igitur vt non labamur à bono vel naturę vel meriti, solicitudiuis nostræ est cœlestis pariter adiutorij,

*Gratia. Cap. 22.* iutorij, vt labamur, potestatis nostræ & ignauiæ. Firmissime credendũ est, in pręuaricatione Adæ oẽs hoĩes naturalẽ possibilitatem & innocẽtiã perdidisse, & neminẽ de ꝓfundo illius ruinæ per liberũ arbitrium posse cõsurgere, nisi eum gratia Dei miserantis erexerit, liberum n. arbitriũ ille perpessus, dũ suis inconsultius vtitur bonis cadens in p̄uaricationis profunda demersus est. Et nihil quemadmodum exinde surgere posset inuenit, suaque in æternum libertate deceptus huius ruinæ latuisset oppressu, nisi eũ post Christi pro sua gratia reuelasset aduentus, qui per nouæ regenerationis purificationẽ oẽ pręteritum vitiũ sui baptismatis lauacro purgauit. *Nemo bonus p se. Cap. 23.* Neminẽ esse per semetipsum bonũ nisi participationem sui ille donauerit q solus est bonus.

L Neminẽ ẽt baptismatis gratia renouatũ idoneũ esse ad superandas diaboli insidias & ad vincẽdas carnis cõcupiscentias, nisi per quotidianũ adiutoriũ Dei, perseuerãtiã bonæ cõuersationis acceperit. *Perseuerãtia ĩ bonis à Deo Cap. 24.* Quod nemo nisi per Xpm libero bene vtat arbitrio, idẽ magister in epistola ad Mileuẽtanũ conciliũ data p̄dicat, dicẽs: *Liberum arbitriũ. Cap. 25.* Aduerte tandẽ ò prauissimarũ mẽtiũ doctrina, ꝙ primũ hoĩem ita liberas ipsa decepit, vt dũ indulgentius frenis eius vtit, in p̄uaricationẽ p̄sumptione incideret. Nec ex hac potuit erui, nisi ei prouidentia regnationis statum pristinæ libertatis Christi dñi reformasset aduentus. *Merita. Cap. 26.* Quod omnia studia & oĩa opera ac merita sãctorum ad Dei gloriã laudemq; referẽda sint, quia nemo aliũde ei placeat, nisi ex eo qđ ipse donauerit, in quã nos sñiam dirigit beatę recordationis Papæ Zozimi regularis authoritas, cum scribẽs ad totius orbis Epos ait: Nos aũt instinctu Dei, oĩa. n. bona ad authorem suum referẽda sunt vñ nascunt, ad fratrum & coepõrũ nostrorũ conscientiam vniuersa retulimus. Hunc aũt

M sermonẽ syncerissimæ veracitatis luce radiãtem tanto Aphri epi honore venerati sunt, vt ita ad eundem virum scriberent. Illud vero quod in literis quas ad vniuersas prouincias curasti esse mittẽdas posuisti dicens: Non tñ instinctu Dei, & cætera, sic accipimus dictũ, vt illos qui contra Dei adiutoriũ extollũt humani arbitrii libertatẽ, districto gladio veritatis velut cursim transiens amputares. Quid .n. tã libero fecisti arbitrio, q̃ ꝙ vniuersa in nostrę humilitatis conscientiam retulisti? & tñ instinctu Dei factũ esse fideliter sapienterque vidisti, veraciter fidenterq; dixisti. Iõ vtique, q̃a præparat voluntas a dño. Et vt boni aliq̃d agant, paternis inspirationib. suorũ ipse tangat corda filiorum. Quotquot. n. spiritu Dei agunt, hi filij Dei sunt, vt nec nostrũ deesse sentiamus arbitriũ, & in bonis quibusque voluntatis humanę singulis motib. magis illius valere nõ dubitemus auxilium. *Rom. 8.* Ita Deus ex cordib. hominum, atq; in ipso libero operaret arbitrio, vt sancta cogitatio, piũ cõsiliũ, oĩsq; motus bonæ voluntatis ex Deo sit, q̃a per aliũ aliq̃d boni possum⁹, sine quo nihil possumus. *Quicq̃d boni ex Deo c. 27* Quicunq; dixerit gratiã Dei qua iustificamur per Iesum Christum dñm nostrum, ad solã remissionem peccatorum valere quæ iam commissa sunt, non ẽt ad adiutoriũ gratiæ vt non committant, anathema sit. *Gratia sua. c. 28. de conse. dist. 4. c. placuit vt quæcũq; dixeris.* Quisquis dixerit grãm Dei p Iesum Christum pp hoc tñ nos adiuuare ad non peccãdum, quia per ipsum nobis reuelat & aperit intelligentia mandatorũ, vt sciamus q̃d appetere & q̃d vitare debeamus, non aũt per illã nobis præstari vt qđ faciendum cognouim⁹ ẽt facere diligamus atq; valeamus, anathema sit. *A Intelligẽtia ex gratia. c. 29. de cõs. di. 4. c. quisquis dixerit.* Obsecrationum quoq; sacerdotalium sacramenta respiciamus, q̃ ab Apostolis tradita in toto mundo, atq; in omni catholica ecclesia vniformiter celebrant, vt legem credẽdi, lex statuat supplicandi. *Preces sacerdotum Cap. 30.* Cũ. n. sanctarum plebium pręsules mandata sibimet legatione fungantur apud diuinam clementiã, humani generis agunt cãm & tota secum Ecclesia congemiscente postulant & precantur, vt infidelibus donetur fides, vt idololatrę ab impietatis suę liberentur erroribus, vt Iudæis ablato cordis velamine, lux veritatis appareat, vt hæretici catholicę fidei perceptione resipiscant, vt schismatici spm rediuiuæ charitatis accipiant, vt lapsis pœnitentiæ remedia conferantur, vt denique catechumenis *B* ad regenerationis sacramenta perductis, cœlestis misericordiæ aula reseretur. Hęc autem non perfunctoriè neque inaniter a domino peti rerum ipsarum mõstrat effectus, quãdo quidem ex omni errorum genere plurimos Deus dignatur attrahere, quos erutos de potestate tenebrarum transferat in regnum filij charitatis suæ, & ex vasis iræ faciat vasa misericordiæ. Quod adeo totum diuini operis esse sentitur, vt hęc efficienti Deo gratiarum sem-

*Exorcismus, & sufflatio. Cap. 31. De cõs.di. 4. ca. siue paruuli. Ioan. 12. Mat. 12. Psal. 67.*

semper actio laudisque confessio pro illuminatione taliũ vel correctione referant. Illud ẽt quod circa baptizãdos in vniuerso mũdo sancta Ecclesia vniformiter agit, non ocioso cõtemplamur intuitu. Cum siue paruuli, siue iuuenes ad regñationis veniunt sacramentũ, nõ prius fontẽ vitę adeant q̃ exorcismis & exufflationib. clericorũ spũs ab eis immũd⁹ abigaĩ, vt tũc vere appareat qñ princeps mũdi huius mittaĩ foras, & qũo prius alligetur fortis & deinceps vasa eius diripianĩ, in possessionẽ translata victoris, qui cattiuam ducit captiuitatẽ, & dat dona hominib.

*Gratia et liberum arbitriũ. Cap. 32.*

C Oĩum bonorum affectuũ atq; operum, & oĩum studiorum, oiumq; virtutum qb. ab initio fidei ad Deum tendit, Deum profitemur authorẽ. Et non dubitamus ab ipsius gratia oĩa hoĩs merita pręueniri, ꝑ quẽ fit vt aliqd boni & velle incipiamus & facere. Quo vtiq; auxilio & munere Dei non aufertur liberũ arbitriũ, sed liberamur, vt de tenebroso lucidũ, de prauo rectũ, de languido sanũ, de imprudente fit prouidũ. Tanta. n. est erga oẽs hoĩes bonitas Dei, vt nr̃a velit esse merita, quæ sunt ipsius dona, & pro iis quæ largitus est æterna præmia sit donaturus. Agit qppe in nobis vt qđ vult & velimus & agamus, nec ociosa eẽ in nobis patiĩ quæ exercẽda nõ negligenda donauit, & vt nos cooperatores simus gratiæ Dei, ac si qd in nobis ex nostra videremus remisione lãguescere, ad illũ solicite recurramus, qui sanat oẽs lãguores nr̃os, & redimit de interitu vitã nostrã, & cui quotidie dicimus: Ne nos inducas intentationẽ, sed libera nos a malo.

*Ps. 101. Mat. 6. Adã primo ĩmortalis.*

Quicunq; dicit Adam primum hoĩem mortalem factũ, ita vt siue peccaret, siue nõ peccaret moreref incorpore hoc. est de corpore exiret, non peccati merito, sed necessitate naturæ anathema sit.

*D Cap. 33. De baptizandis infantulis. Cap. 34. De cõs.di. 4. ca. placuit vt quicũq;. Rom. 5.*

Quicunque paruulos recentes ab vteris matrum baptizãdos negat, aut dicit in remisionẽ qdẽ peccatorũ eos baptizari, sed nihil ex Adam trahere originalis peccati, quod lauacro regñationis expietur, vnde fit cõsequens vt in eis forma baptismatis in remissionem peccatorum non vera, sed falsa intelligatur, anathema sit: Qm̃ non aliter intelligendum est qđ ait Apostolus: Per vnum hominem peccatum intrauit in mũdum, & per peccatum mors, & ita in oẽs hoĩes pertransiit, in quo oẽs peccauerunt, nisi quemadmodum Ecclesia catholica vbique diffusa semꝑ intellexit. Propter hanc enim fidei regulam etiam paruuli qui nihil peccatorum in seipsis adhuc committere potuerunt, iõ in peccatorum remissionem veraciter baptizantur, vt in eis regenaratione mũdetur: qđ regñatione traxerũt.

*1. Ioã. 1. Oẽs ... sumus peccatores. Cap. 35.*

Quod ait sctũs Ioã. Apostolus. Si dixerimus qa peccatũ nõ habemus nosipsos seducimus, & veritas in nobis non est, qlquis sic accipiendũ putauerit vt dicat ꝑꝑ humilitatem nõ oportere dici nos non hr̃e peccatum, non qa veritas est, anathema sit. Sequiĩ. n. Apostolus & adiũgit. Si aũt cõfessi fuerim⁹ pc̃tã nostra, fidelis est & iustus, qui remittat nobis pc̃tã, & mundet nos ab oĩ iniquitate. Vbi satis apparet, hoc non tm̃ humiliter, sed ẽt veraciter dici. E Poterat. n. Apostolus dicere Si dixerimus, nõ habemus peccatum, nosipsos extollimus, & humilitas in nobis non est. Sed cum ait. Nosipsos decipimus, & veritas in nobis non est, satis ostẽdit, eum q dixerit se nõ hr̃e peccatũ, non verũ loqui, sed falsũm.

*Mat. 6. Oib. orandũ pro dimittendis peccatis. Cap. 36.*

Quicunque dixerit in orõne dñica iõ dicere sanctos. Dimitte nobis debita nostra, vt nõ pro seipsis hoc dicant, quia nõ est eis iã necessaria ista petitio, sed pro aliis qui sunt in suo populo pc̃tores, & iõ non dicere vnumquemq; sanctorum, Dimitte mihi debita mea, sed dimitte nobis debita nostra, vt hoc ꝑ aliis potius q̃ pro se iustus petere intelligaĩ, anathema sit. Sãctus. enim & iustus erat Apostolus Iacob. cũ dicebat. In multis. n. offendimus oẽs. Nam quare additũ est, omnes, nisi vt ista sñia conueniret Psalmo vbi legiĩ. Ne intres in iudicium cum seruo tuo, quoniam non iustificaĩ in conspectu tuo omnis viuens? Et in oratione sapientissimi Salomonis: Non est homo qui non peccet. Et in libro sancti Iob. In manu omnis hominis signat, vt sciat omnis homo infirmitatẽ suam. Deinde etiam Daniel sanctus & iustus, cum oratione pluraliter diceret. Peccauimus iniquitatem fecimus, & cætera quæ ibi veraciter & humiliter confitetur, ne putaretur quemadmodum quidam sentiunt: boc non de suis, sed populi sui dixisse peccatis, postea dixit. Cum orarem & confiterer peccata mea, et peccata populi mei domino Deo meo: noluit dicere peccata nostra, sed, populi sui dixit, & sua, quoniam futuros qui tam male intelligerent tanquam Propheta præuidit. Quicunque ipsa verba dominicæ

*Iacob. 3. Ps. 142. Eccle. 7. Iob. 37. F Danie. 9. Ibidem. Mat. 6.*

oratio-

*Dimittiũr debita à sanctis. cap. 37.*

orationis, vbi dicimus, Dimitte nobis debita nostra, ita volunt à sanctis dici, vt humiliter nõ veraciter hoc dicat̃, anathema sit. Quis.n. ferat orantẽ, non hoĩb. sed ipsi dño mentientẽ, qui labiis sibi ipsi dimitti velle, & corde dicit quæ sibi dimittantur debita non hr̃e?

*Lapsus Adæ. cap. 38 Ezec. 18. Rom. 6. 2. Pet. 2.*

Si quis per offensam præuaricationis Adæ non totum.i. secundùm corpus & aĩam in deterius dicit hoĩem commutatum, sed aĩæ libertate illęsa durãte corpus tm̃modo corruptioni credit obnoxium, Pelagij errore deceptus aduersat̃ scripturæ dicenti: Aĩa quæ peccauerit, ipsa moriet̃. Et nescitis, q̃m cui obeditis, & à quo quis superat̃ eius seruus adiicitur?

G

*Peccatũ Adæ in posteros cap. 39.*

Si quis soli Adę pręuaricationem suam, non etiam eius propagini asserit nocuisse, aut certe mortẽ tm̃ corporis quę pœna peccati est non autem & peccatum quod mors est aĩę per vnum hominem in oẽ genus humanum transisse testatur, iniustitiam Deo dabit, cõtradicens Apostolo dicẽti. Per vnum hoĩem peccatũ intrauit in mundum, & per peccatũ mors, & ita ĩ oẽs hoĩes pertrãsiit, in quo oẽs hoĩes peccauerunt.

*Rom. 5.*

*Gratia. cap. 50. Esa. 65. Rom. 10.*

Si quis inuocatione humana gratiam Dei dicit posse conferri, non aũt ipsam gratiam facere vt inuocet̃ à nobis contra dicit Esaiæ propheta, vel Apostolo idem dicenti: Inuentus sum à nõ quęrentib. me, palam apparui iis qui me non interrogabant.

*Voluntas bona à Deo c. 51*

Si quis vt à peccato purgemur voluntatem nostram Deũ expectare contendit non aũt vt etiam purgari velimus, per sancti spũs infusionem & operationẽ in nobis fieri confitetur, resistit ipsi spirituisancto per Salomonem dicenti, Præparat̃ voluntas à dño. Et Apostolo salubriter prædicanti, Deus est qui operatur in nobis & velle & perficere pro bona voluntate.

*Phil. 2.*

*Gratia operatur oĩa. c. 52. Rom. 4.*

Si quis sicut augmentum, ita etiam initium fidei, ipsumq́ue credulitatis affectum quo in eũ credimus qui iustificat impium & ad regenerationem sacri baptismatis peruenimus, non gratiæ donum.i. per inspirationem spiritussancti corrigentem voluntatem nostram ab infidelitate ad fidẽ, ab impietate ad pietatem, sed naturaliter nobis inesse dicit, Apostolicis dogmatib. aduersarius approbatur, beato Apostolo Paulo dicẽte: Confidimus, quia qui cœpit in vobis bonũ opus perficiet vsq; in diem Christi Iesu. Et illud: Vobis datũ est pro Christo, nõ solũ vt in eũ credatis, verumetiã vt pro illo patiamini. Et, Gratia salui facti estis per fidem, & hoc non ex vobis, Dei.n. donum est.

H

*Phili. 1. Ibidem. Ephe. 2.*

Qui.n. fidẽ qua in Deum credimus dicunt esse naturalẽ, oẽs eos qui ab ecclesia Christi alieni sunt, quodammodo fideles esse definiunt.

*Gratiæ oĩa debentur. ca. 53*

Si quis sine gratia Dei credentib. volentib. desiderantib. conantib. studentib. patentib. querẽtib. pulsantib. nobis misericordiã dicit cõferri diuinitus, non aũt vt credamus, velimus, vel hæc oĩa sicut oportet agere valeamus ꝑ infusionẽ & inspirationem sancti spũs in nobis fieri cõfitet̃, & aut humilitati, aut obediẽtiæ humanę subiũgit gratię adiutorium, nec vt obedientes & humiles simus ipsius gratiæ donũ esse cõsentit, resistit Apostolo dicenti. Quid.n. habes, quod nõ accepisti? Et, Gratia Dei sum id quod sum.

I

*I. cor. 4. I. co. 15.*

*Hoĩem nihil posse sine Deo. cap. 54.*

Si quis per naturę vigorem bonum aliq̃d quod ad salutem pertinet vitæ æternæ cogitare vt expedit aut eligere, siue salutari.i. Euangelicæ prędicationi consentiri posse confirmat, absque illuminatione & inspiratione spũssancti, qui dat oĩb. suauitatem in consentiendo & in credendo veritatẽ, hæretico fallit̃ spũ, non intelligens vocem Dei in Euangelio, dicentis. Sine me nihil potestis facere. Et illud Apostoli. Nõ q̃ idonei simus cogitare aliq̃d à nobis quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est.

*Ioan. 15. 2. cor. 3.*

*Solus Deus trahit hoĩem Cap. 55.*

Si q̃s alios per misericordiã, alios vero per liberũ arbitriũ, quod in oĩb. qui de præuaricatione primi hoĩs nati sunt constat esse vitiatũ, ad gratiam baptismi posse venire contendit, à recta fide probat̃ alienus. Ille.n. non omniũ liberum arbitrium per peccatum primi hoĩs asserit infirmatum, aut certe ita læsum putat, vt tñ quidam valeãt sine reuelatione Dei misterium salutis æternæ per semetipsos posse cõquirere. Quod q̃ sit cõtrarium ipse dñs probat, qui non aliquos, sed neminem ad se posse venire testat̃, nisi quem pater extraxerit. Sicut & Petro dicit Beatus es Simon Bariona, quia caro & sanguis nõ reuelauit tibi, sed pater meus qui in cęlis est. Et Apostolus: Nemo potest dicere dominus Iesus, nisi in spiritu sancto.

*Ioan. 6. Mat. 16.*

K

*I. co. 12.*

*Liberũ arbitriũ cap. 56.*

Arbitrium volũtatis in primo homine infirmatum, nisi per gratiam baptismi non potest reparari. Quod amissum nisi à quo potuit dari, nõ põt reddi. Vnde veritas dicit: Si vos filius liberauerit, tunc vere liberi eritis.

*Ioan. 8.*

*Gratia. cap. 57*

Natura humana ẽt si in illa integritate in qua est cõdita ꝑmaneret, nullo mõ

K seipsam creatore suo non adiuuante, seruaret. Vñ cũ sine Dei gratia salutẽ nõ posset cu stodire q̃ accepit, quõ sine Dei gratia poterit reparare qđ perdidit? Sicut eis qui volẽtes in lege iustificari à grã exciderunt, verissime dicit Apostolus: Si in lege iustitia est, ergo Xp̃s gratis mortuus est, sic eis qui grãm q̃ cõmendat & percipit fides Xp̃i putãt eẽ naturã, verissime dr̃: Si per naturã iustitia est, ergo gratis Christus mortuus est. Iã hic, iã erat lex, & nõ iustificabat. Iam erat & natura & non iustificabat, iõ Xp̃s non gratis mortu⁹ est, vt & lex ꝑ illũ impleret qui dixit, Nõ veni soluere legem, sed implere, & natura ꝑ Adã ꝑdita ꝑ illũ repararet, q dixit, venisse se q̃rere & saluare qđ perierat. Secundũ suprascriptas sanctarum scripturarũ sñias, vel antiquorũ patrũ definitiones, hoc Deo propitiãte & ꝑdicare debemus & credere, ꝙ ꝑ peccatũ primi hoĩs ita genus humanum sit inclinatũ, vt nullus postea aut diligere Deũ sicut oportuit, aut credere in Deũ, aut operari ꝓꝑ Deũ quod bonũ est posit, nisi eũ gratia misericordiæ diuinę ꝑuenerit. Vñ & Abel iusto & Noe & Abrahæ & Isaac & Iacob: omniq; antiquorũ sanctorũ multitudini illã ꝑclarã fidẽ q̃ in ipsorũ laude ꝑdicat Apostolus Paulus, nõ ꝑ bonũ naturæ, qđ prius in Adã datũ fuerat, sed ꝑ grãm Dei credimus fuisse collatã. Quam grãm ẽt post aduentũ dñi oĩb. qui baptizari desiderant, nõ in libero arbitrio haberi, sed Xp̃i nouimus simul, & credimus largitate conferri, ẽm illud quod iam sæpe dictũ est & prædicat Paulus Apostolus: Vobis donatũ est pro Christo nõ solũ vt in eũ credatis, sed ẽt vt pro eo patiamini. Et illud: De⁹ qui cœpit in vobis bonum opus, perficiet vsque in diem dñi nostri. Et illud: Gratia salui facti estis ꝑ fidem, & hoc non ex vobis, Dei enim donum est. Et quod de seipso ait Apostolus. Misericordiam consecutus sum, vt fidelis essem. Non dixit quia eram, sed vt essẽ. M Et illud: Quid habes quod non accepisti? Et illud: Omne datum bonum, & omne donum perfectum desursum est, descendens a patre luminum: Et illud: Nemo habet quicquam nisi illi datum fuerit desuper. Hoc etiam secundum fidem catholicam credimus, quòd post acceptam baptismi gratiam, omnes baptizati Christo auxiliante & cooperãte quę ad salutem animæ pertinent pñt & debeant

*An gratia sit natura cap. 58. Gal. 2.* — L — *Mat. 5. Luc. 19. Repetitio superiorũ Cap. 56* — *Hebræ: 11.* — *Phip. 1. Ibidem. Ephe. 2. 1. Cor. 7.* — *1. Cor. 4. Iacob. 1. Ioan. 3. Voluntas hoĩs post baptismũ Cap. 50.*

si fideliter laborare voluerint adimplere. Ali quos vero ad malum diuina ptãte prædestinatos esse, non solum non credimus, sed etiã si sunt qui tantum mali credere velint, cum omni detestatione illis anathema dicimus. In omni opere bono non nos incipimus & postea per Dei misericordiam adiuuamur, sed ipse nullis præcedentibus bonis meritis & fidẽ & amorẽ sui prius inspirat, vt & baptismi sacramẽta fideliter requiram⁹ & post baptismũ cũ ipsius adiutorio ea quę sibi sũt placita implere possimus. Vñ manifestissime credẽdũ est, qđ & illius latronis quẽ dñs ad paradisi patriã reuocauit, & Cornelii Centurionis ad quem angelus dñi missus est: Zachæiq; qui ipsum dñm suscipere meruit illa tam admirabilis fides nõ fuerit de natura, sed diuinæ gratię largitate donata. Baptisma vnũ est, sed in ecclesia, vbi vna fides est, vbi nomine patris & filij & spũssancti dat̃. Et iõ si qui apud illos hæreticos baptizati sunt q in sanctę Trinitatis cõfessione baptizant, & veniũt ad nos, recipiant quidẽ vt baptizati, ne sanctæ Trinitatis inuocatio vel cõfessio annulletur, sed doceant̃ integre & instruant̃, quo sensu sanctæ Trinitatis mysteriũ in ecclesia teneat̃, & si cõsentiunt, & credere vel acquiescũt cõfiteri, purgati iã fidei integritate cõfirment̃ manus impositione. Si vero paruuli sũt vel hebetes qui doctrinã nõ capiant rñdeant pro illis qui eos offerunt iuxta nomen baptizandi, & sic manus impositione & chrismate communiti, Eucharistiæ mysteriis admittãtur. Illos aũt qui non sanctæ Trinitatis inuocatione apud hæreticos baptizati & veniunt ad nos, baptizari dr̃e pronunciamus, non rebaptizari. Neque:n. credendum est eos fuisse baptizatos, qui non in noĩe patris & filii & spiritussancti iuxta regulam à domino posi tam tincti sunt, vt sunt Paulini, Prócliani, Borboritæ, Siphori qui nunc vocantur Bonosiani, Photiniani, Montani & Manichæi, variaq; impietatis germina, vel cæteræ istorum originis siue ordinis pestes, q̃ duo principia sibi ignota introducunt, vt Cerdon & Martion, vel contraria, vt Manichęus, vel tria & Barbara, vt Setianus & Theodosius, vel multa, vt Valentinus, vel Christum hominem fuisse absque Deo, vt Cerinthus, Hebion, Artemon & Photinus. Ex istis, inquam si qui ad nos venerint, non requirendum ab eis

*Initiũ meritorũ vnde. c. 51.* — A — *Luc. 23. Acto. 10. Luc. 19.* — *Qui sint hẽndi pro baptizatis. c. 52. Ephe. 4. Mat. 28. De cõsec. di. 4. c. qui apud* — B

eis vtrum baptizati sint an nõ, sed hoc tm̃, si credant ecclesię fidẽ, & baptizent ecclesiasti co baptismate.

*De Eucharistia. Cap. 53. De cõs. di. 2. c. quoti die. 4. sẽ. di. 12. ca. institutũ est.*

Quotidie eucharistiæ cõem percipere nec laudo nec reprehẽdo. Oĩbus tñ dñicis dieb. cõicãdum suadeo & hortor, si tñ mens sine affectu peccãdi sit. Nam hñtẽ adhuc voluntatẽ peccandi, grauari magis dico Eucharistiæ perceptione q̃ purificari. Et iõ quanuis qs peccato mordeatur, peccandi non habeat de cætero voluntatem & cõicaturus satisfacit lachrymis & orõnib. & cõfidens de dñi miseratione, qui peccata piæ confessioni donare cõsueuit, accedat ad Euchariſtiam intrepidus & securus. Sed hoc de

C illo dico quem capitalia & mortalia peccata non grauant. Nam quem mortalia crimina post baptismum commissa premunt, hortor prius publica pnĩa satisfacere, & ita sacerdotis iudicio recõciliatum cõioni sociari, si vult non ad iudicium & condẽnationẽ sui Eucharistiam ꝑcipere. Sed & secreta satisfactione solui mortalia crimina non negamus, sed mutato prius seculari habitu, & cõfesso religionis studio per vitæ correctionẽ, & iugi immo ꝑpetuo luctu miserante, Deo, ita dũtaxat, vt contraria pro iis quæ pœnitet agat, & Eucharistiã oĩb. dñicis dieb. supplex & submissus vsque ad mortẽ ꝑcipiat.

*De pnĩa. Cap. 54. 4 sen. di. 14. c. 1 Et di. 15. ca. his responderi.*

Pnĩa vera est pęnitẽda nõ admittere, & admissa deflere. Satisfactio pnĩę, est cãs peccatorũ excidere, nec earũ suggestionib. aditũ indulgere.

*De diuinis ꝑmissionibus. Cap. 55.*

In diuinis promissionib. nihil terrenum vel transitoriũ expectemus, sicut Melitani sperãt. Non nuptiarum copulam sicut Cerinthus & Marcion delirant. Non quod ad cibũ vel ad potũ ꝑtinet, sicut Papiæ, authore Hirenæo, & Tertullianus & Lactantius acquiescũt. Neque post mille annos post resurrectionem regnũ Christi in terra futurum, & sanctos cum

D illo in delitiis regnaturos speremus, sicut Nepos docuit, qui primã iustorum resurrectionem, & secundã impiorum cõfinxit. Et inter has duas mortuorũ resurectiones, gẽtes ignorantes Deum in angulis terrarum in carne seruandas: Quæ post mille annos regni in terra iustorũ, instigante diabolo mouendę sunt ad pugnam contra iustos regnantes, & dño pro iustis pugnante imbre igneo compescendas, atque ita mortuas, cum cęteris in impietate ante mortuis ad æterna supplicia in incorruptibili carne resuscitandas. Nullũ credimus ad salutem nisi Deo inuitante venire.

*Qđ nullus saluet nisi Deo authore. Cap. 56.*

Nullum inuitatum salutem suam nisi Deo auxiliante operari. Nullũ nisi orantẽ auxilium promereri. Nullũ Dei volũtate perire, sed ꝑ seipsum pro electione arbitrij, ne ingenuitatis libertas atq; ptãs semel homini attributa ad seruilem cogat̃ necessitatẽ.

*Qđ malũ non sit à Deo c. 57 2. sen. di. 35. c. quo circa.*

Malum vel malitia non est à Deo creata, sed à diabolo, inuenta, qa & ipse bonus à Deo creatus est. Sed qa libero arbitrio vtpote rõnalis creatura à Deo cõmissus est, & cogitandi acceperat facultatẽ, scientiam boni vertit ad malum, & multa cogitãdo factus est iuẽtor mali, & qđ in se perdiderat, inuidit in aliis, nec cõtentus solus perire, suasit aliis, vt qui esset suæ mali- E tiæ inuẽtor, fieret & aliorũ author, & ex eo malum vel malitia ꝑcurrit in cæteras rõnales creaturas.

*Nihil nõ mutabile. præter Deum. Cap. 58.*

Vñ cognoscimus nihil esse natura immutabile, nisi solum Deũ patrẽ & filiũ & & spm̃ sanctum, q mutari nõ põt à bono, qa natura possidet bonũ, nec põt aliud qd esse q̃ bonum.

*Stabil tas in angelis Cap. 59.*

Angeli vero qui in illa qua creati sunt beatitudine perseuerant, non natura possident bonum vt non mutarent̃ cum cæteris, sed arbitrii seruantes bonam voluntatem, & bonum conditionis, & fidem suo dño. Propter qđ & merito ab ipso dño sancti angeli vocant̃, qui tenuerunt arbitrij sanctitatem, nec sociorum exemplo deuiauerũt à bono.

*Natura nihil est malum. Cap. 60.*

Fides vera quæ est catholica oĩum creaturarum siue spiritalium siue corporalium bonã confitet̃ substantiam, & mali nullam esse naturam, quia Deus qui vniuersitatis est conditor, nihil nõ bonum fecit. Vñ & diabolus bonus esset si ĩ eo qđ factus est permaneret. Sed *Ioan. 8.* qa naturali excellentia male vsus est, & in veritate non stetit, nõ in cõtrariã substantiã trãsiit, sed à summo bono cui debuit adhærere descessit. Virtutes angelicæ q̃ in diuino amo-

F re fixæ perstiterunt lapsis superbientib. angelis, hoc munere retributionis acceperunt, vt nulla iam rubigine surripientis culpę mordeant̃, vt & in contẽplatione conditoris sine

*Fælicitas angelorũ. Cap. 61.*

fœlicitatis fine permaneant, & in hoc sic cõditæ ęterna stabilitate subsistant.

*Libera voluntas angelorũ. Cap. 62.*

Tales creati sunt angeli, vt si vellent in beatitudinis luce persisterent. Si autem vellent, etiam labi potuissent. Vnde & Satan cum sequentib. legionibus cecidit. Sed post eius lapsum ita cõfirmati sunt angeli qui perstiterunt, vt cadere oĩno nõ possent, qa ne oĩno iã caderẽt, vir-

*Nuptiæ. Cap. 63.* tutẽ incommutabilitatis acceperunt. Bonę
ſunt nuptiæ,ſed cauſa filiorum, & cõpeſcẽ-
*Cõtinẽtia* dæ fornicationis obtẽtu.Melior eſt cõtinen-
*Cap. 64.* tia,ſed non ſibi ſufficit ad beatitudinẽ ſi pro
ſolo amore pudicitiæ retinet̃, ſed ſi & cũ af-
fectu cã vacãdi dño eligat̃,alioquin diuortiũ
magis cõiugii videbit̃ eſſe,q̃ appetitio caſti-
*Virginitas.ca.65* tatis.Virginitas vtroq; bono p̃celſior eſt, q̃a
& naturã vincit & pugnã. Naturã corporis
*Ciborum* integritate,pugnã pace caſtimoniæ,quę pro
*delectus.* ſolo amore pudicitiæ in pace eſt.Bonũ eſt ci
*Cap. 66.* bum cũ gratiarũ actione ſumere, & quicq̃d
Deus præcipit edendũ eſt. Abſtinere aũt ab
G aliquib.non quaſi à malis,ſed quaſi nõ neceſ
ſariis,non eſt malum. Moderari vero vſum
pro neceſſitate & t̃pe, proprie chriſtianorũ
*Nuptiæ & cibus* eſt. Malas vero dicere nuptias vel fornicatio
ni cõparãdas aut ſtupro, cibos quoq; crede
*cap. 67.* re malos,vel malitias cãre percipientib.non
*Merita* eſt chriſtianorũ,ſed ꝓprie Hierachitarum et
*ex abſtinentia.* Manichęorũ.Sacratę vero virginitati nuptias
coæquaræ,aut pro amore caſtigandi corpo
*cap. 68.* ris,abſtinentib.à vino vel carnib.nil credere
*Beatam* meriti auiſcere, nõ hoc chriſtiani,ſed Ioui-
*virginem* niani eſt.Integra fide credendũ eſt, beatã Ma
*ſẽp fuiſſe* riã Dei Chriſti matrẽ, & virginẽ cõcepiſſe,
*virginem* & virginẽ genuiſſe, & poſt partum virginẽ
*cap. 69.* permanſiſſe.Nec eſt blaſphemię Heluidii ac
*De elemẽtis mũdi.* quieſcendũ qui dixit, Fuit virgo ante partũ,
non virgo poſt partum.Flemẽta.i.cœlum &
*cap. 70.* terrã non credamus abolenda per ignẽ, ſed
*Mat. 19.* in melius commutanda,figuram quoq; mun
*De facultatib. erogandis.* di.i.imaginem,non ſubſtantiam tranſituram.
Bonum eſt facultates cum diſpenſatione pau
*Cap. 71.* perib. erogare. Melius eſt pro intentione ſe-
*Impedi-* quendi dominum in ſimul donare,& abſolu
*menta clericatus.* tum ſolicitudine cum Chriſto egere.Maritũ
duarum poſt baptiſmum matronarum cleri
*cap. 72.* cum non ordinandum.Neq; eum qui vnam
H quidem, ſed concubinam non matronã ha-
buit.Nec illum qui viduam,aut repudiatam,
vel meretricem in matrimonio ſumpſit. Ne
que enim ſemetipſum quolibet corporis ſui
mẽbro indignatione aliqua vel iuſto iniuſto
ve timore ſuperatus truncauerit. Neque illũ
qui vſuras accepiſſe conuincitur, aut in ſce-
*Di. 50.c.* na luſiſſe dignoſcitur. Neq; eũ qui publica
*ex pænitẽ* pęnitentia mortalia crimina deflet. Neque
*tibus.* illum qui aliquando in furiam verſus inſa-
*Acto. 8.* niuit,vel afflictione diaboli vexatus eſt. Nec
eum qui per ambitionẽ ad imitationem Si
monis magi pecuniam offert. Sanctorũ cor-
pora & p̃cipue beatorũ martyrũ reliq̃as, ac *De reli-*
ſi Xp̃i mẽbra ſynceriſſime honorãda,& baſi *quiis ſan-*
licas eorũ noı̄b.appellatas velut loca ſãcta di *ctorum.*
uino cultui mãcipata affectu piiſſimo & de- *cap. 73*
uotione fideliſſima adeundas credimus.Si q̃s
cõtra hanc ſnı̃am venerit, non Xp̃ianus ſed I
Eunomianus & Vigilantianus credit̃.Baptiza *De cate-*
tis tm̃ iter eſſe ſalutis credimus. Nullũ cathe *chumenis*
cuminũ, q̃uis in bonis operib defunctũ vitã *defunctis*
æternã hr̃e credimus, excepto martyrio vbi *& marty-*
tota baptiſmi ſacr̃a complent̃. Baptizandus *rib. nõ ba-*
confitet̃ fidem ſuã corã ſacerdote,& interro *ptizatis.*
gatus rñdet, hoc & martyr corã perſecutore *cap. 74*
fecit,qui & confitet̃ fidem ſuã, & interroga- *De cõſ.*
tus rñdet.Ille poſt cõfeſſionem vel aſpergit̃ *4 c.cate-*
aqua vel intingit̃, & hic vel aſpergitur ſãgui *cumenũ.*
ne,vel contingit̃,igne. Ille manus impoſitio *Et. 4.*
ne põtificis accipit ſpm̃ſanctum,hic habita- *di.4.c.*
culum efficit̃ ſpũſſanctus, dum non eſt ipſe *autem.*
qui loquit̃, ſed ſpũs patris qui loquit̃ in illo. *Mat. 10*
Ille cõicat Euchariſtiæ in commemoratione
mortis dñi,hic ipſi Xp̃o commorit̃. Ille con
fitet̃ ſe mundi actib. renunciaturum hic ipſi
renunciat vitæ. Illi peccata oı̃a dimittuntur,
iſto extinguuntur. In Euchariſtia non debet *Qualita-*
pura aqua offerri,vt quidam ſobrietatis fallũ *Euchari-*
tur imagine, ſed vinum cum aqua mixtum, *ſtia offe-*
quia & vinum fuit in redemptionis noſtræ *rat.c. 7*
myſterio,cum dixit, Non bibam a modo de *Mar. 26*
hoc genimine vitis,& aqua mixtum,non q̃d *Ioan. 1*
poſt cęnam dabatur,ſed quod de latere eius *De huma-*
lancea perfoſſo aqua cum ſanguine egreſſa, *na carne*
vinum de vera eius carnis vite cum aqua ex *cap. 76*
preſſum oſtenditur. Bona eſt caro noſtra &
valde bona, vtpote à bono ſolo Deo cõdita,
& non eſt mala,vt volũt Sethianus & Ophia
nus & Patricianus, nec mali cauſa,vt docuit
Florianus, nec ex malo & bono compacta,
vt Manichæus blaſphemat. Sed cum ſit crea- K
tione bona, arbitrio animæ efficitur nobis
vel bona vel mala,non immutatione ſubſtan
tiæ,ſed executionis mercede. Ipſa enim eſt q̃
ſtabit ante tribunal Chriſti, in quo perferat
aı̃a propria corporis prout geſſit ſiue bonũ
ſiue malũ.In reſurrectione ex mortuis ſexus
forma non mutabitur, ſed vir mortuus reſur *1. Co. 5*
get in forma viri, & fęmina in forma fœmi- *Reſurre-*
næ,carens tamen ſexuum in hac vita condi- *ctio.c.77*
tione,non ſpecie naturali, ne non ſit vera re
ſurrectio ſi non id reſurget quod cadit.Ante
paſſio-

*Aĩæ ſanctorũ ante paſſionẽ. c. 78.*

paſſionem dñi oẽs animæ ſanctorum in inferno ſub debito p̃uaricationis Adæ tenebãtur, donec authoritate dñi per indebitã eius mortẽ a ſeruili cõditione liberarent. Poſt aſcenſionem dñi ad cœlos, omnium ſanctorũ aĩæ cum Chriſto ſunt, & exeuntes de corpore ad Chriſtũ vadũt, expectantes reſurrectionẽ corporis ſui, vt ad integrã & perpetuam beatitudinẽ cũ ipſo pariter immutent, ſicut & pc̃torum aĩæ in iĩferno ſub timore poſitę, expectant reſurrectionẽ ſui corporis, vt cum ipſo ad pęnã detrudant æternam.

*Aĩæ ſanctorũ poſt aſcẽſionẽ. cap. 79.*

*De pc̃tõrũ venia. cap. 80.*

Pnĩa aboleri peccata indubitanter credimus ẽt ſi in vltimo vitę ſp̃ũ admiſſorum pœniteat, & publica lamẽtatione peccata prodant, q̃a propoſitũ Dei, quo decreuit ſaluare qđ perierat, ſtat immobile, & iõ quia voluntas eius non mutat, ſiue emendatione vitæ ſi tp̃s cõcedit, ſiuẽ ſupplici cõfeſſione ſi continuo vita excedit, venia peccatorũ fideliter præſumat ab illo, q non vult mortem peccatoris, ſed vt conuertat à perditione pœnitendo, & ſaluatus miſeratione dñi viuat. Si quis aliter de iuſtiſſima Deĩ pietate ſentit, non Xp̃ianus, ſed Nouatianus eſt.

*Luc. 19.*

L

*Ezec. 18. & 33.*

*Qđ diabolũ lateãt cogitationes. c. 81.*

Internas aĩæ cogitationes diabolũ nõ videre certi ſum⁹, ſed motib. eas corporis ab illo & affectionũ indiciis colligi experimento didicimus. Secreta aũt cordis ſolus ille nouit ad quẽ dr̃, Tu ſolus noſti corda filiorum hoĩum. Nõ oẽs malæ cogitationes noſtrę ſp̃ diaboli inſtinctu excitãtur, ſed aliquotiẽs ex noſtri arbitrij motu emergeunt. Bonæ aũt cogitationes ſemper à Deo ſunt.

M

*cogitationes. c. 82. 2. Pa. 6.*

*Dæmones q̃uo occupẽt hoĩes. Ca. 83. 2. ſen. di. 80 ca. illud.*

Dæmones per energicã operationẽ nou credimus ſubſtantialiter illabi aĩę, ſed applicatione & oppreſſione vnĩri: Illabi aũt menti illi ſoli poſſibile eſt qui creauit, qui natura ſubſiſtens incorporeus, capabilis eſt ſuæ facturæ.

*De ſignis, & virtutib. c. 84. Matt. 7.*

*Qđ nullꝰ ſignis ſanctus fit. Cap. 75.*

Signa & prodigia & ſanitates ẽt peccatores ĩ nomine dñi facere ab ipſo Deo didicimus, & cum alios hac præſumptione iuuent, ſibi per ambitionem humanæ gloriæ nocẽt, quia gloriantur in dato falſo, non meritis debito. Signis & prodigiis clarũ poſſe fieri Cſriſtianum, non tamẽ ſanctum, ſi intemperatis & aſperis morib. agat, temperatis aũt & placidis moribus etiam abſq; ſignorum efficacia, & ſanctũ & perfectũ & Dei hoĩem fieri recte credimus.

*Sãcti quoque peccatores.*

Nullus ſanctus & iuſtus caret peccato, nec tamen ex hoc deſinit eſſe iuſtus vel ſanctus cum affectu teneat ſanctitatem. Non etim naturæ humanæ virib. ſed propoſiti adiumento per Dei gratiam acquirimus ſanctitatẽ. Et iõ veraciter ſe oẽs ſancti pronuntiant peccatores, quia in veritate habent qđ plangant, & ſi non reprehẽſione conſcientiæ, certe mobilitate & mutabilitate præuaricatricis naturæ. *cap. 86.*

*Paſcha. Cap. 87.*

Paſcha, i. dominicæ reſurrectionis ſolẽnitas, ante trãſgreſſum vernalis ęquinoctij & quartædecimę lunæ perfectionem, non poteſt celebrari, in eodem menſe natæ.

*Imago. Dei aĩa. cap. 88.*

Propte nouellos legiſlatores, qui ideo animam tantum ad imaginem Dei creatam dicunt, vt q̃a Deus incorporeus recte creditur, etiam incorporea anima eſſe credatur, libere confitemur, imaginem in æternitatę, ſimilitudinem in moribus inueniri.

## D. AVRELII AVGVSTINI Liber vnus de fide ad Petrum diaconum.

A

### PROLOGVS.



Piſtolam fili Petre tuæ charitatis accepi. In qua te ſignificaſti velle Hieroſolymam pergere, poſtulaſti te literis noſtris inſtrui, quam debeas in illis partibus veræ fidei regulam tenere vt nullus tibi poſſit ſenſus hęreticæ ſubrepere falſitatis. Gaudeo quidem quod pro fide vera ſine vllo perfidię vitio cuſtodienda ſolicitudinem geris, ſine qua nulla poteſt prodeſſe, immo nec eſſe conuerſio. Apoſtolica quippe dicit authoritas, quia ſine fide impoſſibile eſt placere Deo, Fides nanque eſt bonorum omnium fundamentum. Fides eſt humanę ſalutis initium. Sine hac fide nemo ad filiorum Dei numerum poteſt peruenire, quia ſine ipſa nec in hoc ſeculo quiſquam iuſtificationis gratiam conſequitur, nec in futuro vitam poſſidebit æternam. Et ſi quis hic non ambulauerit per fidem, ncn perueniet ad ſpeciem. Sine fide omnis labor hominis vacuus eſt. Tale quippe eſt, vt ſine vera fide quiſque velit Deo per contemptum ſeculi placere, quale ſi quiſquam tendens ad patriam, in qua ſe ſcit beatè eſſe victurum, relinquat itineris rectitudinem, & improuidus ſectetur errorem, quo non ad beatam ciuitatem p̃ueniat, ſed in præcipitium cadat, vbi non gaudium

*Hebr. 11*

B

per-

perueniẽti detur, sed cadenti interitus inferatur. Verũtñ vt de fide sufficiens sermo ꝓmat, nec tpis suffragatur spacium, q̃a celeriter nostrum cupis hr̃e responsum, & tam magnum est huius disputationis opus, vt à magnis vix possit impleri. Neq; enim poposcisti sic te debere de fide instrui, vt vnam quamlibet hæresim designares, contra q̃ specialiter nostræ disputationis vigilaret intentio, sed cum indefinite definitionem fidei petis, eãq; cupis etiã sub breuitate concludi, vides proculdubio q̃ sit nobis impossibile, vt rem tantam in breui plene comprehẽdamus. Cui suf
D ficientes esse non possumus, etiam si tantum
*Ps.* 144. spatium tpis, & tale nobis esset ingenium, vt
*Esa.* 10. multa voluminum de hoc quod à nobis ex-
*Rom.* 9. petis, facere valeremus. Sed quia Deus prope est omnib. inuocantib. eum in veritate q̃ verbum consumans & breuians fecit super terrã, spero, quia sicut tibi dedit huius fidei sanctam solicitudinẽ, sic etiam mihi, vt tuo tam bono tamq; laudabili seruiam desiderio, sufficientem tribuet facultatẽ, vt etsi non potuero cũcta dicere, ex q̃b. omnis error hæretic⁹ possit agnosci, & agnitus vel cõuinci valeat vel vitari, tñ in nomine atque adiutorio sanctę Trinitatis, quæ vnus solus verus & bonus est Deus ea dicam in quib. saltem magna ex parte rõnem fidei catholicę constet sine aliqua erroris caligine contineri, quib. retentis poteris & illa deprehendere atq; fugere, quę etsi in hoc opere non videnẽ speciali disputatione conuinci, tñ ex iis quæ hic generaliter atque absolute ponentur, appareant illa quæ infideles homines auribus solent susurrare fideliũ non regula diuinæ veritatis tradita, sed nequitia humani erroris inuenta.

*Trinitas. cap.* 1. QVocunque igitur loco fueris constitu-
*Mat.* 28. tus, quia secundum regulam nostri Sal-
E uatoris imperio promulgatam, nosti te in vno patris & filij & spiritussancti nomine baptizatum, principaliter atque indubitanter toto corde retine, patrem Deum, filiũ Deũ, & spiritumsanctum Deum. i. sanctam atque
*Deut.* 6. ineffabilem Trinitatem vnũ esse naturaliter
*Mat.* 4. Deum, de quo in Deuteronomio dr̃: Audi Israel, dñs Deus tuus Deus vnus est. Et, Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies. Verũtñ quia istum vnum Deum, qui solus est verus naturaliter Deus, non patrem solum, neque filium solum, neq; solum spiritumsanctum, sed simul patrem & filium & spm̃sanctum diximus esse, cauendum est ne sicut patrem & filium & spm̃sanctum vnum Deũ esse q̃tum ad naturalem attinet vnitatẽ, veraciter dicimus, sic eum qui pr̃ est, eũdem vel filium vel spm̃sanctum, aut eũ qui filius est, siue patrem siue spm̃sanctum, aut eum q̃ spũssanctus proprie in cõfessione huius Trinitatis dr̃, vel patrem vel filium personaliter dicere siue credere, quod oĩno nefas est, audeam⁹. Fides. n. q̃ sancti Patriarchæ atq; Pro-
phetę ante incarnationem filii Dei diuinitus acceperunt, quam ẽt sancti Apostoli ab ipso F
dño in carne posito audierunt, & spũssancti magisterio instructi, nõ solum sermone prædicauerunt, verumetiam ad instructionem saluberrimam posterorum scriptis suis inditam reliquerunt, vnum Deum prædicat Trinitatem. i. patrem & filium & spm̃sanctum. Sed Trinitas vera nõ esset, si vna eademque ꝑsona diceref pater & filius & spũssanctus. Si. n. sicut est patris & filii & spũsancti vna substantia, sic esset vna persona nihil oĩno esset in quo veraciter Trinitas dicereẽ. Rursus q̃dem Trinitas esset vera, sed vnus Deus Trinitas ipsa non esset, si quemadmodum pr̃ & filius & spiritussanctus personarũ sunt ab inuicẽ proprietate distincti, sic fuissent naturarum quoq; diuersitate discreti. Sed quia in illo vno vero Deo Trinitate, non solum ꝙ vnus Deus est, sed ẽt ꝙ Trinitas est, naturaliter verum est, propterea ipse verus Deus in personis Trinitas est, & in vna natura vnus est. Per hanc vnitatem naturaliter totus pr̃ in filio & spũsancto est, totus filius in patre & spũsancto est, totus quoq; spũssanctus in patre & filio. Nullus horũ extra quẽlibet ipsorũ est, q̃a nemo alium aut ꝑcedit æternitate, aut excedit magnitudine, aut superat ꝑtãte, q̃a nec filio nec spũsancto q̃tum ad naturę diuinæ vnitatẽ ꝑtinet, aut anterior, aut maior pr̃ est, nec filij æternitas atq; immensitas, G
velut anterior aut maior spũssancti immensitatem æternitatemq; aut præcedere aut excedere naturaliter potest. Sicut ergo non filius posterior aut minor est patre, ita nec spiritussanctus posterior aut minor est filio. Aeternum q̃ppe & sine initio est, de pr̃is natura natus existit, & æternum ac sine initio est, ꝙ spũssanctus de natura pr̃is filiiq; procedit. Ob hoc ergo tres, vnũ recte credimus & dicimus

mus Deum, quia vna prorsus æternitas, vna immensitas, & vna naturaliter est triũ personarũ diuinitas. Teneamus igĩ patrẽ & filium & spm̃sanctum vnũ esse naturaliter Deum, neq; tñ ipsum patrẽ esse qui filius est, neque filiũ ipsum esse qui pr̃ est, nec spm̃sanctum ipsum esse qui pr̃ aut filius est. Vna. n. est patris & filii & spiritussancti essentia quã Græci οὐσίαμ vocant, in qua non est aliud pr̃, aliud filius, aliud spũssanctus, quãuis personaliter sit alius pater, alius filius, alius spũssanctus.

Gen. 1. Qđ nobis maxime in ipso sanctarũ scripturarũ initio demonstrat, vbi Deus dicit, Faciamus hoĩem ad imaginẽ & siñitudinẽ nostrã. Cum. n. in singulari numero dicit, imaginẽ,

I ostendit vnã naturã esse, ad cuius imaginem hõ fieret, cũ vero dicit pluraliter, nostrã, ostẽdit eundẽ Deũ ad cuius imaginẽ hõ fiebat, non vnã esse personã. Si enim in illa vna natura patris & filij spũssancti vna esset persona, nõ diceret ad imaginẽ nostrã, sed ad imaginem meã, nec dixisset faciam⁹, sed faciam. Si vero in illis trib. personis tres essent intelligẽdæ vel credẽdæ substãtiæ, nõ diceret, ad imaginem nostram, sed ad imagines nostras. Vna. n. imago triũ naturarũ inæqualium esse non posset. Sed dũ ad vnã imaginẽ vnius Dei hõ factus dr̃, vna sanctæ Trinitatis essentialiter diuinitas intimat. Deniq; & paulopost ꝓ eo quod superius dixerat, Faciamus hoĩem ad imaginẽ & similitudinẽ nostrã, sic hoĩem factum scriptura narrauit vt diceret, Et fecit Deus hoĩem, ad imaginẽ Dei fecit eũ. Hanc Trinitatẽ personarũ atq; vnitatẽ naturę Pro-

Esa. 6. pheta Esaias reuelatã esse sibi nõ tacuit, cum se dicit seraphin vidisse clamãtia Sanctus, sanctus sãctus dñs Deus sabaoth. Vbi prorsus in

K eo ꝙ dr̃ tertio sanctus, ꝑsonarũ Trinitatẽ, in eo vero ꝙ dr̃ semel, dñs Deus sabaoth, diuinæ naturę cognoscimus vnitatẽ. In illa igitur sancta Trinitate, quæ iõ à nobis reperitur toties vt nostro cordi tenacius infigatur, vnus est Deus pr̃, qui solus essentialiter de seipso vnũ filiũ genuit, & vnus filius q̃ de vno pr̃e solus est essentialiter genitus, & vnus spũssanctus qui solus essentialiter de pr̃e filioq; procedit. Hoc aũt totũ vna persona non posset. s. gignere se, & nasci de se: & procedere de se. Quia igĩ aliud est genuisse q̃ natũ eẽ, aliud quę est procedere q̃ genuisse, vel natum eẽ, manifestũ est, qm̃ alius est pater, alius filius, alius spiritussanctus. Trinitas itaq; ad personas patris & filij & spiritussancti refertur: vnitas ad naturam. Sicut ergo secundum illam diuinitatem, qua vnũ sunt pr̃ & filius & spũs sanctus, neque patrẽ natum credimus, neque spm̃sanctũ, sed solũ filium, sic etiam ẜm carnem solum filiũ natũ catholica fides & credit & prædicat. Neq;. n. in illa Trinitate proprium esset solius patris, quia non est natus ipse, sed vnum filium genuit, neq; proprium solius filii, q̃a non genuit ipse sed solus de patris essentia natus est, neq; ꝓpriũ spũssancti, q̃a nec natus est ipse, nec genuit, sed solus de patre filioq; procedit, si secundum diuinam, q̃dem naturam Deus pater de nullo nasceret̃ Deo, ẜm carnem tñ ipse nasceret̃ ex virgine. Si. n. pater nasceret̃ de virgine, vna persona esset pr̃ & filius, ipsa aũt vna persona, pro eo q̃a non de Deo, sed tm̃ de virgine nasceret̃, non Dei filius, sed tantum hoĩs filius veraciter diceret̃. Ipse aũt Dei filius dicit, quia sic dilexit Deus mundũ, vt filiũ suũ vnigenitũ daret. Et iterũ, Nõ. n. misit Deus filiũ suũ in mũdum vt iudicet mundũ, sed vt saluaret̃ mundus per ipsum. Nec beatus dixisset Ioannes. Qui diligit genitorẽ, diligit & eum q̃ natus est ex eo. Nec ipse filius dixisset, Pr̃ meus vsque mõ operat̃ & ego operor. Ipse. n. q̃ filius dr̃, si idẽ esset & pr̃, non veraciter Dei filius diceret̃, q̃a non de Deo, sed de sola virgine nasceret̃. Ad extremum nec ipse pr̃ de cœlo testaret̃, & suũ corporali voce filiũ demonstraret dicẽs, Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bñ cõplacui. Apostolus quoq; nõ dixisset de Deo pr̃e, Qui ꝓprio filio suo nõ pepercit, sed pro nobis oĩb. tradidit illũ. Sed qm̃ omnia ista diuinitus ad nostram doctrinam dicta sunt, & quia diuina dicta sunt, vtique vera sunt, verũ est quod fides catholica prędicat, & secundum diuinitatẽ de patre natum esse solũ filium ęternum cum patre, immortalẽ, impassibilem atq; incommutabilẽ Deum, & secundum carnem non patrem, sed vnigenitum eius filium, salua æternitate sua tẽporaliter natum, salua impassibilitate sua passũ, salua imortalitate sua mortuũ, salua incõmutabilitate sua, quia Deus verus & vita æterna est, veraciter suscitatum. Qui totum habet cõmune cũ patre quod æternus naturaliter, sine initio habuit, & nihil habet cõmune cũ patre eorũ quæ in suã personam tempo-

Margin notes (right column): Humanitas Christi. ca. 2. (beside "tas ad naturam"); L (beside "Deo, ẜm carnem"); Ioan. 3. (beside "ret. Et iterũ"); 1. Ioan. 5. (beside "dum vt iudicet"); Ioan. 5. (beside "est ex eo"); Mat. 3. (beside "straret dicẽs"); M (beside "qm̃ omnia ista"); Rom. 8. (beside "nam dicta sunt").

temporaliter atque humiliter ille ęternus at-
que excelsus accepit de Virgine. Vna. n. per
sona eēt pater & filius, ipsa aūt vna persona,
pro eo quia nō de Deo sed tm̄ de virgine na
sceret, non Dei filius. Rursus si non ille q̄ ꝑ
prius atq; vnigenitus Dei patris filius est sed
spūssanctus nasceref ex virgine, nō ipsum q̄
factus est ex muliere, factus sub lege, natum
de spūsancto ex Maria virgine, in symbolo
A acceptū, & corde ad iustitiā crederet, & ore
ad salutē sancta ecclesia cōfiteref. Sed & ipse
spūssanctus, q̄ patris & filii spūs est, formam
serui acciperet, nō ipse spūssanct⁹ se sup ipsū
hoīem factū in colūbæ spē cęlitus adueniret.
Pr̄ ergo Deus de nullo genit⁹ Deo, semel de
*Marci. 3.* sua natura sine initio genuit filiū Deū sibi æ-
qualē, & eadē qua ipse naturaliter ætern⁹ est
diuinitatę coæternū. Sed idē Deus filius cum
sit ęternus & verus, & cū patre s̄m diuinitatē
naturaliter vnus Deus est, s̄m hoc qđ dicit,
*Ioan. 10.* Ego & pr̄ vnum sumus, idē pro nobis est hō
factus verus & plenus: In eo verus, q̄a veram
hēt Deus ille humanā naturā, in eo vero ple-
nus, q̄a & carnē humanā suscepit, & aīam rō
nalē. Idem tm̄ vnigenitus Deus nat⁹ est semel
ex patre, semel ex matre. Natus est. n. de patre
Deus verbū, natus est ex matre verbū caro fa
ctū. Vnus ergo est atq; idē Deus Dei filius na
tus ante secula, & natus in seculo, & vtraque
natiuitas vnius est filii Dei. Diuina, secūdum
*Phil. 2.* q̄ creator in forma Dei coæternus patri De⁹
est, humana, secundū quam semetipsum exin
aniens, & formam serui accipiens, non solū
in conceptu materni vteri semetipsum dum
homo fieret, eadem seruilis formæ susceptio
ne formauit, verumetiam de eodem matris
vtero idē Deus hō factus exiuit, & in cruce
idē Deus hō factus pependit, & in sepulchro
idē Deus hō factus iacuit, & ab infernis idē
Deus hō factus tertio die resurrexit, sed in se
pulcro secundum solam carnē idem Deus ia
cuit, & in infernū secundum solam aīam de
B scendit. Qua de inferis ad carnem die tertia
*Acto. 1.* reuertente, idē Deus secundum carnem quæ
in sepulchro iacuit, de sepulchro resurrexit,
& quadragesimo post resurrectionē die, idē
Deus homo factus, ad cęlū ascendens in dex
tera Dei sedit, inde in fine seculi ad iudican
*Ioan. 1.* dos viuos mortuosq; venturus. Verbum er-
go caro factum, vnus est filius Dei dn̄s Iesus
Christus, mediator Dei & hominum. Idcir-
co aūt mediator, q̄a idē Deus atq; hō verus, *1. Ti.*
habens cū patre vnam diuinitatis naturā, &
humanitatis vnā cū matre substantiam. hēns
ex nobis vsq; ad mortē iniquitatis nostræ pę
nam, habēs incōmutabilem de Deo patre iu
stitiam, ꝑ ꝑ iniquitatem nostram temporali-
ter mortuus, ꝑ ꝑ iustitiam suam & ipse viuus
semper, & immortalitatē mortalib. largitu-
rus. Qui perfectam quidē humanitatē suam
ī ipsa diuinitatis suę perfectione seruauit, ve C
ritatem vero mortalitatis nr̄æ per susceptio-
nem mortis, veritate atq; incōmutabilitate
suæ immortalitatis absorbuit. Hoc est qđ te-
staf beatus Petrus, quia Christus deglutiuit *1. Pet.*
mortem vt vitæ ęternę hæredes efficeremur.
Beatus quoque Paulus docet, quia Christus *2. Ti.*
mortem deglutierit, illuminauerit autem vi-
tā & incorruptionem. Christus ergo mortē
gustauit, quia verus hō est, idemq; mortē de-
glutiuit, quia verus Deus. Ipse q̄ppe sicut di
cit Apostolus, mortuus est ex infirmitate, sed
viuit ex virtute Dei, vnus atq; idem, qui s̄m
Prophetiam beati Dauid, & hō factus est in
Sion, & ipse fundauit eā altissimus. Itaq; nec *Psal. 8*
diuinitas Xp̄i aliena est à natura patris, s̄m id *Ioan. 1*
ꝙ in principio erat verbum, & verbum erat
apud Deū, & Deus erat verbum, hoc erat in
principio apud Deū, oīa per ipsū facta sunt,
& sine ipso factum est nihil. Nec humanitas
eius aliena est à natura matris, s̄m id ꝙ verbū
caro factū est, & habitauit in nobis. Illa. n. na
tura q̄ s̄p genita manet ex patre, nr̄am naturā
sine peccato suscepit, vt nasceref ex virgine.
Neque. n. natura æterna atq; diuina tempora
liter concipi & temporaliter nasci ex natura
humana vllatenus posset, nisi s̄m susceptio-
nē veritatis humanæ, verā tēporaliter conce
ptionē atq; natiuitatem ineffabilis in se diui-
nitas accepisset. Sic est Deus ęternus ac ve-
rus, veraciter secundum tp̄s & conceptus &
natus ex virgine. Dum. n. venit plenitudo tē- *Galat. 4*
poris, misit Deus filium suū natum ex mulie
re, factū sub lege, vt eos qui sub lege erant re
dimeret. vt adoptionem filiorum Dei recipe D
peremus, illo scilicet Deo naturaliter facto
filio hoīs, q̄ vnus est ntauraliter filius Dei pa
tris vnigenitus. Hoc vtique Ioannes Euan-
gelista confirmans postquā dixit, Et verbum
caro factum est, & habitauit in nobis subse-
quenter ait, Et vidimus gloriam eius gloriā *Ioan. 1.*
quasi vnigeniti à pr̄e, plenū gr̄æ, & veritatis:

Sic ille omniũ ſpirituũ, omniumq; corporũ,i.omniũ naturarũ creator & dñs, creauit virginẽ,creandus ex virgine, & cuius ipſe factor eſt, matrẽ ſibi fecit, qñ de eius carne cõcipiendus atq; pariendus, verã materiã carnis Deus immenſus ac ſempiternus accepit: vt & ſecundũ veritatẽ formæ ſeruilis, Deus homo miſericorditer fieret, & ſecundũ formã Dei naturali veritate idẽ Deus homo permanens non careret. Sic igitur Chriſtũ Dei filium,i.vnã ex Trinitate perſonã Deũ verũ crede, vt diuinitatẽ eius de natura patris natã eſſe nõ dubites.Et ſic eũ verũ hominẽ cre-
E de,vt eius carnẽ nõ cęleſtis, non aereæ, non alterius cuiuſquã putes eſſe naturæ, ſed eius cuius eſt omniũ hominũ caro,i.quam ipſe Deus homini primo de terra plaſmauit & cęteris hominib.plaſmat, quos per propagationẽ ex hominib. creat. Sed licet caro Chriſti & omniũ hominũ vnius eiuſdemq; naturæ ſit: hæc tñ quã Deus verbũ ex Maria virgine ſibi vnire dignatus eſt, ſine pctõ ſuſcepta, ſine pctõ nata eſt: vtpote ſecundũ quam Deus æternus & iuſtus miſericorditer, & conceptus,& natus eſt,& dñs glorię crucifixus eſt. Quib. aũt verbis explicabitur carnis illius excellẽtia ſingularis cuius diuina eſt ex ipſa ſui cõceptione perſona, cuius origo natiuitatis inſolita:qua ſic verbũ caro factum eſt,vt vna perſona eſſet cũ carne ſua vnigenitus ac ſempiternus Deus,ipſa ſuę carnis cõceptione cõceptus? Iſtã vero cęterorũ hominũ carnem, per humanũ certũ eſt naſci concubitũ, viro ſeminante, fęmina vero concipiente atq; pariente. Et quia dũ ſibiinuicẽ vir mulierq; mi-
*Libido cõcubitus.* ſcentur vt filios generent,ſine libidine nõ eſt parentũ concubitus, ob hoc filiorũ ex eorũ carne naſcentiũ non põt ſine peccato eſſe cõceptus,vbi pctm̃ in paruulos non tranſmittit propagatio,ſed libido.Nec fęcunditas huma-
F næ naturæ facit hoĩes cũ pctõ naſci,ſed fęditas libidinis quã hoĩes habent ex illius primi iuſtiſsima cõdẽnatione peccati. Ideo beatus Dauid q̃uis de legitimo naſcereṫ iuſtoq; cõiugio, in quo,ſ.nec ĩfidelitatis culpa,nec fornicationis macula poterat inueniri: ꝑꝑ originale tñ pctm̃, quo naturaliter obſtricti ſunt filij iræ, nõ ſolũ impiorũ filij, ſed oẽs ẽt qui
*Psal. 50.* de iuſtorũ ſanctificata carne naſcuntur,exclamat & dicit. Ecce.n.in iniquitatib. cõceptus ſum, & in delictis concepit me mater mea.

Sanctus ẽt Iob dicit,mundũ à ſorde non eſſe hoĩem,nec ſi vnius diei ſit vita eius ſuꝑ terrã. *Iob.25.*
Dei ergo filius vnigenitus ꝗ eſt in ſinu pr̃is, vt carnẽ hoĩs aĩamq; mũdaret, ſuſceptione carnis atq; aĩæ rõnalis incarnatus eſt,& ꝗ eſt. Deus verus,hõ verus factus eſt, non vt alter Deus eſſet,alter hõ, ſed idem Deus idem hõ. Qui vt illud peccatũ qđ in concubitu mortalis carnis gñatio humana contraxit, auferret,cõceptus eſt nouo more, Deus incarnatus in matre virgine,ſine coitu viri,ſine libidine cõcipiẽtis virginis, vt ꝑ Deũ hoĩem quẽ abſque libidine cõceptũ inuiolatus edidit virginis vterus,ablueret peccatũ,ꝙ naſcẽtes tra- G
hunt oẽs hoĩes,ꝗb. in corpore mortis huius talis eſt naſcẽdi cõditio, vt matres eorũ fęcũditatis opus implere nõ poſſint niſi prius virginitatẽ carnis amiſerint.Solus igitur abſtulit pctm̃ conceptionis atq; natiuitatis humanæ Deus vnigenitus,ꝗ dũ cõciperet, veritatem carnis accepit ex virgine,& cũ naſceret, integritatẽ virginitatis ſeruauit in mr̃e. Iſta cã eſt,qua Deus factus eſt filius virginis Mariæ, & Maria virgo eſt mr̃ vnigeniti Dei, vt quẽ pr̃ genuit ex ęternitate ipſum virgo conceptum proferret in tꝑe. Illa vtiq; eſt virgo, ꝗ̃ Deus qui de ea fuerat naſciturus,ita ſingulari gr̃a ꝑuenit atq; repleuit,vt ipſum hr̃et ventris ſui fructũ,quẽ ex initio habuit vniuerſitas dñm,& ipſum ſibi uideret naſcẽdi ſolennitate ſubditũ, quẽ in unitate paternæ ſubſtãtiæ,non ſolũ humana,ſed ẽt angelica creatura cognoſcit & adorat altisſimum. Sic ergo pctm̃ & pœna peccati, quæ ꝑ ſcelus corruptæ mulieris intrauit in mundũ, ꝑ inuiolatæ uirginis partũ auferṫ à mũdo. Et ꝗa in conditione gñis humani ꝑ mulierẽ ꝗ̃ de ſolo uiro facta eſt, contigit ut mortis uinculo teneremur obſtricti,hoc in redẽptione humani generis diuina bonitas egit, ut ꝑ uirũ qui de ſola muliere natus eſt,uita hoĩb.reddereṫ.Illic H
humanã naturã nequisſima deceptione ſibi diabolus in peccati ſimilitudine ſociauit, hic Deus humanam naturam in unitate perſonæ ſuſcepit. Ibi fœmina decepta eſt ut filia diaboli,hic uirgo gratia repleta eſt, ut fieret mater ſummi atque incommutabilis unigeniti Dei.Ibi angelus deiectus per ſuperbiã,ſeductæ mulieris animum obtinuit, hic Deus humiliãs ſe per miſericordiã incorruptæ uirginis uterũ ex ea naſciturus impleuit: Dei enim

Phil. 2. filius Iesus Christus qui in forma Dei erat, quia nisi ex natura patris natus esset, esse nō posset, ipse ſm Apostolicā doctrinā semetipsum exinaniuit, formā serui accipiēs. Formā igitur serui. i. naturā serui in suā accepit ille Deus personā, atq; ita hoīum factor in similitudinē hoīum factus, & habitu inuentus vt hō, ipse humiliauit semetipsum, factus obediens patri vsq; ad mortē, mortē aūt crucis.

I Intente igit̃ hanc Apostoli snīam cogita, & in ea cognosces qūo dn̄m Iesum Christum eundē Deū atq; hoīem credas. Nec tn̄ in eo veritatē vtriusque naturæ in vna psona, aut cōfundas, aut diuidas. Cum ergo primo audis de dn̄o Iesu Christo, quia in forma Dei erat, oportet te agnoscere, firmissimeq; tenere in illo formæ nominæ naturalē plenitudinē dēre intelligi. In forma igit̃ Dei dn̄s Iesus Christus erat, qa in natura Dei patris sp erat de quo natus est. Vnius ergo naturæ cū patre est, æqualiterq; cū eo sempitern[9] atq; immēsus, ęqualiter immortalis & incōmutabilis, æqualiter inuisibilis & inenarrabilis, ęqualiter bonus & iust[9], æqualiter miserator & misericors, patiens & multū misericors & verax, æqualiter fortis & suauis, æqualiter sapiēs atq; oīpotens. Proinde hęc oīa q̄ dixim[9] de filio Dei, firmissima fide retine, qui hæc

Ibidem. vtiq; oīa in vnitate naturæ hn̄s cū patre, sine dubio æqualis est patri. Propter qđ & Apostolus cōtinuo adiungens ait: Nō rapinā arbitratus est esse se æqualē Deo. Non. n. rapina fuit illa filii cū pr̄e diuinitatis æqualitas, sed naturę. Etiā illa q̄ cōsequenter subiūgit Apostol[9] dicēs, qa semetipsum exinaniuit formā serui accipiēs, in similitudinē hoīum factus, habitu inuētus vt hō, qa humiliauit semetipsum factus obediēs patri vsq; ad mortē, mortē aūt crucis. Oīa hæc de illo Deo vnigenito

Ioan. 1. Dei filio, de illo verbo Deo, de quo dicit

K Euāgelista. In principio erat verbū, & verbū erat apud Deum & Deus erat verbū, de illa Dei virtute, deiq; sapientia, de qua de eo dr̄:

Ps. 103. Oīa in sapientia fecisti, de illo principio cū quo vnum est pater ipse principiū, & in quo sibi coæterno fecit cælum & terrā. i. omnem spiritalem corporalemq; naturam, de Deo vnigenito, qui est in sinu patris, vt dixi, omnia hæc personaliter accipe, salua tn̄ æternitate, immēsitate, immortalitate, incōmutabilitate, inuisibilitate deitatis eius. Quæ ita naturaliter atq; æqualiter communia cū Deo pr̄e habet Dei filius, vt licet pro nobis fuerit hō veraciter factus, permāserit tn̄ æqualis vero Deo patri, de quo natus est verus, & veritas Deus semetipsum igit̃ exinaniuit, sed de plenitudine eius nos oēs accepimus, q̄ plenitudinē si exinanitus amitteret, qđ de ea nobis daret, vtiq; nō hr̄et. Eodē aūt non hēte, nos ꝓculdubio nihil possemus accipere, de plenitudine aūt eius nos accepimus. Ex eo aūt ꝙ nobis de plenitudine sua dedit, ostēdit etiā cū se exinaniuit plenitudinē nō amisisse quā habuit, qa si plenitudinē suā amitteret, dare de illa nullatenus posset. Formā ergo serui accepit, neqne. n. aliud fuit illa summi Dei exinanitio, nisi formæ seruilis, i. humanæ naturæ susceptio. Vtraq; igit̃ est in Christo forma, qa vtraq; & vera & plena est in Christo substātia, iō sanctus Euāgelista, plenū eū gratiæ & veritatis p̄dicat, qa in diuina natura in qua Deus veritas est, plenus est, & humana natura in qua hō verus grā factus est, plenus est. In illa plenitudine Deus est: in forma Dei ęqualis Deo. In ista plenitudine seruus, ī forma serui, qa in similitudinē hoīum factus, habitu est inuētus vt hō. Exinaniēs ergo semetipsū, formā serui accepit vt fieret seru[9], sed formæ Dei plenitudinē nō amisit, in qua sp est æternus atq; incōmutabilis dn̄s, factus ſm formā serui hō verus, eiusdē nature cuius est ancilla mater, & manens in forma Dei Deus verus eiusdem naturæ cuius est etiam dn̄s pater. In forma Dei cum patre & spūsancto vnus est solus formator oīum Deus, secūdum formam serui, solus ipse sua patris & spiritussancti operatione format[9], quia creator est, commune hn̄s naturaliter cum patre & spiritusancto, quia aūt creatus est, formā serui secundum quam creatus est solus habens personaliter in seipso. Cuius & natiuitatem futuram secūdum carnem & mortem M & resurrectionem, atque in cœlo ascensionem lex & prophetæ prænunciare nūquam destiterunt, prout ipse præcipiebat, obedientes & verbis & factis. Nam & in sacrificiis carnalium victimarū, q̄ ipsa sibi sancta Trinitas, q̄ vnus est Deus noui & veteris testamenti, à patribus nostris præcipiebat offerri, illius sacrificii significabatur gratissimum munus, quod pro nobis seipsum solus Dei filius secūdū carnē esset misericorditer oblaturus:

Ioan. 1.

L

Ibidem.

*Ephe. 5.* turus. Ipſe enim ſm Apoſtolicam doctrinā obtulit ſemetipſum pro nobis oblationē, & hoſtiam Deo in odorē ſuauitatis. Ipſe verus Deus & pōtifex, qui pro nobis non in ſanguine taurorū & hircorū, ſed in ſanguine ſuo ſemel introiuit in ſctā. *Heb. 9.* Qđ tunc potifex ille ſignificabat, qui cū ſanguine in ſanctaſanctorū per annos ſingulos introibat. Iſte igit̃ eſt qui in ſe vno totū exhibuit, qđ eſſe neceſſariū ad redēptionis nr̄æ ſciebat effectū, idē. ſ. A & ſacerdos & ſacrificiū, idē Deus & tēplū. Sacerdos, ꝑ quē ſumus recōciliati: ſacrificiū: quo recōciliati. Tēplum, in quo recōciliati. Deus, cui recōciliati. Solus tñ ſacerdos, ſacrificiū & tēplum, & hæc oīa Deus ſm formā ſerui. Non aũt ſolus Deus filius, qa hoc eſt cū patre & ſpūſancto ſm formam Dei. Recōciliati igit̃ ſumus ꝑ ſolū filium ſm carnem, ſed non ſoli filio ſm diuinitatē. Trinitas. n. nos ſibi reconciliauit, ꝑ hoc ꝑ ſolū verbum carnē ipſa Trinitas fecit. In quo ſic veritas incommutabilis manet humanę diuinæq; naturæ, vt ſicut vera ſemper eſt eius diuinitas q̃ de patre incommutabilem habet, ita vera ſp̃ atq; incommutabilis ſit eius humanitas q̃ ſibi vnitam ſumma diuinitas gerit. Hæc pauca de fide ſanctæ Trinitatis, quę ſolus & verus eſt naturaliter Deus, quantum breuitas tp̄is & ſermonis permiſit, inſerui. Nunc de creatura quid abſque dubitatione credere dēas intimabo.

*Creaturæ Cap. 3.* Principaliter itaq; tene, oēm naturā quæ non eſt Trinitas Deus ab ipſa ſancta Trinitate q̃ ſolus Deus æternus & verus eſt, creatam ex nihilo. Ac ſic vniuerſa in cęlis & in terra, viſibilia & inuiſibilia, ſiue thronos, ſiue dn̄ationes, ſiue principatus, ſiue ptātes, opus atq; creaturā eſſe ſanctæ Trinitatis, quę eſt vnus Deus rerū oīum creator & dn̄s ęternus, oīpotens, iuſtus, & bonus, habens naturaliter vt ſemper ſit & mutari aliqñ non poſſit. Et hic Deus qui ſine initio ſp̃ eſt, quia ſumme eſt, dedit reb. à ſe creatis, vt ſint, non tñ ſine initio, B quia nulla creatura eiuſdē naturæ eſt cuius eſt Trinitas vnus verus & bonus Deus, à quo creata ſunt omnia. Et quia ſumme bonus eſt, dedit omnibus naturis quas fecit vt bonæ ſint, non tñ tm̄ bonæ quantū creator oīum bonorum. Qui non ſolum ſumme bonus, ſed ēt ſummum atq; incommutabile bonum eſt, qa ęternū bonum eſt, nullum hn̄s defectum, qa nō eſt ex nihilo factū, nul-

*Naturæ profectus & defectus.*

lum habens profectum, quia nullum habens initium. Iō qppe naturæ à Deo factæ proficere pn̄t, qa eſſe cęperunt, iō deficere, qa ex nihilo factæ ſunt. Ad defectū eas cōditio ducit originis, ad profectū vero prouehit operatio creatoris. In eo igit̃ primū Trinitatis, q̃ Deus verus eſt, æternitas ſine initio naturalis agnoſcit̃, qa q̃dam ita fecit, vt cū eſſe q̃dē cęperint, tñ nō eſſet aliqñ non poſſint. In eo vero eius oīpotentia intelligit̃, quia oēm creaturā viſibilē atq; inuiſibilē. i. corporalē atq; ſpiritalē de nihilo fecit, in quib. ipſa rerū diuerſitas multo magis cōmēdat bonitatē atq; oīpotētiam creatoris. C Niſi n. oīpotens eſſet, non vna eademq; facilitate ſumma atq; ima feciſſet. Et niſi ſumme bonus eſſet, nō ſe gubernandis reb. quoq; infimis præſtitiſſet. Igitur tā in magnis q̃ in paruis quibuſq; reb. cōditis magna eſt bonitas atq; oīpotentia cōditoris. Oīa. n. ſapienter fecit ſumma veraq; ſapientia, cui naturaliter hoc eſt eſſe, quod ſapientē eſſe, hoc facere, qđ ſapienter facere. Simplicitas itaq; multiplicis ſapientiæ Dei, magnitudinē celſitudinis ſuæ, nō ſolū in magnitudine ſublimiū creaturarū, verumetiam in infirmarum paruitate cōmendat, dum bona oīa quæ creauit, nō ſolum multo inferius diſſimiliusq; ſuo creatore ſunt, vtpote non prolata de ſeipſo, ſed facta prorſus ex nihilo: verūetiā inter ſe non ęqualiter ſunt, ſed vnaquæq; res ita permanet ſicut à Deo cum nō eſſet accepit, alia quidem ſic, alia autem ſic. Neque. n. ſic datum eſt corporib. vt ſint, ſicut ſpūs acceperūt, cū ipſa quoq; corpora non æqualiter ſint, & in ipſis cœleſtib. atq; terreſtrib. inueniat̃ nōnulla diuerſitas, cū tā cœleſtia q̃ terreſtria, nō ſolū impari diſtent q̃titate molis, verūetiā diſſimili ſplendeant claritate. Alia nanq; eſt, ſicut dicit Apoſtolus, claritas cęleſtiū corporū, alia terreſtriū. In ipſis quoq; cęleſtib. alia claritas ſolis, alia claritas Lunæ, alia claritas ſtellarū. Stella. enim differt à ſtella in claritate. *Corpora cæleſtia & terreſtria. 1. Co. 15* Corporaliū igit̃ naturarū diuerſitas oſtendit vnamquanq; earū nō hoc eſſe quod ex ſe ſemper hr̄e poterit, ſed D quod ex diſpoſitione atque opere oīpotētiſſimi atque incommutabilis & ſapientiſſimi creatoris accepit. Quod ſi vnius eiuſdemq; naturæ eēt quęlibet creatura corporalis cuius eſt ſancta Trinitas, quę vnus eſt Deus, nec localiter in loco eſſet, nec tēporis mutationem

nem aliquando sentiret, nec de loco ad locum transiret, nec circumscriberet quãtitate molis. Quæ oĩa ostendũt hmõi naturarum illum esse opificem, cui nullus latus aut angustus locus, q̃a nõ minus in angustiis q̃ in latis totus est. Nec mutat̃ tp̃e qui solus põt volumina temporum, non temporali volubilitate: sed ęterna stabilitate mirabiliter ordinare: neque.n. in tp̃e cogitat quemadmodum tem
E porũ series rerũ decessione aut successione
*Deus vbique.* transcurrat. Nec aliqua molis q̃titate terminat̃, quia nullo fine concludit̃. Neq; p̃ mun-
*Hier. 23.* di partes partib. suis est ipse diffusus, vt maiores mũdi partes suis maioribus impleat, & minores minorib. implendo, nusquam tñ totus se infundat. Ipse.n. est Deus qui ait, Cœlum & terram ego impleo. Oĩa igit̃ quæ fecit. i. spũs & corpora, summa & ima, cœlestia atque terrestria, viuentia & quib. viuendi facultatem non dedit ineffabiliter vbiq; totus dñs & implet & continet. Nec in iis quę diuidun tur, ipse diuidit̃: nec in iis quæ mutant̃, vlla mutatione variat̃. Nisi.n. naturaliter incommutabilis ipse esset, nunq̃ in reb. mutabilib. ordo q̃dam consilij dispositionis eius incõmutabilis permaneret. Deus igit̃ rerum corporearum atq; incorporearum creator immensus, eo primũ se nullũ esse corpus ostendit, q̃a q̃busdam corporib. vitam non dedit, cum corpora omnia ipse creauerat. Ipse aũt naturaliter vita est, quia si vita non esset, non
*Deus omnium vita.* viuentia corpora, ipse non fecisset. Neque.n. facit rem non viuentem nisi res viuens. Non igit̃ vnius naturæ sunt cũ Deo corpora, quæ viuere omnino non pñt. Ac sic neq; illa corpora vnius naturę cum Deo sunt, quib. singulis singulos brutos atque irrationabiles spiritus, q̃b. eadem corpora viuificarent̃ ac sensificarent̃, inseruit. Sed nec ipsi bruti spiritus vnius naturæ cũ Deo sunt, quos licet viuificãdis, sensificandisq; cognoscatur inseruisse
E corporib. ipsis tñ spiritib. nullum intelligendi largitus est lumen, quo suum possent aut cognoscere, aut diligere creatorẽ. Ipsos quoque spũs quos rõnales atq; intellectuales esse non dubium est, quis audiat psalmo spiritu & cœco corde eiusdem naturæ cuius est Deus, vel putare vel dicere, cum Deus vtiq; naturaliter incõmutabilis omnino sit & immensus? Qui cum in se diuersitatem vllam hr̃e non possit, in eisdem tñ spiritib. quos rõnales atque intellectuales fecit, diuersitatem suæ operationis ostẽdit. In q̃busdam. n. idest qui terrenis ac mortalib. sunt inserti corporib. etsi nullus est eis localis motus, quia p̃ locorum corporalium partes, cum ipsi in corporib. sint, non particulatim sunt, sed sicut in totis corporib. toti, sic in eorundẽ corporum partib. toti sunt, tñ cogitationum varietas diuersitatem in eis cuiusdam temporalis motionis ac mutationis ostendit, dũ modo aliq̃d nesciunt, modo sciunt, modo volunt, mõ nolunt, modo sapiunt, modo desipiunt, modo iniqui ex iustis, modo iusti sunt ex iniquis, modo pietatis illustrant̃ lumine, modo deprauantur tenebroso impietatis errore. Illos quoq; quos terrenorum corporum grauat nulla lutulẽta materies. i. angelicos spũs, quis non videat non vnius naturę esse cum Deo, sed factos ex nihilo, quorum naturalis mutabilitas in eo cognoscitur, q̃a eiusdem pars est in deterius permutata? Deinde q̃ ij q̃ deprauati non sunt, licet illius dono, à quo cũ non essent, facti sunt, indefessa, & inquantum creaturę angelicæ gratis datum est, perfecta dilectione, contemplatione atq; exultatione multitudinem dulcedinis dñi incessabiliter sentiant, nec ab eo naturali conditione deficiant, si & inhęrentib Deo inest de varietate temporis, q̃a collato sibi ęternæ ĩcorruptionis atq; incommutabilitatis munere nihil in se sentiant immutationis, inest tñ singulis naturalis terminus, quo à se inuicem discernuntur, quia nullus eorum in alio est. Et cum vni eorum opus quodlibet iniungitur, alius quoque alteri operi implendo diuinæ ptãtis deputatur arbitrio. Hęc omnia ostendunt etiam sanctos angelos opera * esse sanctę Trinitatis, cuius per singulas res, quas vtique sicut voluit fecit, apparet mirabilis & sapientia in dispositione & virtus in opere. Quosdã igit̃ spũs sic Deus creauit, vt semper essent: quosdam vero vt esse spiritus quandoque desiderent. Illos itaque desituros quosdam ex aqua, quosdam vero quia sic voluit omnipotens produxit ex terra. Superiores vero spiritus nullum cum corporeis elementis hr̃e fecit naturale consortium, quos & æternos creauit, & eis facultatem atq; intelligentiã cogitandæ, diligendæq; diuinitatis inseruit. Quos tñ ita creauit, vt etiam præ seipsis illum diligerent, cuius se tales creatos opere

*Aĩa est in toto corpore et in quolibet parte corporis.* G *Angeli* *a.l. creaturas.* H

re

re cognouissent, cũ eorum vt tales fierẽt nulla merita præcessissent. Vt autẽ hæc dilectio haberet iustam & cõgruam laudem, voluntatis quoq; eis tribuit libertatem. vt esset eis possibile, siue ad eũ qui supra eos est, intentionem sanctæ dilectionis erigere, siue ad se, vel ad ea quæ infra eos sunt, graui cupiditatis semetipsos põdere declinare. Non est igitur natura quæ in æternũ possit siue misere siue bene uiuendo subsistere, nisi quæ põt de Deo ipsius Dei munere cogitare. Hęc aũt natura intellectualis in aĩab. est hominũ & spiritibus angelorũ. Deus quippe diligendi ac cognoscendi se nõ nisi angelis & hominib. indidit facultatẽ. Quibus pp arbitrij libertatẽ, quæ maxime debuit intellectuali creaturę creatoris benignitate conferri, ita cognoscẽdi ac diligendi se facultatẽ voluntatemq; donauit, ut ad eam vnusquisq; & habere posset & perdere. Si quis tamen sponte eam perderet, suo eã deinceps arbitrio resumere nõ valeret: vt illius esset sanctæ cogitationis initia gratuitę dono bonitatis denuo reuocandis quibus vellet infundere, cuius fuit in ipso creationis exordio nullis pcedẽtibus meritis spiritus & corpora locis atq; affectionib. prout ipse sapiens voluit, congruere & mirabiliter ordinare. Angeli ergo atq; hoĩes pro eo qa rationales sunt facti, æternitatis ac beatitudinis donũ in se à naturæ spiritalis creatore diuinitus acceperũt ita.s. vt si dilectioni creatoris sui iugiter inhæsissent, simul ęterni beatiq; mãsissent. Si vero propriæ voluntatis arbitrio cõtra summũ creatoris ĩperiũ suã niterẽtur facere volũtatẽ, ptinus à cõtumacibus beatitudo discederet, & ad suppliciũ eis relinquerẽ ęternitas misera, errorib. deinceps doloribusq; cruciãda. Et de angelis qdẽ hoc disposuit & impleuit, vt si quis eorũ bonitatẽ voluntatis perderet, nunq̃ eã diuino munere repararet. Pars itaq; angelorũ q̃ à suo creatore Deo, quo solo bono beata fuit, voluntaria prorsus auersione discessit æquitatis supnę iudicio, initiũ suæ dãnationis in ipsa auersione volũtatis inuenit: vt nõ aliud esset incipere iã puniri, q̃ illius beatifici boni dilectione destitui: q̃ Deus in æterno sic totã pcepit remanere supplicio, vt ẽt ignẽ ei ęternũ ppararet: in quo oẽs illi puaricatores angeli nec mala possint vnq̃ volũtate carerẽ nec pęna, sed pmanẽte in eis iniustę auersionis malo, pmaneret ẽt iustæ tributionis æterna dãnatio. Horũ malorũ princeps diabolus primos hoĩes quos ad peccati principiũ inuidus duxit, nõ eis tm̃, sed & vniuersæ propagani eorũ cũ vitio peccati meritũ mortis inseruit. Deus aũt misericors & iust⁹ sicut diabolo & angelis eius propria voluntate cadentibus, cęteros angelos in suæ dilectionis ęternitate firmauit, sic ẽt humanis generis massam non totã in sempiternum perire permisit: sed quos voluit eius gratuita bonitas, repulsis tenebris in qbus omnis humana natiuitas peccati originalis cõdẽnatione versatur, reducendos prædestinauit ad lucẽ: in eo præcipue demonstrans, q̃ istos originalis peccati vinculis indebita gratia liberatoris absolueret: cũ alios & q̃ maxime paruulos, quibus nulla possunt vel bona vel mala inesse propria merita volũtatis, insolubili nexu æterna dãnatio retineret. Bonæ quoq; volũtatis & cognitionis initiũ, nõ homini ex se ipso nasci, sed diuinitus & pparari & tribui in eo Deus euidẽter oñdit: quia neq; diabolus, neq; aliquis angelorũ eius, ex quo ruinæ illi⁹ merito in hãc inferiorẽ sunt detrusi caliginẽ, bonã potuit aut poterit resumere volũtatẽ. Qđ si possibile esset, vt humana natura, postq̃ à deo auersa bonitatẽ pdidit voluntatis, ex seipsa rursus eã habere potuisset, multo possibilius hoc natura haberet angelica: q̃ q̃to minus grauatur terreni corporis põdere, tãto magis hac eẽt prædita facultate. Sed oñdit Deus vnde bona volũtas hoĩb. detẽ, q̃ sic amiserũt angeli cũ haberent, ut amissam deinceps habere nõ possint. Qm̃ igitur digna est eadẽ voluntas bona per Dei grãm ęternæ beatitudinis præmio, & iniquitas angelica atq; humana nõ debet eẽ impunita, propterea scđm catholicę fidei regulã venturũ esse filiũ Dei ad puniendos oẽs pc̃tores angelos, & ad iudicandos homines uiuos & mortuos fideliter expectamus. Testatur. n. beatus Petrus, qa Deus angelis peccatib. nõ pepcit, sed carceribus caliginis ĩferi detrudẽs, tradidit ĩ iudicio puniẽdos reseruari. De hoĩbus quoq; uiuis ac mortuis iudicãdis hoc ait beat⁹ Paulus: Testificor corã Deo & Xpo Iesu, qui iudicatur⁹ ẽ uiuos & mortuos, & aduẽtũ ipsius & regnũ eius. In cuius aduentu ab illo primi hoĩs corpe, q̃ De⁹ de terra plasmauit usq; ad oĩm hoĩm corpa, q̃ aĩata qñq; uide- re

Margin: I, K, H (left); L, M, 2. Pet. 2., 2. Tim. 4 (right)

re cęperũt,ab illo resuscitabunt,à quo ope-
rante creata sunt. Singula vero corpora illis
singulis suis aĩabus in resurrectione reddẽt,
quas in maternis, vt viuere inciperẽt uẽtrib.
hr̃e cęperũt:vt.s.aĩæ in illo examine iusti iu-
dicis in eisdẽ singulis corporib.suis accipiãt
retributionẽ,siue regni,siue supplicij,in q̃b.
siue bonã siue malã qualitatẽ vitæ p̃sentis ha
*Origo vitæ malæ.* buerũt.Qualitas aũt malæ vitę ab infidelitate
incipit,q̃ ab originalis peccati reatu initiũ
sumit. In quo quisquis viuere ita incipit, vt
A ante finiat vitã, q̃ ab eius obligatione solua-
tur, si vnius diei vel vnius horæ spatio ani-
ma illa vixit in corpore, necesse est eã cũ eo
dẽ corpore interminabilia gehennæ sustine-
re supplicia:vbi diabolus cũ angelis suis in ę-
ternũ arsurus est, qui & primus peccauit, &
& peccatũ primis hoĩb.p̃suasit.Vbi cũ eo ẽt
fornicarij,idolis seruiẽtes,adulteri, molles,
masculoru cõcubitores, fures,auari,ebriosi,
maledici, rapaces, & oẽs qui op̃a carnis a-
*Galat. 5.* gũt,de quibus dicit Apostolus,q̃a regnũ Dei
nõ cõsequẽtur si ante huius vitæ terminum à
vijs suis malis cõuersi nõ fuerint,ęternis igni
bus exurẽtur.Oĩs.n.homo,qui in hoc seculo
vsq; ad finẽ in iniquitatũ delectatione,& cor
dis obduratione permanserit,sicut hic eũ no
xia criminũ delectatio tenuit, sic eũ sine fine
sempiterna cruciatio retinebit.Erit.n.ẽt ini-
quorũ resurrectio, sed sine immutatione, q̃
solis fidelibus, & ex fide iuste viuẽtibus datu
*1. co. 15* rus est Deus. Hoc est.n.q̃d ait Apostolus Pau
lus:Oẽs quidẽ resurgemus,sed nõ oẽs immu
tabimur Ostendens aũt iustos diuino mune-
*corpora impiorũ.* re cõmutãdos ait, Et nos immutabimur.Ha-
bebunt ergo iniqui cũ iustis resurrectionem
carnis cõmunẽ, immutationis tñ grãm non
habebũt,q̃ dabitur iustis: Qm̃ à corporibus
B impiorũ nõ auferetur corruptio,& ignobili
tas,& infirmitas in q̃bus seminantur:quę ob
hoc morte nõ extinguentur,vt illud iuge tor
mentũ corpori atq; animæ sit mortis æternæ
suppliciũ:Iustę vero animæ,quas hic redem
p̃tor Deus grã ex fide iustificauit,& iustifica-
tis bene viuendi vsq; in finẽ perseuerantiam
tribuit in ipsis corporibus, in quibus hic iu-
stificationis grãm diuinitus acceperũt, & in
quibus iustificatæ per fidem,in charitate Dei
proximiq; vixerũt,regni cęlestis æterna bea-
titudine potientur : glorificatis etiam corpo
ribus suis,quæ sine dubio carnis natura, quã
Deus creauit, veraciter permanente, non si-
cut hic animalia, sed spiritalia tũc habebũt.
Sanctorum.n.seminatur corpus aĩale,surget
spiritale.In his per illã immutationẽ,quę so
lis dabitur iustis, implebitur,quod oportere
dicit Apostolus, vt corruptibile hoc induat
incorruptionẽ,& mortale hoc ĩduat immor
talitatẽ. In quibus sexus masculinus & fęmi-
ninus, sicut eadẽ corporea creata sunt per-
manebit: quorũ gloria erit p̃ factorũ bono-
rũ diuersitate diuersa. Oĩa tñ corpora, siue C
masculorũ, siue fęminarũ, q̃cunq; in regno
illo erunt gloriosa erunt. Ille aũt iudex no-
uit quantã vnicuiq; sit daturus gloriã qui in
hac vita per misericordiã gratis iustificando
p̃uenit,quos illic p̃ iustitiã glorificare dispo-
suit. Tẽpus vero acquirendi vitã ęternam in
ista tantũ vita Deus hominibus dedit, vbi vo
luit esse etiam pęnitentiam fructuosam.Ideo
aũt hic pęnitentia fructuosa est, quia põt hic
homo deposita malitia bene viuere: & muta
ta volũtate iniusta, merita simul operaq; mu
tare, & in timore Dei augere quæ placeant
Deo quod qui in hac vita non fecerit, habe-
bit quidẽ pęnitentiã in futuro seculo de ma-
lis suis, sed indulgentiã in conspectu Dei nõ
inueniet: quia etsi erit ibi stimulus pęnitudi-
nis, nulla tñ ibi erit correctio voluntatis. A
talibus.n.iniquitas sua ita culpabitur,vt nulla
tenus possit ab eis vel diligi, vel desiderari
iustitia. voluntas.n.eorũ talis erit, vt habeãt
in se semper malignitatis suę supplicium,nũ
quã tñ percipere possint bonitatis affectum.
Quia sicut illi qui cũ Xp̃o regnabunt, nullas
in se malę voluntatis reliquias habebũt:ita il
li qui erũt ĩ supplicio ignis æterni cũ diabo-
lo & eius angelis deputati,sicut nullã vlteri⁹
habebũt requiẽ, sic nullatenus bonã habere
poterũt voluntatẽ. Et sicut cohæredibus Xp̃i D
dabit perfectio grę ad æternã gloriã,sic con
sortibus diaboli cumulabit ipsa malignitas
pęnã,qñ exteriorib. deputati tenebris,nullo
illustrabũtur interiore lumine veritatis.Pro-
inde omni homini in hac vita põt esse vtilis
pęnitentia, quã quocunq; tẽpore homo ege
rit, quanlibet iniquus, quanlibet annosus si
toto corde renunciauerit peccatis præteritis
& pro eis in cõspectu Dei,nõ solũ corporis,
sed etiã cordis lacrymas fuderit, & malorũ
operum maculas bonis operibus diluere cu
rauerit, omnium peccatorum indulgentiam

mox habebit. Hoc.n.nobis dñs prophetico *Esa.30.* ꝓmittit eloquio, dicẽs: Si cõuersus fueris & *Eccl.21.* ingemueris, saluus eris. Et alio loco dr̃. Fili peccasti, ne adijcias iterum, sed & de ꝑteritis deprecare, vt tibi dimittant̃. Nunquã peccãti esset indicta pro peccatis deprecatio, si deprecanti nõ esset remißio concedẽda. Sed ẽt pnĩa peccatori tunc prodest, si eã in ecclesia *Claues Petri.* catholica gerat. Cui Deus in ꝑsona beati Petri ligandi soluendiq; tribuit ptãtẽ, dicens: C *Matt.16* Quæ alligaueris super terrã, erũt ligata & in cœlis, & q̃ solueris super terrã, erũt soluta & E in cœlis. In quacunq; igit̃ hõ ætate verã peccatorũ suorũ pnĩam egerit, & uitã suã Deo illuminante correxerit, nõ priuabitur indulgẽtiæ munere: quia Deus, sicut per Prophetã dicit, non vult mortẽ peccatoris siue moriẽtis, sed magis vt reuertat̃ à via sua mala, & viuat aĩa eius. *Ezec.33* Veruntñ nullus hominum debet sub spe misericordiæ Dei in suis diutius remanere peccatis, cũ ẽt ĩ ipso corpore nemo velit sub spe futuræ salutis diutius ægrotare. Tales.n.qui ab iniquitatib. suis recedere negligunt, & sibi de Deo indulgentiã repromittunt, nõnunq̃ ita ꝑueniunt̃ repentino Dei furore, ut nec cõuersionis tp̃s, nec beneficium remißionis inueniãt. Ideo vnumquenq; nostrũ sacra scriptura benigne ꝑmonet, dicens: Ne tardaueris cõuerti ad Deũ, & ne differas *Eccles.5.* de die in diẽ: subito veniet ira eius, & in tp̃e vindictæ disperdet te. Dicit ẽt beatus Dauid: Hodie si uocẽ eius audieritis, nolite obdura- *Psal.94.* re corda vestra. Cui beatus quoq; Paulus cõcordat his verbis. *Heb.3.* Videte fratres, ne forte sit in aliquo vestrũ cor malũ incredulitatis discedendi à Deo viuo: sed adhortamini vosmetipsos per singulos dies, donec hodie cognominat̃, vt nõ obduret̃ quis ex uobis fallacia peccati. D Obduratus igit̃ uiuit, siue q̃ non cõuertit̃, desperãs de indulgẽtia pc̃torũ suorũ: siue qui sic misericordiã Dei sperat, ut usque in finẽ vitæ pñtis in suorũ criminũ peruersitate ꝑmaneat. Proinde diligẽtes misericordiã Dei, metuẽtesq; iustitiã, nec de remissione pc̃torũ desperemus, nec remaneamus F in peccatis: sciẽtes q̃a illa oĩum hoĩm debita sit exactura æquitas iustißimi iudicis, q̃ nõ dimiserit misericordia clemẽtißimi redẽptoris. Sicut.n. misericordia suscipit absoluitq; cõuersos, ita iustitia repellet punietq; obduratos. *Peccatũ in spiritũ sanctum.* Ij sunt qui peccãtes spm̃ sanctũ, neq; in hoc seculo, neq; in futuro remißionẽ accipiẽt pc̃torum. Ideo aũt oĩs aĩa intellectualis spũs est, vt q̃rat, agnoscat, atque discernat: & tp̃s operũ suorũ, pro quibus receptura est in iudicio q̃ ordinauit diuina iustitia: & eiusdẽ retributionis tp̃s, quo nunq̃ licebit, aut opera mutare, aut remißionẽ pc̃torum suorum de diuina misericordia utiliter postulare. Cæteri vero spiritus oĩum animaliũ, quib. non est intellectus, G quia quidã eorũ de terra, quidã de aquis originẽ ducunt: de aquis.n. sunt reptilia & uolatilia, de terra uero quædã quæ reptant, q̃dã uero q̃ gradiunt̃, exorta sunt: tãdiu spũs sunt, quãdiu in corporib. uiuũt. Aĩa, quippe, q̃ rõnis capax diuinitus facta nõ est, cũ carne sua & incipit & desinit uiuere, quia q̃n corpori uitã non tribuit, & ipsa nõ uiuit, atq; ita miro modo cũ omni carni anima sit causa uiuendi, spũs tñ irrationalis tandiu uiuit, quãdiu in carne manere potuerit: & dũ à carne sua separatur, extinguit̃. Ita fit, ut cũ ipse uita carnis suæ sit, uiuere ipse nequeat, q̃n uitam carni subministrare destiterit. Et si nõ sit caro cui uitã dare ualeat, ipse quoq; eã protinus non habebit. Ideo nec æternitas irrationalibus spiritibus data est, nec aliquod eis iudicium ꝑparatur, quo eis uel beatitudo pro bonis, uel damnatio pro malis reddatur operibus. Ideo aũt in eis nulla operũ discretio requiritur, quia nullã intelligendi facultatẽ diuinitus acceperũt. Propterea ergo eorũ corpora resurrectura nõ sunt, quia nec ipsis animabus eorũ aut æquitas, aut iniquitas fuit pro qua eis æterna uel beatitudo sit tribuẽda uel pœna. Illa igitur animalia præsentis seculi cursum atq; ornatũ secundũ creatoris incomprehensibilẽ peragunt uoluntatẽ, quæ de suis factis nullã rationẽ redditura sunt, quia rationalia non sunt. Nunquid.n.de bobus cura est Deo? *1.Cor.9.* Hoĩes uero q̃a rõnales facti sunt, & de se & de omnibus rebus, quas in usum uitæ ꝑsentis acceperunt, rationem reddituri sunt H Deo, & pro suorũ actuũ qualitate recipient aut pœnã aut gloriam. *1.Cor.5.* Oẽs.n.nos manifestari oportet ante tribunal Chr̃i, ut recipiat vnusquisque propria corporis prout gessit, siue bonum, siue malum. *Ioan.5.* Tunc, s.cum secundum ipsius nostri creatoris ac redẽptoris eloquiũ oẽs qui in monumentis sunt audient uocem eius, & procedẽt q̃ bona fecerũt in resurrectionẽ uitæ: qui uero mala egerũt, in resurre-

ctionem iudicij: vt, q qui mala egerunt, eant in cõbustionem æternã cũ diabolo principe omniũ malorũ semper arsuri. qui vero bona fecerunt, eant in vitã ęternã regnaturi sine fine cũ Xpo rege omniũ seculorũ. Illi autẽ cũ Christo regnabunt, quos Deus gratuita boni
I tate sua pdestinauit ad regnũ: quia.n.tales pdestinãdo præparauit, vt regno digni essent, pparauit vtiq; secundũ propositũ vocandos, vt obediant: præparauit iustificandos, vt accepta gratia recte credant, & bene viuant: præparauit ẽt glorificandos, vt Christi cohæredes effecti, regnũ cęlorũ sine fine possideãt. Ad qd regnũ diuersis tẽporib. per sacra, quæ ad fidẽ incarnationis suæ Christus instituit, illi peruenerũt quos Deus gratis nullo bonæ voluntatis, vel boni operis merito pcedente saluauit. Quemadmodũ ex illo tpe, quo saluator noster dixit, Si quis renatus non fuerit ex aqua & spũsancto, non põt introire in regnũ Dei: absq; sacro baptismatis præter eos qui in ecclesia catholica sine baptismate pro Christo sanguinẽ fundunt, nec regnũ cęlorũ põt quisquã accipere, nec vitã æternã: quia siue in catholica fide, siue in hæresi quacũq; vel schismate quisquam in nomine patris & filij, & spiritussancti baptismi sacrm acceperit, integrum sacrm accepit: sed salutem, quæ virtus est sacramenti, non habebit si extra catholicam ecclesiã ipsum sacrm habuerit. Ergo ideo debet ad ecclesiam redire, non vt sacrm baptismatis iterum accipiat, quod nemo debet in quolibet homine baptizato repetere: sed vt in catholica societate vitã æternã accipiat, ad quã obtinendam, nunq̃ põt esse idoneus: qui cũ sacro baptismatis ab ecclesia catholica remanserit alienus. Qui si eleemosynas largas faciat, & pro nomine Christi ẽt sanguinẽ fundat, pro eo qd in hac vita non tenuit ecclesiæ catholicæ vnitatẽ, nõ habebit æternam salutem. Vbi.n.cuique prodesse potest baptismus, ibi prodesse & eleemosyna potest. Baptismus aũt extra ecclesiã quidem esse potest, sed nisi in ecclesia prodesse nequit. In ecclesia igitur tantũmodo catholica potest vnicuiq; prodesse, & perceptio baptismatis, & opera misericordiæ, & nominis Christi gloriosa cõfessio, si tñ in ecclesia catholica bene viuat. Sicut.n.sine ecclesiæ catholicæ societate, nec baptismus alicui põt prodesse, nec opera misericordię, ni forte vt

*Ioan. 3.* — *Non repetendus baptismus.* — K — *Ecclesia catholica.*

mitius torqueatur, non tñ vt inter filios Dei reputet: sic intra ecclesiã catholicã per solũ baptismũ vita æterna non acquiritur, si post baptismum male viuatur. Nã & illi qui bene viuunt, debent operib. misericordiæ indesinenter insistere: scientes se licet leuia, nõnulla tñ quotidie contrahere peccata, pro quib. ẽt sancti & iusti in hac vita semper Deo dicere debent. Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. *Matt. 6.* Quæ peccata quanto rebus licitis, & à Deo concessis frequenter hominibus surrepunt: L & quanto magis fortioribus cibis corpus impletur, & carnalib. cor hoïs actibus affectibusq; implicat, tanto frequentior culpa in hac mortalitate contrahit. Propterea humiles serui Xpi, qui cupiunt dño suo sine impedimento, & absq; animi noxia occupatione seruire, coniugia oĩno non appetunt, & à carnibus & vino abstinent, inquantũ corporis valetudo permittit: *Abstinentia.* non quia pctm̃ est aut coniugẽ habere, aut vinũ carnesve percipere: nã & beatus Apostolus dicit, Quia oĩs creatura Dei bona est, & nihil reijciendum qd cũ gratiarũ actione percipitur: sanctificatur.n.per verbũ Dei & rationẽ. *1. Tim. 4.* Coniugium quoq; in primis hominib. Deus instituit, & benedixit. *Gen. 1.* Propter qd Apostolus ait, Honorabile connubiũ in oĩb. & torus immaculatus. *Heb. 13.* Ideoq; serui Dei in eo qd à carnib. & à vino abstinent, non tanq̃ res immundas refugiũt, sed mundioris vitæ instituta sectantur. Et in eo qd coniugia nõ habent, non nuptiarũ bonũ crimen esse existimant, sed continentiã iugẽ bonis nuptijs meliorẽ esse non dubitant, Isto q̃ maxime tpe, qñ dr̃ de continentia, Qui põt capere, capiat. *Mat. 19.* De nuptijs vero dr̃, Qui se non continet, nubat. *1. Cor. 7.* In vna enim ratione virtus exoritur, in altera infirmitas remedio subleuatur. Vnde quia ægritudini semper est consulendum, propterea si cui primo contigerit priuari coniugio, si voluerit secũdas vel tertias inire nuptias, nullum de illis peccatum habebit, si eas castè seruauerit, i.si vnus & vna legitime duntaxat coniuncti, fidẽ seruent, vt nec ille mulieri præter vxorẽ, M nec illa viro pter maritum vllatenus misceatur. In talibus etsi fuerit aliquis coniugalis excessus, qui tñ legitimum non violet torum, habebit nonnullum, sed veniale peccatum. Sed hæc illorum sunt, qui nullam vouerunt conti-

*Continentiam vouere.*

continẽtiam Deo. Cęterũ quiſquis ſeipſum caſtrauerit ꝑꝑ regnũ cęlorũ, & in corde ſuo continentiam Deo vouerit, nõ ſolũ ſi mortifero fornicationis crimine maculeť, verum etiã ſi aut vir vxorẽ accipere, aut mulier nu- A bere voluerit, ſcđm Apoſtoli ſententiã dãnationẽ habebit: quia primã fidẽ irritã fecit. *1.Tim.5* *1.Cor.7.* Sicut ergo ſcđm Apoſtoli ſñiam, dignũ eſt vt vxori vir debitũ reddat, ſimiliter & vxor viro, quia ſi qs acceperit vxorem, non peccat: & ſi nupſerit virgo, nõ peccat: *Ibidem.* L ita ſcđm eiuſdẽ Apoſtoli dictũ, qui ſtatuit in corde ſuo habens neceſſitatẽ, poteſtatẽ autem habens ſuæ volũtatis, & vouerit cõtinentiã Deo, debet eã vſq; in finem tota mentis ſolicitudine cuſtodire, ne dãnationẽ habeat, ſi primã fidẽ irritam fecerit. Similiter & coniugati viri, & coniugatæ mulieres, ſi ex conſenſu perennẽ Deo vouerint continentiã, nouerint ſe ſui voti obnoxios detineri: nec iã ſibi debere cõmixtionẽ carnis, quã primitus licitã habuerunt, ſed Deo ſe debere continentiã quã vouerunt. Tunc.n. vnuſquiſq; regnũ cęlorũ, qđ ſanctis ꝓmittitur, poſſidebit, ſi obliuiſcẽs q̃ retro ſũt, & ĩ anteriora extẽdẽs ſeipſũ, *Phil.3.* ſcđm quod in Pſalmis dr̃, Vouete, & reddite dño Deo veſtro: *Pſal.75.* *Vota.* qđ ſcit eſſe licitũ, & ad profectũ melioris vitę pertinere cognoſcit, & libenter voueat, & celeriter reddat, & in hoc ꝙ votũ reddit, meliore ſemper conatu proficiat. Omni.n. vouẽti Deo & reddẽti qđ vouit: ipſe quoq; Deus reddet cęleſtis regni ꝓmia q̃ promiſit. B *Natura diuina. Cap. 4.* Firmiſsime tene, & nullatenus dubites, patrẽ & filiũ & ſpũmſanctũ vnũ eẽ naturaliter Deũ, in cuius noĩe baptizati ſumus. Cũ enim aliud nomen ſit pater, aliud filius, aliud ſpiritusſanctus: hoc eſt vtiq; vnum naturæ nomen horum trium quod dicitur, Deus. *Deu.31.* Qui dicit in Deuteronomio. Videte quoniam ego ſum Deus, & non eſt alius pręter me. Et de quo dr̃, Audi Iſrael, dñs Deus tuus Deus vnꝰ eſt. *Deu.6.* *Matt.4.* Et, Dominũ tuũ adorabis, & illi ſoli ſeruies. *Vnus Deus.c.5* Firmiſsime tene, & nullatenus dubites, patrẽ & filiũ & ſpiritũſanctũ, ideſt ſanctã Trinitatẽ eſſe ſolũ naturaliter verum Deum. M Quia cum tres Deos nobis colere non liceat, niſi vnum ſolum verum Deũ, tamen ſicut pater verus Deus dicitur, teſtante Apoſtolo qui ait, *1.Thes.1.* Conuerſi eſtis ad Deũ a ſimulachris: ſeruire Deo viuo & expectare filium eius de cęlis, quẽ ſuſcitauit a mortuis Ieſum: ita quoq; filiũ verũ Deũ Ioannes cõmendat Apoſtolus dicens, *1.Ioan.1* Scimus quia filius Dei venit, & dedit nobis intellectũ vt cognoſcamꝰ verũ Deum, & ſimus in vero filio eius Ieſu Chriſto. Hic eſt verus Deus, & vita æterna: C qui vtiq; ꝙ verus Deus eſt, etiã veritas eſt, ſicut ipſe nos edocet dicẽs, Ego ſum via & veritas & vita. De ſpiritu quoq; ſancto Ioannes Apoſtolus ait, Quia ſpũs eſt ueritas. *Ioan.14.* Et utiq; non põt naturaliter Deus uerus nõ eẽ q veritas eſt. Quẽ ẽt Deũ Paulus Apoſtolus cõfiteť, dicẽs, *1.Cor.5.* Mẽbra ur̃a tẽplũ ſunt ſpiritusſancti q in nobis eſt, quẽ habetis a Deo, & non eſtis ueſtri. empti.n. eſtis pretio magno, glorificate & portate Deũ in corpore veſtro. *Deus æternus, cap.6.* Firmiſsime tene, & nullatenus dubites, patrẽ & filiũ & ſpiritũſanctũ i. ſanctam Trinitatẽ unũ uerũ Deũ ſine initio ſempiternũ eſſe. *Ioan.1.* Propter qđ ſcriptũ eſt, In principio erat uerbũ, & uerbũ erat apud Deũ, & Deus erat uerbũ. Hoc erat in principio apud Deũ. *Pſal.73.* Hæc denuo ſempiternitas intimať, ubi dr̃ in Pſalmo, Deus aũt rex nr̃ ãnte ſecula, *Rom.1.* Et alio loco, Sempiterna quoq; eius uirtus & diuinitas. *Deus incommutabilis.c.7.* Firmiſsime tene, nullatenus dubites, ſanctã Trinitatẽ ſolũ uerũ Deũ, ſicut æternũ, ita ſolũ naturaliter incõmutabilẽ eẽ. *Exod.3.* Hoc enim ſignificat, cũ dicit ſeruo ſuo Moyſi, Ego ſũ qui ſum. *Pſ.101.* Hinc & Pſalmus dicit, In principio domine tu terrã fundaſti, & opera manuum tuarum ſunt cęli: Ipſi peribunt, tu autẽ permanes, & omnes ſicut ueſtimentum ueteraſcẽt. Et ſicut opertoriũ mutabis eos & mutabuntur: tu autem idem ipſe es, & anni tui nõ deficient. *Deus omniũ creator.c.8.* Firmiſsime tene, & nullatenus dubites, ſanctam Trinitatem ſolum eſſe uerum Deum, rerum omnium uiſibilium atq; inuiſibilium creatorem. *Pſ.141.* De quo in Pſalmo dicitur, Beatus cuius Deus Iacob adiutor eius D ſpes eius in domino Deo ipſius qui fecit cęlũ & terrã, mare & oĩa q̃ in eis ſunt. De quo ẽt Apoſtolus dicit, Qm̃ ex ipſo, & ꝑ ipſũ, & in ipſo ſunt oĩa, ipſi gloria ĩ ſecula. *Rom.11.* *Trinitas in vnitate.c.9.* Firmiſsime tene, & nullatenus dubites pr̃is & filij & ſpũſſancti unam quidẽ eſſe naturã, tres uero eẽ perſonas: patremq; ſolum eſſe qui dixit, *Matt.3.* Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui: & filium ſolum eſſe ſuper quem uox illa ſolius patris inſonuit, quando in Iordane ſecundum carnem baptizatus eſt unigenitus Deus, qui carnem ſolus acce-

pit: atq; spiritumsanctũ patris & filij solũ esse, qui in specie columbę super Christũ baptizatũ & ascẽdẽtẽ ab aqua descẽdit, & quinquagesimo die post resurrectionẽ Christi fideles in vno loco positos, in linguarũ ignearũ visione adueniens repleuit. (E) Illã vocẽ, qua solus locutus est De⁹ pr̃: & illã carnẽ, qua solus homo factus est vnigenitus Deus: (Acto. 2.) & illã columbã, in cuius specie spiritussanctus super Christũ descendit illasq; linguas igneas in quarũ visione fideles Apostolos in vno loco cõstitutos repleuit opera eẽ totius sanctę Trinitatis. i. vnius Dei, qui fecit omnia in cęlo & in terra, visibilia & inuisibilia.

(Distinctio personarum. Cap. 10.) Firmissimè tene & nullatenus dubites, solũ Deũ filiũ. i. vnam ex Trinitate personã solius patris esse filiũ: spiritũ vero sanctũ ipsum quoque vnã ex Trinitate personã nõ solius patris, sed simul patris & filij esse spũm. Ostẽdẽs. n. Dei fili⁹ se solũ esse de patre genitũ, ait, Sic enim Deus dilexit mundũ, vt filiũ suum vnigenitũ daret. (Ioan. 3.) Et paulo post, Qui aũt nõ credit, iã iudicatus est, quia nõ credit in nomine vnigeniti filij Dei. Spiritũ autẽ sanctum & patris, & filij esse spiritũ Apostolus docet, qui ait, (Rom. 8.) Vos aũt non estis in carne, sed in spiritu, si tñ spiritus Dei habitat in vobis. Et sequitur, Si quis aũt spiritum Christi nõ habet, hic non est eius. (F)

(Spiritussanctus. Cap. 11.) Firmissimè tene, & nullatenus dubites, eundẽ spiritumsanctũ, qui patris & filij vnus est spiritus, de patre & filio procedere. (Ioan. 15.) Dicit. n. filius, Cum venerit spiritus veritatis, (Ioan. 14.) qui à patre procedit. Vbi suũ spiritũ eẽ docuit, quia ipse est veritas. (Esa. 11.) De filio quoq; procedere spiritumsanctũ, prophetica atq; Apostolica doctrina nobis cõmendat. Esaias. n. dicit de filio, Percutiet terrã virgã oris sui, & (2. Thes. 2.) spiritu labiorũ suorũ interficiet impium. De quo & Apostolus ait, Quem interficiet dñs Iesus spiritu oris sui. Quem etiam ipse vnic⁹ Dei filius spiritũ oris sui esse significans, post resurrectionẽ insufflãs in discipulos, ait, (Io. 20.) Accipite spiritũsanctũ. (Apoc. 1.) De ore vero ipsius domini Iesu, ait Ioãnes in Apocalypsi, quia gladius vtraq; parte acutus procedebat. Ipse ergo spiritus oris eius, Ipse est gladius qui de ore eius procedit.

(Trinitas nullis terminis circũscripta Cap. 12.) Firmissimè tene, & nullatenus dubites, Trinitatẽ Deum immensum esse virtute non mole: & omnẽ creaturam spiritalem atq; corporalẽ virtute eius & pręsentia contineri. Dicit. n. Deus pater, Cęlum & terram ego impleo. (Hier. 23.) Dicitur etiam de sapientia Dei, quæ filius est eius, Quia attingit à fine vsq; ad finẽ fortiter, & disposuit oĩa suauiter. (Sapien. 8) De spiritu quoq; sancto legimus, Quia spiritus dñi repleuit orbẽ terrarũ. (Sapien. 1) (G) Et Dauid Propheta dicit, Quo ibo à spiritu tuo, & quo à facie tua fugiam? Si ascendero in cęlum, tu illic es: si descẽdero ad infernũ, ades. (Ps. 138.)

(Persona filij. c. 13.) Firmissimè tene, & nullatenus dubites, vnã ex Trinitate persona i. Deum filium, qui de natura Dei patris solus natus est, & vnius eiusdẽq; naturæ cũ patre ẽ, ipsum in plenitudine tp̃is scd̃m susceptionẽ formæ seruilis voluntarie in virgine conceptũ, & de virgine natũ, verbũ caro factũ: ipsum quoq; esse qui essentialiter natus est de patre & essentialiter conceptus est natusq; de virgine ipsumq; vnũ esse, & vnius naturæ cũ virgine, qui ait de Deo patre, (Prou. 8.) Ante secula fundauit me, & ante omnes colles generauit me. De quo etiã dixit Apostolus, (Galat. 4.) Quia cum venit plenitudo tp̃is misit Deus filium suũ, factũ ex muliere, factũ sub lege.

(Humanitas christi. c. 14.) Firmissimè tene, & nullatenus dubites, Christũ filium Dei sicut de Deo patre plenũ perfectũq; Deũ, ita de virgine matre plenũ perfectumq; hoĩem genitum. i. verbũ Deũ, habentem. s. sine peccato verã nostri generis carnem & animam rationalẽ. (H) Quod ipse Dei filius euidenter ostendit, dicẽs de carne sua, Palpate & videte, quia spiritus carnẽ & ossa non habet, sicut me videtis habere. (Luc. 24.) Animam quoq; se habere his verbis ostẽdit, dicẽs, Propterea me pr̃ diligit, quia ego pono animam meã, & iterũ sumo eam. (Ioan. 10.) Intellectum quoq; animæ se habere ostendit in eo, quod ait, Discite à me quis mitis sum & humilis corde. (Matt. 11.) Et de ipso Deus per Prophetã dicit, Ecce intelliget puer meus, & exaltabitur, & subdit⁹ erit valde. (Esa. 52.) Nã & beatus Petrus secundũ sancti Dauid prophetiã in Xpo carnẽ & aĩam cõfitetur. De ipso. n. beato Dauid loquẽs, ait, (Acto. 2.) Propheta igit̃ cũ esset, & sciret quia iureiurãdo iurasset illi Deus de fructu lũbi eius sedere super sedẽ eius, (Psal. 131.) prouidẽs locutus est de resurrectione Christi, q̃a neq; derelicta est aĩa eius in inferno, neq; caro eis vidit corruptionem. (Psal. 15.)

(Diuinitas Christi. c. 15.) Firmissimè tene, & nullatenus dubites, vnũ filium atq; ipsum esse Deum verum, qui cũ patre Deo, & spiritusancto Deo fecit omnia tempora, (Exo. 20. & 21.) & in monte Sinai legem Moysi dedit ordinatã p̃ angelos, (Gala. 4.) & ipsum Deũ ver-

bum

bum carnem factũ: qui veniente plenitudine
tpis, missus a patre & spiritusancto, factus est
ex muliere quã fecit, solus factus est sub le-
ge quã dedit. Firmissime tene, & nullatenus *De duab. ĩ Christo naturis. Cap. 16.*
dubites, Dei verbũ ꝙ caro factũ est, in duas
naturas incõfusibiliter permanere. Vnam ve-
ram diuinã, quam habet cũ patrem cõem, se
cundũ quam dicit, Ego & pater vnũ sumus, *Ioan. 10. & 14.*
& qui me videt, videt & patrem, & ego in pa *Heb. 1.*
tre & pater in me est, secundũ quam ẽt dicit *Ioan. 14.*
Apostolus, splendorẽ gloriç & figuram sub- *Vnitas personæ ĩ christo. Cap. 17.*
stantiæ Dei. Alterã veram humanã, secundũ
quã ipse Deus incarnatus dicit, Pater maior
me est. Firmissime tene, & nullatenus dubi-
tes, Deũ verbum carnẽ factum, vnam habere
I diuinitatis suæ carnisque personam. Deus.n.
verbum plenã naturam humanã ita sibi vera
citer vnire dignatus est, & permanente diui-
nitate sua ita verbũ caro factũ est: vt quãuis
naturaliter nõ hoc sit verbũ quod caro, quia
duarũ naturarum veritas manet in Xp̃o, secũ
dum vnam tñ personam idem verbũ caro ab
ipso fieret maternæ cõceptionis initio. Deus
enim verbũ non accepit personam hominis,
sed naturã: & in æternã personam diuinitatis
accepit tẽporalem substantiam carnis. Vnus
est ergo Xp̃s verbũ caro factũ, qui ẽt ex pa-
H tribus secundũ carnẽ, & super omnia Deus
benedictus in secula. Vnus Iesus, cui & pater
*Ps. 109.* dicit, Ex vtero ante luciferũ genui te. Vbi si-
gnificatur ante oẽ tp̃s sine initio æterna nati-
*Lucæ 2.* uitas. Vnus Iesus, de quo & Euãgelista dicit,
Quia vocatũ est nomen eius Iesus, ꝙ vocatũ
est ab angelo priusquã in vtero conciperet.
Firmissime tene, & nullatenus dubites, non
carnẽ Xp̃i sine diuinitate conceptã in utero
virginis priusquã susciperetur a uerbo, sed
K ipsum uerbum Deum suæ carnis acceptione
conceptũ, ipsamq; carnem uerbi incarnatio
ne conceptã. Firmissime tene, & nullatenus *Verbi & carnis vnio. c. 18.*
dubites, ipsum unigenitũ Deum uerbum car
nem factũ, se pro nobis obtulisse sacrificium
& hostiam Deo in odorẽ suauitatis: cui cum *3. sea. di. 2. c. si aũt sacrificia.*
patre, & spiritusancto a Patriarchis, Prophe
tis, & sacerdotibus tẽpore ueteris testamenti
animalia sacrificabantur: & cui nunc, i. tem- *Cap. 19. sacrificiũ panis.*
pore noui testamenti, cũ patre & spiritusan-
cto, cum quib. illi est una diuinitas, sacrificiũ
panis & uini in fide & charitate, sancta eccle
sia catholica per uniuersum orbem terræ of-
ferre non cessat. In illis.n. carnalib. uictimis
figuratio fuit carnis Christi quam pro pecca
tis nostris ipse sine peccato fuerat oblaturus,
& sanguinis quem erat effusurus in remissio-
nem peccatorũ nostrorũ. In isto aũt sacrifi-
cio gratiarum actio atque cõmemoratio est
carnis Christi quã pro nobis obtulit, & san-
guinis quem pro nobis idem Deus effudit.
De quo beatus Paulus dicit in Actibus Apo- *Acto. 20*
stolorum, Attendite uobis & uniuerso gregi
in quo uos spiritussanctus posuit ep̃os rege-
re ecclesiam Dei, quam acquisiuit sanguine
suo. In illis ergo sacrificijs quid nobis esset L
donandum figurate significabatur. In hoc au
tem sacrificio quid nobis iam donatum sit,
euidenter ostenditur. In illis sacrificijs præ-
nunciabatur filius Dei pro impijs occiden-
dus: in hoc aũt pro impijs annunciatur occi-
sus, testãte Apostolo: quia Christus cum ad- *Rom. 5.*
huc infirmi essemus secundũ tp̃s, pro impijs
mortuus est: & quia cum inimici essemus, re
conciliati sumus Deo per mortem filij eius.
Firmissime tene, & nullatenus dubites, uer- *Humanitas christi. c. 20.*
bum carnem factum, eandem humanam car
nem semper ueram habere, qua de uirgine
uerbũ Deus natus est, qua crucifixus & mor
tuus est, qua resurrexit & in cęlum ascẽdit,
& in dextera Dei sedet, qua ẽt uenturus est
iudicare uiuos & mortuos: propter ꝙ Apo- *Acto. 1.*
stoli ab angelis audierunt, Sic veniet quem- *Apoc. 1.*
admodum eum uidistis euntem in cęlum. Et
beatus Ioannes ait, Ecce veniet cũ nubibus,
& uidebit eũ omnis oculus & qui eũ cruci-
fixerunt, & uidebunt eum oẽs termini terræ
talẽ. Firmissime tene, & nullatenus dubites, *Natura nihil non bonum. Cap. 21.*
Trinitatem Deum, i. patrem & filiũ & spiri-
tumsanctũ esse naturaliter summũ atq; incõ
mutabile bonũ: & ab ipso creatas esse omnes
naturas, bonas quidem, quia a summo bono
factæ sunt, sed mutabiles, quæ de nihilo factę
sunt: nullamq; esse malam naturam, quia om
nis natura inquantũ natura est, bona est. Sed M
quia in ea bonũ & augeri & minui potest, in
tantum mala dr̃, inquantum bonum eius mi-
nuitur. Malum.n. nihil aliud est, nisi boni pri
uatio. Vnde geminum constat esse creaturæ *Malum.*
rationalis malũ, vnum quo uoluntate ipsa de
ficit a summo bono creatore suo: alterũm
quo inuita puniet ignis æterni supplicio: il-
lud passura iuste, quia hoc admisit iniuste: &
quia ordinẽ in se non seruauit diuinæ institu
tionis: ordinẽ diuinæ non effugiet ultionis.

Firmissime tene, & nullatenus dubites, neq; *Nulla creatura est eadē cū Deo. Cap. 22.* angelos, neq; aliā quālibet creaturam eiusdē naturæ esse, cuius est secundū naturalē diuinitatē summa trinitas, q̄ est vnus naturaliter Deus pater & filius & spiritussanctus: neque enim vnius naturæ esse potuerunt ille qui fecit, & ea q̄ fecit. *Angeli facti stabiles. Cap. 23.* Firmissime tene, & nullatenus dubites, omnē creaturā naturaliter mutabilē, à Deo incōmutabili factā, nec tñ posse quēlibet sanctorū angelorū in deterius mutari: A quia sic acceperunt æternā beatitudinem, qua Deo stabiliter perfruuntur, vt ea carere non possint. Sed hoc ipsum, ꝙ ab illo statu beatitudinis, in quo sunt, mutari in deterius nullatenus possunt, non est eis naturaliter insitū, sed postquā creati sunt gratiæ diuinæ largitate collatū. Si.n. angeli naturaliter incōmutabiles fierent, nunquā de eorū cōsortio diabolus & eius angeli cecidissent. *Creaturæ rationales. cap. 24.* Firmissime tene, & nullatenus dubites, in omni creatura quā spiritalē atq; corporeā summa trinitas fecit, solos spiritus angelicos & humanos intelligendi facultatē diuinitus accepisse. Cęteros vero spūs brutorū animaliū rationalē intelligentiā non accepisse, & ēt hoc oīno habere non posse. *Psal. 31.* Propter ꝙ dr̄ hominib. Nolite fieri sicut equus & mulus, quib. non est intellectus. Et ideo animas hominū, & aīas pecorū vnius naturæ non esse; nec animas pecorū in animas hominū, nec animas hominū in animas pecorū posse aliqñ transire. *Liberæ voluntas Adam. cap. 25.* Firmissime tene, & nullatenus dubites, primos hoīes, i. Adā & mulierē eius, bonos & rectos & sine pc̄tō creatos esse cū libero arbitrio, quo possent, si vellent, humili & bona volūtate seruire atq; obedire: quo arbitrio ēt possent, si vellent, ꝓpria volūtate peccare: eosq; non necessitate, sed propria voluntate peccasse: *Rom. 5.* illoq; pc̄tō sic in deterius mutatam humanā naturam, vt non solū in ipsis primis hōminibus B per pc̄tm̄ mors obtineret regnum, sed ēt in oēs hoīes transiret peccati mortisq; dn̄ium. *Peccatū originale. cap. 26. de conse. di. 4. c. firmissime.* Firmissime tene, & nullatenus dubites, omnē hominem, qui per concubitū viri & mulieris concipitur, cū peccato originali nasci, impietati subditū, mortiq; subiectū, & ob hoc natura iræ filium nasci. *Ephes. 2.* De qua dicit Apostolus. Eramus.n. & nos natura filij iræ, sicut & cęteri. *1. Tim. 2* A qua ira nullus liberatur, nisi per fidē mediatoris Dei & hominū hominis Iesu Christi, qui sine pc̄tō conceptus, sine peccato natus, sine peccato mortuus, pc̄tm̄ pro nobis factus est, i. sacrificiū factus est ꝓ peccatis nostris. In veteri quippe testō peccata dicebantur sacrificia, quę pro peccatis offerebantur, in quib. omnib. fuit significatio Christi: C quia ipse est agnus Dei qui tollit peccata mundi. *Ioan. 1. Non baptizari. cap. 27. De conse. di. 4. c. firmissime.* Firmissime tene, & nullatenus dubites, nō solū homines iam ratione vtentes, verumēt paruulos, qui siue in vteris matrū viuere incipiunt, & ibi moriuntur, siue cū de matrib. nati sine sacrō sancti baptismatis, ꝙ datur in nomine patris & filij & spiritussancti, de hoc seculo transeunt, ignis æterni sempiterno supplicio puniendos: quia & si propriæ actionis pc̄tm̄ nullū habuerūt, originalis tñ peccati damnationē carnali cōceptione & natiuitate traxerunt. *Iudicium cap. 28.* Firmissime tene, & nullatenus dubites, ideo Christū filiū Dei ad iudicandos viuos & mortuos venturū, vt hoīes, quos hic dono suæ gratiæ gratis per fidē iustificat, eisdemq; iustificatis in fide & charitate sanctæ matris ecclesiæ vsq; in finē perseuerantiam donat, in suo aduentu resuscitet & glorificet, *Mat. 22.* & secundū promissionē suā æquales sanctis angelis faciat, & ad eū statū perducat, in quo perfecte, quantū vnicuiq; donat Deus, boni sint, & ab ipsa perfectione deinceps mutari non possint: vbi diuersa erit sanctorū gloria, sed vna erit omniū vita ęterna. Diabolū vero & angelos eius in ignem æternū à Christo esse mittendos, vbi nunquam carebunt pęna, quam eis præparauit diuina iustitia. *Sapien. 2.* Cum ipso ēt diabolo impios & iniquos hoīes, de quib. scriptura dicit, Imitantur aūt eum qui sunt ex parte illius, pro eo, quia eū in malis operib. imitati sunt, & ante finē pn̄tis vitæ congruā pn̄iam non egerunt, resumptis corporib. supplicio D ęternæ cōbustionis arsuros. *Resurrectio. c. 29* Firmissime tene, & nullatenus dubites, omnib. hominib. & bonis & malis resurrectionē carnis in aduentu dn̄i futuram esse cōem: retributionē vero iustitiæ Dei esse bonis malisq; dissimilē, secundum ꝙ Apostolus ait, *1. Co. 15* quia oēs resurgemus, sed non oēs immutabimur. Immutabunt aūt iusti qui ibunt in vitā æternā. Quod Apostolus ostendit dicēs, Et mortui resurgent incorrupti, & nos immutabimur. Et ostēdens quæ erit ipsa immutatio, adiecit. Oportet.n. corruptibile hoc induere īcorruptionē, & mortale hoc induere immortalitatem. In iustorū cor-

corporibus fiet ꝙ ipse Apostolus ait, Seminatur in corruptione, surget in incorruptione. Seminatur in ignobilitate, surget in gloria. Seminatur in infirmitate, surget in virtute. *Ibidem.* Seminatur corpus animale, surget corpus spiritale. Quod propterea spiritale dixit, nō quia ipsum corpus spūs erit, sed quia uiuificante spiritu immortale atque incorruptibile permanebit. Sic aūt tunc dr̄ spiritale corpus cū non spūs sit, sed permaneat corpus: E sicut nunc animale dr̄, cū tn̄ inueniatur non anima esse, sed corpus. *Fides & baptismus.* Firmissime tene, & nullatenus dubites, exceptis illis qui pro nomine Christi suo sanguine baptizantur nullū hominem accepturū vitam æternam, *Cap. 30. 15. q. 1. firmissime.* qui nō hic à malis suis fuerit per pn̄iam fidemq; conuersus, & per sacr̄m fidei & pn̄iæ, i. per baptismū liberatus: & maioribus quidē necessarium esse & pn̄iam de malis suis agere, & fidem catholicā secundum regulā veritatis tenere, & sacr̄m baptismatis accipere: paruulis vero qui nec propria voluntate credere, nec pn̄iam pro pc̄tō ꝙ originaliter trahunt agere possunt, sacr̄m fidei ꝙ est sanctū baptisma quandiu rationis ætas eorū capax esse non potest, sufficere ad salutem. *Gratia. Cap. 31.* Firmissime tene, & nullatenus dubites, neminē hic posse hominum pn̄iam agere, nisi quē Deus illuminauerit, & gratuita sua miseratione cōuerterit. *1. Tim. 2* Apostolus.n.dicit. Ne forte det illis Deus pn̄iam ad cognoscendā veritatē, & resipiscant à diaboli laqueis. *Nihil a. sine gratia. Cap. 32.* Firmissime tene, & nullatenus dubites, posse quidē hominem quē nec ignorantia literarū, nec aliqua prohibet imbecillitas vel aduersitas, verba sanctæ legis & Euangelij, siue legere, siue ex ore cuiusquā p̄dicatoris audire, sed diuinis man- D F datis obedire neminē posse, nisi quem Deus gratia sua præuenerit: vt quod audit corpore, corde etiā percipiat, & accepta diuinitus bona uoluntate atq; uirtute, mandata Dei facere & velit & possit. *1. Cor. 3. Phil. 2.* Neque.n.qui plantat est aliquid, neq; qui rigat, sed qui incrementū dat Deus, qui ēt operatur in nobis & velle & perficere pro bona uoluntate. *Deum nihil latere cap. 33. Dan. 13.* Firmissime tene, & nullatenus dubites, Deo incōmutabili non solum p̄terita & præsentia, sed ēt futura omnia incommutabiliter esse notissima cui dr̄, Deus qui occultorū es cognitor, qui scis omnia antequam fiant. Firmissime tene, & nullatenus dubites, Trinitatem Deū incōmutabilē rerum omniū atque operū tā suorum q̄ humanorum certissimū cognitorem, *Prædestinatio. Cap. 34.* ante omnia secula scire quib. esset per fidem gratiā largiturus: sine qua nemo pōt ex initio mundi usq; in finē à reatu peccati tā originalis, q̄ actualis absolui. *Rom. 8.* Quos.n. Deus præsciuit, & p̄destinauit conformes fieri imaginis filij sui. *Beati ex prædestinatione. cap. 35.* Firmissime tene, & nullatenus dubites, oēs quos uasa misericordiæ gratuita bonitate Deus fecit, ante constitutionē mundi in adoptionē filiorū Dei p̄destinatos à Deo: neq; perire posse aliquē eorū quos Deus p̄destinauit ad regnū cœlorūm, nec quēquam eorū quos nō prædestinauit ad uitā ulla posse ratione saluari. G Prædestinatio.n. illa gratuitæ donationis est p̄paratio, qua nos Apostolus ait p̄destinatos in adoptionē filiorū Dei per Iesum Christū in ipsum. *Ephes. 1. Baptismus. c. 36* Firmissime tene, & nullatenus dubites, sacr̄m baptismatis, nō solū intra ecclesiā catholicā, sed ēt apud hæreticos, qui nomine patris & filij & spiritussancti baptizant, esse posse, sed extra ecclesiam catholicā prodesse nō posse. Immo sicut intra ecclesiā recte credētib. per sacr̄m baptismi conferri salutē, sic extra ecclesiam baptizatis, si ad ecclesiam nō redierint, eodē baptismo accumulari perniciem. Tantum.n. valet ecclesiasticæ societatis vnitas ad salutē, ut baptismo non saluetur, cui non ibi datur, ubi oportet ut detur. Inesse tn̄ homini baptismum ēt extra ecclesiam baptizato, sed ad iudiciū inesse ab ecclesia separato. Et quia manifestum est, ubicunq; datum fuerit, hoc baptisma semel dandum, ideo & si ab hęreticis in nomine patris & filij & spiritussancti fuerit datum, venerabiliter agnoscendum, & ob hoc nullatenus iterandum. Saluator.n.dicit, Qui semel lotus est, non indiget nisi ut pedes lauet. *Ioan. 13. Ecclesia. cap. 37.* Firmissime tene, & nullatenus dubites, omnē extra ecclesiam catholicā baptizatum, participē fieri non posse uitæ æternę, si ante finē uitæ huius catholicæ non fuerit redditus atque incorporatus ecclesiæ. H Quia si habeā, inquit Apostolus, omnem fidem, & nouerim oīa sacra, charitatem aūt nō habeā, nihil sum. *1. Co. 13.* Nā & in diebus diluuij neminem legimus extra arcā potuisse saluari. *Damnati cap. 38.* Firmissime tene, & nullatenus dubites, non solū omnes paganos, sed ēt oēs Iudęos hæreticos atque schismaticos, qui extra ecclesiā catholicam præsentē finiunt uitā, in ignem æternū

ituros, q paratus est diabolo & angelis eius. Firmissime tene, & nullatenus dubites, quẽlibet hæreticum siue schismaticũ in nomine patris & filij & spiritussancti baptizatũ, si ecclesiæ catholicæ non fuerit aggregatus, quãtascunq; eleemosynas fecerit, & si pro Christi nomine ẽt sanguinem fuderit, nullatenus posse saluari. Omni.n. homini, qui ecclesiæ catholicæ non tenet vnitatẽ, neq; baptismus, neque eleemosyna quãlibet copiosa, neque mors pro nomine Christi suscepta proficere poterit ad salutẽ, quamdiu in eo hæretica vel schismatica prauitas perseuerat, quæ ducit ad mortẽ.

[*Mat. 25. Hæretici. Cap. 39.*] [K]

Firmissime tene, & nullatenus dubites, non oẽs qui intra ecclesiã catholicã baptizantur, accepturos esse vitam æternam, sed eos q percepto baptismate recte viuũt, i. qui abstinuerunt se à vitijs & concupiscẽtijs carnis. Regnũ.n. cęlorum sicut infideles hæretici atque schismatici non habebunt, sic catholici criminosi possidere non poterunt.

[*Christiani male viuentes. Cap. 40.*]

Firmissime tene, & nullatenus dubites, ẽt iustos atque sanctos homines, exceptis his qui baptizati paruuli sunt, sine peccato hic neminem viuere posse: semperq; omni homini esse necessarium, & peccata sua vsq; in finem vitæ præsentis eleemosynis diluere, & remissionẽ à Deo humiliter ac veraciter postulare.

[*Sine peccatis neminem viuere. c. 41*]

Firmissime tene, & nullatenˀ dubites, omnem creaturã Dei bonã esse, & nihil reijciendum, ꝙ cum gratiarũ actione percipitur: & Dei seruos, qui à carnibus aut vino abstinẽt, non tanquam immunda quæ à Deo sunt respuere, sed à fortiori cibo & potu pro sola castigatione corporis abstinere. Nuptias quoque diuinitus institutas & benedictas: & melius quidem si quisquã sine coniugio sit, vt liberius atque plenius cogitet quæ sunt Dei, quõ placeat Deo: tñ illis qui continentiam non vouerunt, nullum esse peccatũ, si vel mulier nubat, vel vir vxorem ducat. Nec solas primas nuptias à Deo institutas, sed ẽt secundas & tertias, pro eorum qui se continere nõ possunt infirmitate concessas. Eis vero qui siue coniugati, siue à coniugio liberi continentiã Deo vouerunt, admodũ esse damnabile, si vel illi coniugale opus voluerint appetere, quo se nõ accessuros, vel illi repetere, à quo se recessuros, illi libera, illi cõi professi sunt voluntate.

[*Cibus, potus, matrimonium. Cap. 42. 1. Tim. 4*] [*1. Cor. 7.*] [L]

Firmissime tene, & nullatenus dubites, aream Dei esse ecclesiam catholicam, & intra eã vsq; in finem seculi frumento mixtas paleas contineri: hoc est bonis malos sacrorum cõione misceri: & in omni professione, siue clericorũ, siue monachorum, siue laicorũ, bonos esse simul & malos: nec pro malis bonos deserendos, sed pro bonis malos, inquantum exigit fidei & charitatis ratio tolerãdos, i. si vel in ecclesia nullius perfidiæ semina spargunt, vel fratres ad aliquod malũ opus mortifera imitatione non ducunt: nec posse aliquẽ intra ecclesiam catholicã recte credentẽ beneq; viuentẽ alieno vnquam maculari peccato, si cuiquã peccanti nec consensionẽ præbeat nec fauorem. Vtiliterq; malos à bonis intra ecclesiã tolerari, si hoc cũ eis bene viuendo & bene monendo agatur, vt & videntes & audientes quæ bona sunt, mala sua respuant, & iudicandos se à Deo pro suis malis operib. contremiscant, atque ita pueniente dono gratiæ de suis iniquitatibus confundãtur, & ad bonã vitam per Dei misericordiã cõuertantur. Bonos vero à malis intra ecclesiã duntaxat catholicã constitutis non debere nisi operũ dissimilitudine separari, vt cũ quib. diuina cõicant sacra, nõ habeant mala opera quib. illi sunt criminosi, cõia. In fine vero seculi bonos a malis etiam corpore separandos: qñ veniet Christus habens ventilabrũ in manu sua, & permundabit aream suã, & congregabit triticũ in horreũ suum, paleas aũt cõburet igni inextinguibili: qñ per iudicium iustũ segregabit iustos ab iniustis, bonos a malis, rectos a peruersis: bonos constituet a dextris, malos a sinistris, & ex eius ore iusti æterniq; iudicij sempiterna atque incommutabili prolata sñia, iniqui omnes ibunt in cõbustionem æternam, iusti aũt in vitam æternã: iniqui semper arsuri cũ diabolo, iusti aũt regnaturi sine fine cũ Christo.

[*Malos misceri bonis.*] [*Cap. 43*] [M] [*Matt. 3*] [*Mat. 25.*]

Hæc interim quadraginta capitula ad regulã veræ fidei firmissime pertinentia fideliter crede, fortiter tene, veraciter patienterq; defende. Et si quem contraria his dogmatizare cognoueris, tanquam pestem fuge, & tanquam hæreticum abijce. Ita.n. ista quæ posuimus fidei catholicæ congruunt, vt si quis nõ solũ omnibus, sed ẽt singulis voluerit cõtraire, in eo ꝙ singulis horũ cõtumaciter repugnat, & his contraria docere non dubitat, hæreticus & Christianæ fidei inimicus, atq; ex hoc omnib. catholicis, anathematizandus appa-

[*Persistendũ in fide cap. 44*] [A]

appareat. Quãuis igitur & angustia temporis & festinatio portitoris cõpulerit nos aliqua quę pro diuersis hæresibus agnoscẽdis atque vitãdis fuerãt inferẽda præterire silentio: tñ si oïa quę in hoc opusculo cõtinentur recẽsere & notissima prorsus habere non negligas, ex his poteris cauta discretione ẽt de cęteris spiritaliter iudicare. Apostolus enim di-
.Cor.2. cit, quia spiritalis iudicat omnia: quo donec vnusquisq; nostrũ perueniat, in eo quo peruenit, ambulet. i. in eo quod certũ accepit fideliter perseueret. Quod si quid aliter sapit,
Phil.3. hoc quoq; illi Deus reuelabit. Vere firmũ si
Repetit superiora cap. 45. dei est fundamẽtũ, principaliter credere patrem & filiũ & spiritumsanctũ, vnũ esse naturaliter Deũ: ita vt de natura patris vere natũ vnigenitũ filium, & simul de patre & filio
B vere atq; naturaliter procedentẽ credamus spiritũsanctũ ipsamq; sanctã Trinitatem esse vnum solum verum æternum atq; incõmutabilẽ Deũ. Credere etiam congruit ad salutẽ, vnã ex Trinitate personã. i. vnigenitũ Deum pro nostra salute solũ hominẽ factum: eundemq; vnũ esse Deũ verũ, & hominẽ verũ, secundũ diuinitatẽ vnã naturã habentem cũ patre & spiritusancto: secundũ humanitatẽ vero animam Christi rationalẽ eiusdem naturæ esse cuius sunt animæ omniũ hominũ, & carnem Christi illius esse naturæ cuius est vniuersorũ qui de primo homine originem ducunt. Ergo nec animã Christi, nec carnem vnius cũ diuinitate eiusdẽq; esse naturæ: qa secũdũ humanitatẽ vere ipse creatus est. Sed sicut diuinitati eius cũ Patre & spũsancto est diuina natura communis: sic auimę eius & corpori naturalis cõmunio cũ animabus & corporibus nostris. Qui diuinitate sua carnẽ atq; animã credẽtiũ in se, & a peccati dominio, & ab æternæ mortis supplicio gratis eripuit auferendo peccatũ. Hac. n. credulitate munitus, nõ obliuisceris diuinã misericordiam die noctuq; supplicare: obsecrans
C beatã spem omnium credentiũ in se qui est Christus dominus, vt huius fidei veritatẽ firmiter teneas, inuiolatamq: custodias: quia spũsanctus fidelibus se deprecãtibus copiosum subministrat adiutorium, sicut Prophe-
Psal. 144. ta dicit, Propè est dñs omnibus inuocãtibus eũ in veritate. Voluntatẽ timentiũ se faciet, & preces eorũ exaudiet, & saluos faciet eos. Custodit dñs omnes diligẽtes se, & oẽs peccatores disperdet. Et iterũ ipsi Deo dicit, Ecce oẽs q se elõgant a te peribunt: perdidisti oẽs qui fornicantur abs te. De se aũt ait. Mi- Psal.72.
hi aũt adhærere Deo bonũ ẽ, ponere in dñ o spem meã. Adhærẽ igitur Deo fili charissime, & in ipso spẽ tuã toto corde fide & charitete constitue. In militia seculi exhibe regi terreno fidele seruitiũ, qa hoc diligit De⁹, hoc mandat Apostolus, In causa vero fidei, qua Christus nos redemit in sanguine suo, oïs de corde nostro timor abscedat. Illi animas nostras debemus cuius sanguine redẽpti sumus. Illum debemus præ omnibus diligere, quẽ nouimus nostrarũ animarũ clementissimũ redẽptorẽ. Illius debemus timere præ omnibus æternã & verã potestatem, E
quem venturũ speramus ęquissimũ iudicẽ. Illius debemus promissa toto affectu cordis appetere, qui põt animæ & corpori donare vitã æternã. Illius debemus timere iracũdiã, qui põt animã & corpus mittere in gehẽnã: in cuius iudicio sine acceptione personarũ: sine ambitu potestatũ æqualiter iudicabunt dñi & serui reges & milites, diuites & pauperes, & humiles & sublimes. Vbi seruus quisquis hic fidẽ Dei in ueritate tenuerit, regño potietur æterno: dominus aut infidelis sempiterno exuretur incẽdio. Vbi seruorũ dominorũq; fideliũ nec vita terminabitur, nec lętitia finiet. infideliũ vero siue seruorũ siue dominorũ secũdũ sermonis prophetici veritatẽ, ignis nõ eorũ nõ extinguetur, & vermis eorũ nõ moriet. Ibũt. n. iniqui in ignẽ ęternũ, qui paratus est diabolo & angelis ei⁹. Esa.66.
Attẽdamus aũt quos illuc saluator ituros esse prædixerit, nẽpe illos, quibus dicturus ẽ, Esuriui, & non dedistis mihi mãducare: Siti Mat.25.
ui, & nõ dedistis mihi bibere: Nudus fui, & nõ vestistis me: Hospes, & nõ suscepistis me: Infirm⁹, & in carcere, & non venistis ad me. Quod si in ignẽ ęternũ digne mittetur, qui Christo in suis minimis esuriẽti panẽ nõ dederit: quid passurus est qui ipsum panẽ, qui de cęlo descendit, sibi per infidelitatis vitiũ F
adimit. Et si in flammis perennibus exuretur, qui Christo in suis minimis sitienti calicem aquæ frigidæ non tribuit: quid ille patietur, qui renatus ex aqua & spiritusancto, sanctum baptisma in se iterare permittit, sed ad salutem simul, & ad sacramentũ sanctæ regenerationis accepit? Et si illum cre-

credamus perennibus subdendum esse tormentis, qui Christum in suis minimis peregrinũ hospitio negligit charitate suscipere: quid passurũ se putauerit, qui dñm Christũ de domo sui cordis excludens, & diabolũ in se cęca prorsus infidelitate recipiens, de sancta Ecclesia, quę est colũna & firmamẽtũ veritatis heretica circũuentus falsitate decesserit? Et si illę q. infirmos atq; in carcere positos famulos Christi nõ visitat, igni deputatur sempiterno: quid illis retribuendũ dicimus, Dei famulos, in quibus solã persequũtur fidei veritatẽ, aut squalore carcerum, aut exiliorũ deportatione violenter affligũt? Sed in his omnibus licet infideles sæuiant, Deus tñ suis auxiliũ subministrat. Et dũ inimici fidei
F aut callida quemq; seductione, aut violenta cõpulsione cupiunt deprauare, Christus qui est virtus & sapientia Dei, vt mortiferæ suasionis promissa despiciãt, & virtutẽ tribuit, vt erroribus humanis robore diuini timoris obsistant: tantũ est voluntas nõ auertat ẽ à Deo, & fidei pmio potiat. Ipsa ẽ.n. cui aut pro infidelitate infligit æterna pęna, aut seruatæ fidei merces erit sempiterna lætitia.

Epistola Diui Augustini ad Aurelium Carthaginensis Ecclesiæ Episcopum.

Domino beatissimo & sincerissima charitate venerando, sancto fratri & cõsacerdoti Papæ Aurelio, Augustinus in dño salutẽ. De Trinitate quæ Deus summus & verus est, libros iuuenis inchoaui senex ædidi. O miserã quippe hoc opus posteaquã cõperi præreptos mihi esse siue subreptos anteq̃ eos absoluerẽ, & retractatos, vt mea dispositio fuerat, expolirẽ. Nõ enim singillatim sed oẽs simul edere ea ratione decreuerã, qm̃ p cedentibus cõsequentes inquisitione proficiente nectuntur. Cũ ergo per eos hoĩes qui priusquã vellẽ ad quosdã illorũ peruenire potuerunt, dispositio mea nequiuisset impleri, interuptã dictationẽ reliqueram, cogitans hoc ipsum in aliquibus meis scriptis cõqueri: vt scirent qui possent, nõ à me fuisse
G eosdem libros æditos, sed ablatos priusquã mihi æditione, & mea digni viderentur. Verum multorũ fratrũ vehementissima postulatione, & maxime tua iussione compulsus, opus tã laboriosum, adiuuante domino terminare curaui: eosq; emendatos nõ vt volui, sed vt potui, ne ab illis qui subrepti iã in manus hominũ exierant, plurimũ discreparent, venerationi tuæ p filiũ nostrũ cõdiacono nũ charissimũ misi. Et cuicunq; audiendos, describendos, legẽdosq; permisi: in quibus si seruari mea dispositio potuisset, essent pfecto etsi easdem sententias habentes, multo tñ enodatiores atq; planiores, quatum rerũ tantarum explicandarum difficultas & facultas nostra pateretur. Sunt autem qui primos quatuor vel potius quinq; etiam sine prooemijs habent & duodecim sine extrema parte non parua. Sed si eis hæc æditio potuerit innotescet, omnia si voluerint & valuerunt e- H
mendabunt. Peto sanè vt hãc Epistolã seorsum quidẽ, sed tamen ad caput eorundem librorum iubeas anteponi. Ora pro me.

D. AVRELII AVGVSTINI Hipponensis Episcopi, de Trinitate.

LIBER PRIMVS.



Lecturus hæc quæ de Trinitate disserimus, prius oportet vt nouerit, stylum nostrũ aduersus eorum vigilare calumnias, qui fidei contemnentes initium, immaturo & peruerso rationis amore fallũtur. Quorum nonnulli ea quæ de corporib. rebus, siue per sensus corporeos experta nouerunt, siue quę natura humani ingenij & diligentiæ viuacitate vel artis adiutorio perceperũt, ad res incorporeas & spiritales trãsferre conantur, vt ex his illa metiri atq; opinari velint. Sunt quidã alij qui secundũ humani animi naturã vel affectum de Deo sentiunt si quid sentiunt, & ex hoc errore cũ de Deo disputant, sermoni suo distortas & fallaces regulas fingunt. est item aliud hominũ genus, eorũ qui vniuersam quidẽ creaturam quæ profecto mutabilis est, nituntur transcẽdere, ut ad incõmutabilẽ substãtiã quæ Deus est erigant intentionẽ: sed mortalitatis onere prægrauati cũ & videri volunt scire quod nesciunt, & quod volunt scire non possunt, I
præsumptiones opinionũ suarum audacius affirmãdo, intercludunt sibimet intelligẽtię vias, magis eligentes sententiam suam non corrigere,

*Error Deo ... plex.*

corrigere peruersam, q̃ mutare defensam. Et hic quidé omniũ morbus est triũ generum quæ proposui:& eorũ, s. qui secundũ corpus de Deo sapiunt: & eorũ qui secundũ spiritalem creaturã, sicuti est aĩa: & eorũ qui neq; secundũ corpus neq; secundũ spiritalé creaturã, & tñ de Deo falsa existimant eo remotiores à vero, quo id ꝙ sapiunt nec in corpore reperitur, nec in facto & condito spiritu, nec in ipso creatore. Qui.n. opinatur Deũ, verbi gratia, cãdidũ vel rutilum, fallitur: sed tñ hæc inueniuntur in corpore. Rursus qui opinatur Deũ nunc obliuiscentem, nunc recordanté, vel si quid hmõi est, nihilominus in errore est, sed tñ hæc inueniuntur in animo. Qui aũt putat eius esse potentiæ Deum, vt seipsum ipse genuerit, eo plus errat, quod non solum Deus ita non est, sed nec spiritalis nec corporalis creatura. Nulla.n. omnino res est quæ seipsam gignat vt sit. Vt ergo ab hmõi falsitatibus humanus animus purgaretur, sancta scriptura paruulis congruens, nullius generis rerum verba vitauit, ex quibus quasi gradatim ad diuina atq; sublimia noster intellectus verus nutritus assurgeret. Nã & verbis & rebus corporalibus sumptis vsa est cũ de Deo loqueretur, velut cum ait, In tegmine alarũ tuarum protege me: Et de spiritali creatura multa transtulit quib. significaret illud quod ita non esset, sed ita dici opus esset, sicuti est: Ego sum Deus zelotes: Et, pęnitet me hominẽ fecisse. De reb. autẽ quę omnino non sunt, non traxit aliqua vocabula, quibus vel figuraret locutiones, vel spiraret ænigmata. Vnde pernitiosius & inanius euanescunt, qui tertio illo genere erroris à veritate secluduntur, hoc suspicando de Deo, ꝙ neque in ipso, neque in vlla creatura inueniri potest. Rebus.n. quæ in creatura inueniũtur, solet scriptura diuina velut infantilia oblectamenta formare, quibus infirmorũ ad q̃rendũ superiora & inferiora deserenda, pro suo modulo tanquam passibus moueretur affectus. Quæ vero proprie de Deo dicuntur, quæq; in nulla creatura inueniũtur, raro ponit scriptura diuina, sicut illud ꝙ dictum est ad Moysen: Ego sum qui sum: & qui est, misit me ad vos. Cum.n. esse aliquo modo dicatur & corpus & animus, nisi proprio quodã modo vellet intelligi, non id vtiq; diceret. Et illud ꝙ ait Apostolus. Qui solus habet immortalitatẽ, cum & anima modo quodã immortalis esse dicatur & sit: non aũt diceret, Solus habet, nisi quia vera immortalitas incõmutabilitas est, quam nulla potest habere creatura, qm̃ solius est creatoris. Hoc & Iacobus dicit: Omne datũ optimum, & oẽ donum perfectũ desursum est descendens à patre luminũ, apud quem non est cõmutatio, nec momenti obumbratio. Hoc & Dauid: Mutabis eos & mutabuntur, tu vero idem ipse es. Proinde substantiã Dei sine vlla sui cõmutatione mutabilia facienté, & sine vllo sui tpali motu tpalia creantem, intueri & plene nosse difficile est. & ideo est necessaria purgatio mentis nostræ, qua illud ineffabile, ineffabiliter uideri possit, qua nondũ præditi, fide nutrimur, & per q̃dã tolerabiliora, vt ad illud capiendũ apti & habiles efficiamur, itinera ducimur. Vnde Apostolus, in Christo quidem dicit esse oẽs thesauros sapientiæ & scientiæ absconditos: cũ tñ quãuis iã gratia eius renatis, sed adhuc carnalib. & animalib. tanquam paruulis in Christo, non ex diuina uirtute in qua æqualis est patri, sed ex humana infirmitate ex qua crucifixus est, cõmendauit. Ait nanque: Neque. n. iudicaui me scire aliquid in uobis nisi Iesum Christum, & hunc crucifixũ. Deinde secutus ait: Et ego in infirmitate & timore & tremore multo fui apud uos. Et paulopost eis dicit: Et ego fratres nõ potui uobis loqui quasi spiritalibus, sed quasi carnalibus. Quasi paruulis in Christo, lac potũ dedi uobis, non escam: nõdum enim poteratis, sed nec adhuc quidẽ potestis. Hoc cum dr̃ quibusdã, irascuntur, & sibi contumeliose dici putant: & plerunq; malunt credere eos potius à quibus hoc audiũt non habere quod dicant, quam se capere nõ posse quod dixerint. Et aliqñ asserimus eis rationẽ non quã petunt cũ de Deo quærunt: quia nec ipsi eã ualent sumere, nec nos fortasse uel apprehendere uel proferre: sed qua demõstretur eis quã sint inhabiles minimeq; idonei percipiendo ꝙ exigunt. Sed quia non audiunt ꝙ volunt, aut callide nos agere putant, vt nostrã occultemus imperitiã, aut malitiose ꝙ eis inuideamus peritiã, atque ita indignantes perturbatiq; discedunt. Quapropter adiuuante dño Deo nostro suscipiemus & eamipsam quã flagitat quantũ possumus reddere rationẽ. Quod Trinitas sit vnus Deus & so-

Margin notes: K; Err. Dei ple.; Psal. 16.; Exo. 20.; Gen. 6.; L; Exod. 3.; 1. Tim. 6; Iacobi 1.; Ps. 101.; M; Colos. 2.; 1. Cor. 2.; 1. Cor. 3.; A; De Deo quõ disserendum. cap. 2.

& solus & verus, & q̃ recte pater & filius & spiritussanctus, vnius eiusdemq; substantiæ vel essentiæ dicatur, credatur, intelligatur: vt nõ quasi nostris excusationib. illudantur, sed reipsa experiantur, & esse illud summũ bonũ ꝙ purgatissimis mentibus cernitur, & à se propterea cerni cõprehendiq; non posse, q.a humanæ mentis acies inualida in tã excellẽti luce non figitur, nisi per iustitiã fidei nutrita vegetetur. Sed primũ secundũ authoritatem scripturarũ sanctarũ vtrũ se ita fides habeat demonstrandũ est. Deinde si voluerit & adiuuerit Deus, istis garrulis ratiocinatorib. elatiorib. quã capaciorib. atque ideo morbo periculosiore laborantibus, sic fortasse seruiemus, vt inueniant aliquid vnde dubitare non B possint, & ob hoc in eo ꝙ inuenire nequiuerint, de suis mentib. potius q̃ de ipsa veritate, vel de nostris disputationib. conquerantur, atq; ita si quid eis erga Deũ vel amoris est, vel timoris, ad initiũ fidei & ordinẽ redeant, iam sentientes q̃ salubriter in sancta ecclesia medicina fidelium constituta sit: vt ad perceptionẽ incõmutabilis veritatis, imbecillem mentẽ obseruata pietas sanet, ne in opinionẽ noxiæ falsitatis temeritas inordinata præcipitet. Nec pigebit aũt me sicubi hæsito quærere, nec pudebit sicubi erro discere. Proinde

*Iudicia lectorum varia. c. 3*

quisquis hæc legit, vbi pariter certus est, pergat mecũ: vbi pariter hæsitat, quærat mecũ: vbi errorẽ suum cognoscit, redeat ad me: vbi meũ, reuocet me. Ita ingrediamur simul charitatis viam, tendentes ad eũ, de quo dictum est: Quærite faciẽ eius semper. *Ps. 104.* Et hoc placitũ, pium atq; tutũ coram dño Deo nostro, cũ omnib. interim qui ea quæ scribo legunt, & in omnibus scriptis meis: maximeq; in ijs C vbi quæritur vnitas trinitatis, pater & filius & spiritussanctus, q.a nec periculosius alicubi erratur, nec laboriosius aliquid q̃ritur, nec fructuosius aliquid inuenitur. Quisquis ergo cũ legit dicit, hoc non bene dictũ est, qm̃ nõ intelligo, locutionẽ meam reprehendat, non fidẽ: & forte vere potuit dici planius, veruntñ nullus hominũ ita locutus est, vt in omnibus ab omnib. intelligeretur. Videat ergo cui hoc in sermone meo displicet, vtrũ alios in talibus reb. qõnibusq; versatos intelligat, cũ non intelligit. Et si ita est, ponat librum meũ vel ẽt si hoc videatur, abijciat, & eis potius quos intelligit, operã & tẽpus impendat. Nõ tñ propterea putet me tacere debuisse, quia non tã expedite ac dilucide q̃ illi quos intelligit eloqui potui. Neq;.n. omnia q̃ ab omnibus conscribuntur, in omniũ manus veniũt. Et fieri põt, vt nõnulli qui ẽt hæc nostra intelligere valent, illos planiores non inueniãt libros, & in istos saltẽ incidãt. Ideoq; vtile est plures à plurib. fieri diuerso stylo, nõ diuersa fide, ẽt de qõnib. eisdẽ, vt ad plurimos res ipsa perueniat, ad alios sic, ad alios aũt sic. At si ille qui se ista non intellexisse cõqueritur, nulla vnquã de talib. reb. diligenter & acute disputata intelligere potuit, secũ agat votis & studijs vt proficiat, non mecũ querelis & cõ D uitijs, vt taceam. Qui vero hæc legens dicit, intelligo quidẽ ꝙ dictum sit, sed non vere dictũ est: afferat si placet sñiam suam, & redarguat meã si potest. Quod si cum charitate & veritate fecerit, mihiq; ẽt, si in hac vita maneo, cognoscendum facere curauerit, vberrimũ fructũ huius laboris meis cepero. *Psal. 1.* Quod si mihi non potuerit, quibus id potuerit me volente ac libente præstiterit: ego tñ in lege dñi meditor si non die ac nocte, saltem quib. tẽporum particulis possum, & meditationes meas ne obliuione fugiant stylo alligo: sperans de misericordia Dei, ꝙ in omnib. veris quæ certa mihi sunt, perseuerantem me faciet. Si quid aũt aliter sapio, id quoque mihi ipse reuelabit, *Phil. 3.* siue per occultas inspirationes atque admonitiones, siue per manifesta eloquia sua, siue per fraternas sermocinationes. Hoc oro, & hoc depositũ desideriumq; meũ penes ipsum habeo, qui mihi satis idoneus est, & custodire quæ dedit, & reddere quæ promisit. Arbitror sanè nonnullos tardiores, in quibusdam locis librorum meorũ opinaturos me sensisse quod non sensi, aut non sensisse quod sensi. Quorũ errorem mihi tribui non debere quis nesciat, si velut me sequentes n.eq; apprehendentes deuiauerint in aliquam falsitatem, dum cogor per quædam densa & opaca viam carpere: quandoquidem nec ipsis sanctis diuinorum librorũ authoritatibus ullo modo quisquã rectè tribuerit E tam multos & varios errores hæreticorũ, cum omnes ex eisdem scripturis, falsas atq; fallaces opiniones suas conentur defendere. Admonet me planè, ac mihi iubet suauissimo imperio lex Chri, hoc ẽ charitas, vt cũ aliquid falsi in libris meis me sensisse ho-

mines

mines putant qđ ego non sensi, atq; idipsum falsũ alteri displicet, alteri placet, malim me reprehendi à reprehẽsore falsitatis, q̃ ab eius laudatore laudari. Ab illo.n. quãuis ego non recte, qui hoc nõ senserim, error tñ ipse recte vituperaretur. Ab hoc aũt nec ego recte laudor à quo existimor id sensisse ꝙ vituperat veritas, nec ipsa sententia quã vituperat veritas. Ergo in noĩe dñi susceptũ opus aggredimur. Oẽs quos legere potui qui ante me scripserunt de Trinitate quæ est Deus, diuinorũ librorũ veterum & nouorũ catholici tractatores, hoc intenderunt, scđm scripturas docere, ꝙ pater & filius & spũssanctus, vnius eiusdẽq; substantiæ, insuperabili æqualitate diuinã insinuet vnitatẽ. Ideoq; nõ sint tres dij sed vnus Deus: quanuis pater filium genuerit, & ideo filius nõ sit qui pater est: filius q́; à patre sit genitus, & ideo non sit pater qui filius est: spũsq; sanctus, nec pater sit, nec filius, sed tantũ patris & filij spũs, patri & filio ẽt ipse coæqualis, & ad trinitatis pertinens vnitatẽ. non tñ eandẽ trinitatẽ natam de virgine Maria, & sub Põtio Pilato crucifixam & sepultam, tertio die resurrexisse & in cęlũ ascendisse, sed tantummodo filiũ. Nec eandẽ trinitatẽ descendisse in specie columbæ super baptismũ: Aut die Pentecostes post ascensionẽ dñi, sonitu facto de cęlo quasi ferretur flatus vehemens, & linguis diuisis velut ignis, sedisse super vnũ quemq; eorũ, sed tantummopo spiritumsanctum. Nec eãdem trinitatem dixisse de cęlo: Tu es filius meus, Siue cũ baptizatus est à Ioanne, Siue in monte qñ cũ illo erant tres discipuli, Aut qñ sonuit vox, dicens. Et clarificaui & iterum clarificabo: sed tantummodo patris vocẽ fuisse ad filium factã, quanuis pater & filius & spiritussanctus, sicut inseparabiles sunt, ita inseparabiliter operentur. Hęc etiam mea fides est, quoniã hæc est catholica fides. Sed in ea nonnulli perturbantur, cum audiunt Deum patrẽ, & Deũ filium, & Deũ spiritumsanctũ, & tñ hãc trinitatem nõ tres Deos, sed vnum Deum, & quemadmodũ id intelligant quærunt: præsertim cũ dicitur inseparabiliter operari trinitatem in omni re quã Deus operatur, & tamen quandam vocem patris sonuisse, quæ uox filij non sit: in carne autem natum & passum, & resurrexisse, & in cœlum ascendisse, non nisi filium: in columbæ autem specie venisse, non nisi spm̃sanctũ, intelligere volunt: quõ & illam vocem quæ nõ nisi patris fuit trinitas fecerit: & illam carnẽ in qua nõ nisi filius de virgine natus est, eadẽ trinitas creauerit: & illam columbæ speciem in qua non nisi spiritussanctus apparuit, illa ipsa trinitas operata sit: alioquin non inseparabiliter trinitas operatur, sed alia pater facit, alia filius, alia spiritussanctus. Aut si q̃dã simul faciunt, quædam sine inuicem, iã non inseparabilis trinitas. Mouet ẽt qũo spũssanctus in trinitate sit, quem nec pater, nec filius nec ambo genuerint, cũ sit & patris & filij spũs. Quia ergo quærunt ista hoĩes, & tędio nobis sunt, vt si quid hinc ex dono Dei sapit infirmitas nostra edisseramus eis vt possumus, neq; cum inuidia tabescente iter habeamus. Si dicimus nihil nos de talibus reb. cogitare solere, mẽtimur. Si aũt fatemur habitare ista in cognitionibus nostris, quoniam rapimur amore indagandæ veritatis, flagitãt iure charitatis, vt indicemus quid hinc excogitare potuerimus: non quia iã acceperim, aut perfectus sim. Nam si Paulus Apostolus, quanto magis ego longe infra illius pedes iacens, non me arbitror apprehẽdisse: sed pro modulo meo, si ipsa q̃ retro sunt obliuiscor, & in anteriora me extẽdo, & scđm intentionẽ sequor ad palmã supernę vocationis, quã tũ eiusdẽ viæ peregerim, & quo peruenerim vnde mihi in finem reliquus cursus est, ut aperiam desideratur à me, illis desiderantib. quibus me seruire cogit libera charitas? Oportet aũt, & donabit Deus, vt eis ministrando q̃ legãt, ipse quoq; proficiã, & eis cupiẽs rñdere q̃rẽtib. ipse quoq; inueniã ꝙ q̃rebã. Ego suscepi hæc iubente atq; adiuuãte dño Deo nostro, nõ tã cognita cum authoritate differere, quam ea cũ pietate differendo dignoscere. Qui dixerunt dñm nostrũ Iesum Christũ nõn esse Deũ, aut non esse verũ Deũ aut non cum patre vnum & solum Deum, aut non esse immortalem, quia mutabilẽ, manifestissima diuinorũ testimoniorũ & cõsona voce conuicti sunt, velut sunt illa: In principio erat verbũ, & verbũ erat apud Deũ, & Deus erat verbũ. Manifestũ est.n. quod verbũ Dei, filium Dei vnicum accepimus, de quo post dicit, Et verbum caro factum est, & habitauit in nobis, pp natiuitatẽ incarnationis eius quæ facta est in tempore ex virgine. In

co

Marginalia: F; ...uæ per ...is cõia, ...æ non. ...ı. de cõ ...di. 3. ...omnes ...os.; Psal.; ...tt. 3.; Phil.; Io. 2. ...rci. 1. ...tt. 3. ...t. 17. ...n. 12.; ...iones ...sonarũ ...priæ. ...5.; G; Matt. 3.; H; Sapien. 6; Phil. 3.; Eadẽ per sonarũ di uinitas. cap. 6.; Ioan. 1.; I

eo aũt declaratur, non tantũ Deũ eſſe, ſed ẽt
eiuſdẽ cũ patre ſubſtantiæ, quia cũ dixiſſet,
Et Deus erat verbũ, hoc erat, inquit, in prin-
cipio apud Deũ: omnia per ipſum facta ſunt,
& ſine ipſo factũ eſt nihil. Neque enim di-
cit, omnia, niſi quæ facta ſunt. i. omnem crea
turã. Vnde liquido apparet ipſum factũ non
eſſe per quẽ facta ſunt omnia. Et ſi factus nõ
*1. Ioan. 5* eſt, creatura non eſt. Si aũt creatura non eſt,
eiuſdẽ cum patre ſubſtantiæ eſt. Omnis .n.
ſubſtantia q̃ Deus non eſt. creatura eſt: & q̃
creatura non eſt, Deus eſt. Et ſi non eſt filius
K eiuſdem ſubſtãtiæ cuius eſt pater, ergo facta
ſubſtantia eſt. Si facta ſubſtantia eſt, nõ oĩa ꝑ
ipſum facta ſunt. At omnia per ipſum facta
ſunt: Vnius igitur eiuſdẽq; cũ patre ſubſtan-
tiæ eſt: & ideo non tantũ Deus ſed & verus
Deus. Quod idem Ioannes apertiſsime in e-
piſtola ſua, dicit: Scimus quod filius Dei ve
nerit & dederit nobis intellectũ vt cognoſca
mus verũ Deum, & ſimus in vero filio eius
Chriſto. Hic eſt verus deus, & vita ęterna
Hinc etiam conſequenter intelligitur, non
tãtummodo de patre dixiſſe Apoſtolũ Pau-
*1. Tim. 6* lum: Qui ſolus habet immortalitatem, ſed de
vno & ſolo Deo quod eſt ipſa Trinitas. Ne-
que .n. ipſa vita æterna mortalis eſt ſecundũ
aliquã mutabilitatẽ, ac per hoc filius Dei, q̃a
vita æterna eſt, cũ patre etiã ipſe intelligitur
vbi dictũ eſt: Qui ſolus habet immortalitatẽ.
*1. Ioan. 5* Eius enim vitę æternæ, & nos particeps fa-
*1. Tim. 6* cti pro modo noſtro immortales efficimur.
Sed aliud eſt ipſa cuius participes efficimur
vita æterna, aliud nos qui eius participatio
*1. Tim. 6* ne viuemus in æternũ. Si enim dixiſſet, Quẽ
tẽporibus proprijs oſtendet pater beatus &
ſolus potens, rex regum & dominus domi-
L minãtiũ, qui ſolus habet immortalitatẽ, nec
ſic inde ſeparatũ filium oporteret intelligi,
Neq; .n. quia ipſe alibi loquens voce ſapiẽ-
*Eccl. 24.* tię, ipſe eſt enim Dei ſapientia, ait: Gyrũ cę-
li circumiui ſola, ſeparauit à ſe patrem: quã
to magis ergo non eſt neceſſe vt tantũmodo
de patre præter filium intelligatur quod di-
*1. Tim. 6* ctum eſt, Qui ſolus habet imortalitatẽ, cum
ita dictũ ſit: vt ſerues, inquit, mandatum ſine
macula, irreprehenſibile vſq; in aduentũ do
mini noſtri Ieſu Chriſti: quem temporibus
proprijs oſtenderet beatus & ſolus potens,
rex regũ & dñs dominantiũ, qui ſolus ha-
bet immortalitatẽ, & lucẽ habitat inacceſsi-
bilem, quẽ nemo hominũ vidit, nec videre
poteſt, cui eſt honor & gloria in ſecula ſecu
lorũ, Amen. In quibus verbis, nec pater pro
prie nominatus eſt nec filius, nec ſpirituſſan- *1. ſen. d. 4. ca. quadam.*
ctus, ſed beatus & ſolus potens, rex regnum
& dñs dominantium: quod eſt vnus ſolus &
verus Deus ipſa Trinitas. Niſi forte quæ ſe-
quunt̃, perturbabunt hũc intellectũ: quia di-
xit, Quẽ nemo hominũ vidit, nec videre põt
cum hoc etiã ad Chriſtum pertinere ſecũdũ
diuinitatẽ eius accipiatur, quã non viderũt
Iudæi qui tamen carnem viderunt & cru-
cifixerunt. Videri autem Trinitas humano
viſu nullo modo poteſt, ſed eo viſu videtur
quo iã qui vidẽt, nõ homines, ſed vltra hoĩes
ſunt. Recte ergo ipſe Deus Trinitas intelligi M
tur beatus & ſolus potens, oſtendens aduen *1. ſen. d. 4. c. quidam.*
tũ dñi noſtri Ieſu Chriſti tẽporib. proprijs.
Sic enim dictũ eſt: Solus habet immorralita- *Pſal. 71.*
tem: q̃uo dictũ eſt, Qui facit mirabilia ſolus.
Quod velim ſcire de quo dictũ accipiant: ſi
de patre tantũ, q̃uo ergo verum eſt, quod ip
ſe filius dicit: Quæcunque enim pater facit, *Ioan. 5.*
hæc eadẽ & filius facit ſimiliter? An quicquã
eſt inter mirabilia mirabilius q̃ reſuſcitare
& viuificare mortuos? Dicit autẽ idem filius
Sicut pater ſuſcitat mortuos & viuificat, ſic
& filius quos vult viuificat. Q̃uo ergo ſolus
pater facit mirabilia, cũ hæc verba nec pa-
trem tantum, nec filium tantum permittant
intelligi, ſed vtiq; Deũ verum ſolũ. i. patrem
& filium & ſpiritumſanctũ. Item cum dicit
Apoſtolus: Nobis vnus Deus pater, ex quo *2. Cor. 8.*
omnia & nos in ipſo, & vnus dominus Ieſus
Chriſtus, per quẽ omnia & nos per ipſum:
quis dubitet eum omnia quæ creata ſunt di-
cere: ſicut beatus Ioannes, omnia per ipſum
facta ſunt? Quæro itaq; de loco de quo di-
cat alio loco, Quoniam ex ipſo, & ꝑ ipſum, *Rom. 11.*
& in ipſo ſunt omnia ipſi gloria in ſecu- *1. ſen. d. 36. cap. prætereũ ſciendũ.*
la ſeculorum amen? Si enim de patre & filio
& ſpirituſancto, vt ſingulis perſonis ſingula
tribuantur: Ex ipſo. i. ex patre: per ipſum, id-
eſt, per filium: in ipſo ideſt in ſpirituſancto: A
manifeſtũ q̃d pater & filius & ſpirituſſanct⁹
vnus Deus ẽ, q̃n ſingulariter intulit: Ipſi glo
ria in ſecula ſeculorũ, Vnde enim cępit hũc
ſenſum? Nõ ait: O altitudo diuitiarũ ſapien-
tiæ & ſciẽtiæ patris, aut filij aut ſpirituſſancti
ſed ſapiẽtiæ & ſcientiæ Dei q̃ ĩ ſcrutabilia sũt
iudicia ei⁹, & inueſtigabiles viæ eius. Quis

enim

enim cognouit mentē dñi? Aut quis consilia
rius eius fuit? Aut quis prior dedit illi, & re-
tribuetur ei? Qm̄ ex ipso, & per ipsum, & in
ipso sunt oīa: ipsi gloria in secula seculorum
amen. Si aūt hoc de patre tantūmodo intelli-
gi volunt, quō ergo omnia per patrem sunt
1.Cor.8. sicut hic dr̄: Et omnia per filium: sicut ad Co
Ioan.1. rinthios vbi ait: Et vnus dñs Iesus Christus,
per quē omnia. Et sicut in Euangelio Ioānis:
Omnia per ipsum facta sunt? Si.n. alia per pa
trem, alia per filiū, iā non omnia per patrē,
nec omnia per filiū. Si aūt omnia per patrē,
B & omnia per filiū, eadē per patrem quæ per
filium. Aequalis est ergo patri filius, & inse-
parabilis operatio est patris & filij: q̄a si vel
filiū fecit pater quē non fecit ipse filius, non
omnia per filium facta sunt: at omnia per fi-
lium facta sunt. Ipse igitur factus non est, vt
cū patre faceret omnia quæ facta sunt: quan-
quam nec ab ipso verbo tacuerit Apostolus,
Phil.2. & apertissime oīno dixerit. Qui cum in Dei
forma esset, non rapinam arbitratus est esse
æqualis Deo. Hic Deū proprie patrem appel
1.Co.11 lans, sicut alibi: Caput aūt Christi Deus. Simi
liter & de spiritusancto collecta sunt testimo
nia, quib. ante nos qui hæc disputauerūt abū
Psal.81. dantius vsi sunt, quia & ipse Deus & nō crea
tura. Quod si non creatura, non tm̄ Deus. Nā
& hoies dicti sunt dij, sed ēt verus Deus. Er-
go patri & filio prorsus æqualis, & in trinita
tis vnitate cōsubstantialis & coęternus. Maxi
Rom.1. me vero illo loco satis claret, q̄ spūssanctus
Galat.5. non sit creatura, vbi iubemur nō seruire crea
Deut.6. turæ, sed creatori. Non eo modo quo iube-
mur per charitatē seruire inuicē, q̄ est Græ-
Matt.4. ce δουλεύειν, sed eo modo quo tm̄ Deo serui
tur, q̄ est Græce λατρεύειν. Vnde idololatræ
dr̄ qui simulachris eā seruitutem exhibent q̄
debetur Deo. Secundū hanc.n. seruitutem di
C ctum est: Dñm Deum tuum adorabis, & illi
soli seruies. Nā & hoc distinctius in Græca
scriptura inuenitur, λατρεύσεις.n. habet. Por-
ro si tali seruitute, creaturæ seruire prohibe-
mur, qn̄quidem dictum est: Dñm Deū tuum
Rom.1. adorabis, & illi soli serues: vnde & Aposto-
lus detestatur eos qui coluerūt & seruierunt
creaturæ potius q̄ creatori, nō est vtiq; crea-
Phil.3. tura spūssanctus, cui ab oībus sanctis talis ser
uitus exhibet̄, dicēte Apostolo: Nos.n. sumus
circuncisio spiritui Dei seruientes, q̄ est in
Græco, λατρεύοντες. Plures.n. codices ēt Lati-
ni sic habent, qui spiritui Dei seruimus, Græ
ci aūt oēs, aut penè oēs. In nonnullis aūt exē
plaribus Latinis inuenimus, non spiritui Dei
seruimus, sed spiritu Deo seruimus. Sed qui
in hoc errant, & authoritati grauiori cedere
detrectant, nunquid & illud varium in codi-
cibus reperiunt: Nescitis quia corpora vestra 1.Cor.6.
templū in vobis est spiritussancti, quē habe-
tis à Deo? Quid aūt insanius magisq; sacrile
gū est, q̄ vt quisquam dicere audeat membra
Christi templū esse creaturæ minoris secun-
dum ipsos q̄ Christus est? Alio.n. loco dicit: D
Corpora vestra membra sunt Xp̄i. Si aūt quę 1.Cor.6.
mēbra sunt Xp̄i templū est spūssancti, nō est
creatura spūssanctus: quia cui corpus nostrū
templū exhibemus, necesse est huic eam ser-
uitutē debeamus, qua non nisi Deo seruien-
dū est, quæ Græce appellatur, λατρεία. Vnde
cōsequenter dicit: Glorificate ergo & porta-
te Deū in corpore vestro. His & talib. diui- 1.Cor.6.
narū scripturarum testimonijs, quib. vt dixi, *Filius quō minor pa*
priores nostri copiosius vsi, expugnauerunt *tre ac se-*
hæreticorū tales calūnias vel errores, insinua *ipso. c.7.*
tur fidei nostræ vnitas & æqualitas trinitatis. 1.Tim.2
Sed quia multa in sanctis libris pp incarna-
tionē verbi Dei, q̄ pro salute nostra reparan-
da facta est, vt mediator Dei & hominū esset
homo Christus Iesus, ita dicuntur, vt maiorē
filio patrē significent, vel ēt apertissime ostē-
dant, errauerunt hoies minus diligenter scru
tantes vel intuentes vniuersam seriem scriptu
rarū, & ea q̄ de Christo Iesu secundū hoiem
dicta sunt, ad eius substantiā quæ ante incar-
nationem sempiterna erat & sempiterna est,
transferre conati sunt. Et illi quidē dicunt mi
norem filiū esse q̄ pater est, quia scriptum est
ipso dño dicēte: Pater maior me est. Veritas Ioan.14.
aūt ostendit secundum istū modum ēt seipso
minorem filium. Quō.n. nō ēt seipso minor
factus est, qui semetipsum exinaniuit, formā
serui accipiens? Neq;.n. sic accepit formam Phil.2.
serui, vt amitteret formā Dei, in qua erat æ-
qualis patri. Si ergo ita accepta est forma ser E
ui, vt non amitteretur forma Dei, cum & in
forma serui, & in forma Dei idē ipse sit filius
vnigenitus Dei patris, in forma Dei æqualis
patri, in forma serui, mediator Dei & homi- 1.Tim.2
nū homo Christus Iesus, quis nō intelligat
q̄ in forma Dei ēt ipse seipso maior est, In
forma aūt serui ēt seipso minor est? Nō itaq;
immerito scriptura vtrunq; dicit, & æqua-

lem patri filiũ, & pãtrẽ maiorẽ filio. Illud.n. pp formã Dei, hoc aũt pp formã serui, sine vlla cõfusione intelligitur. Et hæc nobis regula per oẽs sacras scripturas dissoluendæ huius q̃onis, ex vno capite epistolæ Pauli Apostoli promittitur, vbi manifestius ista distinctio cõmendatur. *Ibidem.* Ait.n. Qui cũ in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse æqualis Deo, sed semetipsum exinaniuit formã serui accipiẽs, in similitudinẽ hominũ factus & habitu inuentus vt hõ. Est ergo Dei filius Deo F patri natura æqualis, habitu minor. in forma enim serui quã accepit minor est patre: in forma aũt Dei in qua erat ẽt antequã hanc accepisset, æqualis est patri. *Ioan. 1.* In forma Dei verbũ per ꝙ facta sunt omnia: *Galat. 4.* in forma aũt serui, factus ex muliere, factus sub lege, vt eos qui sub lege erant, redimeret. Proinde in forma Dei fecit hoĩem, in forma serui factus est ho*Gen. 1.*mo. Nã si pater tm̃ sine filio fecisset hoĩem, non scriptũ esset: Faciamus hominẽ ad imaginẽ & similitudinẽ nostram. Ergo quia for*Phil. 2.*ma Dei accepit formã serui, vtrunq; Deus, & vtrunq; homo. Sed vtrunq; Deus pp accipientẽ Deũ, vtrunq; aũt homo pp acceptum hominẽ. Neq;.n. illa susceptione alterũ eorũ in alterũ conuersum atq; mutatũ est: nec diuinitas quippe in creaturã mutata est vt desisteret esse diuinitas, nec creatura in diuinitatem ut desisteret esse creatura. *Scripturas perperam intellectas explicat. c. 8* Illud aũt quod dicit Apostolus. *2. Co. 15* Cum aũt ei omnia subiecta fuerint, tũc & ipse filius subiectus erit ei qui illi subiecit omnia: Aut ideo dictum est, ne quisquã putaret habitũ Christi qui ex humana creatura susceptus est, conuersum iri postea in ipsam diuinitatẽ, vel ut certius expresserim deitatẽ, q̃ non est creatura, sed est unitas Trinitatis incorporea & incõmutabilis, & sibimet consubstantialis, & coeterna natura. G Aut si quisquã contendit, vt aliqui senserunt, ita dictũ, Et ipse filius subiectus erit ei q̃ illi subiecit omnia: vt ipsam subiectionẽ cõmutationem & conuersionẽ credat futuram creaturę in ipsam substantiã vel essentiã creatoris, i. vt quæ fuerat substantia creaturæ, fiat substantia creatoris: certe vel hoc concedit, ꝙ non habet vllã dubitationẽ, nondum hoc *Ioan. 14.* fuisse factũ, cũ dñs diceret: Pater maior me est. Dixit.n. hoc nõ solũ antequã ascendisset in cęlũ, verumẽt antequã passus resurrexisset à mortuis. Illi aũt qui putant humanã in eo naturã in deitatis substantiã mutari atq; conuerti, est ita dictum. *1. Co. 15* Tunc & ipse filius subiectus erit ei qui illi subiecit oĩa: ac si diceret, tunc & ipse filius hoĩs & à verbo Dei suscepta humana natura cõmutabitur in eius naturã, qui ei subiecit oĩa, tunc futurũ putant, cũ post diẽ iudicij tradiderit regnũ Deo & patri, Ac per hoc ẽt secundũ istã opinionẽ adhuc pater maior est, q̃ quæ de virgine serui forma accepta est. Quod si aliqui & hoc affirmant, ꝙ iam fuerit in Dei substantia muta H tus homo Christus Iesus, illud certe negare non possunt, ꝙ adhuc natura hominis manebat, qñ ante passionẽ dicebat, *Ioan. 14* Qm̃ pater maior me est: vnde nulla contatio est secundum hoc dictum esse, ꝙ forma serui maior est pater, cui in forma Dei æqualis est filius. *Philip. 2* Nec quisquã cũ audierit ꝙ ait Apostolus: *1. Co. 15* Cũ aũt omnia ei subiecta fuerint, manifestum quia ꝑter eũ qui illi subiecit omnia: ita existimet de patre intelligendum, ꝙ subiecerit omnia filio, vt ipsum filiũ sibi oĩa subiecisse non putet. Quod Apostolus ad Philippenses ostẽdit *Phil. 3* dicens, Nostra aũt conuersatio in cęlis est, vnde & saluatorem expectamus dñm Iesum Christũ, qui trãsfigurabit corpus humilitatis nostræ conforme vt fiat corpori gloriæ suæ, secundũ operationẽ suã qua possit etiã sibi subijcere omnia. Inseparabilis.n. operatio est patris & filij: alioquin nec ipse pater sibi subiecit oĩa, sed filius ei subiecit, qui ei regnũ tradit, & euacuat omnem principatũ & oẽm ptãtem & virtutem. De filio quippe ista dicta sunt: Cũ tradiderit, inquit, regnum Deo & patri, cũ euacuauerit oẽm principatũ & oẽm potestatẽ & virtutẽ. Ipse.n. subijcit, qui euacuat: Nec sic arbitremur Christũ traditurũ regnũ Deo & patri, vt adimat sibi. Nã & hoc quidã vaniloqui crediderunt. Cũ enim dicitur, Tradiderit regnũ Deo & patri: I non separatur ipse, quia simul cũ patre vnus Deus est. Sed diuinarum scripturarũ curiosos contentionũq; studiosos fallit verbum ꝙ positũ est, donec. Ita nanq; sequitur. Oportet.n. illum regnare, donec ponat oẽs inimicos suos sub pedibus suis: tanquã cũ posuerit, nõ sit regnaturus. *Ps. 111* Nec intelligunt ita dictum sicuti est illud. Confirmatum est cor eius, nõ commouebitur donec videat super inimicos suos. Non.n. cũ viderit iam cõmouebit. Quid ergo est, Cũ tradiderit regnum *1. Co. 15*

Deo

Deo & patri:quaſi modo non habeat regnũ
Deus & pater? Sed quia oẽs iuſtos in quib.
nũc regnat ex fide viuẽtibus mediator Dei
Abac. 2. & hoĩum hõ Chriſtus Ieſus pducturus eſt ad
I. Tim. I ſpeciẽ, quã viſionẽ dicit idẽ Apoſtol9 facie
I. co. 13 ad faciẽ:ita dictũ eſt, Cum tradiderit regnũ
I. Co. 15. Deo & patri, ac ſi diceret,cũ perduxerit cre
Matt. I. dẽtes ad cõtẽplationẽ Dei & patris. Sicut.n.
dicit: Oĩa mihi tradita ſunt à patre meo, &
K nemo nouit filium niſi pater, & nemo pa-
trem niſi filius, & cui voluerit filius reue-
I. Co. 15. lare. Tunc reuelabitur à filio pater,cũ eua-
cuauerit omnẽ principatũ & omnem pote-
ſtatẽ & virtutẽ.i. vt neceſſaria non ſit diſpen
ſatio ſimilitudinũ per angelicos principat9
& poteſtates & virtutes. Ex quarũ perſona
Cantic. I. non inconuenienter intelligitur dici in Cã-
tico cãticorũ ad ſponſam: Similitudines au
ri faciemus tibi cũ diſtinctionib. argẽti quo-
adusq; rex in cubitu ſuo eſt, i. quoaduſque
Xp̄s in ſecreto ſuo eſt: quia vita vr̃a abſcõdi
Coloſ. 3. ta eſt cũ Xp̄o in Deo. Cũ Chriſtus,inquit,ap
paruerit vita veſtra tunc & vos apparebitis
I. Co. 13. cũ ipſo in gloria. Qđ antequã fiat, videmus
nũc per ſpeculũ in ænigmate,hoc eſt in ſimi
litudinib. tunc aũt facie ad faciẽ. Hæc.n.no
I. Ioan. 3 bis contẽplatio promittit actionũ oĩum fi-
nis atq; æterna pfectio gaudiorũ. Filij.n. Dei
ſumus, & nondũ apparuit quid erimus. Sci-
mus.n. qa cũ apparuerit ſimiles ei erim9, qm̃
Exod. 3. videbimus eũ ſicuti eſt. Quod.n. dixit famu-
lo ſuo Moyſi, Ego ſum qui ſum: hęc dices fi
Ioan. 17. lijs Iſrael, qui eſt miſit me ad vos: hoc cõtẽ-
plabimur cũ viuemus in ęternũ. Ita qppe ait
Hęc aũt eſt vita æterna, vt cognoſcãt te vnũ
I. Cor. 4. verũ Deũ,& quẽ miſiſti Ieſum Chriſtũ. Hoc
L fiet cũ venerit dn̄s & illuminauerit occulta
tenebrarũ, cũ tenebrę mortalitatis huius cor
ruptioniſq; tranſierint, tunc erit mane nr̃um
de quo in Pſalmo dr̃: Mane aſtabo tibi & cõ
Pſal. 5. templabor. De hac cõtẽplatione intelligo di
I. Cor. I. ctũ, Cũ tradiderit regnũ Deo & patri.i.cum
perduxerit iuſtos, in quibus nunc ex fide vi-
I. Tim. 2 uentibus regnat mediator Dei & hoĩum, hõ
Chriſtus Ieſus ad contemplationẽ Dei & pa
tris. Si deſipio hic, corrigat me qui melius ſa
pit, mihi aliud non videtur. Neq;.n. qremus
aliud cũ ad illius contẽplationẽ peruenie-
mus, quæ nunc non eſt quandiu gaudium
Rom. 8. noſtrum in ſpe eſt. Spes autem quę videtur
non eſt ſpes: quod.n. videt quis quid ſperet?

Si autẽ quod non videmus ſperamus, per pa
tiẽtiam expectamus quoaduſq; rex in re cu-
bitu in ſuo eſt. Tũc erit quod ſcriptũ eſt? Ad-
implebis me lętitia cũ vultu tuo. Illa lętitia Pſal. 15.
nihil amplius requiretur, qa nec erit ꝙ am-
plius requiratur. Oſtendetur.n. nobis pater,
& ſufficiet nobis. Qđ bene intellexerat Phi
lippus vt diceret dño. Oñde nobis patrẽ, & Ioan. 14.
ſufficit nobis ſed nondũ intellexerat, eo quo
que mõ idipſum ſe potuiſſe dicere: dño oſtẽ M
de nobis te & ſufficit nobis. Vt enim hoc in
telligeret, rñſum ei à dño eſt. Tanto tpe vo-
biſcũ ſum,& non cognouiſtis me: Philippe
q videt me, videt & patrẽ. Sed quia volebat
eum ex fide viuere anteq̃ illud poſſet videre,
ſecutus eſt, & ait. Nõ credis, quia ego in pa
tre & pater in me eſt? Quandiu.n. ſumus in 2. Cor. 5.
corpore, peregrinamur à dño. Per fidẽ.n. am
bulamus & nõ p ſpeciẽ. Cõtẽplatio quippe
merces eſt fidei, cui mercedi per fidẽ corda Act. 15.
mũdant: ſicut ſcriptũ eſt: Fide mundãs cor-
da eorũ. Probatur autẽ ꝙ illi contẽplationi Matt. 5.
corda mundentur, illa maxime ſentẽtia: Bea
ti mundicorde, quoniã ipſi Deũ videbũt. Et
quia hæc eſt vita æterna, dicit Deus in Pſal-
mo: Longitudine dierum replebo eũ,& oſtẽ Pſal. 10.
dam illi ſalutare meum. Siue ergo audiamus
oñde nobis filiũ, ſiue audiamus, oſtende no-
bis patrẽ: tantundẽ ualet, quia neuter ſine al-
tero põt oſtendi, unum quippe ſunt, ſicut & Ioan. 10.
ipſe ait, Ego & pr̃ unũ ſumus. Deniq; ,pter
ipſam inſeparabilitatẽ, ſufficienter aliqñ no
minatur, uel pater uel filius ſolus, adimple-
turus nos lętitia cũ uultu ſuo. Nec inde ſepa
ratur utriuſq; ſpiritus, ideſt patris & filij ſpi
ritus. Qui ſpiritus proprie dr̃ ſpũs ueritatis, A
quẽ hic mũdus accipere nõ põt. Hoc eſt.n. Ioan. 14.
plenũ gaudiũ noſtrũ, quo ampli9 nõ eſt, frui
ſcilicet Trinitate Deo, ad cuius imaginẽ fa-
cti ſumus. Propter hoc aliqñ ita loquitur de
ſpirituſancto tanquã ſolus ipſe ſufficiat ad
beatitudinẽ noſtrã: & ideo ſolus ſufficit, qa
ſeparari à patre & filio nõ põt: ſicut pr̃ ſolus
ſufficit, qa ſeparari a filio & ſpũſancto non
põt: & filius ideo ſufficit ſolus, quia ſarari a
patre & ſpirituſancto nõ poteſt. Quid enim Ibidem.
ſibi uult ꝙ ait? Si diligitis me, mandata mea
ſeruate,& ego rogabo patrem,& aliũ aduo
catũ dabit uobis, ut uobiſcũ ſit in æternũ, ſpi
ritum ueritatis quem hic mundus accipere
nõ poteſt, ideſt, dilectores mundi. Animalis

enim hō non pcipit ea q̄ sunt spūs Dei. Sed
*1. Cor. 3.* adhuc pōt videri ideo dictū. Et ego rogabo
*Ioan. 14.* patrē & alium aduocatū dabit vobis, vt vo-
biscū sit in æternū, quasi non solus filius suf
ficiat. Illo aūt loco ita de illo dictū est, tan-
*Ioan. 16.* quā solus omniū sufficiat. Cū venerit spūs
veritatis docebit vos omnē veritatē. Nunq̄d
ergo separat hic filius, tāquā ipse nō doceat
oēm veritatē, aūt quasi hoc impleat spūssan-
ctus quod minus potuit docere filius? Dicāt
*B* ergo si placet, maiorē esse filio spiritumsan-
ctū quē minorē illo solēt dicere An quia nō
dictū ē ipse solus aut nemo nisi ipse vos do
cebit oēm veritatē, ideo permittunt vt cum
*1. Cor. 2.* illo docere credatur & filius? Apostolus er-
go filiū separauit à sciendis ijs quæ Dei sunt
vbi ait: Sic & quæ Dei sunt nemo scit nisi spi
ritus Dei: vt iam isti peruersi posśint ex hoc
dicere, q̄ & filiū non docet quæ Dei sunt, ni
si spiritussanctus, tanq̄ maior minorē: cui fi-
lius ipse tm̄ tribuit, vt diceret, Quia hæc lo-
cutus sum vobis, tristitia impleuit cor vestrū
*Ioan. 16.* sed ego veritatē dico. Expedit vobis vt ego
*In vna* eā, Nā si nō abiero, aduocatus nō veniet ad
*persona,* vos, Hoc autem dixit, nō propter inæqua-
*interdum* litatē verbi Dei & spiritussancti, sed tanq̄ im
*intelligū-* pedimēto eēt p̄sentia filij hominis apud eos
*tur oēs.* quominus veniret ille qui minor nō esset,
*cap. 9.* q̄a semetipsū nō exinaniuit formā serui ac-
*Phil. 2.* cipiens sicut filius. Oportebat ergo vt aufe-
*Ioan. 14.* ret ab oculis eorū forma serui, q̄ ītuētes hoc
solū esse Christū putabāt q̄ videbāt. Inde est
& illud, quod ait: Si diligeretis me, gaudere-
tis vtiq;, quoniā eo ad patrē quia pater ma-
ior me est: id est propterea me oportet ire
ad patrem, quia dū me ita videtis, ex hoc q̄
*C* videtis, existimatis quia minor sum patre,
atque ita circa creaturam susceptumqueha-
bitum occupati, ęqualitatē quam cum patre
*Ioan. 20.* habeo non intelligitis. Inde est & illud: Noli
me tangere, nondū enim ascendi ad patrem
meū. Tactus enim tanquā finem facit notio
nis. Ideoq; nolebat in eo esse finē intēti cor
dis in se, vt hoc quod videbatur tantummo-
do putaretur. Ascensio autē ad patrē erat ita
videri sicut æqualis est patri, vt ibi esset fi-
nis visionis, quæ sufficit nobis. Aliquando
item de filio solo dicitur, quod ipse suffi-
ciat, & in eius visione merces tota promit-
titur delectationis & desiderij nostri. Sic e-
nim ait: Qui habet mandata mea & custodit

ea, ille est qui diligit me qui autem me dili-
git, diligetur à patre meo, & ego diligam eū *Ioan. 14*
& ostendam meipsum illi. Nunquid hic, q̄a
non dixit, ostendam illi & patrem, ideo se-
parauit patrē a se? sed quia verum est, Ego & *Ioan. 10*
pater vnum sumus: cū pater ostenditur, & fi
lius ostēditur, qui in illo est: & cū filius oñdi
tur, etiam pater oñditur, qui in illo est. Sicut
ergo cum ait, Et ostēdam illi meipsum: intel *Ioan. 14*
ligitur quibus ostēdit & patrē, ita & in eo q̄ *1. Co. 15.*
dicitur, Cū tradiderit regnum Deo & patri:
intelligitur quia non adimit sibi. Quoniam
cū perducet credentes ad contēplationem *D*
Dei & patris, profecto perducet ad contem
plationē suā, q̄ dixit: Et oñdā illi meipsum.
Et ideo consequenter cū dixisset illi Iudas *Ioan. 14*
Domine quid factū est quia ostensurus es te
nobis, & nō huic mūdo? Rñdit Iesus & dixit
illi. Si quis diligit me, sermonem meū serua
bit, & pater meus diliget illum, & ad eū ve-
niemus & mansionem apud eum faciemus.
Ecce quia nō solū seipsum ostendit ei à quo
diligitur, quia simul cum patre venit ad eū,
& mansionē facit apud eum. An forte puta-
bitur mansionē in dilectore suo facientibus
patre & filio, exclusus esse ab hac mansione
spiritussanctus? Quid est ergo q̄ superius ait
de spiritusancto, Quem hic mūdus accipere
non potest, qm̄ nō videt illū, nostis illa vos
q̄a vobiscū manet, & in vobis est. Nō itaque
ab hac mansione saparatus est de quo dictū
est. Vobiscū manet, & in vobis est. Nisi forte
quisquā sic absurdus est, vt arbitretur cū pa
ter & filius venerint, vt mansionem apud
eum faciant, idest, dilectorem suum discessu
rum inde spiritumsanctum & tanquam lo-
cum daturum maioribus. Sed huic carnali
cogitationi occurrit scriptura: Paulo quip-
pe superius ait: Et ego rogabo patrem, & a- *Ibidem*
liū aduocatum dabit vobis, vt vobiscū sit in
æternū. Non ergo discedet patre & filio ve- *E*
nientibus, sed in eadē mansione cū ipsis erit
in æternū, quia nec ille sine ipsis venit, nec il
le sine ipso. Sed propter insinuationē Trini-
tatis, p̄sonis etiā singulis nominatis dicuntur
quædam separatim: non tamen alijs separatis
intelligūtur p̄p eiusdem Trinitatis vnitatem *Idem*
vnamque substantiā atque diuinitatem pa-
tris & filij & spiritussancti. Tradet itaque re- *fius e.*
gnum Deo & patri dominus noster Iesus *cat. c.*
Christus, nō se inde separato, nec spūsancto
quando

quando perducet credẽtes ad contemplationem Dei, vbi est finis omniũ bonarũ actionũ, & requies sempiterna, & gaudiũ ꝙ nunquã auferetur à nobis. Hoc.n.signat in eo, ꝙ ait: Iterũ videbo vos, & gaudebit cor vestrũ, & gaudiũ vestrũ nemo tollet a vobis. Cuius gaudij similitudinẽ ꝓsignabat Maria sedẽs ad pedes dñi, & intenta in verbũ eius, quieta, s. ab omni actione, & intenta in veritatẽ secundum quendã modũ, cuius capax est ista vita, quo tñ præfiguraret illud, ꝙ futurum est in æternum. Martha quippe sorore sua in necessitatis actione conuersante, quamuis bona & vtili, tñ cũ requies successerit, transitura, ipsa requiescebat in verbo dñi. Et ideo dñs cõquerenti Marthæ, ꝙ eam soror non adiuuaret, respondit: Maria optimã partẽ elegit, q̃ non auferet ab ea. Non malã partem dixit ꝙ agebat Martha, sed istã optimã q̃ non auferetur. Illa enim quæ in ministerio indigentiæ est, cum indigentia ipsa transierit, aufertur. Boni quippe operis transituri merces est requies permansura. In illa igitur contemplatione Deus erit omnia in omnibus, quia nihil ab illo aliud requiretur, sed solo ipso illustrari, perfruiq; sufficiet. Ideoq; ille in quo spũs interpellat gemitib. inenarrabilibus: Vnã, inquit, petij a dño, hanc requirã, vt inhabitem in domo dñi, per oẽs dies vitæ meæ, vt contẽpler delectationẽ dñi. Contẽplabimur.n. Deũ patrem & filiũ & spiritumsanctũ, cum mediator Dei & hominũ, hõ Christus Iesus, tradiderit regnũ Deo & patri: ut iã nõ interpellet pro nobis mediator, & sacerdos noster filius Dei & filius hoĩs, sed & ipse inquantũ sacerdos est, assumpta ꝑ nos serui forma, subiectus sit ei qui illi subiecit omnia, ut inquantum Deus est, cũ illo nos subiectos habeat: inquantũ sacerdos nobiscum illi subiectus sit. Quapropter cum filius sit & Deus & homo, alia substantia Deus, alia homo, homo potius in filio quam filius in patre: Sicut caro animæ meæ, alia substantia est ad animã meam quãuis in uno homine, quam anima alterius hominis ad animam meã. Cum ergo tradiderit regnũ Deo & patri, i. cum credentes & uiuentes ex fide, pro quib. nunc mediator interpellat, perduxerit ad contẽplationẽ cui percipiendæ suspiramus & gemimus, & transierit labor & gemitus iam non interpellabit pro nobis tradito regno Deo & patri: hoc significãs ait, Hæc vobiscũ locutus sum in similitudinibus, ueniet hora qñ iam non in similitudinibus loquar uobis, sed manifeste de patre nunciabo uobis, i. iam nõ erunt similitudines, cũ uisio fuerit facie ad faciem. Hoc est.n. ꝙ ait, sed manifeste de patre nunciabo uobis: ac si diceret, manifeste patrem ostendam uobis: Nunciabo quippe ait, quia uerbum eius est. Sequitur.n. & dicit: Illa die in noĩe meo petetis, & non dico uobis, quia ego rogabo patrem. Ipse.n. pater amat uos, quia uos me amastis, & credidistis q̃a a Deo exiui, Exiui a patre, & ueni in hunc mundũ, iterũ relinquo mũdũ & uado ad patrẽ. Quid est. A patre exiui, nisi non in ea forma qua æqualis sum patri, sed aliter, i. in assumpta creatura minor apparui? Et quid est, Veni in hũc mundũ: nisi formã serui quã me exinaniens accepi, ẽt peccatorũ qui mundum istum diligunt oculis demonstraui? Et quid est, Iterum relinquo mundũ: nisi ab aspectu dilectorum mundi aufero ꝙ uiderunt? Et quid est, Vado ad patrẽ: nisi doceo me sic intelligendum a fidelib. meis qũo æqualis sum patri? Hoc qui credunt, digni habebuntur perduci a fide ad speciem, i. ad ipsam uisionẽ, quo perducens dictus est tradere regnum Deo & patri. Fideles quippe eius quos redemit sanguine suo, dicti sunt regnũ eius, pro quib. nunc interpellat: tunc aũt illic eos sibi faciens inhærere, ubi æqualis est patri, non iam rogabit patrẽ pro eis. Ipse.n. inquit, pater amat uos. Ex hoc enim rogat, quo minor est patre: quo uero æqualis est, exaudit cum patre. Vnde se ab eo quod dixit, Ipse.n. pater amat uos: utique ipse non separat: sed secundũ ea facit intelligi, quæ supra cõmemorauit, satisq; insinuaui, plerũq; ita nominari in trinitate unamquãq; personã, ut & aliæ illic intelligãtur. Sic itaq; dictũ est, ipse.n. pater amat uos: ut consequẽter intelligatur & filius & spiritussanctus: nõ quia modo nos non amat, qui proprio filio nõ pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit eũ, sed tales nos amat Deus, quales futuri sumus, non quales sumus. Quales n. amat, tales in æternũ cõseruat: ꝙ tunc erit cum tradiderit regnũ Deo & patri, qui nunc interpellat pro nobis ut iã non roget patrẽ, quia ipse pater amat nos. Quo aũt merito, nisi fidei, qua credimus antequã illud ꝙ promittitur uideamus? Per hanc.n. peruenimus ad speciem, ut

[Margin: .Co.15 · Ioan.16. · Luc.10. · F · .Co.15. · Rom.1. · Psal.26. · 1.Tim.2 · 1.Co.15 · G · Ioan.16. · H · Rom.8. · I · 1.Co.15.]

tales nos amet, quales amat, vt simus, nõ quales odit qui mali sumus, & hortatur ac pstat, ne tales esse semper velimus. Quapropter cognita ista regula intelligendarū scripturarum de filio Dei, vt distinguamus ꝙ in eis sonet secundū formā Dei, in qua æqualis est patri, &

*Filius quõ minor vtroque. Cap. 11.*

quid secūdū formā serui quā accepit, in qua minor est patre, non conturbabimur tanquā cõtrarijs ac repugnantib. inter se sanctorum snijs. Nam secundū formā Dei æqualis est patri, & filius, & spiritussanctus, quia neuter eorū creatura est, sicut iā ostendimus. Secundū

K

aūt formā serui, minor est patre, quia ipse dixit: Pater maior me est. Minor est seipso, quia de illo dictū est: Semetipsum exinaniuit formā serui accipiēs. Minor est spūsancto, quia ipse ait: Qui dixerit blasphemiā in filiū hominis, remittetur ei: Qui aūt dixerit in spiritum sanctū non remittetur ei. Et in ipso virtutes operatus est, dicens: Si ergo in spiritu Dei eijcio demonia, certe superuenit super vos regnū Dei. Et apud Esaiam dicit, quā lectionē ipse in synagoga recitauit, & de se cõpletam sine scrupulo dubitationis ostendit. Spiritus, inquit, dñi super me, pp ꝙ vnxit me, euangelizare pauperib. misit me, prædicare captiuis remissionē, &c. Ad quæ facienda ideo dicit se missum, quia spiritus dñi est super eum.

*Ioan. 14. Phil. 2. Mat. 12. Lucæ 4. Esa. 61.*

Secundū formā Dei, omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Secundum formā serui, ipse factus est ex muliere, factus sub lege. Secundū formam Dei, ipse & pater vnum sunt. Secundū formā serui non venit facere voluntatē suā, sed voluntatem eius qui eū misit. Secundū formā Dei, sicut habet pater vitā in semetipso, sic dedit & filio vitam habere in semetipso. Secundū formam serui, Tristis est anima mea vsq; ad mortē. & Pater inquit, si fieri potest transeat à me calix iste.

*Ioan. 1. Galat. 4. Ioan. 10. Ioan. 6. Ioan. 5. Matt. 26*

L

Secundū formam Dei, Ipse est verus Deus & vita æterna. Secundū formā serui, Factus est obediens vsq; ad mortē, mortem aūt crucis. Secundū formam Dei, Omnia quæ habet pater, ipsius sunt: & omnia tua mea sunt, inquit, & mea tua. Secundum formā serui, Non est doctrina ipsius, sed illius qui eū misit. Et de die & hora nemo scit, neq; angeli in cęlo, neque filius, nisi pater. Hoc.n. nescit, ꝙ nescientes facit, i. ꝙ non ita sciebat vt tunc discipulis indicaret: sicut dictū est ad Abraham, Nūc cognoui ꝙ timeas Deum, i. nunc feci vt cognosceres, quia & ipse sibi in illa tentatione probatus innotuit. Nā & illud vtiq; dicturus erat discipulis tēpore opportuno, de quo futuro tanquā præterito loquens ait, iam non dicā vos seruos, sed amicos, seruus.n. nescit voluntatem dñi sui: Vos aūt dixi amicos, qa omnia quæcunq; audiui a patre meo, nota feci vobis. ꝙ nondum fecerat, sed quia, certo facturus erat, quasi iā fecisset locutus est. Ipsis.n. ait, Multa vobis habeo dicere, sed non potestis illa portare modo. Inter quæ intelligitur, & de die & hora. Nam & Apostolus: Neq;.n. iudicaui me, inquit, scire aliquid inter vos, nisi Christū Iesum, & hunc crucifixum. Eis.n. loquebatur qui capere altiora de Christi deitate non poterant. Quibus etiam paulopost dicit, Nõ potui vobis loqui quasi spiritalibus, sed quasi carnalib. Hoc ergo inter illos nesciebat, quod per illum scire non poterāt. Et hoc solum se scire dicebat, quod eos per illum scire oportebat. Denique sciebat inter perfectos, quod inter paruulos nesciebat. Ibi quippe, ait, Sapiētiam loquimur inter perfectos. Eo nanque genere locutionis nescire quisque dicitur ꝙ occultat, quo dicitur fossa cęca quæ occulta est. Neque.n. aliquo genere loquuntur scripturæ, quod in consuetudine humana non inueniatur, quia vtique hominibus loquuntur. Secundum formam Dei dictum est, Ante omnes colles genuit me, i. ante omnes altitudines creaturarū. Et ante Luciferum genui te, i. ante omnia tēpora & temporalia. Secundum formam aūt serui dictum est: Dñs creauit me in principio viarum: Quia secundum formam Dei dixit, Ego sum veritas, & secūdum formam serui, Ego sum via. Quia enim ipse est primogenitus a mortuis, iter fecit Ecclesiæ suæ ad regnū Dei ad vitam æternam, cui caput est ad immortalitatem etiā corporis: & ideo creatus est in principio viarū Dei in opera eius. Secundum formam enim Dei, principium est quod & loquitur nobis: in quo principio fecit Deus cęlum & terram. Secundum autē formam serui, Sponsus procedens de thalamo suo. Secundū formam Dei, Primogenitus omnis creaturæ, & ipse ante omnes est, & omnia in illo constant. Secundum formam serui, Ipse est caput corporis Ecclesiæ. Secūdum formā Dei, Dominus est gloriæ. Vnde manifestū est, ꝙ ipse glorificet sanctos suos.

*1. Ioan. 5 Phil. 2. Ioan. 16. & 17. Ioan. 7. Mat. 24. Qua ratione filius dicatur nescire.*

*Ioan. 15. M 1. Cor. 2. 2. Cor. 3. 1. Cor. 2. Prou. 8. Psal. 109. Ioan. 14. A Ioan. 8. Gen. 1. Psal. 18. Colos. 1. Ibidem.*

Quos

Quos enim prædestinauit ipsos & vocauit,
Rom. 8. & quos vocauit ipsos & iustificauit, quos iu
stificauit, ipsos & glorificauit. De illo q̃ppe
Rom. 4. dictũ est, quod iustificet impium: de illo di-
Rom. 3. ctũ est: ꝙ sit iustus & iustificãs. Si ergo quos
iustificauit, ipsos & glorificauit, qui iustifi-
cat ipse & glorificat, q̃ ẽ, vt dixi, Dñs gloriç,
secundũ formã tamen serui satagẽtibus disci
Matt. 20. pulis de glorificatione sua, respondit: Sedere
ad dextrã vel ad sinistrã meam non est meũ
C dare vobis, sed quibus paratum est a patre
meo. Quod aũt paratũ est a patre eius, & ab
Ioan. 10. ipso filio paratũ est, Quia ipse & pater vnũ
sunt. Iã enim ostendimus in hac Trinitate ꝑ
multos diuinarũ locutionũ modos ẽt de sin-
gulis dici ꝙ omniũ est, propter insepara bi-
Ioan. 16. lẽ operationẽ vnius eiusdemq; substantiæ.
Sicut de spiritusancto dicit, Cum ego iero,
mittã illum ad vos. Non dixit, mittemus, sed
ita quasi tantũ filius eũ missurus esset, & non
pater: cum alio loco dicat: Hæc locutus sum
Ioan. 14. vobis apud vos manens: Aduocatus autẽ ille,
spiritus scilicet, quẽ mittet pater in nomine
meo, ille vobis declarauit omnia Hic rursus
ita dictum est, quasi non eum missurus esset
Matt. 20. & filius, sed tantum pater. Sicut ergo ista, ita
& illud quod ait, Sed quibus paratũ est a pa-
tre meo: cũ patre se intelligi voluit, parare se
des gloriæ quibus uellet. Sed dicit aliquis: Il
lic cũ de spiritusancto loqueretur, ita se mis
surũ ait, vt nõ negaret patrẽ missurũ, alio lo
co ita patrẽ, ut nõ negaret se missurũ: hic ue
ro aperte ait, Non est meum dare vobis atq;
ita secutus, à patre dixit ista præparata. Sed
hoc est qđ præstrinximus secundũ formam
serui dictum: ut ita intelligeremus. Non est
meũ dare uobis: ac si diceretur, Non est hu
manæ potestatis hoc dare: ut per illud intelli
tur, hoc dare, per quod Deus & æqualis est
D patri. Non est, inquit, meũ dare, id est, nõ hu
mana potestate ista do, sed quib. paratũ est a
patre meo. Sed iam tu intellige, quia si om-
nia quæ habet pater mea sunt, & hoc utique
Ioan. 12. meũ est, & cũ p̄re ista paraui. Nã & ilud quę
ro, quomodo dictũ sit, Si quis nõ audit uer-
ba mea, ego nõ iudicabo illum. Fortasis.n.
ita hic dixit, Ego non iudicabo illum: quem
admodũ ibi, Non est meum dare. Sed quod
hic sequitur, Non enim ueni, inquit, ut iudi
cẽ mũdũ, sed ut saluum faciã mundum. Dein
da adiungit, & dicit: Qui me spernit & non

accipit uerba mea, habet qui se iudicet. Hic
iam intelligeremus patrẽ, nisi adiungeret &
diceret, uerbũ quod locutus sum, ipsum iudi
cabit illũ in nouissimo die. Quid igitur, iam
nec filius iudicabit, quia dixit. Ego non iudi-
cabo illũ, nec pater, sed uerbũ ꝙ locutus est
filius? immo potius audi adhuc qđ sequitur,
Quia ego, inquit, nõ ex me locutus sum, sed Ioan. 1.
ille qui me misit pater, ille mandatum mihi
dedit, quod dicã, & quod loquar, & scio q̃a
mandatũ eius vita æterna ẽ. Quæ ego loquar
ita ut dixit mihi pater, sic loquor. Si ergo nõ
iudicat filius, sed verbum quod locutus est
filius: ideo autem iudicat uerbum quod lo-
cutus est filius, q̃a non ex se locutus est filius E
sed qui misit eũ pater mãdatũ dedit ei quid
dicat, & quid loquatur: pater utiq; iudicat
cuius uerbũ est quod locutus est filius, atq;
ipsum uerbũ patris idem est filius ipse. Non
enim aliud est mãdatũ patris, aliud uerbũ pa
tris. Nã & uerbũ hoc appellauit, & mãdatũ.
Videamus ergo ne forte ꝙ ait, Ego nõ ex me
locutus sum: hoc intelligi uoluerit, Ego nõ
ex me natus sum. S.n. uerbũ patris loquit̃ se-
ipsum loquit̃, quia ipse est uerbũ patris. Ple-
runq;.n. dicit, Dedit mihi pater: in quo uult
intelligi ꝙ eũ genuerit pater: nõ ut tanq̃ iam
existenti & nõ habenti dederit aliquid: sed
ipsum dedisse ut haberet, genuisse est vt esset.
Nõ enim sicut creatura, ita Dei filius ante in
carnationẽ & ante assumptam creaturã uni-
genitus, per quẽm facta sunt oĩa, aliud est, &
aliud hẽt, sed hoc ipsũ est, ꝙ est id ꝙ habet. Ioan. 5.
quod habet. Quod illo loco manifestius dr̃,
si q̃s ad capiẽdũ sit idoneus, ubi ait: Sicut ha-
bet pater uitam in semetipso, ita dedit filio
uitam habere in semetipso. Neq; enim iã ex
istenti & uitã non habenti dedit ut haberet ui
tam in semetipso, cum eoipso quod est, uita
sit: hoc est ergo, dedit filio uitam habere in F
semetipso, genuit filiũ incommutabilem ui
tam, quod est uita ęterna. Cum ergo uerbum
Dei filius Dei, & filius Dei sit uerus Deus, & 1. Ioan. 5.
uita æterna, sicut in epistola sua dicit Ioan- Ioan. 12.
nes, etiam hic quid aliud agnoscimus, cum
dicit dominus, Verbũ quod locutus sum, ip-
sum iudicabit eũ in nouissimo die: & ipsum
uerbũ patris uerbum esse dicit & mandatum
patris, ipsumque mandatum uitam æter-
nam? Et scio, inquit, quia mandatũ eius uita
æterna est. Quæro itaq; q̃uo intelligamus,

Ego non iudicabo, sed verbum quod locutus sum iudicabit: quod ex consequentibus apparet ita dictū, ac si diceret sic. Ego nō iudicabo, sed verbū patris iudicabit, verbū aūt patris est ipse filius Dei. Sic ne intelligendū est, Ego nō iudicabo, sed ego iudicabo: quō istud potest esse verum, nisi ita: ego scilicet non iudicabo ex potestate humana qua fili⁹ hoīs sum: sed ego iudicabo ex ptāte verbi, q̄a filius Dei sum? Aut si cōtraria & repugnātia videnť, ego non iudicabo, sed ego iudicabo:

*Ioan. 7.*

quid illic dicemus, vbi ait, Mea doctrina non est mea: quomodo mea quomodo non mea? Non enim dixit, Ista doctrina non est mea, sed mea doctrina non est mea:

*Phili. 2.*
*Ioan. 7.*

quā dixit suam, eandem dixit non suam. Quomodo istud verum est, nisi secundum aliud suā dixerit, secundum aliud non suā. Secundum formā Dei suam, secundū formā serui non suam: Cū enim dicit, Nō est mea sed eius q̄ me misit: ad ipsum verbum nos fecit recurrere, doctrina.n.patris est verbū patris q̄ est

G

vnicus filius. Quid sibi & illud vult.

*Ioan.12.*

Qui in me credit, nō in me credit? Quomodo in ipsum, quomodo nō in ipsum, quomodo tam cōtrariū sibiq; aduersum pōt intelligi? Qui in me credit, inquit, non in me credit, sed in eū qui me misit: nisi ita intelligas, qui in me credit, nō in hoc quod videt credit, ne sit spes nostra in creatura: sed in eo qui suscepit creaturam in qua humanis oculis appareret, ac sic ad se ęqualē patri cōtēplandū

*Ibidem.*

per fidē corda mundaret? Ideoq; ad patrē referens intentionē credētiū & dicens, Nō in me credit, sed in eū q̄ me misit: nō vtiq; se à patre. i. ab illo q̄ eū misit voluit separari: sed vt sic in eū crederet, quō in patrē cui ē ęqualis.

*Ioan.14.*
*Ioan.10.*

Quod aperte alio loco dicit, Creditis in Deū & in me credite. i. sicut creditis in Deū sic & in me: q̄a ego & pater vnus Deus. Sicuti ergo hic, tanquā abstulerit à se fidē hominū, & in patrē trāstulerit, dicendo, nō in me

*Ioan.12.*
*Mat.20.*

credit, sed in eum qui me misit: à quo tn̄ se vtiq; nō separauit, Sic ēt q̄d ait, Nō est meū dare, sed quibus paratū est à patre meo, puto clarere secūdū quid vtrunq; accipiendū

*Ioan.12.*
*2.Ti. 4.*

sit. Tale est enim & illud, Ego non iudicabo:

H

cū ipse iudicaturus sit viuos & mortuos: sed quia nō ex potestate humana, propterea recurrens ad deitatē, sursum erigit corda hominum, propter quæ subleuanda descendit.

*Phili. 2.*

Nisi tn̄ ipse idem esset filius hoīs pp̄ formā serui quā accepit qui est filius Dei propter Dei formā in qua est, non diceret Apostolus Paulus de principibus huius seculi, Si enim cognouissent, nūq̄ dn̄m gloriæ crucifixisset. Ex forma.n.serui crucifixus est, & tn̄ dn̄s gloriæ crucifixus est. Talis enim erat illa susceptio quæ Deū hominē faceret, & hominem Deū: quid tn̄ propter quid, & quid secundū quid dicať, adiuuante dn̄o, prudens diligens & pius lector intelligit.

*De eo Christi diuersis dicatur ob diuersas naturas hypostasi. Cap. 1.*

*1.Cor. 2.*

Nam ecce diximus quia secundum id quod Deus est, glorificat suos, secūdū hoc vtiq; quod dn̄s gloriæ est. & tn̄ dn̄s gloriæ crucifixus est, quia recte dicitur & Deus crucifixus, non ex virtute diuinitatis, sed ex infirmitate carnis: sicut dicim⁹ quia secundū id quod Deus est iudicat, hoc est ex potestate diuina, non humana, & tamen ipse homo iudicaturus est, sicut dn̄s gloriæ crucifixus est: ita enim aperte ait, Cum

*Mat.25.*

venerit filius hominis in gloria sua, & omnes angeli eius cum eo: tunc congregabun-

I

tur ante eū omnes gentes: & cętera quæ de futuro iudicio vsq; ad vltimam sententiam in eo loco p̄dicātur. Et Iudæi, quippe qui in malicia sua perseuerātes, in illo iudicio puniēdi sunt, sicuti alibi scriptū est, Videbūt in

*Zach.12.*

quē pupugerunt. Cum enim & boni & mali visuri sunt iudicē viuorū & mortuorū, procul dubio eū videre non poterunt mali, nisi scd̄m formā qua filius hominis est, sed tn̄

*Phili. 2.*
*Concor. sen. di. 48. ca. Sed cūm*

claritate in qua iudicabit, non in humilitate in qua iudicatus est. Cęterum illam Dei formā in qua ęqualis est patri, proculdubio impij non videbunt. Non enim sunt mundicordes.

*Mat. 5.*
*1.Co.13.*

Beati enim mundicordes, quoniam ipsi Deū videbūt. Et ipsa visio est facie ad faciē, quæ summū pręmiū promittitur iustis, & ipsa fiet, cū tradet regnū Deo & patri: in quo suæ formæ visionem vult intelligi, subiecta Deo vniuersa creatura, & ipsa in qua filius Dei filius hominis factus est. Quia secundū hanc & ipse filius tunc subiectus illi erit, qui ei subiecit oīa, vt sit Deus omnia in omnibus. Alioq̄n si filius Dei iudex in forma qua æqualis est patri etiā impijs cū iudicaturus est apparebit, quid est quod pro magno dilectori suo pollicetur dicens, Et ego diligam

K
*Ioan.14.*

eum, & ostendam meipsum illi? Quapropter filius hominis iudicaturus est, nec tamen ex humana potestate, sed ex ea qua

filius

filius Dei est. Et rursus filius Dei iudicaturus
est, nec tamen in ea forma apparens, in qua
Deus est ęqualis patri, sed in ea qua fili⁹ hoïs
est. Ita vtrunq; dici potest, & filius hoïs iudi
Matt.25. cabit, & non filius hominis iudicabit. Quia
Ioan.8. filius hominis iudicabit, vt verũ sit quod ait
Cum venerit filius hominis, tunc congrega
bunt ante eum oẽs gentes. Et non filius ho-
minis iudicabit, vt verũ sit qđ ait, Et ego nõ
iudicabo. Et ego nõ quæro gloriã meã, est
qui quęrat & iudicet. Nam secundum id
quod in iudicio non forma Dei, sed forma
filij hoïs apparebit: nec ipse pater iudicabit.
Ioan.5. Secundũ hoc.n. dictũ est, Pater non iudicat
quẽquã, sed oẽ iudicium dedit filio. Quod
vtrũ ex illa locutione dictũ sit, quã supra cõ
memorauimus. vbi ait, Sic dedit filio habe-
re vitã in semetipso, vt significaret quia sic
genuit filiũ, An ex illa de qua loquitur Apo-
stolus dicens, Propter quod eũ suscitauit, &
donauit illi nomen quod est super omne no
Phili.2. men. Hoc enim de filio hoïs dictũ est: secun
dũ quẽ Dei filius excitatus est à mortuis. Ille
quippe in forma Dei æqualis ẽ patri, ex qua
se exinaniuit, formã serui accipiens: in ipsa
forma serui & agit & patitur & accipit, quę
consequenter contexit Apostolus. Humilia-
uit se factus obediens vsq; ad mortẽ, mortẽ
autem crucis: propter quod & Deus illum
exaltauit, & donauit ei nomẽ quod est super
omne nomen, vt in nomine Iesu omne ge-
nu flectaᵗ, cęlestiũ, terrestriũ & infernorũ,
& oïs lingua confiteaᵗ, quia dñs Iesus Chri
Ioan.5. stus in gloria est Dei patris. Vtrũ ergo secun
dũ illã, an scđm istã locutionẽ dictũ sit, Om
ne iudiciũ dedit filio: satis hinc apparet, quia
si secundũ illud diceretur scđm quod dictũ
est, Dedit filio habere vitã in semetipso, nõ
vtiq; diceretur pater non iudicat quenquã.
Secundũ hoc enim ꝙ æqualẽ pater genuit
filium iudicat cũ illo. Secundũ hoc ergo di
ctũ est ꝙ in iudicio, nõ in forma Dei, sed for
ma alij hominis apparebit. Non quia non iu
Ioan.8. dicabit qui dedit omne iudiciũ filio, cũ de
Ioan.5. illo dicat filius, Est qui quęrat & iudicet: sed
M ita est dictũ, Pater non iudicat quenquã, sed
omne iudiciũ dedit filio: ac si diceret. Patrẽ
nemo videbit in iudicio viuorũ & mortuo-
rum, sed omnes filium: quia & filius homi-
nis est, vt posit & ab impijs videri, cum &
Zach.12 illi videbunt in quem pupugerunt. Quod ne
conijcere potius quam aperte demonstrare
videamur, proferamus eiusdem dñi certam
manifestamq; sententiam, qua ostendamus
ipsam fuisse causam vt diceret, Pater non iu Ioan.5.
dicat quenquã, sed omne iudicium dedit fi-
lio, quia iudex in forma filij hominis appa-
rebit, quæ forma non est patris & filij. Nec
ea filij in qua ęqualis est patri, sed in qua mi
nor est patre, vt sit in iudicio conspicuus &
bonis & malis. Paulo enim post dicit, Amen Ibidem.
dico vobis, quia qui verbum meum audit &
credit ei qui misit me, habet vitam æternam
& in iudicium nõ veniet, sed transit à morte
in vitam. Hæc vita æterna est illa visio quæ
non pertinet ad malos. Deinde sequitur, A-
men amen dico vobis, quia veniet hora &
nunc est qñ mortui audient vocem filij Dei,
& qui audierint viuent. Et hoc proprium est
piorũ, qui sic audiunt de incarnatione eius,
vt credant, quia filius dei est, idest, sic eũ pro Ioan.5.
pter se factũ accipiunt minorẽ patre in for-
ma serui, vt credant quia æqualis est patri in A
forma Dei. Et ideo sequiᵗ, & hoc ipsum cõ- Ioan.5.
mendans dicit, Sicut enim pater habet vitam
in semetipso, ita dedit & filio vitã habere in
semetipso. Deinde venit ad visionẽ suę cla-
ritatis in qua venturus est ad iudiciũ, quę vi
sio cõmunis erit impijs & iustis. Sequitur e-
nim & dicit, Et potestatem dedit ei iudiciũ Ibidem.
facere, qm̃ filius hominis est. Puto nihil esse
manifestius. Nam quia filius Dei est ęqualis
patri, non accepit hãc potestatem iudicij fa
ciendi, sed habet illam cum patre in occul-
to. Accepit autẽ illam, vt boni & mali eũ vi-
deant iudicantẽ, quia filius hominis est. Vi-
sio quippe filij hominis exhibebiᵗ & malis.
Nã visio formæ Dei non nisi mundis corde Matt.5.
quia ipsi Deum videbunt. idest, solis pijs ex-
hibebit: quorũ dilectioni hoc ipsum promit
tit, quia seipsum ostendet illis. Et ideo vide
quid sequaᵗ. Nolite mirari hoc, inquit, Quid Ioan.5.
nos prohibet mirari, nisi illud quod reuera
miraᵗ oïs qui nõ intelligit video diceret pa
trẽ dedisse in eo potestatẽ iudiciũ facere, qa
filius hoïs est, cũ magis quasi hoc expecta-
retur, utdiceret qm̃ filius Dei est. Sed quia
filium Dei secundũ id quod in forma Dei ę- B
qualis est patri uidere iniqui nõ possunt. O-
portet aũt ut iudicẽ uiuorum & mortuorũ,
coram quo iudicabuntur, & iusti uideant & Ibidem.
iniqui, Noliteᵗ, inquit, hoc mirari, quoniam
ueniet

veniet hora in qua omnis qui in monumétis sunt audient uocem eius, & prodient qui bona gesserunt, in resurrectioné vitæ, qui auté mala gesserunt in resurrectioné iudicij. Ad hoc ergo oportebat vt iô acciperet hãc potestaté quia filius hominis est, vt resurgentes oés viderent eum in forma in qua videri ab omnibus pôt: sed alij ad damnationé, alij ad vitam æternã. Quę est aũt vita æterna, nisi illa visio quæ non conceditur impijs? vt cognoscant te, inquit, vnũ verũ Deũ, & qué misisti Iesum Christum. Qũo & ipsum Iesum Christũ, nisi quéadmodũ vnũ verũ Deũ qui ostendet seipsum illis? Non qũo ostendet se etiã puniendis in forma filij hominis: secundũ illã visionem bonus est, secundum quam visionem Deus apparet mundis corde, quo- C niam quam bonus Deus Israel rectis corde. *Psal. 72.* Quando auté iudicé videbunt mali, non eis videbitur bonus, quia non ad eum gaudebũt corde, sed tunc se plangent oés tribus terræ, *Apoc. 1.* in numero vtiq; omniũ malorũ & infideliũ. Propter hoc etiã illi qui eũ dixerat magistrũ bonum, quærens ab eo consiliũ cõsequendę *Mat. 19.* vitæ æternæ, respondit. Quid me interrogas de bono? nemo bonus nisi vnus Deus: cũ & hominé alio loco dicat bonũ ipse dominus. *Mat. 12.* Bonus homo, inquit, de bono thesauro cordis sui profert bona: & malus homo de malo thesauro cordis sui profert mala. Sed q̃a ille vitã æternã quærebat: vita aũt æterna est in illa contẽplatione, qua non ad pęnã vide- *Mat. 19.* tur Deus, sed ad gaudiũ sempiternũ. Et nõ intelligebat cũ quo loquebatur, qui tantũmodo eũ filiũ hominis arbitrabatur. Quid me interrogas, inquit, de bono? idest, istam formã quã vides, quid interrogas de bono, & vocas me secundũ quod vides magistrũ bonũ? Hæc forma filij hominis est, hæc forma accepta est, hæc forma apparebit in iudicio, nõ tantum iustis, sed & impijs, & huius formæ visio nõ erit in bonũ eis qui male agũt. *Phili. 2.* Est aũt visio formæ meæ in qua cum essem, nõ rapinam arbitratus sum esse æqualis Deo sed vt hanc acciperé meipsum exinaniui. D Ille ergo vnus Deus pater & filius & spũssanctus, qui nõ apparebit nisi ad gaudiũ q̃ non auferetur à iustis. Cui gaudio futuro suspirat q̃ dicit, *Psal. 26.* Vnã petij à dño hanc requirã, vt inhabité in domo dñi per omnes dies vitæ meę, vt cõtépler delectationé dñi. Vnus ergo Deus ipse est solus bonus, ob hoc, q̃a nemo eũ videt ad luctũ & planctum, sed tantũ ad saluté & lętitiam verã secundum illã formã si me intelligis, bonus sum. Si aũt secũdũ *Mat. 19.* hanc solam, quid me interrogas de bono, si *Zach. 12.* inter illos es qui videbũt in qué pupugerũt, & ipsa visio malũ eis erit, quia pęnalis erit. Ex ista senté tia dixisse dñm q̃d me interrogas de bono, nemo bonus nisi vnus deus. His documentis quæ commemoraui probabile est, quia illa visio Dei qua contéplabimur incõmutabilé atq; humanis oculis inuisibilé Dei substantiã quæ solis sanctis promittitur, quã dicit Apostolus Paulus, Facie ad faciem: & *1. Co. 13.* de qua dicit Apostolus Ioannes, Similes ei *1. Ioan. 3.* erimus quoniam videbimus eũ sicuti est: & *Psal. 26.* de qua dicitur, Vnam petij à dño hanc requiram et contempler delectationé domini: & *Ioan. 14.* de qua dicit ipse dñs, Et ego diligã eum, & E ostendam meipsum illi, & propter quam so- *Matt. 5.* lam fide corda mũdamus, vt simus beati mũdicordes, quoniam ipsi Deũ videbunt, & si qua alia de ista visione dicta sunt, quæ copiosissime sparsa per omnes scripturas inuenit quisquis ad eã quærendam oculum amoris intendit: sola est summum bonum nostrum, cuius adipiscendi causa pręcipitur agere q̃c quid recte agimus. Visio vero illa filij hominis quæ prænunciata est, cum congregabũtur omnes gentes ante eũ, & dicent ei, Dñe *Mat. 25.* quando te vidimus esurienté & sitientem & cętera. nec bonũ erit impijs qui mittentur in ignem æternum, nec summum bonũ erit iustis. Adhuc enim vocat eos ad regnũ q̃d eis paratũ est ab initio mũdi. Sicut illis dicet, Ite *Ibidem.* in ignem æternum: ita istis, Venite benedicti pr̃is mei, possidete paratũ vobis regnũ. Et sicut ibunt illi in combustionem æternam, sic iusti in vitam æternã. Quid est aũt vita æterna, nisi vt cognoscant te, inquit, vnũ verum *Ioan. 17.* Deum, & quem misisti Iesum Christũ? Sed iã in claritate de qua dicit patri, quam habui apud te priusquã mundus fieret. Tunc enim tradet regnum Deo & patri, vt intret seruus *1. Co. 15.* bonus in gaudium domini sui, & abscondat eos quos possidet Deus in abscondito *Psal. 30.* vultus sui à conturbatione hominum: eorũ F scilicet qui tunc conturbabuntur audientes illam sententiam: à quo auditu malo iustus non timebit, si modo protegatur in tabernaculo, idest, in fide recta catholicæ *Ps. 111.*

Ecclesiæ



Ecclesiæ, a contradictione linguarũ,i.calum
nijs hęreticorum.Si vero est alius intellectus
Mat.19. verborum dñi quibus ait, Quid me interro-
gas de bono,nemo bonus nisi vnus Deus: dũ
Ioan.1. tñ non ideo credatur maioris bonitatis esse
patris quam filij substantia, secundum quam
verbum est, per quod facta sunt omnia, ni-
hilque abhorreat a sana doctrina: securi vta-
mur,non vno tantum,sed quotquot reperiri
potuerint. Tanto.n.fortius conuincuntur hæ
retici,quanto plures exitus patent ad eorum
G laqueos euitandos. Sed ea,quæ adhuc consi-
deranda sunt,ab alio petamus exordio.

## D. AVRELII AVGVSTINI De Trinitate.

## LIBER SECVNDVS.

### PROOEMIVM.



Vm hoïes Deũ quærunt, & ad intelligentiã Trinitatis pro ca ptu infirmitatis humanæ animũ intendunt, experti difficultates laboriosas,siue ĩ ipsa acie mentis conãtes intueri inaccessibilẽ lucem, siue in ipsa multiplici & multimoda locutione literarũ sacrarũ,vbi mihi non vr̃ nisi atteri aĩa, vt Christi gratia glorificata dulcescat, cũ ad aliquid certũ discussa omni ambiguitate peruenerũt,facillime debẽt ignoscere errãtib. in tanti peruestigatione secreti. Sed duo sunt,q̃ in errore hominũ difficillime tolerãtur, p̃sumptio priusquã veritas pateat: & cũ iã patuerit p̃sumptæ defensio falsitatis. A quibus duob.vitijs nimis inimicis inuẽtioni veritatis, & tractationi diuinorũ sanctorumq; (Psal.5.)
H librorũ,si me vt p̃cor & spero,Deus defenderit atq; munierit scuto bonæ voluntatis suæ, &gratia misericordiæ suæ, nõ ero segnis ad inquirendã substantiã Dei,siue per scripturã eius,siue per creaturã. Quæ vtraq; nobis ad hoc proponiť intuẽda,vt ipse q̃ratur,ipse diligatur,qui & illã inspirauit, & istã creauit. Nec trepidus ero ad proferendã sñiam meã, in qua magis amabo inspici a rectis, q̃ timebo morderi a peruersis. Gratanter.n.suscipit osculũ colũbinũ pulcherrima & modestissima charitas: dentẽ aũt caninũ vel euitat cautissima humilitas,uel retundit solidissima ueritas. Magisq; optabo a quolibet reprehẽdi, q̃ siue ab errante,siue ab adulãte laudari.Nullus.n. reprehensor formidandus est amatori veritatis. Etenim aut inimicus reprehẽsurus est,aut amicus.Si ergo inimicus insultat, ferẽdus est.Amicus aũt si errat docẽdus, si docet audiendus. Laudator uero & errãs cõfirmat errorẽ,& adulans illicit in errorẽ.Emendabit ergo me iustus in misericordia & arguet me, oleũ aũt p̃ctõris non impinguabit caput meũ. (Ps. 140.)
I Quamobrẽ quãquam firmissime teneamus de dño nostro Iesu Christo, & per scripturas disseminatã, & a doctis catholicis earundẽ scripturarũ tractorib. demonstratã tanquam canonicam regulã,qũo intelligatur Dei filius & æqualis patri secundum Dei formã in qua est, & minor patre secundum serui formam quã accepit, in qua forma nõ solũ patre,sed & spiritusancto,neq; hoc tm̃, sed ẽt seipso minor inuẽtus est,nõ seipso qui fuit,sed seipso qui est, quia forma serui accepta,formã Dei non amisit, sicut scripturarũ q̃ in superiore libro cõmemorauimus testimonia docuerunt. (Trifariã de christo loqui videtur scripturæ. Phili. 2.) Sunt tñ quædam in diuinis eloquijs ita posita ut ambiguũ sit ad quã potius regulam referãtur: utrum ad eam qua intelligimus minorẽ filium in assumpta creatura:an ad eam qua intelligimus, non quidẽ minorẽ esse filiũ,sed æqualem patri,tñ ab illo hunc esse Deum de Deo,lumẽ de lumine. Filiũ quippe dicimus Deũ de Deo, patrẽ aũt Deũ tm̃,non de Deo. Vnde manifestum est, ꝙ filius habeat alium de quo sit & cui filius sit,pater aũt non filiũ de quo sit habeat, sed tm̃ cui pater sit. Omnis.n.filius de patre est, quod est,& patri filius est. Nullus autẽ pater de filio est quod est, sed filio pater est. Quædam enim ita ponũtur in scripturis de patre & filio ut indicẽt unitatẽ æqualitatemq; substantiæ,sicuti est,Ego & pater vnũ sumus.Et, Cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse æqualis Deo,& quæcunq; talia sunt. (Ioan. 10. Phili. 2.)
K Quædam uero ita ut minorẽ ostendant filium propter formam serui, idest propter assumptã creaturã mutabilis humanæq; substantiæ, sicuti est ꝙ ait, Qm̃ pater maior me est.Et,Pater non iudicat quenquã, sed omne iudicium dedit filio. Nam paulopost consequenter ait, Et dedit ei iudicium facere, qm̃ filius hominis est Quædam porro ita,ut nec minor nec æqualis ostendatur, sed tantum (Ioan.5. Ioan.14.)

quod de patre sit intimenť: vt est illud, Sicut habet pater vitã in semetipso, sic dedit filio vitã habere in semetipso. Et illud, Neque.n. põt filius à se facere quicquã, nisi ꝙ viderit patrẽ facientẽ. Quod si ꝑpea dictũ acceperimus, quia in forma accepta ex creatura minor est filius: consequens erit vt prior pater super aquas ambulauerit, aut alicui⁹ alterius cęci nati de sputo, & luto oculos aperuerit, & cętera q̃ filius in carne apparens inter homines fecit: vt posset ea facere qui dixit, non posse filiũ à se facere quicquã, nisi ꝙ viderit patrẽ facientẽ. Quis aũt vel delirus ita sentiat? Restat ergo vt hæc ideo dicta sint, quia incõmutabilis est vita filij sicut & patris, & tñ de patre est: & inseparabilis est operatio patris & filij, sed tñ ita operari filio de illo est, de quo ipse est, i. de patre. Et ita videt filius patrẽ, vt quo eũ videt, hoc ipso sit filius. Nõ.n. aliud illi est esse de patre, i. nasci de patre, q̃ videre patrẽ, aut aliud videre operantẽ, q̃ pariter operari: sed ideo nõ à se quia non est à se. Et ideo q̃ viderit patrẽ facientẽ hęc eadem facit & filius similiter, quia de patre est. Neque.n. alia similiter, sicut pictor alias tabulas pingit, queadmodũ alias ab alio pictas videt: nec eadẽ dissimiliter, sicut corpus easdẽ literas exprimit, quas aĩus cogitauit: sed quæcũque, inquit, pater facit, hæc eadẽ filius facit similiter. Et hæc eadẽ dixit & similiter, ac ꝑ hoc inseparabilis, & par est operatio patri & filio, sed à patre est filio. Ideo nõ põt filius à se facere quicquã, nisi ꝙ viderit patrẽ facientẽ. Ex hac ergo regula, qua ita loquuntur scripturæ, vt non aliũ alio minorẽ, sed tantũ velint ostendere quis de quo sit, nonnulli eum sensum conceperunt, tanquã minor filius diceretur. Quidã aũt nostri indoctiores, & in his minime eruditi, dũ hæc secũdum formã serui conantur accipere, & eos rectus intellectus non sequitur, perturbantur. Quod ne accidat, tenenda est hæc regula, qua nõ minor est filius, sed ꝙ de patre sit intimatur: quibus verbis, nõ inæqualitas, sed natiuitas eius ostẽditur. Sunt ergo quædã in sanctis libris, vt dicere cęperã, ita posita vt ambiguũ sit quonã referenda sint vtrũ ad illud ꝙ ꝑ ꝑ assumptam creaturã minor est filius: an ad illud, ꝙ q̃uis æqualis, tñ quia de patre sit indicatur. Et mihi quidẽ vr̃, si eo modo ambiguũ est, vt explicari discerniq; non posit, ex vtraq; regula sine periculo posse intelligi, sicut est ꝙ ait, Mea doctrina non est mea, sed eius q̃ me misit. Nã & ex forma serui põt accipi, sicut iã in libro superiore tractauimus, & ex forma Dei in qua sic æqualis est patri, vt tñ de patre sit. In Dei quippe forma, sicut nõ est aliud filius aliud vita eius, sed ipsa vita filius est: ita non est aliud filius, aliud doctrina eius, sed ipsa doctrina filius est. Ac per hoc sicut id ꝙ dictũ est, dedit filio vitã: nõ aliud intelligitur q̃ genuit filiũ qui est vita: sic ẽt cũ dr̃, Dedit filio doctrinã, bene intelligiť, genuit filiũ, qui est doctrina, vt ꝙ dictũ est, Mea doctrina nõ est mea, sed eius qui me misit, sic intelligať, ac si dictũ sit, ego nõ sum à meipso, sed ab illo qui me misit. Nã & de spũsancto de quo non est dictũ, Semetipsum exinaniuit formã serui accipiens, ait tñ ipse dñs, Cũ aũt venerit ipse spũs veritatis, docebit vos oẽm veritatẽ. Non.n. loqueť à semetipso, sed quæcunq; audiet loquetur, & q̃ ventura sunt annunciabit vobis. Ille me clarificabit, quia de meo accipiet, & annunciabit vobis. Post hæc verba, nisi continuo secutus dixisset, Omnia quæcũque habet pater mea sunt, propterea dixi, q̃a de meo accipiet, & annunciabit vobis: crederet fortasse ita natus de Christo spũssanctus, queadmodum ille de patre. De se quippe dixerat, Mea doctrina non est mea, sed eius qui me misit. De spiritu aũt sancto. Nõ.n. loqueť à semetipso, sed quæcunq; audiet, loquetur: quia de meo accipiet, & annunciabit vobis. Sed quia reddidit causam cur dixerit de meo accipiet, ait.n. Omnia quæcunq; habet pater mea sunt, propterea dixi, quia de meo accipiet: restat ergo vt intelligatur ẽt spiritussanctus de patre habere sicut & filius. Q̃uo? nisi secundum id quod supra diximus, Cũ autem venerit paracletus quẽ ego mittam vobis, à patre spiritũ veritatis qui à patre procedit, ille testimoniũ perhibebit de me? Procedendo itaque à patre dr̃ non loqui à semetipso: & sicut non ex eo fit vt minor sit filius, quia dixit, Nõ põt filius à se facere quicquã, nisi ꝙ viderit patrẽ facientẽ: non.n. hoc ex forma serui dixit, sed ex forma Dei, sicut iã ostẽdimus: hæc aũt verba non indicant, ꝙ minor sit, sed ꝙ de patre sit: Ita non hinc efficitur, vt minor sit spiritussanctus, quia dictũ est de illo, Non enim loqueť à semetipso, sed quęcunque audiet, loquetur. Secundũ hoc enim

dictum

Marginal notes: Mat. 14. Ioan. 9. — L — Ioan. 5. — M — De primo modo. c. 2. — Ioan. 7. — Supra li. 1. c. 11. — Ioan. 5. — A — Ioan. 7. — Idem de spiritusancto. c. 3. — Phil. 2. — Ioan. 16. — Ioan. 7. — Ioan. 16. — Ioan. 15. — Ioan. 5. — B — Ioan. 16.

dictũ est, ꝙ de patre ꝓcedit. Cũ vero & filius de patre sit, & spũssanctus à patre procedat, cur nõ ambo filij dicãtur, nec ambo geniti, sed ille vnus filiꝰ vnigenitus, hic aũt spũs sanctus, nec filius, nec genitus, quia si genitus vtiq; filius, alio loco si Deus donauerit & quantũ donauerit differemus. Verũtñ hic euigilent, si possunt, ꝗ hoc etiã sibi suffragari putauerunt, quasi ad demõstrãdũ patrem filio esse maiorẽ, quia dixit filius, Pater clarifica me, & ecce spũssanctus clarificat eũ. Nũ ꝗd nã & ipse maior est filio? Porro aũt propterea spũssanctus clarificat filiũ, ꝗa de filij accipiet, & ideo de eius accipiet, quia oĩa q̃ habet pater ipsius sunt, manifestũ est, quia cũ spũssanctus glorificat filiũ, pater glorificat filiũ. Vnde cognoscitur ꝙ omnia quæ habet pater nõ tantũ filij sed etiã spiritussancti sunt quia potens est spiritussanctus glorificare filiũ quẽ glorificat pater. Quod si ille qui glorificat, eo quẽ glorificat maior est, sinant vt æquales sint ꝗ se inuicẽ glorificant. Scriptũ est aũt ꝙ & filius glorificat patrẽ. Ego te, inquit, glorificaui super terrã. Sane caueãt ne putetur spiritussanctus maior ambob. quia glorificat filiũ quem glorificat pater, ipsum aũt nec a patre nec a filio scriptum est glorificari. Sed in his conuicti, ad illud se conuertunt vt dicant, maior est qui mittit, quã qui mittitur. Proinde maior ẽ pater filio: quia filius a patre se missum assidue cõmemorat. Maior est & spũsancto, quia de illo dixit Iesus, Quẽ mittet pater in nomine meo. Et spiritussanctus vtroq; minor est, quia & pater eũ mittit, sicut cõmemorauimus. Et filius cũ dixit, Si aũt abiero mittã eũ ad vos. Qua in q̃stione primũ quæro, vnde & quomodo missus sit filius. Ego, inquit, a patre exiui, & veni in hunc mundum: ergo a patre exire & venire in hunc mundum hoc est mitti. Quod igitur est ꝙ de illo idẽ ipse Euãgelista dixit, In hoc mundo erat, & mũdus per eum factus, est, & mundus eũ non cognouit? Deinde cõiũgit, In sua propria venit. Illuc vtiq; missus est, quo venit. Ac si in hũc mundũ missus est, ꝗa exijt a patre & venit in hunc mundum, & in hoc mundo erat, Illuc ergo missus est vbi erat. Nam & illud quod scriptũ est in Propheta Deũ dicere, Cęlú & terrã ego impleo si de filio dictũ est, ipsum enim nonnulli volunt intelligi, uel prophetis uel in ꝓphetis

*nfra li. 5.c.25.*

*Personæ inuicem ũo se glorificent.*

*ap. 4. oan. 17. oan. 16.*

C

*oan. 17.*

*itti filius & spiritussanctus quõ icitur.*

*ap. 5. oan. 14. 1. sen. di. 15. ca. ne aũt mireris. Ioan. 16. Ioan. 1.*

D

*Hier. 23.*

locutum: quo missus est, nisi illuc ubi erat? Vbiq;. n. erat qui ait, Cęlum & terrã ego impleo. Si aũt de patre dictũ ẽ, ubi esse potuit sine uerbo suo. & sine sapientia sua, quæ protẽdit a fine usq; ad finẽ fortiter, & disponit oĩa suauiter? Sed neq; sine spiritusancto usq̃ esse potuit. Itaq; si ubiq; est Deus, ubiq; etiã est spũs eius. Illuc ergo & spiritussanctꝰ missus est ubi erat. Nã & ille qui nõ inuenit locũ quo iret a facie Dei & dicit, Si ascendero in cęlũ tu ibi es, si descendero in infernũ ades, ubiq; uolens intelligi præsentẽ Deũ, prius nominauit spiritũ eius. Nã sic ait, Quo abibo à spiritu tuo, & quo à facie tua fugiam? Quocirca si & filius & spiritussanctus illuc mittitĩ ubi erat, quærẽdũ est quomodo intelligatur ista missio, siue filij, siue spiritussancti. Pater enim solus nusquam legitur missus. Et de filio ꝗdẽ ita scribit Apostolus. Cũ aũt uenit plenitudo tẽporis misit Deus filiũ suũ, factum ex muliere, factũ sub lege, ut eos qui sub lege erant redimeret. Misit, inquit, filiũ suũ factũ ex muliere. Quo nomine quis catholicus nesciat, non eũ priuationẽ uirginitatis, sed differentiã sexus Hebræo loquendi more significare uoluisse? Cũ itaq; ait, Misit Deus filium suum factum ex muliere, satis ostendit eo ipso missum filium quo factus est ex muliere. Qđ ergo de Deo natus est, in hoc mundo erat. Quod aũt de Maria natꝰ est, in hunc mundum missus aduenit. Proinde mitti a patre sine spiritusancto nõ potuit: non solum quia intelligitur pater cũ eũ misit, idest, fecit ex fęmina, non vtiq; sine spiritu suo fecisse: uerumetiam ꝙ manifestissime atq; apertissime in Euãgelio dicitur virgini Marię quærenti ab angelo qũo fiet istud? spiritussanctus superueniet in te, & uirtus altissimi obumbrabit tibi, Et Matthæus dicit, Inuẽta est in utero habẽs de spiritusctõ. Quã quã & apud Esaiam Prophetã ipse Christus intelligitur de aduẽtu suo futuro dicere, Et nunc dominus misit me & spiritus eius. Fortasse aliquis cogat, ut dicamus etiam a seipso missum esse filiũ, quia ille Mariæ conceptus & partus operatio trinitatis est, qua creante omnia creantur. Et qũo iã, inꝗt, pater eũ misit si ipse se misit? Cui primũ respondeo quærens, ut dicat si potest quomõ pater eũ sanctificauit si se ipse sanctificauit. Vtrunq;. n. idem dñs ait, Quẽ pater, inquit, sanctificauit

&

*Sapien. 8*

E

*1. sen. di. 15. ca. ne autem mireris.*

*Ps. 138.*

*1. sen. di. 15. c. quocirca.*

*Galat. 4.*

*De gratia noui testamenti ad Honora. c. 2.*

*1. sen. di. 15. c. quocirca.*

*Lucæ 1.*

F

*Matt. 1.*

*Esa. 48.*

*1. sen. di. 15. ca. & quod à spiritusan.*

*1. sen. di. 15. c. qđ autem.*

*Ioan. 10.*

& misit in hunc mundum, vos dicitis, quia
Ioan. 17. blasphemat, qm̃ dixi filius Dei sum. Alio aũt
Rom. 8. loco ait, Et eis sanctifico meipsum. Itẽ quę-
3. sen. di. ro quomodo eum pater tradidit, se ipse se
20. cap. tradidit, Vtrunq; enim dicit Apostolus Pau-
Christus. lus, Qui filio, inquit, ꝓprio nõ pepercit, sed
Galat. 2. ꝓ nobis omnibus tradidit illum. Alibi aũt de
ipso saluatore ait, Qui me dilexit, & tradidit
seipsum pro me. Credo respondebit, si hæc
G probe sapit, quia vna volũtas est patris & fi-
lij, & inseparabilis operatio. Sic ergo intelli
gat illã incarnationẽ, & ex virgine natiuitatẽ
in qua filius intelligitur missus vna eadẽque
operatione patris & filij inseparabiliter esse
factã, non vtiq; inde saparato spiritusancto,
de quo aperte dicitur, Inuẽta est in vtero ha
Matt. 1. bẽs de spiritusancto. Nã etiam si ita quæra-
mus, enodatius fortassis qđ dicimus appare
Galat. 4. rebit, quõ misit Deus filiũ suũ. Iussit vt veni-
ret, atq; illi iubenti obtẽperãs venit, an roga
uit, an tantũmodo admonuit? Sed quodlibet
horũ sit, verbo vtiq; factũ est. Dei aũt verbũ,
1. sen. di. ipse est Dei filius. Quapropter cũ eũ pr̃ ver-
15. ca. qđ bo misit, à patre & verbo eius factum est vt
autem. mitteretur. Ergo à patre & filio missus ẽ idẽ
filius, quia verbũ patris est ipse filius. Quis. n.
se tã sacrilega induat opinione, vt putet tem
porale verbum à patre factum esse, vt æter-
nus filius mitteretur, & in carne appareret
ex tp̃e? Sed vtiq; in ipso Dei verbo ꝙ erat in
Ioan. 1. principio apud Deũ, & Deus erat, in ipsa. s.
sapiẽtia Dei sine tẽpore erat quo tẽpore illũ
in carne apparere oporteret: Itaq; cum sine
vllo initio temporis in principio esset ver-
bũ, & verbũ esset apud Deũ, & Deus esset ver
bum: quæ sine vllo tẽpore in ipso verbo erat
Galat. 4. quo tẽpore verbum caro fieret & habitaret
in nobis. Quæ plenitudo tẽporis cũ venisset,
misit Deus filius filiũ suũ, factũ ex muliere:
idest, factũ in tẽpore vt incarnatũ verbũ ho-
H minibus appareret, quod in ipso verbo sine
1. sen. di. tempore erat, in quo tempore fieret. Ordo
15. c. hic quippe temporũ in æterna Dei sapientia si-
quæritur ne tẽpore est. Cũ itaq; hoc à patre & filio fa
cur. ctũ esset, vt in carne filius appareret, cõgruẽ
ter dictus est missus ille q̃ in ea carne appar-
uit misisse aũt ille q̃ in ea non apparuit. Quo
niam illa quę corã corporeis oculis foris ge
rantur, ab interiore apparatu naturæ spiri-
talis existũt: propterea conuenienter missa
dicũtur. Forma porro illa suscepti hominis,

filij persona est, nõ etiã patris. Quapropter
pater inuisibilis vna cũ filio secũ inuisibili, 1. sen.
eundẽ filiũ visibilem faciendo, misisse eum 15. c.
dictus est: qui si eo modo visibilis fieret, vt autem
cum patre inuisibilis esse desisteret, idest, si
substantia inuisibilis verbi in creaturã visibi-
lẽ mutata & transiens verteretur ita missus à I
patre intelligeretur filius, vt tantũ missus nõ
etiã cũ patre mittẽs inueniretur. Cũ vero sic
accepta est forma serui, vt maneret incõmu-
tabilis forma Dei, manifestũ est, ꝙ à patre &
filio nõ apparentibus factũ sit quod appare-
ret in filio, idest, vt ab inuisibili patre cũ in-
uisibili filio, idẽ ipse filius visibilis mitteret. Ioan.
Cur ergo ait: Et à meipso non veni? Iam hoc 1. sen.
secundũ formã serui dictũ est, secundũ quã 15. c.
dictũ est. Ego non iudico quenquã. Si ergo ad hoc. Ioan.
missus dicitur inquantum apparuit foris in
creatura corporali, qui intus in natura spiri
tali oculis mortaliũ semper occultus est, iã 2. sen.
in promptu est intelligere etiã de spiritusan- 16. c.
cto cur missus & dicatur. Facta est enim quę prim.
dã creaturæ species ex tẽpore in qua visibili
ter ostenderetur spiritussanctus: siue cum in
ipsum dominũ corporali specie velut colũ Matt.
ba descendit: siue cum decẽ diebus peractis Act.
post eius ascensionẽ, die pentecostes factus
est subito de cęlo sonus quasi ferratur flatus
vehemens, & visæ sunt illis linguæ diuisæ tã
quã ignis, qui & insedit super vnumquenq;
eorũ. Hæc operatio visibiliter expressa, & o-
culis oblata mortalibus, missio spiritussan-
cti dicta est: nõ ita vt appareret eius ipsa sub
stantia, qua & ipse inuisibilis & incõmutabi
lis est, sicut pater & filius, sed vt exteriorib. vi
sis hominũ corda cõmota, à tp̃ali manife- Deus ve-
statione venientis, ad occultã æternitatẽ sem rie ...
per præsentis conuertẽtur. Ideo aũt nusquã mit cre-
scriptũ est quod Deus pater maior sit spũsan turã
cto, vel spũssanctus minor Deo patre, q̃a nõ 1. sen.
sic ẽ assumpta creatura, ĩ qua appareret spũs- 16. c.
sanctus, sicut assumptus est filius hominis, in prim.
qua forma ipsius verbi Dei persona præsen- K
taretur: non vt haberet verbum Dei sicut a-
lij sapiẽtes sancti, sed ꝓ participibus suis. Nõ
vtiq; ꝙ amplius habebat verbũ Dei vt esset
q̃ cęteri excellentiore sapientia, sed ꝙ ipsũ
verbũ erat. Aliud est enim verbũ in carne,
aliud verbũ caro, idest aliud est verbũ in ho
mine, aliud verbũ hõ. Caro. n. pro homine Ioan. 1.
posita est in eo qđ ait. Verbum caro factum Luca
est:

est: sicut & illud, Et videbit oīs caro pariter salutare Dei. Non.n. sine anima vel sine mente, sed ita oīs caro, ac si diceretur, omnis hō. Nō ergo sic est assumpta creatura, in qua apparuit spūssanctus, sicut assumpta est caro illa & humana illa forma ex virgine Maria. Neque.n. columbā beatificauit spiritus, vel illū flatum, vel illum ignem, sibique & personæ suæ in vnitatem habitumq; coniunxit in æternū. Haud vero mutabilis & conuertibilis est natura spiritussancti, vt non hæc ex creatura fierent, sed ipse in illud atq; illud mutabiliter verteretur, sicut aqua in glaciē. Sed apparuerūt ista sicut opportune apparere debuerūt, creatura seruiente creatori, & ad nutū eius incōmutabiliter in seipso permanētis, ad eū significandū & demonstrandū, sicut & significari & demōstrari mortalib. oportebat, mutata atq; conuersa. Proinde quanq̃ illa columba spūs dicta sit, & de illo igne cū diceret. Visæ sunt illis, inqt, linguæ diuisæ velut ignis qui & insedit super vnūquenq; eorū, & cœperunt loqui linguis quēadmodū spiritus dabat eis pronunciare, vt ostenderet per illū ignē spm̄ demonstratū, sicut per colūbam, non tñ ita possumus dicere spm̄ sanctū, & Deū & columbā, aut & Deū & ignem, sicut dicimus filiū & Deū & hominē: nec sicut dicimus filium agnum Dei, non solū Ioanne Baptista dicente, Ecce agnus Dei, sed ēt Ioanne Euangelista vidente agnū occisum in Apocalypsi. Illa quippe visio Prophetica non est exhibita oculis corporeis per formas corporeas, sed in spiritu per spiritales imagines corporū. Columbā vero illā & ignem oculis viderunt, quicunq; viderunt: quanquā de igne disceptari pōt vtrū oculis, an spiritu visus sit, pp verba sic posita: Non.n. ait, Viderunt linguas diuisas velut ignē, sed visæ sunt eis. Nō aūt sub eadem significatione solemus dicere visum est mihi, qua dicimus, vidi. Et in illis quidē spiritalibus visis imaginū corporaliū solet dici, & visū est mihi, & vidi. In istis vero, quæ per expressam corporalem speciem oculis demonstrantur non solet dici, visum est mihi, sed vidi. De illo ergo igne pōt esse quæstio, qūo visus sit, vtrum intus in spiritu tanquā foris, an vere foris corā oculis carnis. De illa vero colūba quæ dicta est corporali specie descendisse, nullus vnquā dubitauit, ꝙ oculis visa sit. Nec sicut dicimus filiū petram, scriptum est.n. Petra erat Christus, ita possumus dicere, spiritū columbam vel ignē. Illa.n. petra iam erat in creatura, & per actionis modū nuncupata est nomine Christi quē significabat, sicut lapis ille quem Iacob posuit ad caput, ēt vnctionem ad significandū dñm assumpsit, Sicut Isaac Christus erat, cū ad se immolandū ligna portabat. Accessit istis actio quædā significatiua iam existentibus: non aūt sicut illa columba & ignis ad hæc tantūmodo significanda repente extiterunt. Magis ista similia mihi videntur flammæ illi q̃ in rubo apparuit Moysi, & illi colūnæ q̃ populus in eremo sequebatur, & fulguribus & tonitruis quæ fiebant cū lex daretur in monte. Ad hoc.n. corporalis rerū illarum extitit species, vt aliquid significaret atque præteriret. Propter has ergo corporales formas, q̃ ad eū significādum, sicut humanis sensibus oportebat demonstrandū temporaliter extiterunt, missus dr̄ etiam spiritussanctus: non tñ minor patre dictus est, sicut filius propter formam serui: quia illa forma serui inhæsit ad vnitatem personæ: illæ vero corporales species ad demōstrandū ꝙ opus fuit ad tempus apparuerunt, & esse postea destiterunt. Cur ergo non & pater dicitur missus per illas species corporales, ignem rubi, & columnam nubis vel ignis, & fulgura in monte, & si qua talia tunc apparuerunt, cum eū coram patribus locutum, teste scriptura didicimus, si per illos creaturę modos & formas corporaliter expressas, & humanis aspectibus præsentatas ipse demōstrabatur? Si aūt filius per ea demonstrabatur, cur tanto post dicitur missus, cū ex fœmina factus est? sicut Apostolus dicit, Cum autem venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum factū ex muliere: q̄nquidem & antea mittebatur, cum per illas creaturæ mutabiles formas patribus apparebat. Aut si non recte posset dici missus, nisi cum verbum caro factum est, cur missus dicitur spiritussanctus, cuius nulla talis incorporatio facta est? Si vero per illa visibilia quæ in lege & Prophetis commēdantur, nec pater, nec filius, nec spiritussanctus ostendebatur, cur etiam ipse nunc dicitur missus, cum illis modis & antea mitteretur? In huius perplexitate quæstionis, adiuuāte dño primū quærendū est, vtrum pater, an filius, an spiritussanctus: an aliquando pater, aliquan-

Margin notes: I. L. K. M. — 1. Co. 10. Gen. 26. Gen. 28. A. Exod. 3. Exod. 13. Exod. 39. Dubitatio de apparitionibus diuinis. c. 7. Exod. 3. Exod. 19. Gal. 4. Ioan. 1. B.

aliquando filius, aliquñ spiritussanctus, an si-
*Infra. Cap. 18.* ne vlla distinctione personarū, sicut dr̄ Deus
meus & solus. i. ipsa Trinitas ꝑ illas creatu-
ræ formas patribus apparuerit. Deinde quod
libet horū inuentū visumve fuerit, vtrum ad
hoc opus tantúmodo creatura firmata sit, in
*1. sen. di. 8. cap. sed vbi.* qua Deus sicut tunc oportuisse ipse iudica-
uit, humanis ostēderet aspectibus: an angeli
qui iam antea erãt ita mittebant, vt ex perso
*Infra lib. 3. cap. 1.* na Dei loquerentur, assumentes corporalē
speciē de creatura corporea, in vsum mini-
sterij sui, sicut cuiq; opus esset aut ipsum cor
pus suū cui nō subdūtur, sed subditū regunt,
C in species quas vellent accōmodatas atque
aptas actionibus suis mutantes atque uer-
tentes secundum attributam sibi à creatore
*3. de trinitate. c. 1.* potentiã. Postremo videbimus id quod quæ
*Matt. 3.* rere institueramus vtrū filius, & spiritussan-
*Acto. 2.* ctus, & antea mittebant. Et si mittebantur,
*Tota trinitas inuisibilis. cap. 8.* q̄d inter illã missionē, & eã quã in Euange-
lio legimus distet; an sit missus aliquis eorū
nisi cū vel filius factus esset ex Maria virgi-
ne vel cū spiritussanctus visibili specie, siue
*Sapien. 7* in columba, siue in igneis linguis apparuit.
Omittamus igit̄ eos qui nimis carnaliter na
turã verbi Dei atq; sapientiã quæ in seipsa
manens innouat omnia, quã vnicum Dei fi-
liū dicimus, nō solū mutabilem, verumetiã
visibilē esse putauerūt. Hi enim multū craf-
sum cor diuinis rebus inquirēdis audacius
*Ioan. 1.* q̃ religiosius attulerūt. Anima quippe cū sit
substantia spiritalis, cūq; ēt ipsa facta sit, nec
ꝑ aliū potuerit fieri, nisi ꝑ quē facta sunt om
nia & sine quo factum est nihil, quamuis sit
mutabilis, nō est tñ visibilis: quod illi de ver-
bo ipso atq; ipsa sapientia Dei, per quã fa-
cta est anima, crediderunt, cum in illa nō in
uisibilis tantū quod & anima est, sed ēt incō
D mutabilis quod anima non est. Eadē quippe
incommutabilitas eius cūmemorata est, vt
diceretur, in seipsa manens innouat omnia.
*Sapien. 7* Et isti quidē ruinã erroris sui diuinarū scri-
pturarū testimonijs quasi fulcire conantes,
adhibent Pauli Apostoli sententiã, & quod
dictū est de vno solo Deo, in quo ipsa Trini
*1. Tim. 1* tas intelligitur, tantū de patre, non & de filio
& de spiritusancto dictū accipiunt. Regi aūt
seculorū immortali, inuisibili soli Deo ho-
nor & gloria in secula seculorū. Et illud alte
*1. Tim. 2* rū. Beatus & solus potēs rex regū, & domi-
nus dominantiū, qui solus habet immorta-

litatem & lucem habitat inaccessibilē, quē
nemo hominum vidit, nec videre pōt. Hæc
quemadmodū intelligēda sint, iam satis nos
disseruisse arbitror. Verum illi qui ista nō de *Contra eos qui credebãt solũ patrē immortalem & inuisibilem. cap. 9.*
filio nec de spiritusancto, sed tantū de parte
accipi volunt dicunt visibilē filium, non per
carnē de uirgine assumptã, sed etiã antea per
seipsum. Nã ipse, inquiunt, apparuit oculis
patrū. Quibus si dixeris: Q̄uo ergo uisibilis ꝑ
seipsum filius, ita & mortalis ꝑ seipsum fi-
lius, ut constet nobis quod tãtūmodo de pa- *1. Tim.*
tre uultis intelligi, quod dictū est: Qui solus
habet immortalitatē, nam si ꝓꝑ carnē susce-
ptã mortalis est filius, propter hanc finite vt
sit & uisibilis. R̄ndent, nec propter hãc mor E
talē se filium dicere: sed sicut & ante uisibilē
ita & ante mortalē. Nã si ꝓꝑ carnē filium di
cunt esse mortalē, iam non pater sine filio so
lus habet immortalitatē quia & uerbū eius,
ꝑ quod facta sunt omnia, habet immortalita
tē. Neque. n. quia carnē assumpsit mortalem
ideo amisit immortalitatē suã. Quãdoqui-
dē nec animæ humanæ hoc accidere potuit
ut cum corpore moreretur, dicēte ipso dño:
Nolite timere eos qui corpus occidunt, ani *Matt.*
mam aūt nō possunt occidere. Aut uero etiã
spūssanctus carnē assumpsit: de quo vtiq; si-
ne dubio turbabuntur, si propter carnē mor
talis est filius q̄uo accipiant patrem tantum-
modo sine filio & sine spiritusancto habere
immortalitatē, quandoquidē spiritussanctus
non assumpsit carnē. Qui si nō habet immor
talitatē, nō ergo propter carnē mortalis est
filius. Si aūt habet spiritussanctus immortali
tatē, nō de patre tantūmodo dictū est, Qui
solus habet immortalitatē. Quo circa ita se *1. Tim. 6*
arbitrãtur & ante incarnationē per seipsum
mortalē filiū posse conuincere, quia ipsa mu
tabilitas nō incōuenienter mortalitas dicit̄,
scd̄m quã & anima dicitur mori: nō quia in F
corpus, uel in aliquã alterã substantiã muta-
tur & uertitur, sed in ipsa sua substãtia quic
quid alio modo nunc est aut fuit secūdū id
quod destitit esse quod erat, mortale depre-
hendit̄. Quia itaq;, inquiūt, antequam natus
esset filius Dei de uirgine Maria, ipse appa-
ruit patribus nostris, nō in una eademq; spe
cie, sed multiformiter, aliter atq; aliter: & ui
sibilis est per seipsum, quia nondū carne as-
sumpta substãtia eius cōspicua mortalibus
oculis fuit, & mortalis inquantū mutabilis.

Ita

Ita & spiritussanctus qui aliàs colũba, aliàs ignis apparuit. Vnde non Trinitati aiunt, sed singulariter & proprie patri tñ modo couenit quod dictum est: Immortali inuisibili soli Deo, & qui solus habet immortalitatẽ, & lucem inhabitat inaccessibilem, quem nemo hoĩum vidit, nec videre põt. Omissis ergo istis, qui nec aĩæ substantiã inuisibilem nosse potuerũt, vnde longe remotũ ab eis erat vt nossent vnius & solius Dei, i. patris & filij & spũssancti, non solũ inuisibilẽ, verũ & incõmutabilem ꝑmanere substãtiam, ac per hoc in vera & syncera immortalitate consistere, nos qui nunq̃ apparuisse corporeis oculis Deum nec patrem, nec filiũ, nec spm̃sanctũ dicimus, nisi per subiectam suæ ptãti corpoream creaturã, in pace catholica pacifico studio requiramus, parati corrigi si fraterne ac recte reprehendimur, parati etiam si ab inimico, vera tñ dicente, mordemur vtrum indiscrete Deꝰ apparuerit patrib. nostris anteq̃ Christus venerit in carne, an aliqua ex trinitate persona an sigillatim quasi per vices. Ac primum in eo qđ scriptum est in Genesi, locutum Deum cũ hoĩes quem de limo finxerat, si excepta figurata significatione: vt rei gestę fides ẽt ad literã teneat, ista tractamus, in specie hominis vr̃ Deus cum hoĩe tunc locutus. Non q̃dem expresse hoc in libro positũ est, sed circunstantia locutionis id resonat, maxime in illo qđ scriptũ est, vocẽ Dei audiuisse Adã deambulantis in paradiso ad vesperã & abscondisse se in medio ligni quod erat in paradiso, deoq; dicẽti: Adã vbi es rñdisse: Audiui vocẽ tuam & abscondi me a facie tua, qm̃ nudus sum. Qũo. n. posiit ad literã ĩtelligi talis Dei ambulatio & collocutio, nisi in specie humana, non video. Neque. n. dici põt vocem solam factam vbi deambulasse dictus est Deus, aut eum qui deambulabat in loco non fuisse visibilem, cum & Adã dicat ꝙ abscõderit se à facie Dei. Quis ergo erat ille, vtrũ pr̃, an filius, an spũssanctus? An oĩno Deus indiscrete ipsa trinitas, in forma hoĩs homini loquebať? Contextio q̃dem ipsa scripturæ nusquam transire sentiť à ꝑsona ad personam, sed ille vr̃ loqui ad primũ hominem qui dixit. Fiat lux, & fiat firmamentũ, & cætera per illos singulos dies, quẽ Deũ patrem solemus accipere, dicentẽ vt fiat q̃cquid facere voluit. Omnia. n. per verbũ suũ fecit, quod verbum eius vnicum filium eius ſm rectam fidei regulam nouimus. Si ergo Deus pr̃ locutus est ad primũ hoĩem, & ipse deambulabat in paradiso ad vesperam, & ab eius facie se in medio ligni paradisi peccator absconderat, cur non iam ipse intelligať apparuisse Abrahæ & Moysi, & q̃b. voluit, & quemadmodum voluit per subiectã sibi cõmutabilem atq; visibilem creaturam, cũ ipse in seipso atq; in substantia sua qua est incõmutabilis atq; inuisibilis maneat? Sed fieri potuit vt à persona ad ꝑsonam occulte scriptura transiret, & cum patrem dixisse narrasset: Fiat lux, & cætera quæ ꝑ verbum fecisse cõmemoratur, iam per filium indicaret loqui ad primũ hoĩem, non aperte explicans hoc, sed eis qui possent intelligendum intimans. Quis ergo habet vires, q̃b. hoc secretum possit mentis acie penetrare, vt ei liquido appareat, vel posse etiam patrem, vel non posse nisi filium, vel etiam spiritumsanctum, per creaturam visibilem humanis oculis apparere, pergat in hæc scrutanda, si potest, etiã verbis enuncianda atq; tractanda. Res tñ quantum ad scripturæ testimoniũ attinet, vbi Deꝰ cum homine locutus est, quantum existimo occulta est. Quia etiam vtrum soleret Adam corporeis oculis Deũ videre, non euidenter apparet, cum præsertim magna sit quæstio, cuiusmodi oculi eis aperti fuerint, qñ vetitũ cibum gustauerũt. Hi enim antequam gustassent clausi erant. Illud tamen non temere dixerim, si paradisum corporalem quendam locum illa scriptura ĩsinuat, deambulare ibi Deũ nisi aliqua corporea forma, nullo modo potuisse. Nam & solas voces factas quas audiret homo, nec aliquam formã videret, dici potest, nec quia scriptum est, Abscondit se Adam à facie Dei, continuo sequitur vt soleret faciem eius videre. Quid si eum nõ quidem videre ipse poterat, sed videri ipse metuebat ab eo cuius vocem audierat, & deambulantis præsentiam senserat? Nam & Cain dixit Deo, A facie tua abscõdã me, nec ideo fateri cogimur, eum solere cernere faciem Dei corporeis oculis, in qualibet forma visibili, quamuis de facinore suo vocem interrogantis secũq; loquentis audisset. Cuiusmodi autem loquela tunc Deus exteriorib. hominum auribus insonaret, maxime ad primum hominem loquens, & inuenire difficile est,

& non hoc isto sermone suscepimus. Verū-
tñ si solæ voces & sonitus fiebant quib. quæ-
dam sensibilis præsentia Dei primis illis ho-
minib. prçberet, cur ibi personam Dei patris
*Mat.17.* non intelligam, nescio, qñquidē eius perso-
na ostendit, & in ea voce, cum Iesus in mon
*Mat. 3.* te coram trib. discipulis præfulgēs apparuit,
& in illa, vbi sup baptizatum colūba descen
dit, & in illa vbi ad p̄rem de sua clarificatio
ne, clamauit, eiq; rñsum est, Et clarificaui &
*Ioan. 12.* iterum clarificabo. Non qa fieri potuit vox
sine opere filij & spūssancti (Trinitas quippe
inseparabiliter operat) sed quia ea vox facta
M est, quæ solius personam patris ostendere, si-
cut humanam illam formam ex virgine Ma
ria trinitas operata est, sed solius filij persona
est. Visibilem nanq; solius filij personā, inui
*Gene. 3.* sibilis Trinitas operata est. Nec nos aliqd p-
hibet, illas voces factas ad Adā, non solum à
Trinitate factas intelligere, sed ēt personam
demonstrantes eiusdem Trinitatis accipere.
Ibi enim cogimur, non nisi patris accipere,
vbi dictum est, Hic est filius meus dilectus.
*Mat.3.* Neque. n. Iesus etiam spūssancti filius, aut ēt
suus filius credi aut intelligi potest, & vbi so
nuit, Et clarificaui & iterum clarificabo, nō
*Ioan. 12.* nisi patris p̄sonam fatemur. Rñsio qppe est
*Ioan. 17.* ad illam dñi vocem qua dixerat, P̄r clarifica
filium tuū, quod non potuit dicere nisi Deo
patri tm̄, non & spūisancto, cuius non est fi-
lius. Hic aūt vbi scriptū est, Et dixit dñs Deus
ad Adā, cur non ipsa Trinitas intelligat, ni-
*Gene. 3.* hil dici pōt. Similiter ēt quod scriptū est, Et
*Gen. 12.* dixit dñs ad Abrahā. Exi de terra tua: & de co
gnatione tua, & de domo patris tui, non est
apertū, vtrū sola vox facta sit ad aures Abra-
hæ, an & aliqd oculis eius apparuerit. Paulo
post aūt aliquāto apertius dictum est. Et visus
est dñs Abrahæ & dixit illi, Semini tuo dabo
terram hāc. Sed nec ibi expressum est, in qua
A specie visus sit ei dñs, aut vtrum p̄r, an filius
an spūssanctus ei visus sit. Nisi forte putant iō
filium visum esse Abrahæ, qa non scriptum
est, visus est ei Deus sed visus est ei dñs Tan-
quam. n. proprie vr̄ filius dñs vocari dicente
*1. Cor. 1.* Apostolo, Nam & si sunt qui dicant dij, siue
in cœlo siue in terra sicuti sunt dij multi &
dñi multi nobis tñ vn⁹ Deus p̄r, ex quo oīa,
& nos in ipso, & vnus dñs Iesus Christus, p
quem oīa, & nos per ipsum. Sed & cū Deus
p̄r multis locis inueniat dictus dñs, sicuti est
illud Dominus dixit ad me filius meus es tu, *Psal. 2.*
ego hodie genui te, & illud, Dixit dñs dño *Ps. 109*
meo, sede à dextris meis: Cum etiam spūssan
ctus dñs dictus inueniatur: vbi Apostolus ait:
Dominus autē spūs est. Et ne qsquam arbitra *1. Cor.*
ret filium significatum, & iō dictum spiritū
pp incorpoream substantiam, secutus atte-
xuit, Vbi autem spiritus dñi, ibi libertas. Spi-
ritum autem domini nemo esse dubitauerit
spiritumsanctum. Neque hic ergo euidenter
appareret, vtrum aliqua ex Trinitate p̄sona,
an Deus ipsa trinitas, de quo vno Deo dictū
est, Dominum Deum tuum adorabis, & illi
soli seruies, visus fuerit Abrahç. Sub ilice aūt B
Mambræ, tres viros vidit, quibus & inuita- *Deut.*
tis hospitioque susceptis & epulantib. mini- *Gen. 18*
strauit. Sic tamen scriptura illam rem gestam
narrare cœpit, vt non dicat visi sunt ei tres
viri, sed visus est ei dominus. Atq; inde con-
sequenter exponens, quomodo ei sit visus
dominus, contexit narrationem de tribus vi
ris, quos Abraham per pluralem numerum
inuitat, vt hospitio suscipiat, & postea singu
lariter sicut vnum alloquitur. Et sicut vnus
ei de Sara filium pollicetur, quem dominum
dicit scriptura, sicut in eiusdem narrationis
exordio, Visus est, inquit, domin⁹ Abrahæ,
Inuitat ergo & pedes lauat, & deducit abeun
tes tanquam homines, loquitur aūt tanquam
cum domino Deo, siue cum ei promittitur
filius, siue cum ei Sodomæ imminens interi-
tus iudicatur. Non paruam neque transito- *De vi*
riam cōsiderationem postulat iste scripturæ *visione*
locus. Si enim vir vnus illi visus fuisset, iam *Cap. 11*
illi qui dicunt & priusquam de virgine na-
sceret per suam substantiā visibilem filiū, qd
aliud q̄ ipsum esse clamarēt, qm̄ de patre, in
quirunt, dictum est, Inuisibili soli Deo? Et tñ *1. Ti.*
possem adhuc quærere, quomodo ante su- C
sceptam carnem, habitu est inuentus vt hō,
qñquidē ei pedes loti sūt, & humanis epulis
epulatus est. Quomodo istud fieri poterat, *Phili.*
cū adhuc in forma Dei esset non rapinā arbi
tratus esse æqualis Deo? Nunquid enim iam
semetipsum exinanierat, formam serui ac-
cipiens, in similitudine hominum factus, &
habitu inuentus vt homo? quum hoc quan-
do fecerit per partum virginis nouerimus,
Quomodo igitur antequam hoc fecisset, *Gen.*
vt vir vnus apparuit Abrahæ, an illa for-
ma vera non erat? Possem ista quærere, si vir

vnus

vnus apparuisset Abrahæ idemq; Dei filius crederetur. Cum vero tres viri visi sunt, nec qsquam in eis vel forma vel ætate vel ptāte maior cæteris dictus est, cur nō hic accipiamus visibiliter insinuatā p creaturā visibilē Trinitatis æqualitatē, atq; in trib. psonis vnā eandemq; substantiā? Nā ne quisquā putaret sic intimatum vnū in trib. fuisse maiorem, & eū dnm Dei filium intelligendum, duos aūt alios angelos eius, qa cum tres visi sint, vni dño illic loquit Abraham, sancta scriptura futuris talib. cogitationib. atque opinionib.
Gen. 19. cōtradicēdo nō ptermisit occurrere, qn̄ pau
Gen. 18. lopost duos angelos dicit venisse ad Loth, in qb. & ille vir iustus qui de Sodomorū incendio meruit liberari, ad vnum dn̄m loqui tur. Sic.n. scriptura sequit dicens. Abiit autē dn̄s postquam cessauit loqui ad Abraham, & Abraham reuersus est ad locum suum. Venerunt aūt duo angeli in Sodomis vespere. Hic attentius considerandum est, quod ostēdere institui. Cum trib. certe loquebat Abra-

*Visio Loth excutitur. Cap. 12.* D

Gen. 19. dere institui.
Gen. 18. ham, & eū dn̄m singulariter appellauit. Forte, iquiet aliqs, vnū ex trib. agnoscebat dn̄m, alios aūt duos angelos eius. Quid sibi ergo vult, quod cōsequenter dicit scriptura Abiit aūt dn̄s postquam cessauit loquens ad Abraham, & Abraham reuersus est ad locum suū.
Ibidem. Venerunt aūt duo angeli in Sodomis vespe-
Gen. 19. re. An forte ille vnus abscesserat, quia dominus agnoscebatur in trib. & duos angelos q cum illo venerant ad consumendā Sodomā miserat? Ergo sequētia videamus. Venerunt, inquit, duo angeli in Sodomis vespere, Loth aūt sedebat ad portā Sodomorū. Et cum vidisset eos Loth surrexit in obuiā illis, & adorauit in faciem super terram, & dixit. Ecce dn̄i, diuertite in domum pueri vestri. Hic manifestum est, & duos angelos fuisse, & in hospitium pluraliter inuitatos, & honorifice appellatos dominos, cum fortasse homines pu-
E tarentur. Sed rursum mouet, quia nisi angeli Dei cognoscerentur, non adoraret Loth in faciem super terram. Cur ergo tanquam tali humanitate indigentibus, & hospitium præbetur, & victus? Sed quodlibet hic lateat, illud nūc quod suscepimus exequamur. Duo apparent, angeli ambo dicuntur, pluraliter inuitantur. Tāquam cum duob. pluraliter loquitur, donec exeatur à Sodomis. Deinde sequit scriptura & dicit, Et factum est postquā eduxit eos foras, dixerūt, Saluans salua aīam tuam ne respexeris retro, neque stes in hac vniuersa regione. In montem vade, & ibi saluaberis, ne forte comprehendaris. Dixit aūt Loth ad eos, Rogo domine quoniam inuenit puer tuus ante te misericordiā &c. Quid est hoc qđ dixit ad eos, Rogo dn̄e, si iam ille discesserat qui dn̄s erat, & angelos miserat, Cur dicitur, Rogo domine, & non rogo domini? Aut si vnū ex eis voluit appellare, cur ait scriptura, Dixit autem Loth ad eos, Rogo domine, quoniam inuenit puer tuus ante te misericordiā? An & hic intelligimus in plurali numero duas personas? Cum autem iidē duo tanquam vnus compellantur, vnius substantiæ vnum dominū Deum. Sed quas duas personas hic intelligimus? An patris & filij, an patris & spiritussancti, an filij & spiritus- F
sancti? Hoc forte congruentius quod vltimū dixi. Missos enim se dixerunt, quod de filio & de spiritusancto dicimus. Nam patrem missum nusquam scripturarum nobis notitia occurrit. Moyses autem quando ad popu *Visio in*
lum Israel ex Aegypto educendum missus *rubo.*
est, sic ei dominum apparuisse scriptū est, Pa *Cap. 13.*
scebat, inquit, oues Ietro soceri sui sacerdo- Exod. 4.
tis Madian, & egit oues in desertum, & venit in montem Dei Oreb. Apparuit autem illi angelus domini in flamma ignis de rubo, Et vidit quia in rubo ignis arderet, rubus vero non comburebatur, & ait Moyses, Ibo & videbo visum istud, quod tam magnum vidi, quoniam non comburitur rubus. Cum ergo vidit dominus quia venit videre, clamauit ad eum dominus de rubo dicens, Ego sum Deus patris tui, Deus Abrahā, & Deus Isaac, & Deus Iacob. Et hic primo angelus domini dictus est, deinde Deus. Nunquid ergo angelus est Deus Abraham, & Deus Isaac & Deus Iacob? Potest ergo recte intelligi ipse saluator, de quo dicit Apostolus, Quorum
patres, & ex quibus Christus secundum car- Rom. 9.
nem, qui est super omnia Deus benedictus
in secula. Qui ergo super omnia est Deus be- G
nedictus in secula, non absurde etiam hic ipse intelligitur Deus Abrahā, & Deus Isaac, & Deus Iacob. Sed cur prius angelus domini dictus est, cum de rubo in flamma ignis apparuit, vtrum quia vnus ex multis angelis erat, sed per dispensationem personam dn̄i sui gerebat, an assumptum erat aliquid crea-

turæ, quod ad præsens negocium visibiliter appareret & inde voces sensibiliter æderentur, q.b. præsentia dñi per subiectã creaturam corporeis ẽt sensib. hoĩs sicut oportebat exhiberet? Si. n. vnus ex angelis erat, q̃s facile affirmare posſit, vtrũ ei filij pſona nuncianda imposita fuerit, an spũssancti, an Dei patris, an ipsius oĩno Trinitatis, quæ est vnus & solus Deus, vt diceret, Ego sum Deus Abrahã,
H Deus Isaac, & Deus Iacob? Neque. n. possumus dicere Deũ Abrahã, & Deũ Isaac, & Deũ Iacob filium Dei esse, & patrem nõ esse, aut ipm̃ sanctum, aut ipsam trinitatẽ q̃ credimus & intelligimus vnũ Deũ, audebit aliq̃s negare Deũ Abraham, & Deũ Isaac, & Deum Iacob. Ille. n. non est illorũ patrũ Deus qui nõ est Deus. Porrò si nõ solũ pr̃ Deus est, sicut ẽt oẽs hęretici concedũt, sed ẽt filius, quod velint nolint cogunt fateri, dicenti Apostolo, Qui est sup̃ omnia Deus benedictus in secula, & spũssanctus dicente Apostolo, Clarificate ergo Deum in corpore vestro, cũ supra diceret, Nescitis q̃m corpora vestra templum in vobis est spũssancti, quẽ habetis à Deo, & hi tres vnus Deus, sicut catholica sanitas credit, non satis elucet q̃ in Trinitatẽ personã, & vtrũ aliq̃, an ipsius Trinitatis gerebat ille angelus, si vnus ex cæteris angelis erat. Si aũt in vsum rei præsentis assumpta creatura est, q̃ & in humanis oculis appareret, & aurib. insonaret, & appellaret angelus dñi, & dñs & Deus, non põt hic Deus pater intelligi, sed aut filius, aut spũssanctus, q̃quam spiritumsanctum alicubi angelũ dictum non recolã, sed ex opere posſit intelligi. Dictum. n. de illo est, Quæ ventura sunt annunciabat vobis. Et vtiq; angelus Græcæ, Latine nuncius interpretat. De dño autem Iesu Christo euidentissime legimus apud Prophetam, q magni cõ filij angelus dictus sit, cum & spũssanctus & Dei filius sit Deus & dñs angelorum. Item in exitu filiorũ Israel de Aegypto scriptum est,
I Deus aũt præibat illos die quidem in columna nubis. & ostendebat illi viam, nocte autẽ in columna ignis & non deficiebat columna nubis die & columna ignis nocte ante populum. Quis & hic dubitet per subiectã creaturam eandemq; corpoream, non per suam substantiam Deũ apparuisse mortalium, sed vtrum patrem, an filium, an spm̃sanctum, an ipsam Trinitatem vnum Deũ similiter nõ apparet. Nec ibi distinguitur quãtum existimo vbi scriptum est, Et maiestas dñi apparuit in nube, & locutus est dñs ad Moysen dicens, Exaudiui murmur filiorum Israel &c. Iã vero de nubib. & vocib. & fulgurib. & tuba & fumo in monte Sina cum diceret, Sina autẽ mons fumabat totus, p̃pea q discẽdisset Deˢ in igne in eũ, & ascendebat fumus tanquam fumus fornacis, & mente confusus est omnis
K populus vehementer, fiebant autem voces tubæ prodeũtes fortiter valde: Moyses loquebatur, & Deus rñdebat ei voce. Et paulopost data lege in decem præceptis, consequenter dr̃. Et omnis populus videbat voces & lampades & voces tubæ & montem fumantem. Et paulo post, Et stabat, inquit, omnis populus à longe, Moyses aũt intrauit in nebulam vbi erat Deus, & dixit dñs ad Moysen &c. Quid hinc dicã, nisi q nemo tam vecors est: qui credat fumũ, ignẽ, nubes & nebulã, & si qua sunt hmõi, verbi vel sapientię Dei quod est Christus, vel spiritussancti esse substãtiã? Nam de patre Deo: nec Arriani hoc vnquam ausi sunt dicere. Ergo creatura seruiente creatori facta sunt illa omnia, & humanis sensib. pro dispensatione congrua præsentata, nisi forte, quia dictum est, Moyses aũt intrauit in nebulam vbi erat Deus, hoc arbitrabatur carnalis cogitatio, à populo quidem nebulam visam, intra nebulã vero Moysen oculis carneis vidisse filium Dei quem delirantes hęretici in sua substantia visum volunt. Sane viderit eum Moyses oculis carneis, si oculis carneis potest videri, non modo sapientia Dei quod est Christus, sed vel ipsa cuiuslibet hominis & qualiscunque sapientis. Aut q̃a scriptum est de senioribus Israel, quia viderunt locum vbi steterat Deus Israel, & quia sub pedibus eius tanquam opus lapidis saphiri tanquã aspectus firmamenti cœli propterea credendum est verbũ & sapientiam Dei per suã substãtiam in spatio loci terreni stetisse,
L quę pertendit à fine vsq; ad finẽ fortiter, & disponit oĩa suauiter, & ita esse mutabile verbum Dei, per quod facta sunt omnia, vt modo se contrahat, modo distendat. Mũdet dñs à talibus cogitationibus corda fidelium suorum, sed per subiectã, vt sæpe diximus, creaturam exhibentur hæc omnia visibilia & sensibilia, ad significandum inuisibilem atque intelligibilem Deum non solum patrem, sed

Marginal notes: Exo. 3. Rom. 9. 2. Cor. 6. Ioan. 16. Esa. 9. Visio in columna ignis. Cap. 14. Exod. 13. Exod. 16. Visio … Sina. Cap. 19. Exod. 19. Exod. 19. Exod. 19. Exod. 24. Sapien. 8. Ioan. 1.

Rom. 11. & filium,& spũsanctum, ex quo oĩa, per
Rom. 1. quem oĩa,in quo oĩa, quãuis inuisibilia Dei
à creatura mundi per ea quæ facta sunt itel-
Exod. 19. lecta cõspiciant,sempiterna quoq; virtus eiꝰ
ac diuinitas. Sed qđ attinet ad id qđ nũc su-
scepimus, nec in monte Sina video quemad
modum appareat per illa oĩa quæ mortaliũ
sensib. terribiliter ostendebanť, vtrũ Deus tri
nitas,an pr̃,an filius, an spũssanctus proprie
K Exod. 31. loquebať. Veruntñ si qd hinc sine affirmãdi
Luc. 11. temeritate modeste atq; cunctanter cõiecta-
re conceditur,si vna ex trinitate persona põt
intelligi,cur non spũsanctum potius intelli
M gimus,qñ & tabulis lapideis lex ipsa quæ ibi
data est,digito Dei scripta esse dr̃, quo noĩe
spũsanctum in Euangelio significari noui-
mus? Et quinquaginta dies numerãtur ob oc
cisione agni & celebratione Paschæ vsq; ad
diem quo hæc fieri cœpta sunt in monte Si-
na:Sicut post dñi passionem,ab eius resurre-
Acto. 2. Exod. 19. ctione quinquaginta dies numeranť,& venit
promissus à filio Dei spũssanctus. Et in ipso
eius aduentu quẽ in Apostolorum actib. le-
gimus, per diuisionem linguarũ ignis appa-
ruit,qui & insedit super vnumquẽque eorũ.
Quod Exodo congruit,vbi scriptũ est, Sina
aũt mons fumabat totus, ꝓpea ꝙ descendit
in eũ Deus in igne. & aliquanto post, Aspe-
ctus,inquit,maiestatis dñi, tanq̃ ignis ardens
suꝑ verticẽ montis coram filiis Israel. Aut si
hæc iõ facta sunt,quia nec pr̃,nec filius illic
eo modo præsentari poterãt sine spũsancto,
quo ipsam legẽ scribi oportebat,Deum qdẽ
non per substãtiam suã quę inuisibilis & in-
cõmutabilis manet,sed per illã spẽm creatu
ræ illic apparuisse cognoscimus, sed aliq̃ ex
Moyses nõ uidet Deũ. trinitate ꝑsonam signo quodã proprio, q̃tũ
ad Dei capacitatẽ sensus pertinet, non vide-
Cap. 16. mus. Est ẽt quo moueri pleriq; solent, quia
A ita scriptum est,Et locutus est dñs ad Moysẽ
facie ad faciem,sicut quis loquiť ad amicum
suum,cum paulo post dicat idem Moyses,Si
ergo inueni gratiam ante te ostende mihi te-
L metipsum manifeste, vt videam te vt sim in-
Exod. 33. ueniens gratiã ante te,& vt sciam quia popu
lus tuus est gens hæc. Et paulopost iterũ. Di-
xitq; Moyses ad dñm, Ostende mihi maiesta
tẽ tuam. Quid est hoc ꝙ in omnib. quę supra
fiebant Deus videri per suam substãtiam pu-
tabať? Vnde à miseris creditus est, non per
creaturam:sed per semetipsum visibilis filius
Dei,& ꝙ intrauerat innebulam Moyses, ad
hoc intrasse videbať vt oculis qdem populi Exod. 15.
ostendereť caligo nebulosa,ille aũt intus ver
ba Dei tanq̃ eius faciem cõtẽplatus audiret.
Et qũo dictũ est,Locutus est dñs ad Moysen
facie ad faciẽ, sicut qs loquiť ad amicũ suũ? Exod. 33.
Ecce idem dicit,Si inueni gratiã ante te,ostẽ
de mihi temetipsum manifeste. Nouerat vti-
que qđ corporaliter videbat,& veram visio
nẽ Dei spiritalis requirebat. Locutio quippe
illa quæ fiebat in vocib. sic modificabať, tan
quam esset amici loquentis ad amicum. Sed Ioan. 1.
Deum patrem qs corporeis oculis videt? Et
quod in principio erat verbum & verbum B
erat apud Deũ,& Deus erat verbũ, per qđ fa
cta sunt oĩa,quis corporeis oculis videt? Et Exod. 33.
spm̃ sapientiæ quis corporeis oculis videt?
Quid est aũt, Ostẽde mihi temetipsum mani
feste vt videã te, nisi ostende mihi substantiã
tuam? Hoc aũt si non dixisset Moyses, vtcũq;
ferendi essent stulti, qui putant per ea quę su
pra dicta vel gesta sunt,substantiã Dei oculis
eius fuisse conspicuam. Cũ vero hic apertis-
sime demonstreť, nec desideranti hoc fuisse
concessum,qs audeat dicere per similes for-
mas quæ huic quoq; visibiliter apparuerũt,
non creaturã Deo seruientẽ, sed hoc ipsum
qđ Deus est cuiusquã oculis apparuisse mor
taliũ? Et hoc quidẽ quod postea dñs dicit ad
Moysen, Non poteris videre faciẽ meã & vi
uere. Non enim videbit hõ faciẽ meã & vi-
uet. Et ait dñs, Ecce locus penes me est, & sta
bis suꝑ petrã, statim vt trãsibit mea maiestas,
& ponã te in specula petræ, & tegam manũ
mam suꝑ te, donec transeam,& auferã ma-
num meã,& tũc videbis posteriora mea, nã
facies mea nõ apparebit tibi. Non incõgruẽ
ter ex persona dñi nostri Iesu Christi præfi-
guratum solet intelligi, vt posteriora eius ac C
cipiebatur caro eius,in qua vt virgine natus Posteriora Dei quõ videanť allegoria.
est,& mortuus & resurrexit, siue propter po
sterioritatem mortalitatis posteriora dicta
sint,siue ꝙ eam prope finem seculi, hoc est
posterius suscipere dignatus est. Facies autẽ Cap. 17
eius illa Dei forma, in qua non arbitratur Exod. 33.
rapinam esse ęqualis Deo patri,quam nemo Lucæ. 2
vtique potest videre & viuere, siue quia post Philip. 2.
hanc vitam in qua peregrinamur à domino, 2. Cor. 5.
& vbi corpus quod corumpitur aggrauat Sapien. 9
animam, videbimus facie ad faciem, sicut
dicit Apostolus. De hac enim vita in Psal-

1.Co.13. mis dicitur: Verùtamen vniuersa vanitas om
Psal. 38. nis homo viuens. Et iterũ, Qm̃ non iustifica-
Ps. 142. bit coram te oĩs viuẽs. In qua vita etiam, ſm̃
Ioãnem nondũ apparuit qđ erimus. Scimus
aũt, inquit. q̃a cum apparuerit, ſimiles ei eri-
mus, qm̃ videbimus eum ſicuti eſt. Quod vti
1.Ioan.3. que poſt hanc vitam intelligi voluit, cũ mor
Ps. 103. tis debitum ſoluerimus, & reſurrectionis ꝓ-
miſſum receperimus. Siue qđ etiam nunc in
quantum Dei ſapientiam per quam facta ſũt
oĩa, ſpiritaliter intelligimus, in tantum carna
libus affectib. morimur, vt mortuum nobis
hunc mnndum deputantes, nos quoque ipſi
huic mũdo moriamur, & dicamus quod ait
Apoſtolus. Mũdus mihi crucifixus eſt & ego
C mũdo. De hac.n. morte iterũ dixit, Si ãt mor
Galat.6. tui eſtis cũ Chriſto, q̃d adhuc velut viuentes
Coloſ.2. de hoc mundo decernitis? Non ergo imme-
Exo. 33. rito nemo põt faciem, i. ipſam manifeſtatio-
nem ſapiẽtiæ Dei videre & viuere. Ipſa.n. eſt
ſpecies, cui contẽplandæ ſuſpirat oĩs qui af-
fectat Deũ diligere ex toto corde, & ex tota
aĩa, & ex tota mẽte. Ad q̃ contemplandam ẽt
proximum q̃tum põt ędificat, qui diligit &
proximum ſicut ſeipſum. In q̃b. duob. pręce
ptis, tota lex pẽdet & Prophetæ. Quod ſigni-
ficat etiam in ipſo Moyſe, Nam cum dixiſſet
ꝑ dilectionẽ Dei qua pręcipue flagrabat,
Si inueni gratiam in conſpectu tuo, oſtende
mihi temetipſum manifeſte, vt ſim inueniẽs
gratiam ante te, continuo ꝑ dilectionem ẽt
proximi ſubiecit atq; ait, Et vt ſciam quia po
pulus tuus eſt gens hæc. Illa eſt ergo ſpecies
quæ rapit oẽm aĩam rõnalem deſiderio ſui,
tanto ardentiorẽ, q̃to mundiorẽ, & tãto mũ-
diorem, q̃to ad ſpiritalia reſurgentem, tanto
aũt ad ſpiritalia reſurgẽtem, q̃to à carnalib.
morientẽ. Sed dum peregrinamur à dño, &
per fidẽ ambulamus nõ per ſpẽm poſteriora
2.Co.5. Chriſti, hoc eſt carnẽ, per ipſam fidẽ videre
debemus. i. in ſolido fidei fundamento ſtan-
tes, quod ſignificat petra, & eam de tali tutiſ
E ſima ſpecula intuentes, in catholica. ſ. Eccle-
ſia, de qua dictum eſt, Et ſuper hanc petram
ędificabo Eccleſiã meã. Tanto.n. certius dili
Mat. 15. gimus, q̃ videre deſideramꝰ faciem Chriſti,
q̃to in poſteriorib. eius agnoſcimus quantũ
nos prior dilexerit Chriſtus. Sed in ipſa car-
ne, fides reſurrectionis eius nos ſaluos facit
Rom. 10. atq; iuſtificat. Si enim credideris, inquit, in
corde tuo, quia illum Deus ſuſcitauit à mor

tuis, ſaluus erit. Et iterum, Qui traditus eſt, in
quit, ꝑ delicta noſtra, & reſurrexit ꝑ iuſti Rom.
ficationẽ noſtrã. Ideoq; reſurrectio corpo-
ris dñi eſt meritum fidei noſtræ. Nã mortuã
eſſe illã carnem in cruce paſsionis, etiam ini
mici eius credunt, ſed reſurexiſſe nõ credũt.
Qđ firmiſsime nos credentes, tanq̃ de petræ Rom.
ſoliditate contuemur, vñ certa ſpe adoptio-
nẽ expectamus redẽptionẽ corporis noſtri,
q̃a hoc in mẽbris Chriſti ſperamus, quæ noſ
ipſi ſumus, qđ perfectum eſſe in ſeipſo tanq̃
in capite noſtro, fidei ſanitate cognoſcimus.
Inde non vult niſi cum tranſierit videri po-
ſteriora ſua, vt in eius reſurrectionem creda
tur. Paſcha.n. Hæbreũ verbũ dr̃, qđ tranſitus Exo.
interpretat̃. Vnde & Ioannes Euangeliſta di- F
cit, Ante diẽ feſtũ Paſchæ, ſciens Ieſus quia Ioan.
venit hora eius, vt trãſeat ex hoc Mundo ad
patrem. Hoc aũt qui credũt, nec tñ in catho-
lica fide, ſed in ſchiſmate aliquo aut in hęreſi
creduntur, non de loco qui eſt penes eũ vi-
dent poſteriora dñi. Quid.n. ſibi vult qđ ait
dñs, Ecce locus eſt penes me, & ſtabis ſuper Exo.
petram? Quis locus terrenus eſt penes dñm,
niſi hoc eſt penes eum qđ eum ſpiritaliter at
tingit? Nam q̃s locus non eſt penes dñm, qui
attingit a fine vſq; ad finẽ fortiter, & diſpo- Sapi.
nit omnia ſuauiter? Et cuius dictum eſt, Cœ-
lum mihi ſedes eſt, & terra ſcabellum pedũ
meorum. Et qui dixit, Quã domum ædifica- Eſa.
bitis mihi, aut q̃s locus q̃etis meæ nõne ma-
nus mea fecit hæc omnia? Sed videlicet intel
ligitur locus penes eum in quo ſtat̃ ſuper pe
tram, ipſa Eccleſia catholica, vbi ſalubriter
videt Paſcha domini, i. tranſitum domini, &
poſteriora eius, i. corpus eius, qui credit in
reſurrectionem eius. Et ſtabis, inquit, ſuper Exo.
petram, ſtatim vt tranſiet mea maieſtas. Reue
ra.n. ſtatim vt tranſiit maieſtas domini in cla
rificatione dñi, qua reſurgens aſcendit ad pa
trem, ſolidati ſumus ſuꝑ petrã. Et ipſe Petrus
tũc ſolidatus eſt, vt cum fiducia prædicaret,
quem priuſquam eẽt ſolidatus ter timore ne G
gauerat, iam quidem prædeſtinatione poſi- Mat.
tus in ſpecula petræ, ſed adhuc manu dñi ſi-
bi ſuperpoſita ne videret. Poſteriora enim
eius viſurus erat, & nondum ille tranſierat
vtiq; a morte ad vitã, nõdum reſurrectione
clarificatus erat. Nam & qđ ſequit̃ in Exo- Exo.
do, & dicit, Tegam manum meam ſuꝑ te. do
nec tranſeam, & auferã manũ meam, & tunc
vide-

videbis posteriora mea: Multi Israelitæ quorum tūc figura erat Moyses, post resurrectionem dn̄i, crediderunt in eū tanq̃ iam videntes posteriora ei⁹, remota manu eius ab oculis suis. Vñ & Esaiæ talem prophetiā Euāgelista cōmemorat, Incrassa cor populi huius, & aures eorū oppila, & oculos eorū graua. Deniq; in Psalmo non absurde intelligit̄ ex eorū persona dici. Qm̄ die ac nocte grauata est sup̄ me manus tua. Die fortasse cum manifesta miracula faceret, nec ab eis agnosceret̄. Nocte aūt cū in passione moreretur, qñ certius putauerunt sicut quēlibet hoīem peremptū & extinctū. Sed qm̄ cum transisset vt eius posteriora viderent, prædicāti sibi Apostolo Petro, q̄a oportebat Christū pati & resurgere, cōpuncti sunt dolore pęnitentiæ, vt fieret in baptizatis q̄d in capite eius Psalmi dr̄, Beati quorū remissæ sunt iniquitates, & quorū tecta sunt peccata. Propterea cum dictū esset, Grauata est sup̄ me manus tua, tanq̃ dn̄o transeūte, vt iā remoueret manū & viderent posteriora eius, sequit̄ vox dolentis & cōfitētis, & ex fide resurrectionis dn̄i peccatorum remissionem accipientis, Conuersus sum, inquit, in erumna mea dū infigeret̄ spina: Peccatū meū cognoui, & iniustitiā meā nō operui: Dixi pronunciabo aduersum me iniustitiam meo dn̄o, & tu remisisti, impietatem peccati mei. Neq;. n. tanto carnis nubilo debemus īuolui, vt putemus faciem q̄dē dn̄i esse īuisibilē, dorsum vero visibile, qñquidē in forma serui vtrūq; visibiliter apparuit, In forma aūt Dei absit vt tale aliq̄d cogitet̄. Absit vt verbū Dei & sapiētia Dei ex vna parte habeat faciē, & ex alia dorsum sicut corpus humanū, aut oīno vlla specie vel motione, siue tp̄e commutetur. Quap̄p̄ si in illis vocib. quæ fiebant in exodo, & illis oīb. corporalibus demōstrationib. dn̄s Iesus Christus ostēdebat̄, aut aliàs Christus sicut loci huius consideratio persuadet, aliàs spūsanctus. sicut ea quæ supra diximus admonet, non hoc efficitur vt Deus pater nunq̃ tali aliqua specie patrib. visus sit. Multa enim tali visa facta sunt illis temporib. non euidenter nominato & designato in eis, vel patre vel filio, vel spiritusancto, sed tn̄ per quasdam valde probabiles significationes nonnullis indiciis existentibus, vt nimis temerarium sit dicere, Deum patrem nunqnam patrib. aut Prophetis per aliquas visibiles formas apparuisse. Hanc. n. opinionem illi pepererunt, qui nō potuerūt in vnitate trinitatis intelligere quod dictum est, Regi aūt seculorum immortali, inuisibili soli Deo, quem nemo hoīum vidit, nec videre potest. Q̄d de ipsa substantia summa summeque diuina & incommutabili, vbi & pater & filius & spiritussanctus vnus est solus Deus, per sanam fidem intelligit̄. Visiones autem illæ per creaturam commutabilem Deo incommutabili subditam factæ sunt, non p̄prie sicuti est, sed significatiue sicut pro rerū causis & temporibus oportuit ostendentes Deum. Quanquam nescio quemadmodum isti intelligant q̄d Danieli apparuit antiquus dierum, à quo filius hoīs quod propter nos esse dignatus est accepisse intelligitur regnū, ab illo. s. qui ei dicit in Psalmo, Filius meus es tu, ego hodie genui te, postula à me & dabo tibi gentes hæreditatem tuam. Et qui omnia subiecit sub pedibus eius. Si ergo Danieli, & pater dans regnum, & filius accipiens apparuerunt in specie corporali, quomodo isti dicunt patrem nunquam visum esse Prophetis, & iō solum debere intelligi inuisibilem quem nemo hominum vidit nec videre potest? Ita. n. narrauit Daniel, Aspiciebā, inquit, donec throni positi sunt, & vetustus dierum sedebat, & indumentum eius quasi nix album, & capillus capitis eius quasi lana mūda. Thronus eius flāma ignis, rotæ eius ignis flagrans, & lumen ignis transibat in conspectu eius. Et mille millia deseruiebant ei, & dena milla denum millium assistebant ei. Et iudicium collocauit, & libri aperti sunt &c. Et paulopost, Aspiciebā, inquit, in visu noctis, & ecce cum cœli nubib. quasi filius hoīs veniens erat, & vsque ad veterem dierum peruenit, & oblatus est ei. Et ipsi datus est principatus & honor & regnum, & omnes populi trib. & linguæ ipsi seruient. Potestas eius, potestas æterna, quę non præteribit, & regnum eius quod non corrumpet̄. Ecce pater dans & filius accipiens regnū sempiternū, & sunt ambo in conspectu prophetantis visibili specie. Non ergo inconuenienter creditur etiam pater Deus eo modo solere apparere mortalib. Nisi forte aliquis dicat, ideo non esse visibilem patrem, quia in cōspectu somniantis apparuit, Ideo autem visibilem filium & spiritumsanctū, quia Moyses illa oīa

Marginalia: Isa.6. Mat.13. Psal.31. H F Psal.31. I G — 1.Tim.1. 1.Tim.6. K Visio Danielis. Cap. 18. Psal. 2. Psal. 8. 1.Tim.6 Daniel.7. L

vigilans vidit. Quasi vero verbum & sapientiam Dei viderit Moyses carnalib. oculis: aut videri spũs vel humanus põt qui carnẽ istã viuificat, vel ipse corporeus q̃ ventus dr̃. q̃to igitur q̃b. ille spũs Dei qui oĩum hoĩum & angelorũ mentes ineffabili excellentia diuinæ substãtiæ supergredit? Aut q̃squam tali ꝑcipitet errore, vt audeat dicere filiũ & spm̃sanctum ẽt vigilãtib. hominib. esse visibiles,
M patrem aũt non nisi somniãtib. Q̃uo ergo & patre solo accipiunt. Quem nemo hoĩum vi-
1. Ti. 6. dit, nec videre põt? An cũ dormiũt hoĩes, tũc non sunt hoĩes? Aut qui formare similitudinem corporis põt ad se significandum ꝑ visa somniantium, non põt formare ipsam corpoream creaturam ad se significãdum oculis vigilantium, cum eius ipsa substantia qua est ipse q̃d est, nulla corporis similitudine dormienti, nulla corporea specie vigilanti possit ostendi? Sed nõ solũ patris verũetiã filij & spũsancti. Et certe qui vigilantium mouent visis, vt non patrem, sed tãtum filium vel spiritumsanctum credant, corporalib. hominũ apparuisse conspectibus, vt omittam tantum latitudinem sanctarum paginarum & tam multiplicem earum intelligentiam, vnde nemo sani capitis affirmare debet, nusquam ꝑsonam patris per aliq̃ speciem corporalem vigilantium oculis demonstratã. Sed vt hoc, vt dixi, omittam, q̃d dicunt de patre nostro
Gen. 18. Abraham, cui certe vigilanti & ministranti, cum scriptura præmisisset dicens: Visus est dñs Abrahæ, non vnus aut duo, sed tres apparuerũt viri, quorum nullus excelsius aliis eminuisse dictus est, nullus honoratius effulsisse, nullus imperiosius egisse? Qua ꝑꝑ quo-
Supra cap. 7. niam in illa tripartita nostra distributione, primum quærere instituimus, vtrum pr̃, an filius, an spũsanctus, an, aliquando pater, alĩ qñ filius, aliquando spũsanctus, an sine vlla distinctione personarum, sicut dr̃, Deus vnus
A & solus, i. Trinitas ipsa, per illas creaturæ formas patrib. apparuerit, interrogatis quę potuimus quantum sufficere visum est, sanctarum scripturarum locis, nihil aliud quãtum existimo diuinorum sacramentorum modesta & cauta consideratio persuadet, nisi vt temere non dicamus quæ nam ex Trinitate ꝑ-
In 2. sen. di. 8. cap. cæterum. sona cuilibet patrum & Prophetarum in aliquo corpore vel similitudine corporis apparuerit, nisi cum continentia lectionis aliqua probabilia circumponit iudicia. Ipsa.n. natura vel substãtia vel essentia vel quolibet alio nomine appellãdum est idipsum quod Deus est, quicq̃d illud est corporaliter videri non potest. Post subiectam vero creaturã, non solum filium vel spiritumsanctum, sed etiam patrem corporali specie siue similitudine, mortalib. sensibus significationem sui dare potuisse credendum est. Quæ cum ita sint, ne immoderatius progrediatur secundi B huius voluminis longitudo, ea quæ restãt, in consequentibus videamus.

## D. AVRELII AVGVSTINI De Trinitatę.

## LIBER TERTIVS.

### PROOEMIVM.



Credant qui volunt, malle me legendo quam legenda dictando laborare. Qui aũt hoc nolunt credere, experiri autẽ & põt & volunt, denique legendo vel meis inquisitionibus respondeant vel interrogationib. aliorum, quæ pro mea ꝑsona quã in seruitio Christi gero, & ꝑ studio quo fidẽ nostram aduersum errorem carnaliũ & aĩalium hoĩum munire inardesco, necesse est me pati, & videant q̃ facile ab isto labore me tẽperẽ, & quanto ẽt gaudio stylũ possim hr̃e feriatum. Quod si ea quæ legimus de his reb. sufficienter ędita in Latino sermone, aut nõ sunt, aut nõ inueniuntur, aut certe difficile à nobis inueniri queunt, Græce aũt linguæ non sit nobis tantus habitus, vt taliũ rerum libris legẽdis & intelligendis vllo modo reperiamur idonei, quo genere literarũ ex iis quæ nobis pauca interpretata sunt, nõ dubito cũcta quę vtiliter quærere possumus contineri. C Fratrib. autem non valeam resistere iure, quo eis seruus factus sum, flagitantibus vt eorum in Christo laudabilib. studiis, lingua ac stylo meo, quas bigas in me charitas agitat, maxime seruiam, egoq; ipse multa quæ nesciebã, scribendo me didicisse cõfitear, non debet hic labor meus cuiq̃ pigro, aut multũ docto videri superfluus, cũ multis impigris multisq; indoctis inter quos etiam mihi non parua ex parte sit necessarius. Ex

his

his igiť quæ ab aliis de hac re ſcripta iā legimus, plurimū adminiculati & adiuti, ea quæ de Trinitate, vno ſūmo ſummeq; bono Deo pie q̄ri & differi poſſe arbitror, ipſo exhortāte q̄renda atq; adiuuāte differenda ſuſcepi, vt ſi alia nō ſunt hmôi ſcripta, ſit, qđ hēant, & legant qui voluerint & valuerint, ſi autem iā ſunt, tāto facilius aliqua inueniant, q̄to talia plura eſſe potuerint. Sanè cum in oīb. literis meis, non ſolū piū lectorē, ſed ēt liberū correctorē diſiderē, multo maxime in his vbi ipſa magnitudo q̄onis, vtinā tam multos inuētores hr̄e poſſet, q̄ multos cōtradictores habet. Verūtn̄ ſicut lectorē meū nolo mihi eſſe deditū, ita correctorē nolo ſibi. Ille me non amet ampli⁹ q̄ catholicā fidē, iſte ſe nō amet amplius q̄ catholicā veritatē. Sicut illi dico, Noli meis literis quaſi ſcripturis canonicis inſeruire, ſed in illis & qđ non credebas cū inueneris incūctāter crede, in iſtis aūt quod certū non hēbas, niſi certū intellexeris, noli firmiter retinere: Ita illi dico, Noli meas literas ex tua opinione vel cōtentione, ſed ex diuina lectione vel inconcuſſa rōne corrigere. Si quid in eis veri cōprehenderis, exiſtendo non eſt meum, at intelligēdo & amando & tuum ſit & meū. Si q̄d autem falſi cōuiceris, errando fuerit meum, ſed iā cauēdo nec tuū ſit nec meū. Hinc itaq; terti⁹ hic liber ſumat exordiū, quouſq; ſecūdus ꝑuenerat. Cum. n. ad id ventū eſſet, vt vellemus oſtendere, non iō minorem pr̄e filium, q̄a ille miſit hic miſſus eſt, nec iō minorē vtroq; ſpm̄ſanctū, q̄a & ab illo & ab illo miſſus in Euāgelio legiť, ſuſcepimus hoc q̄rere, cum illuc miſſus ſit filius vbi erat, q̄a in hunc mundū venit, & in hoc mūdo erat cum illud ēt ſpūſſanctus vbi & ipſe erat, q̄m ſpiritus dn̄i repleuit orbem terrarū, & hoc qđ continet oīa ſciam habet Vocis, Vtrum ꝑpea miſſus ſit dn̄s, q̄a ex occulto ī carne natus eſt, & de ſinu pr̄is ad oculos hoīum in forma ſerui tanq̄ egreſſus apparuit, iō etiam ſpūſſanctus, quia & ipſe corporali ſpecie quaſi columba viſus eſt, & linguis diuiſis velut ignis, vt hoc eis fuerit mitti: ad aſpectū mortaliū, in aliqua forma corporea de ſpiritali ſecreto procedere, quod pr̄ q̄m non fecit, tantummodo miſiſſe non etiā miſſus eſſe dictus ſit. Deinde q̄ſitum eſt, cur & pr̄ non aliq̄n dictus ſit miſſus, ſi per illas ſpecies corporales, quæ oculis antiquorum apparuerunt ipſe demonſtrabatur? Si autem filius tunc demonſtrabať, cur tāto poſt miſſus diceret, cum plenitudo tp̄is venit, vt ex fœmina naſcereť, q̄n̄quidem & antea mittebať, cum in illis formis corporaliter apparebať? Aut ſi non recte miſſus diceret, niſi cum verbum caro factum eſt, cur ſpūſſanctus miſſus legať, cuius incarnatio talis non facta eſt? Si vero per illas antiquas demonſtrationes, nec pr̄ nec filius ſed ſpūſſanctus oſtendebať, cur etiam ipſe nunc diceret miſſus, cum illis modis & antea mitteret? Deinde ſubdiuiſim⁹ vt hæc diligentiſſime tractarenť, & tripartitā fecimus q̄onem, cuius vna pars in ſecūdo libro explicata eſt, duæ ſunt reliquę, de q̄b. deinceps differere aggrediar. Iam. n. q̄ſitum atq; tractatum eſt in illis antiquis corporalibus formis & viſis non tantummodo pr̄em, nec tantummodo filium, nec tantummodo ſpm̄ſanctum apparuiſſe, ſed aut indifferenter dn̄m Deum qui trinitas ipſa intelligitur, aut quamlibet ex trinitate perſonam q̄ lectionis textus iudiciis circūſtantib. ſignificaret. Nūc ergo primum quæramus, quod ſequitur. Nam ſecundo loco in illa diſtributione poſitum eſt, vtrū ad hoc opus tantummodo creatura formata ſit, in qua Deus ſicut tunc oportuiſſe iudicauit, humanis oſtenderet aſpectibus, an angeli qui iam erāt ita mittebantur vt ex perſona Dei loquerenť, aſſumētes corporalem ſpeciem de creatura corporea ī vſum miniſterii ſui, aut ipſum corpus ſuū, cui non ſubduntur, ſed ſubditum gerunt, mutātes atque vertentes in ſpecies quas vellent, accommodatas atq; apertas actionibus ſuis, ſm̄ attributam ſibi a creatore potentiam. Qua q̄onis parte q̄tum dn̄s dederit pertractata, poſtremo videndum erit id quod inſtitueram⁹ inquirere, vtrum filius & ſpirituſſanctus & antea mittebantur, & ſi ita eſt, quod inter illam miſſionem & eam quam in Euangelio legimus diſtet, an miſſus nō ſit aliq̄s eorum, niſi cum vel filius factus ex Maria virgine, vel cum ſpirituſſanctus viſibili ſpecie, ſiue in columba ſiue in igneis linguis apparuit. Sed fateor excedere vires intentionis meæ, vtrum angeli manente ſpiritali ſui corporis qualitate, per hanc occultius operantes, aſſumant ex inferioribus elementis corpulentioribus, quod ſibi coaptatum, quaſi aliquā veſtē mutent & vertant in quaſlibet ſpecies cor-

Margin notes: ist. 9. c. ili meis — D — Ioan. 1. — Sapien. 1. — E — Matt. 3. — Acto. 2. — Galat. 4 — Ioan. 1. — F — An filius & ſpūſſctūs antea miſſi ſint. ca. 1. Supra li. 2. ca. 7. 2. ſen. di. 8. c. ſed ubi. — Supra li. 2. cap. 7. Gal. 4. Matt. 3. Acto. 2. 1. ſen. di. 8. ca. Sed vbi Deū. — G — Ioan. 2.

corporales,etiã ipsas veras, sicut aqua vera
in verũ vinum cõuersa est à dño,an ipsa pro
pria corpora sua transforment in qđ volue-
rint,accommodata ad id qđ agunt. Sed qđli
bet horũ sit, ad præsentem qõnem non perti
net. Et q̃uis hęc qm̃ hõ sum, nullo experimẽ
to possim comprehendere, sicut angeli qui
hęc agũt, & magis ea norũt q̃ ego noui qua
tenus mutet corpus meum in affectu volun-
H tatis meę,siue qđ in me,siue quod ex aliis ex
pertus sum, q̃d horum tñ ex diuinarum scri
pturarũ authoritatib. credã, nunc non opus
est dicere ne cogar probare, & fiat sermo lõ
gior de re qua non indiget præsens qõ. Nũc
illud videndũ est, vtrum angeli tunc agebãt,
& illas corporum species apparentes oculis
hominum, & illas voces insonantes aurib.
cum ipsa sensibilis creatura ad nutũ seruiens
conditoris,in id,qđ opus erat pro tp̃e verte-
bať, sicut in libro sapientiæ scriptũ est. Crea-
Sap. 16. tura.n.tibi factori deseruiens extẽditur in tor
mentum aduersum iniustos, & lenior fit ad
benefaciẽdum iis qui in te cõfidunt. Propter
hoc & tunc in oĩa se transfigurans omniũ nu
trici gratię tuæ deseruiebat ad voluntatẽ ho-
rũ qui te desiderabãt. Peruenit.n.sapiẽtia vo-
luntatis Dei per creaturã spiritalem vsque ad
effectus visibiles atq; sensibiles creaturæ cor
poralis. Vbi.n.non operať quod vult Dei oĩ-
potentis sapientia, quæ pertendit à fine vsq;
ad finem fortiter, & disponit oĩa suauiter?
Sapien. 8. Sed aliud est ordo naturalis in conuersione
*Miracula unde uideantur. c. 2. 1. sẽ. di. 45. ca. uoluntas, ergo.*
& mutabilitate corporũ,qui q̃uis etiam ipse
ad nutum Dei seruiat,perseuerantia tñ cõsue
tudinis amisit admirationem,sicuti sunt quæ
vel breuissimis vel certe nõ longis interua-
lis temporũ cœlo,terra,mariq; mutanť siue
nascentib.siue occidẽtib.reb. siue alias aliter
apparentib. Alia vero q̃uis ex ipso ordine ve
nientia,tñ p̃p longiora interualla temporũ
minus vsitata. Quæ licet multi stupent,ab in-
quisitoribus huius seculi comprehensa sunt,
I & progressu generationum quo sæpius repetita
sunt & a plurib. cognita, eo minus mira sũt,
Sicuti sunt defectus luminarium,& raro exi
stentes quædam species syderum & terręmo
tus,& monstruosi partus aĩantium,& quęcũ
que similia, quorum nihil fit nisi voluntate
Dei,sed plerũq; non apparet. Itaq; licuit va
nitati Philosophorum, ẽt causis aliis ea tri-
buere vel veris,sed proximis, cum oĩno vi-
dere non possent superiorem cæteris omni-
bus causam,i.voluntatem Dei, vel falsis, &
ne ab ipsa q̃dem peruestigatione corporaliũ
rerum atq; motionum, sed à sua suspitione
& errore prolatis. Dicam si potero quiddẽ,
exẽpli gratia,quo hęc apertiora sint. Est cer-
te in corpore humano quædã moles carnis,
& formæ species, & ordo distinctioq; mem
brorum,& temperatio valetudinis,hoc cor-
pus inspirata aĩa regit,eademq̃; rõnalis & iõ K
q̃uis mutabilis,tñ quæ possit illius incõmu-
tabilis sapientiæ particeps esse,vt sit paticipa
tio eius in idipsum, sicut in Psalmo scriptũ
est,de omnib.sanctis,ex quibus tanquam la-
pidibus viuis ædificatur illa Hierusalem ma
ter nostra æterna in cœlis. Ita enim canitur, Ps. 121.
Hierusalem quæ ędificatur vt ciuitas, cuius
participatio eius in idipsum. Idipsum quip-
pe hoc loco illud summum & incommuta-
bile bonum intelligitur, quod Deus est, atq;
sapientia volũtasq; ipsius. Cui cantatur alio
loco, Mutabis ea & mutabuntur, tu vero idẽ Ps. 101.
ipse es. Constituamus ergo animo talem *A Deo primarĩ cã proficiscuntur oĩa. ca.*
sapientem,cuius anima rationalis iam sit par
ticeps incommutabilis æternæque veritatis,
quam de omnibus suis actionibus consulat,
nec aliquid omnino faciat, quod non in ea
cognouerit esse faciendum, vt ei subditus
eique obtemperans recte faciat. Iste si con-
sulta summa ratione diuinę iustitiæ quam in
secreto audiret aure cordis sui, eaque sibi
iubente,in aliquo officio misericordiæ cor
pus labore fatigaret,ægritudinemque cõtra-
heret,consultisque medicis, ab alio diceret
causam morbi esse corporis siccitatem, ab
alio autem humoris immoderationem: vnus
eorum veram causam diceret, alter erraret,
vterque tamen de proximis causis,idest,cor
poralibus pronunciaret. At si illius siccitatis
causa quæreretur,& inueniretur voluntarius
labor,iam ventum esset ad superiorem cãm,
quæ ab anima proficisceretur ad afficiẽdum
corpus quod regit, sed nec ipsa prima esset. L
Illa enim proculdubio superior erat, in ipsa
incommutabili sapientia,cui hominis sapiẽ
tis anima in charitate seruiens, & ineffabili-
ter iubenti obediens, voluntarium laborem
susceperat, ita non nisi Dei voluntas causa
prima illius ægritudinis veracissime reperi-
retur. Iam vero si in labore officioso & pio
adhibuisset illa sapiens ministros collabo-
rantes

rantes secum in opere bono, nec tamen eadẽ volũtate Deo seruientes, sed ad carnaliũ cupiditatũ suarũ mercedẽ peruenire cupiẽtes, vel incõmoda carnalia deuitantes, adhibuisset ẽt iumenta si hoc exigeret illius operis implendi procuratio, q̃ vtiq; iumenta irrõnalia essent aĩantia, nec iõ mouerent membra sub sarcinis, ꝙ aliq̇d de illo bono opere cogitarent, sed naturali appetitu suæ voluptatis & deuitatione molestiæ, postremo adhibuisset ẽt ipsa corporea omni sensu carẽtia, quæ illi operi essent necessaria, frumẽtum. s. & vinũ, & oleum, vestem, nummum, codicem, & si qua hmõi. In his certe omnib. in illo opere versantib. corporib. siue aĩatis siue inaĩatis,

M quæcunq; mouerent, attererent, repararent, exterminarent, reformarent, alio atque alio modo locis & temporib. affecta mutarentur, non alia esset istorum omnium visibilium & mutabilium factorum cã, nisi illa inuisibilis & incommutabilis voluntas Dei per aĩam iustam, sicut sedem sapientię, cunctis vtens, & malis rõnalib. & irrõnalib. aĩs, & postremo corporib. siue quæ illis inspirarent & aĩarentur, siue omni sensu carentib. cum primitus vteret ipsa bona aĩa & sancta quam sibi ad piũ & religiosum obsequiũ subdidisset. Qđ ergo de vno sapiente, quamuis adhuc mortale corpus gestante, quamuis ex parte vidente, posuimus exempli gratia, hoc de aliqua domo vbi aliquorũ talium societas est, hoc de ciuitate vel ẽt de orbe terrarum licet cogitare, si penes sapientes sanctẽq; ac perfecte Deo subditos sit principatus & regimen rerum humanarum. Sed hoc quia nondum est:

A Oportet .n: nos in hac peregrinatione prius mortaliter exerceri, & per vires mansuetudinis & patientiæ in flagelis eruditi, vt illam supernam atq; cœlestem, vñ peregrinamur, patriam cogitemus. Illic .n. Dei voluntas, qui facit angelos suos spũs, & ministros suos ignẽ flagrantem in spiritib. summa pace atq; amicitia copulatis, & in vnam voluntatem quodam spiritali charitatis igne conflati, tanq̃ in excelsa & sancta & secreta sede præsidens, velut in domo sua, & in templo suo. Inde se q̇busdam ordinatissimis creaturæ motib. primo spiritalib. deinde corporalib. per cuncta diffundit, & vtitur omnib. ad incommutabile arbitrium sñiæ suæ, siue incorporeis, siue corporeis reb. siue rõnalib. siue irrationalib. spiritib. siue bonis ꝑ eius gratiã, siue malis ꝑ propriam voluntatem. Sed quemadmodum corpora crassiora & ĩferiora per subtiliora & potentiora quodã ordine regunt, ita oĩa corpora per spm̃ vitę, & spũs vitæ irrõnalis per spiritum vitę rõnalem, & spũs vitæ rõnalis desertor atq; peccator per spiritum vitæ rõnalem pium & iustum, & ille per ipsum Deum, ac sic vniuersa creatura per creatorẽ suum, ex quo, & per quem, & in quo etiam condita atq; instituta est, ac per hoc voluntas Dei est prima & summa cã omnium corporalium specierum atq; motionum. Nihil .n. fit visibiliter & sensibiliter, quod non de interiore inuisibili atq; intelligibili aula summi

B Imperatoris, aut iubeatur, aut permittat, ſm ineffabilem iustitiam præmiorum atq; pœnarum, gratiarum & retributionũ in ista totius creaturæ amplissima quadam immẽsaq; republica. Si ergo Apostolus Paulus quãuis adhuc portaret sarcinam corporis, quod corrumpit & aggrauat animam, quãuis adhuc ex parte atq; in ænigmate videret, optans dissolui & esse cũ Xpo, & ĩ semetipso ingemiscẽs adoptionẽ expectãs redẽptionẽ corporis sui, potuit tñ significando prædicare dñm Iesum Christũ, aliter per linguam suã, aliter per epistolam, aliter per sacramẽtum corporis & sanguinis eius: Nec linguã q̇ppe eius, nec mẽbranas, nec atramentũ, nec significantes sonos lingua æditos, nec signa literarum conscripta pelliculis, corpus Christi & sanguinẽ dicimus, sed illud tm̃ quod ex fructib. terrę acceptum, & præce mystica cõsecratũ ritę sumimus ad salutẽ spiritalem in memoriam pro nobis dominicę passionis, quod

C cum per manus hominum ad illam visibilẽ speciem perducit, non sanctificat vt sit tam magnum sacramentum, nisi operante inuisibiliter spiritu Dei. cum omnia quæ per corporales motus in illo opere fiunt, Deus operetur, mouens primitus inuisibilia ministrorum, siue animas hominum, siue occultorũ spirituum sibi subditas seruitutes quid mirũ si etiam in creatura cœli & terrę, maris & aeris, facit Deus quæ vult sensibilia atque visibilia, ad se ipsum in eis sicut oportere ipse nouit significandum & demonstrandum, nõ ipsa sua qua est apparente substantia, quæ oĩno incõmutabilis est, omnibusq; spiritib. quos creauit interius secretiusq; sublimior.

Vi

Deus oĩb. creaturis utitur ut vult. c.4.
Ps. 103.

Coloss. 1.
2. sen. di. 45. c. voluntas ergo

Sapien. 9.
1. Co. 13.

Philip. 1.
Rom. 8.

De conse. di. 2. cap. corpus & sanguis.
Luc. 22.
4. sen. di. 11. c. si uero quæris

*Miracula sunt etiã consueta. cap. 5. 3.Re. 18.* Vi enim diuina totam spiritalē corporalem que administrante creaturā oīum annorum certis dieb. aduocant aquæ maris & offundū tur sup faciē terræ. Sed cū hoc orāte sancto Helia factū est, qa pcesserat tā cōtinua, & tā lōga seueritas, vt deficerent fame hoīes, nec ea hora qua illa Dei seruus orauit aer ipse ali qua humida facie mox futuræ pluuiæ signa ptulerat, cōsecutis tātis & tā velociter hymbrib. apparuit vis diuina, qb. illud dabat & *Exo. 19.* spēsabaturq; miraculū. Itaq; Deus operat so lēnia fulgura atq; tonitrua. Sed qa in monte Sina inusitato mō fiebāt, vocesq; illę nō stre D pitu cōfuso ædebant, sed ex eis qdā signa da ri certissimis iudiciis apparebat, miracula erant. Quis attrahit humorē p radicē vitis ad botrū & vinū facit nisi Deus? q & hoīe plan *I.co.3. Ioan. 2. Gene. 1. Nu. 17.* tante & rigāte incremētū dat. Sed cum ad nu tū dñi aqua in vinū inusitata celeritate cōuer sa est, ēt stultis fatētib. vis diuina declarata ē. Quis arbusta frōde ac flore vestit sol̄eniter, nisi Deus? Verum cū floruit verba sacerdotis Aaron, collocuta est quodammō cū dubitan te humanitate diuinitas. Et lignis certe oībus & oīm aīaliū carnib. gignēdis atq; formādis *Gene. 1.* cōis est terrena materies. Et qs ea facit, nisi q dixit vt hæc terra produceret, & in eodē ver *Exod. 4.* bo suo q creauit regit atq; agit? Sed cum ean dē materia ex virga Moysi in carnē serpentis *Sola varietas facit miraculū. c. 6.* pxime ac velociter vertit, miraculū fuit, rei qdē mutabilis, sed tñ inusitata mutatio. Quis aūt aīat queq; viua nascētia, nisi qui & illum serpentē ad horam sicut opus fuerat aīauit? *Exe. 37.* Et qs reddidit cadauerib. aīas suas, cū resurgerēt mortui, nisi qui aīat carnes ī vteris ma trum, vt oriant morituri? Similiter & de cōi materia, q in caussis mundialib. consistit, subi tō ad tps prodire arietē & colūbā constituit, qb. vnus vigor carneus & in tpe & ex tempo E re accessionis & recessionis, nō dispar, sed inusitatus apparuit. Sed cum fiunt illa continuato quasi quodā fluuio labentium manen tiumq; rerum, & ex occulto in promptum, atque ex prompto in occultum, vsitato itine re transeuntium, naturalia dñr. Cum vero ad monendis hominib. inusitata mutabilitate in *Miracula magica. Cap. 7. 2. sen. di. 7. c. quo-* geruntur, magnalia nominantur. Hic video quid infirmæ cogitationi possit occurrere, cur. s. ista miracula etiam magicis artib. fiant. Nam & magi Pharaonis similiter serpentes fecerunt, & alia similia. Sed illud amplius est admirandū, qūo magorū illa potētia, quę *rum fi... Exod. 8.* serpentes facere potuit, vbi ad muscas minu tissimas ventū est, oīno defecit, cyniphes. n. *Exod. 8. 2. sen. di. 7. c. quorum...* musculæ sunt breuissimę, qua tertia plaga su perb. populus Aegyptiorū cędebat. Ibi certe deficiētes magi dixerūt, Digitus Dei est hic. *Exod. 7. Iudæ...* Vñ intelligi dat, ne ipsos qdem transgressores angelos & aereas ptātes, in imam istā caliginē, tanq̄ in sui generis carcerem, ab illius sublimis ętheręæ puritatis habitatione detrusas, p quas magicę artes pnt qcquid pnt, valere aliqd nisi data desup ptāte. Datur autem vel ad fallendos fallaces, sicut in Aegyptios, F & in ipsos ēt magos data est, vt in eorū spi *Exod. 8.* rituum seductione viderent admirandi, à qbus fiebant à Dei veritate damnandi, vel ad *Iob. 1. Solus Deus creat etiam illa, quæ fiunt magicis artibus transformanti. c. 8. 2. sen. di. 7. ca. non putādum... Exod. 7. & 8. Exod. 7. & 8. 2. sen. di. 7. ca. non sane. Gene. 1.* monendos fideles, nec tale aliqd facere pro magno desiderēt, pp quod etiam nobis scri pturę authoritate sunt prodita, vel ad exercē dam probandam manifestādamq; iustorum patientiam. Neque. n. parua visibilium miraculorum potētia Iob cuncta quæ hēbat ami sit, & filios & ipsam corporis sanitatē. Nec iō putandum est istis transgressorib. angelis ad nutum seruire, hanc visibilium rerū mate riam, sed Deo potius à quo hæc ptās datur, quantum in sublimi & spiritali sede incommutabilis iudicat. Nā & dānatis iniquis etiā in metallo seruiunt aqua, & ignis & terra, vt faciant inde qd volunt, sed quantum sinitur, nec sane creatores illi mali angeli dicendi sunt, qa per illos magi resistent famulo Dei, ranas & serpentes fecerunt. Non enim ipsi eas creauerunt, Omnium quippe rerum quę corporaliter visibiliterque nascuntur, occul ta quędam semina in istis corporeis mundi huius elementis latent. Alia sunt enim hæc iam conspicua oculis nostri ex fructibus & animantibus, alia vero illa occulta istorum G seminum semina. Vnde iubente creatore produxit aqua prima natatilia & volatilia, Terra autem prima sui generis germina, & prima sui generis animalia. Neque enim tūc huiusmodi fœtus ita producti sunt, vt in eis, quæ producta sunt, vis illa consumpta sit, sed plerunque desunt congruæ temperamen torum occasiones, quibus erumpant, & species suas peragant: Ecce. n. breuissimus surculus semen est, nam conuenienter mandatus terræ arborem facit. Huius autē surculi subtilius semen aliquod eiusdē generis gra-

num



num est,& hucusq; nobis visibile. Iam vero huius ẽt grani semen, q̃uis oculis videre nequeamus, rõne tñ cõiicere possumus q̃a nisi talis aliqua vis esset in istis elementis, nõ plerunq; nascerentur ex terra q̃ ibi seminata nõ essent, nec aĩalia tam multa nulla marium fęminarumq; commixtione pręcedente, siue in terra, siue in aqua, quæ tñ crescunt,& coeundo alia pariunt, cum illa nullis coeũtib. parentib. orta sint. Et certe apes semina filiorũ non coeũdo concipiũt, sed tanq̃ sparsa ꝑ terras ore colligũt. Inuisibiliũ.n. seminũ creator, ipse creator est oĩum rerũ, qm̃ quæcũq; nascẽdo ad oculos nostros exeunt, ex occul-

H tis seminib. accipiunt ꝓgrediẽdi primordia, & incremẽta debitæ magnitudinis distinctionesq; formarũ, ab originalib. tanq̃ regulis sumunt. Sicut ergo nec parẽtes dicimus creatores hoĩum, nec agricolas creatores frugum, q̃uis eorum extrinsecus adhibitis motib. ista creanda Dei virtus interius operet̃: Ita nõ solũ malos, sed nec bonos angelos phas est putare creatores, si pro subtilitate sui sensus & corporis semina rerum istarum nobis occultiora nouerunt,& ea per congruas temperationis elementorum latẽter spargunt, atq; ita gignendarum rerum, & accelerandorum incrementorum prębent occasiones. Sed nec boni hæc nisi q̃tum Deus iubet, nec mali hæc iniuste faciunt, nisi q̃tum iuste ipse ꝑmittit. Nam iniqui malitia voluntatẽ habent iniustã, ptãtem aũt non nisi iuste accipiũt, siue ad pœnã suam, siue aliorũ, vel pœnã malorum, vel laudẽ bonorum. Itaq; Apostolus Paulus discernens interius Deũ creantẽ atq; formantẽ, ab operib. creaturę q̃ admouẽtur extrinsecus,& de agricultura similitudinem assumẽs ait: Ego plantaui Apollo rigauit, sed Deus incrementũ dedi. Sicut ergo in ipsa vi-

I ta nostrã mentẽ iustificãdo formare non põt nisi Deus, ꝑdicare aũt Euangeliũ intrinsecus & hoĩs pñt, non solũ boni per veritatẽ, sed ẽt mali per occasionẽ, ita creationẽ rerũ visibilium Deus interius operat̃, exteriores aũt operationes siue bonorũ siue malorum, vel angelorũ vel hominum, siue ẽt quorumcũq; aĩaliũ, secundum imperiũ suũ,& a se impertitas distributiones ptãtum & appetitiones commoditatum, ita rerum naturę adhibet in qua creat oĩa, quemadmodum terræ agriculturã. Quapp ita nõ possũ dicere angelos malos magicis artib. euocatos, creatores fuisse ranarũ atq; serpentiũ, sicut non possum dicere hoĩes malos creatores esse segetis, q̃ per eorũ operã video exortam. Sicut nec Iacob creator colorũ in pecorib. fuit, q̃a bibentib. in conceptu matrib. variatas virgas quas intuerent̃ apposuit. Sed nec ipsæ pecudes creatrices fuerũt varietatis ꝓlis suæ, q̃a inhęserat aĩæ illorũ discolor phãtasia ex cõtuitu variarũ virgarũ ꝑ oculos impressa, q̃ nõ potuit nisi corpus qđ sic affecto spũ aĩabat ex cõpassione commixtionis afficere, vñ teneris fœtuũ primordiis colore tenus aspergeret. Vt.n. sic ex semetipsis afficiant̃, vel aĩa ex corpore vel corpus ex aĩa, congruentię rõnis id fa-

*Exod. 7. & 8. Gen. 30. De hoc vide infra li. 11. c. 2. & li. 12. de ciuit. Dei c. 25 & li. 18. cap. 5.*

K ciunt, quæ incommutabiliter viuunt in ipsa summa Dei sapientia, q̃ nulla spatia locorũ capiunt,& cũ ipsa sit incommutabilis, nihil eorũ quę cõmutabiliter sunt deserit, q̃a nihil eorũ nisi ꝑ ipsam creatum est. Vt.n. de pecorib. non virgæ sed pecora nasceret̃, fecit hoc incommutabilis & inuisibilis rõ sapientiæ Dei, per quam creata sunt omnia. Vt autẽ de varietate virgarũ, pecorum conceptum color aliquid duceret, fecit hoc aĩa grauidæ pecudis per oculos affecta forinsecus, & interius secum pro suo modulo formandi regulam trahens, q̃ de intima potentia sui creatoris accepit. Sed quanta sit vis aĩæ ad efficiẽdã atq; mutandam materiam corporalem, cum tñ creatrix corporis dici non possit quia oĩs cã mutabilis sensibilisq; substantiæ, omnisq; modus & numerus & pondus eius vnde efficitur vt sit, & natura ita vel ita sit, ab intelligibili & incõmutabili vita, quę super omnia est, existit,& peruenit vsque ad extrema atque terrena, multus sermo est, neq; nũc necessarius. Verum propterea sanctũ Iacob de pecorib. commemorandum arbitratus sum, vt intelligeret̃ si homo q̃ virgas illas sic po-

L suit, dici nõ põt creator colorum in agnis & hædis, nec ipsæ matrum animæ, quæ conceptam per oculos corporis phantasiam varietatis, seminibus carne conceptis, quantum natura passa est, aspeserunt, multo minus dici posse ranarum serpentiumq; creatores angelos malos, ꝑ quos magi Pharaonis tũc illa fecerunt. Aliud est.n. ex intimo ac summo causarum cardine condere atque administrare creaturã, quod qui facit, solus creator est Deus. Aliud aũt pro distributis ab illo virib.

*Cã originalis omniũ a Deo cap. 9.*

&

2.ſen. di. 7. c. ſicut ergo mente. & facultatibus aliquã operationẽ forinſecus
admouere, vt tũc vel tũc, ſic vel ſic exeat qđ
creatꝰ. Iſta quippe originaliter ac primordiali-
ter in quadã textura elementorũ cuncta iam
creata ſunt, ſed acceptis oportunitatib. pro-
deunt. Nã ſicut matres grauidæ ſunt fœtibus,
ſic ipſe mũdus grauidus eſt cauſis naſcentiũ,
quæ in illo nõ creanꝰ, niſi ab illa ſumma eſsẽ
tia, vbi nec oriꝰ, nec moriꝰ aliqd, nec incipit
M eſſe, nec deſinit. Adhibere aũt forinſecus ac-
cidẽtes cãs, quæ tametſi nõ ſunt naturales, tñ
ſm naturã adhibenꝰ, vt ea quæ ſecreto natu-
ræ ſinu abdita cõtinenꝰ, erũpant & foris creẽ
tur quodammodo explicando menſuras &
Sapiẽ. 11 numeros, & pondera ſua quæ in occulto ac-
ceperunt ab illo, qui oĩa in mẽſura & nume-
ro & põdere diſpoſuit, nõ ſolũ mali angeli,
ſed ẽt mali hoĩes pñt, ſicut exemplo agricul
turæ ſupra docui. Sed ne de aĩalib. quaſi di-
uerſa rõ moueat, qꝓ habẽt ſpm̃ vitę cum ſen-
ſu appetendi quæ ſm naturã ſunt vitandiq;
contraria, etiã hoc eſt videre, q̃ multi hoĩes
nouerunt, ex qb. herbis, aut carnib. aut quarũ
cunq; rerũ qbuſlibet ſuccis aut humorib. vel
ita poſitis, vel ita obrutis, vel ita cõtritis, vel
ita commixtis, quæ aĩalia naſci ſoleant, quo-
rum ſe qs tam demens audeat dicere creato-
rem? Quid ergo mirum ſi quemadmodum
põt noſſe quilibet nequisſimus hõ, vnde illi
vel illi vermes muſcęq; naſcanꝰ, ita mali an-
geli pro ſubtilitate ſui ſenſus in occultiorib.
elementorum ſeminib. norunt, vnde ranę ſer
Exod. 8. penteſq; naſcanꝰ, & hęc per certas & notas
temperationum opportunitates occultis mo
tib. adhibenda faciunt creari, nõ creãt, ſed il-
la hoĩes quæ ſolent ab hoĩb. fieri, nõ miranꝰ.
Quod ſi qſquã celeritates incrementorum
forte miraꝰ, qꝓ illa aĩantia tã cito facta ſunt,
attendat, quemadmodum & iſta ꝓ modulo
facultatis humanæ ab hoĩb. procurenꝰ. Vnde
.n. fit vt eadẽ corpora citius vermeſcant æſta
A te q̃ hyeme, citius in calidiorib. q̃ in frigidio
2. ſen. di. 7. c. ſicut ergo. rib. locis? Sed hæc ab hoĩb. tãto difficilius ad
hibenꝰ, q̃to deſunt ſenſuũ ſubtilitates, & cor
porũ mobilitates in membris terrenis & pi-
gris. Vnde qualibuſcunq; angelis vicinas cãs
Sapiẽ. 11 ab elementis contrahere, quanto facilius eſt,
2. ſen. di. 7. c. illud tanto mirabiliores in hmõi operib. eorũ exi
ſtunt celeritates, ſed non eſt creator, niſi qui
principaliter iſta format. Nec qſquã hoc p̃t
niſi illi penes quẽ primitus ſunt oĩum quæ
ſunt menſurę numeri, & pondera, & ipſe eſt
vnus creator Deus, ex cuius ineffabili poten-
tatu fit ẽt vt quod poſſent hi angeli ſi permit
terenꝰ, iõ non posſint, qa nõ permittunꝰ. Ne- Exod. Exod.
que .n. occurrit alia rõ, cur non potuerint fa-
cere minutisſimas muſcas qui ranas ſerpen-
teſq; fecerunt, niſi qa maior aderat dñatio ꝓ
hibendi per ſpm̃ ſanctũ, quod ẽt ipſi magi cõ
feſſi ſunt dicẽtes, Digitus Dei eſt hic. Quid Exod.
aũt posſint per naturã, nec posſint per prohi B
bitionẽ, & qd per ipſius naturæ ſuę cõditio-
nem facere non ſinanꝰ, hoĩ explorare diffici
le eſt, immo vero impoſſibile, niſi per illud
donũ Dei, qđ Apoſtolus cõmemorat dicẽs, 1. Cor.
Alij diiudicatio ſpirituũ. Nouimus .n. hoĩem
poſſe ambulare, & nequaq̃ hoc poſſe ſi non
permittaꝰ, volare aũt non poſſe ẽt ſi permitta
tur. Sic & illi angeli quædam pñt facere ſi ꝑ-
mittãtur ab angelis potentiorib. ex imperio
Dei: quædam vero non pñt, etiam ſi ab eis
permittanꝰ, quia ille non permittit, à quo il-
lis eſt talis naturę modus, qui etiam per ange
los ſuos & illa plerunq; non permittit, quæ
conceſſit vt posſint Exceptis igitur illis, quæ
vſitatisſimo tranſcurſu temporum in rerum
naturæ ordine corporaliter fiunt, ſicut ſunt
ortus occaſuſque ſyderum, generationes &
mortes animalium, ſeminum & geminum
innumerabiles diuerſitates, nebulæ & nubes,
niues & pluuię, fulgura & tonitrua, fulmina
& grandines, venti & ignes, frigus & æſtus,
& omnia talia. Exceptis etiam illis quæ in eo
dem ordine rara ſunt, ſicut defectus luminũ,
& ſpecies inuſitatæ ſyderũ, & mõſtra, & ter-
ræmotus, & ſimilia. Exceptis ergo iſtis om- Pſ. 14[8]
nib. quorum quidem prima & ſumma cauſa
non eſt niſi volũtas Dei, vnde & in Pſalmo,
cum quædam huins generis eſſent comme-
morata: Ignis, grando, nix, glacies, ſpũs tẽpe
ſtatis, ne quis ea vel fortuitu, vel cauſis tm̃-
modo corporalib. vel etiam ſpiritalib. tamẽ
præter voluntatem Dei exiſtentib. agi crede- C
ret, continuo ſubiecit, quæ faciunt verbum
eius. Sed his, vt dicere cœperam, exceptis, Quot [mo-]
alia ſunt illa, quæ quamuis ex eadem materia dis cre[a-]
corporalis, ad aliquid tamen diuinitus annũ tura [ad-]
ciandum noſtris ſenſibus admouentur, quę mit ad[…]
proprie miracula & ſigna dicuntur, nec in gnifica[…]
omib. quæ nobis à dño Deo annuncianꝰ, ip- cap. 1[…]
ſius Dei ꝑſona ſuſcipiꝰ. Cum aũt ſuſcipitur,
aliqñ in angelo demonſtatur, aliquando in
ea

ea specie, quę nō est qđ angelus, quanuis per
angelū disposita ministret. Rursus cū in ea
specie suscipit quę non est qđ angelus, aliqñ
iam erat ipsum corpus, & ad hoc demōstrā
dum in aliq̄ mutationē assumit: aliqñ ad hoc
exorit, & re peracta rursus absumit, sicut ēt
e. 31. cū hoīes annunciāt, aliqñ ex sua ꝑsona ver-
ba Dei loquunt, sicuti cum præmittit, Dixit
dñs, aut hęc, dicit dñs, aut tale aliq̄d, aliqñ
autem nihil tale prēmittentes, ipsam Dei ꝑ-
al. 31. sonā in se suscipiunt, sicuti est. Intellectū tibi
dabo, & constituā te in via hac qua ingredie
ris. Sic non solū in dictis, verumēt in factis,
D Dei ꝑsona significāda imponit Prophetę, vt
eam gerat in ministerio prophetiæ, sicut etiā
personā gerebat qui vestimētum suum diui-
Re. 11. sit in duodecim partes, & ex eis decē seruo
regis Salomonis dedit, regi futuro Israel. Ali
qñ etiā res quæ nō erat qđ Propheta, & erat
iā in terrenis reb. in hmōi significationē assū
en. 28. pta est, sicut sōnio viso Iacob euigilans fecit
de lapide, quem dormiens hēbat ad caput.
Aliqñ ad hoc fit eadem spēs, vel aliquantulū
. 11. mansura, sicut potuit serpens ille æneus exal
tatus ī eremo, sicut pñt & literæ, vel peracto
ministerio trāsitura, sicut panis ad hoc factus
in accipiēdo sacro cōsumit. Sed q̄a hæc hoī
uchari- bus nota sunt, q̄a ꝑ hoīes fiūt, honorē tanq̄
a. religiosa pñt hr̄e, stuporē tanq̄ mira nō pñt.
Itaq; illa quæ ꝑ angelos fiūt, quo difficiliora
& ignotiora, eo mirabiliora sunt nobis, illis
aūt tanq̄ suæ actiones notæ atq; faciles. Loq̄-
xod. 3. tur ex ꝑsona Dei angelus dñi, dicens, Ego sū
Deus Abrahā, & Deus Isaac, & Deus Iacob:
cum scriptura prędixisset, Visus est ei angel⁹
dñi: loquitur & homo ex persona dñi, dicēs,
xod. 3. Audi populus meus, & loquar Israel, & testi
sal. 80. ficabor tibi: Deus Deus tuus ego sum. Assum
pta est virga ad significationem, & in serpen
en. 28. tem angelica facultate mutata est. Quæ facul
E tas cū desit homini, assumptus est tñ ab hoīe
lapis ad talem aliq̄ significationem. Inter fa-
ctū angeli & factum hoīs plurimum distat,
illud & mirandū & intelligendum est, hoc
aūt tm̄modo intelligendum. Qđ ex vtroque
intelligit, fortassis vnum est, at illa ex q̄b. in-
telligit, diuersa sunt, tanq̄ si nomen dñi & au
ro & atramento scribat, Illud est præciosius,
illud vilius, qđ tñ in vtroq; significat idipsū
xod. 4 est. Et quāuis idē significauerit, ex virga Moy
en. 28. si serpens: qđ lapis Iacob, melius tñ aliq̄d la-

pis Iacob, q̄ serpentes magorū. Nam sicut vn Exod. 7.
ctio lapidis Christū in carne, in qua vnctus Psal. 44.
est oleo exultationis prę participib. suis, ita
virga Moysi cōuersa in serpentē ipsum Chri
stum factū obedientē vsq; ad mortē crucis. Philip. 2.
Vnde ait, Sicut exaltauit Moyses serpentē in Ioan. 3.
deserto, sic oportet exaltari filiū hoīs, vt oīs
qui credit in ipso, nō pereat, sed habeat vitā
æternā. Sicut intuentes illum serpentem exal Num. 21
tatum in eremo, serpentū morsib. non peri-
bant. Vetus.n.homo noster cōfixus est cruci Rom. 6.
cū illo, vt euacuaret corpus peccati. Per ser-
pentem.n.intelligit mors, quę facta à serpen F
te in paradiso, modo locutionis per efficien
tem id qđ efficit demonstrante. Ergo virga Gene. 3.
in serpētem, Christus in mortem, & serpēs
rursus in virgam, Christus in resurrectionē Synecdoche Infra
totus cum corpore suo quod est ecclesia, qđ Cap. 11.
in finem temporis erit, quē serpentis cauda Exod. 4.
significat quam Moyses se tenuit vt rediret in
virgā. Serpentes autem magorum tanq̄ mor
tui seculi nisi credentes in Christum tanquā
deuorati in corpus eius intrauerint, resurge
re in illo non potuerunt. Lapis ergo Iacob, Gen. 28.
vt dixit, melius aliquid significauit q̄ serpen
tes magorum, at.n. factum magorum multo
mirabilius. Verum hęc non ita præiudicant
reb. intelligendis: tanq̄ si hoīs nomen scribat
auro, & Dei atramento. illas etiam nubes &
ignes quomodo fecerint vel assumpserint an
geli ad significandum, quod annunciabant,
etiam si dominus vel spiritussanctus illis cor
poralibus formis ostendebatur, quis nouit
hominum? sicut infantes non nouerūt quod Euchari-
in altari ponitur, & peracta pietatis celebra- stia.
tione consumitur, vnde vel quomodo confi
ciatur, vnde in vsum religionis assumatur. Et
si nunquam discant experimento vel suo vel
aliorum, & nunquam illam speciem rerum
videant, nisi inter celebrationes sacramento G
rum cum offertur & datur, dicaturq; illis au Mat. 26.
thoritate grauissima: cuius corpus & sanguis
sit nihil aliud credent, nisi omnino in illa spe
cie dominum oculis apparuisse mortalium, Ioan. 19.
& de latere tali percusso, liquorem illū om-
nino fluxisse. Mihi autem omnino vtile est,
vt meminerim virium mearum fratresque
meos admoneam, vt & ipsi meminerint sua-
rum, ne vltra quàm tutum est humana pro-
grediatur infirmitas. Quemadmodum enim
hæc faciant angeli, vel potius Deus quemad-
modum

modum

modũ hæc faciat per angelos suos, & quantum fieri velit etiã per angelos malos, siue sinendo, siue cogẽdo, ex occulta sede altissimi imperij sui, nec oculorũ acie penetrare, nec fiducia rõnis enucleare, nec prouentu mẽtis cõprehẽdere valeo, vt tã certus hinc loquar ad oĩa quæ requiri de his reb. pñt, q̃ si essem angelus, aut Propheta, aut Apostolus. Cogitationes. n. mortaliũ timidæ & incertæ ꝓuidẽtiæ nostræ. Corpus. n. quod corrumpit aggrauat aĩam, & deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitationẽ. Et difficile existimamus quæ in terra sunt, & quę in ꝓspectu sunt inuenimus cũ labore, quæ in cœlis sunt aũt, q̃s inuestigabit? Sed q̃a sequit̃ & dicit: Sẽsum aũt tuum q̃s sciat, nisi tu dederis sapientiã, & miseris spm̃sanctum tuũ de altissimis, quæ in cœlis sunt q̃dẽ, nõ inuestigamus, quo rerũ genere & corpora angelica ẽm propriã dignitatẽ, & eorũ quędã corporalis actio cõtinet̃, ẽm spiritũ tñ Dei missum nobis de altissimis, & impartitam eius gratiã mẽtib. nostris audeo fiducialiter dicere, nec Deũ patrem, nec verbũ eius, nec spm̃ eius, qđ Deus vnus est, per id quod est, atq; idipsum est, vllo modo esse mutabilem, ac p hoc multo minus esse visibilẽ, qm̃ sunt quædã q̃uis mutabilia, non tñ visibilia, sicut nostre cogitationes: & memoriæ, & voluntates, & oĩs incorporea creatura. Visibile aũt q̃cquã nõ est, quod non sit mutabile. Quapp substãtia vel si melius dr̃ essentia Dei, vbi pro modulo nostro ex quantulacunq; particula intelligimus patrem & filium & spm̃sanctum, q̃nquidẽ nullo modo mutabiles est, nullo modo põt ipsa per semetipsam esse visibilis. Proinde illa oĩa quæ patrib. visa sunt, cum Deus illis ẽm suã dispensationem tpib. congruam præsentaretur per creaturam facta esse manifestum est. Et si nos latet q̃uo ea ministris angelis fecerit, per angelos tñ esse facta, nõ ex nostro sensu dicimus, ne cuiquam videamur plus sapere, q̃ oportet sapere, sed sapiamus ad tẽperãtiã, sicut Deus nobis partitus est mẽsurã fidei, sed credimus, pp qđ & loquimur. Extat. n. authoritas diuinarũ, scripturarũ, vñ mens nostra deuiare non dẽt, nec relicto solidamẽto diuini eloquij, p suspitionum suarũ abrupta præcipitari, vbi nec sẽsus corporis regit, nec perspicua rõ veritatis elucet. Apertissime q̃ppe scriptũ est in epistola ad Hebræos, cũ dispensatio noui testamenti à dispositione veteris testamenti ẽm cõgruentiam seculorum, ac temporum distingueret̃, nõ tm̃ illa visibilia, sed ipsum etiam sermonẽ per angelos factũ. Sic.n.dicit: Ad quem aũt angelorum dixit aliq̃ñ, Sede ad dexteram meam, quousq; ponã inimicos tuos scabellum pedum tuorũ? Nonne oẽs sunt ministri spũs ad ministrationem missi, pp eos qui futuri sunt hęreditatem possidere salutis? Hinc ostendit illa omnia non solum per angelos facta, sed etiam pp nos facta. i. pp populum Dei, cui promittit̃ hæreditas vitæ æternę. Sicut ad Corinthios etiam scriptum est, Omnia hæc in figura contingebant illis, scripta sunt aũt ad correptionẽ nostrã, in quos finis seculorum obuenit. Deinde quia tunc per angelos, nunc autem per filium sermo factus est, consequenter aperteque demonstrans propterea, inquit, abundantius oportet attendere nos ea quæ audiuimus, ne forte defluamus. si enim qui per angelos dictus est sermo factus est firmus, & omnis præuaricatio & inobedientia iustam accepit mercedis retributionem, quomodo nos effugiemus tantam negligentes salutem? Et quasi quæreres quam salutem, vt ostenderet se de nouo testamẽto iam dicere. i. sermone qui non per angelos, sed per dominum factus est. Quæ cum initium accepisset, inquit, vt enarretur per dominum, ab iis qui audierunt in nos confirmata est, contestante Deo signis & portentis, & variis virtutibus, & spiritussancti diuisionibus secundum suam voluntatem. Sed ait aliquis. cur ergo scriptum est, Dixit dominus ad Moysen, & non potius, Dixit angelus ad Moysen? Quia cum verba iudicis preco pronunciat, non scribitur in gestis. Ille preco dixit, sed ille iudex: sic etiam loquente Propheta sancto, etsi dicamus, Propheta dixit, nihil aliud quam dominum dixisse intelligi volumus. Et si dicamus, dominus dixit, Prophetam non subtrahimus, sed quis per eũ dixerit admonemus. Et illa quidem scriptura sępe aperit angelũ esse dominum, quo loquente identidem dicitur, dominus dixit, sicut iam demonstrauimus. Sed propter eos, qui cum scriptura illic angelum nominat, ipsum per seipsum filiũ Dei volunt intelligi, quia propter annunciationẽ paternæ ac suæ voluntatis à Propheta dictus est angelus, propterea volui ex hac epistola ma-

Margin notes: Sapien. 9 — H — 2. sen. di. 8. ca. cæterum. — Essentia Dei nunquã p se apparuit. Cap. 11. 2. sen. di. 8. ca. cæterum. — Rom. 12. 2. Co. 4. — I — Heb. 1 — Psal. 1 — 1. Co. — K — L — Mala.

manifestius testimoniũ dare, vbi nõ dictũ est per angelũ, sed per angelos. Nã & Stephanus in Actib. Apostolorum eo more narrat hæc, quo ẽt in libris veterib. conscripta sunt. Viri fratres & p̃res audite, inquit, Deus gloriæ apparuit Abrahæ patri nr̃o, cũ esset in Mesopotamia. Ne quis aũt arbitraretur tunc Deũ gloriæ per id ꝙ in seipso est, cuiusquã oculis apparuisse mortalium, in cõsequentib. dicit, ꝙ Moysi angelus apparuerit. Fugit, inquit Moyses in verbo isto, & factus est inquilinus ĩ terra Madian, vbi genuit filios duos. Et cõpletis illic annis xl. apparuit illi in deserto montis Sina angelus dñi in flãma ignis in rubo, Moyses aũt videns mirabat̃ visum. Qui cũ accederet considerare, facta est vox dñi dicens: Ego sum Deus patrũ tuorũ, Deus Abrahã, & Deꝰ Isaac, & Deus Iacob. Tremefactus aũt Moyses, non audebat cõsiderare. Dixitq; illi dñs, Solue calciamentũ pedũ tuorũ, &c. Hic certe & angelũ & dñm dicit, eundemq; Deum Abrahã, & Deũ Isaac, & Deũ Iacob, sicut in Genesi scriptũ est. An forte quisquã dicturus est, ꝙ Moysi per angelũ apparuit dñs, Abrahæ vero per seipsum? At hoc a Stephano nõ q̃ramus, ipsum librũ vnde Stephanus ista narrauit, interrogemus. Nunquid.n. quia scriptũ est, Et dixit dñs Deꝰ ad Abrahã. Et paulopost, Et visus est dñs Deus Abrahæ, ꝓpea ista non per angelos facta sunt, cũ alio loco similiter dicat, Visus est aũt ei Deus ad ilicem Mãbrę, sedenti ad ostiũ tabernaculi sui meridie. Et tñ consequenter adiungit, Respiciens aũt oculis suis vidit, & ecce tres viri stabant ꝑꝑ eũ, de quib. iã diximus. Quõ.n. poterunt isti, qui vel a verbis ad intellectũ nolunt assurgere, vel facile se ab intellectu in verba pręcipitãt, quõ poterunt explicare uisũ esse Deũ in viris trib. nisi eos, sicut ẽt cõsequentia docẽt, angelos fuisse fateantur? An quia nõ dictũ est, Angelus ei locutus est uel apparuit, ꝓpea dicere audebunt, Moysi quidẽ illã uisionẽ ac vocẽ per angelũ factã, quia ita scriptũ est, Abrahæ aũt quia cõmemoratio angeli nõ est facta per substantiã suã Deũ apparuisse atq; sonuisse? Quid ꝙ nec apud Abrahã de angelo tacitũ est? Nã ita legitur, cum immolandus filius eius præciperetur, Et factũ est post hæc uerba, tẽtauit Deus Abrahã, & dixit ad eũ, Abrahã Abraham. Et ille dixit, Ecce ego. Et dixit ei, Accipe filiũ tuũ dilectũ, quẽ diligis Isaac, & vade in terrã excelsam, & offer eũ ibi holocaustũ super vnũ montiũ quẽ tibi dixero. Certe hic Deus, non angelus cõmemoratus est. Paulopost uero ita se habet scriptura, Extendens aũt Abrahã manũ suã, sumpsit gladiũ, volens occidere filiũ suũ. Et vocauit eũ angelus dñi de cęlo, & dixit ei, Abrahã Abraham. Et dixit, Ecce ego. Et dixit, Ne inijcias manũ tuã super puerũ, neq; facias ei q̃cquã. Quid ad hoc rñdetur? an dicturi sunt Deum iussisse ut occideret̃ Isaac, & angelũ prohibuisse? Porro ipsum patrẽ aduersum Dei p̃ceptũ, qui iusserat ut occideret, obtẽperasse angelo ut parceret? Ridendus & abijciẽdus hic sensus est. Sed neq; huic tã crasso & abiecto vllũ locũ scriptura esse ꝑmittit cõtinuo subiungens, Nunc.n. cognoui q̃a times Deũ tu, & non pepercisti filio tuo dilecto ꝑꝑ me. Quid est ꝑꝑ me, nisi ꝑꝑ eũ qui occidi iusserat? Idẽ igitur Deus Abrahæ qui angelus, an potius per angelũ Deus? Accipe sequentia. Certe iam hic angelus manifestissime expressus est, attende tñ quid contexatur. Respiciẽs Abrahã oculis suis uidit, & ecce aries vnus tenebatur in arbore Sabech cornibus, & abijt Abrahã, & accepit arietẽ, & obtulit eum holocaustũ pro Isaac filio suo. Et cognominauit Abraham nomen loci illius: Dñs uidit, ut dicant hodie ꝙ in monte dñs visus est: sicut paulo ante ꝙ dixit Deus per angelũ, Nũc.n. cognoui quia times Deũ, non quia tũc Deus cognouisse intelligẽdus est, sed egisse, vt per Deũ ipse Abrahã cognosceret quãtas haberet uires cordis ad obediẽdũ Deo vsq; ad immolationẽ unici filij: illo modo locutionis quo significatur per efficientẽ id ꝙ efficitur, sicut dr̃ frigus pigrũ, ꝙ pigros facit, ut ideo cognouisse diceretur, quia ipsum Abraham cognoscere fecerat, quẽ poterat latere fidei suæ firmitas, nisi tali experimento probaret̃. Ita & hic cognominauit Abrahã nomẽ loci illius, Dñs uidit, i. ꝙ uideri se fecit. Nã continuo secutus ait: Vt dicant hodie ꝙ in monte dñs uisus est. Ecce idẽ angelus, dñs dr̃: quare nisi quia per angelũ dñs? Iã uero in eo ꝙ sequitur, prophetice oĩno loquit̃ angelus, & prorsus aperit ꝙ per angelũ Deus loquatur. Et uocauit, inquit, angelus dñi Abrahã iterũ de cęlo, dicẽs: Per me iuraui dicit dñs, ꝓ eo ꝙ fecisti hoc uerbum, & nõ pepercisti filio tuo dilecto ꝑꝑ me, &c. Hæc certe uerba ut

Marginalia, left column: Act. 7. / Gen. 12. / Exo. 2. / M / Exod. 2. / K / Exod. 3. / Act. 7. / Gen. 12. / Gen. 17. / Gen. 18. / A / L / Gen. 22.

Marginalia, right column: B / Simile habetur supra c. 10. / C / Gen. 22.

dicat ille per quē loquitur dñs. Hęc dicit dñs ēt Prophetæ solēt habere. An filius Dei de patre ait, Dicit dñs, & ipse est ille angel⁹ patris? Gen. 18. Quid ergo de illis tribus viris, nonne respiciunt quō vrgeantur, qui visi sunt Abrahæ, cū pdictū esset, visus est ei dñs? An quia viri dicti sunt, non erant angeli? Danielem legant Dan. 8. & 9. dicentē: Ecce vir Gabriel. Sed quid vltra differimus ora eorū euidentissimo atq; grauissimo alio documēto oppilare, vbi non angelus singulariter, nec viri pluraliter, sed omnino angeli dñr: per quos sermo non quilibet D factus, sed lex ipsa data manifestissime ostenditur, quam certe nullus fideliū dubitat Deū dedisse Moysi ad subiugandū populū Israel, sed tñ per angelos datā. Ita Stephanus loquitur: Acto. 7. Dura ceruice, inquit, & nō circūcisi corde & aurib. vos semper spirituisancto restitistis, sicut & patres vestri. Quē Prophetarum nō persecuti sunt patres vestri? Et occiderunt eos, qui pnunciabant de aduentu isti, cuius nūc vos proditores & interfectores fuistis, qui accepistis legē in edictis angelorum, nec custodistis. Quid hoc euidentius, quid tanta authoritate robustius? In edictis quidē angelorū lex illi populo data ē, sed dñi Iesu Christi per eā disponebatur & pnunciabatur aduentus. Et ipse tanquā verbū Dei miro & ineffabili modo erat in angelis, in quorū edictis lex ipsa dabatur. Vnde dicit in Euāgelio, Ioan. 5. Si crederetis Moysi, crederetis & mihi, de me.n.ille scripsit. Per angelos ergo tunc dñs 1. Tim. 2 loquebatur, per angelos filius Dei, mediator Dei & hominum futurus ex semine Abrahæ suū disponebat aduentū, vt inueniret à quib. reciperet cōfitentes reos, quos lex nō impleta fecerat transgressores. Vnde & Apostolus Galat. 3. ad Galatas dicit: Quid ergo lex? Trāsgressionis gratia posita est, donec veniret semen cui promissum est, disposita per angelos in manu mediatoris: hoc est disposita per angelos in manu sua. Non.n.natus est per condōnē, sed per ptātē. Quod aūt nō aliquē ex angelis dicit mediatorē, sed ipsum dñm Iesū Chrm, E inquantū hō fieri dignatus est, habes alio loco, 1. Tim. 2 Vnus, inquit Deus, & vnus mediator Dei & hominū, hō Christus Iesus. Hinc illud Pas Exod. 12 cha in interfectione agni: hinc illa oīa q̄ de Acto. 7. Christo venturo in carne atq; passuro, sed & resurrecturo in lege figurantur, q̄ data est in edictis angelorū, donec veniret semen, disposita per angelos in manu mediatoris. In quib. Galat. angelis erat vtiq; & pater & filius & spūssanctus: & aliqñ pater, aliqñ filius, aliqñ spūssanctus, aliqñ sine vlla distinctione psonæ Deus per illos figurabatur, & si visibilibus & sensibilib. formis apparens, per creaturā tñ suam, non per substantiā suam, cui videndæ corda mundantur per hæc oīa quæ oculis vidētur, & auribus audiuntur. Sed iā satis, quantū existimo, pro captu nostro disputatū & demonstratū est, q̄ in hoc libro suscceperamus ostēdere: cōstititq; & probabilitate rationis quātū homo vel potius quantum ego potui, & firmitate authoritatis quantum de scripturis sanctis diuina eloquia patuerunt, q̄ antiquis patribus nostris ante incarnationem saluatoris, cum Deus apparere dicebatur, voces illæ ac species corporales per angelos factæ sūt, siue ipsis loquentibus vel agētibus aliquid ex persona Dei, sicut ēt Prophetas solere ostendimus: siue assumentib. ex creatura quod ipsi non essent, vbi Deus figurate demōstraretur hominibus. Quod genus significationū nec Prophetas omisisse multis exēplis docet scriptura. Superest igitur iam vt videamus cum & nato per virginem dño, & corporali specie sicut columba descēdente spiritusancto, Matt. 3. Acto. 2. visisq; igneis linguis, sonitu facto de cęlo die Pentecostes post ascensionem dñi, nō ipsum Dei verbū per substantiā suā, qua patri ęquale atque coæternum est, nec spiritus patris & filij per suā substantiā, qua & ipse vtriusque æqualis atq; coæternus est, sed vtiq; per creaturā, q̄ illis modis formari & existere potuit corporeis atq; mortalibus sensibus appareret, quid inter illas demonstrationes & has proprietates filij Dei & spiritussancti, quamuis per creaturam visibilem factas intersit, q̄ G alio volumine commodius ordiemur.

## D. AVRELII AVGVSTINI De Trinitatę.

## LIBER QVARTVS.



Scientiam terrestrium cęlestiumque rerum magni æstimare solet genus humanū, in quo profecto meliores sunt q̄ huic sciētiæ præponunt nosse semetipsos: laudabiliorq; est animus, cui nota est vel Scire infelicitas est. infir-

infirmitas sua, q̃ qui ea nõ respecta, vias sy-
derum scrutatur etiam cogniturus, aut qui iã
cognitas tenet, ignorãs ipse qua via ingredia
tur ad saluté ac firmitaté suã. Qui vero iã eui
gilauit in Deũ, spiritusſancti calore excitat⁹,
atq; in eius amore coram se viluit, ad eumq;
intrare volens nec valens, eoq; sibi lucéte at
tẽdit in se, inuenitq; se suamq; egritudinem
illius munditiæ cõtemperari non posse co-
gnouit, flere habet, eumq; deprecari, vt etiã
misereatur, donec exuat totã miseriã, & pre
1.Co. 8. cari cũ fiducia, iam accepto gratuito pigno-
re salutis, p̃ eius vnicũ Saluatoré hominis &
illuminatoré: hunc ita agenté & dolentem,
scientia nõ inflat, quia charitas ædificat: prę-
posuit.n. scientiam scientiæ, prępoſuit scire
infirmitaté suam magis q̃ scire mundi mœ-
nia, fundamenta terrarũ, & fastigia cęlorũ: &
hanc apponendo scientiã, apposuit doloré.
Eccle. 1. Doloré peregrinationis suæ ex desiderio pa
trię suæ, & conditoris eius beati Dei sui. In
I hoc genere hominum, in familia Christi tui
dñe Deus meus, si inter pauperes tuos gemo,
da mihi de pane tuo respõdere hominibus,
qui nõ esuriunt iustitiã, sed satiati sunt & abũ
Matt. 5. dant. Satiauit autem illos phãtasma eorũ, nõ
veritas tua, quã repellendo resiliũt, & in suã
vanitaté cadunt. Ego certe sentio q̃ multa fig
menta pariat cor humanum. Et quid est cor
meũ, nisi cor humanũ? Sed hoc oro Deũ cor
dis mei, vt nihil ex eis figmentis pro solido
vero eructẽ in eas literas, sed inde veniat in
eas quicquid per me venire potuerit, vnde
mihi, quãuis proiecto a facie oculorum suo
Psal. 30. rũ, & de longinquo redire conanti, per viã
Luc. 15. quam strauit humanitati diuinitas vnigeniti
sui, aura veritatis eius aspergit. Quã intantũ
licet mutabilis haurio, in quãtũ ĩ ea nihil mu
tabile video. nec locis & tẽporibus sicut cor
pora, nec solis tẽporibus & quasi locis, sicut
spirituũ nostrorũ cogitationes: nec solis tẽ-
poribus, & nulla vel imagine locorũ, sicut
quædam nostrarũ mentium ratiocinationes.
Omnino enim Dei essentia, qua ẽ, nihil mu-
K tabile habet, nec in ęternitate, nec in veritate
nec in voluntate: quia ęterna ibi est veritas,
Per agni & æterna charitas: & vera ibi est charitas, ve
tionẽ in- ra æternitas: & chara ibi est æternitas, & cha
firmita- ra veritas. Sed quoniam exulauimus ab in-
tis nostræ commutabili gaudio, nec tamen inde præ-
pficimur. cisi atque abrupti sumus, vt non etiã in istis

muta bilibus & temporalibus æternitatẽ, ve-
ritaté, beatitudinem quæreremus: nec mori Cap. 1.
enim nec falli, nec perturbari volumus mis-
sa sunt nobis diuinitus visa cõgrua peregri-
nationi nostræ, quibus admonemur, non sic
esse quod quærimus, sed illuc ad ipsa esse re
deundum, vnde nisi penderemus, hic ea nõ
quæreremus. Ac primum nobis psuadendũ
fuit, quantũ nos diligeret Deus, ne despera-
tione non auderemus erigi in eũ. Quales aũt
dilexerit, ostendi oportebat, ne tãquã de me
ritis nostris superbientes, magis ab eo resili-
remus & in nostra fortitudine magis defice
remus: ac p̃ hoc egit nobiscũ, vt per eius for
titudinẽ potius proficeremus, atq; ita in in-
firmitate humilitatis, perficeretur virtus cha
ritatis. Hoc significat in Psalmo, vbi ait: Plu-
uiam voluntariã segregans Deus hæreditati
tuæ, & infirmata est, tu vero perfecisti eam. Psal. 67.
Pluuiã quippe voluntatiã non nisi gratiam L
vult intelligi, nõ meritis redditam, sed gratis
datam, vnde & gratia nominatur. Dedit enim 1. Co. 16.
eã, nõ quia digni eram⁹, sed quia voluit. Hoc
cognoscentes, non fidentes in nobis erimus
& hoc est infirmari. Ipse vero pficit nos, q
ẽt Paulo Apostolo dicit: Sufficit tibi gratia
mea: nã virtus in infirmitate pficit. Persuadẽ 1. Co. 12.
dum ergo erat homini quantũ nos dilexerit
Deus & quales dilexerit. Quãtũ, ne despera-
rem⁹: quales nõ supbiremus. Hũc locũ Apo
stolus per necessariũ sic explicat, Cõmen-
dat autẽ, inquit, suã charitaté Deus in nobis, Rom. 5.
qm̃ cũ adhuc peccatores essemus, Christus
p̃ nobis mortuus est: multo magis iustificati
nũc in sanguine ipsius, salui erimus ab ira p̃
ipsum. Si.n. cũ inimici essemus, recõciliati su
mus Deo p̃ mortẽ filij eius: multo magis re-
conciliati salui erimus in vita ipsius. Itẽ alio
loco, Quid ergo, inquit, dicemus ad hęc? Si Rom. 8.
Deus pro nobis, quis cõtra nos? qui proprio
filio non pepercit, sed p̃ nobis oĩbus tradi-
dit illũ. Quomodo nõ cũ illo nobis oĩa do-
nauit? Quod aũt factũ nobis annũciatur, hoc
futurũ ostẽdebatur & antiquis iustis, vt per
eandem fidẽ etiã ipsi humilitati infirmarent, M
& infirmati perficerentur. Quia igitur vnum
verbũ Dei est, p̃ quod facta sunt omnia, qđ Ioan. 1.
est incõmutabilis veritas, vbi principaliter
atq; incõmutabiliter sunt omnia simul, non
solũ q̃ nunc sunt in hac uniuersa creatura,
uerũ etiam quæ fuerũt, & q̃ futura sunt. Vbi

autē nec fuerunt, nec futura sunt, sed tantū-
modo sunt, omnia vita sunt, & oĩa vnū sunt,
& magis vnū est, & vna vita est, Sic.n.omnia
per ipsum facta sunt, vt quicquid factū est in
his, in illo vita sit, & facta non sit: q̃a in prin
cipio nō factū est verbū, sed erat verbū apud
Deū, & Deus erat verbū, & oĩa p̄ ipsū facta
sunt: nec p̄ ipsum omnia facta essent, nisi ip-
sum esset ante omnia, factumq; non esset. In
ijs autem quæ per ipsum facta sunt, etiā cor
pus quod vita non est, per ipsum nō fieret, ni
si in illo antequā fieret vita esset. Quod.n.fa-
ctū est, iam in illo vita erat, & nō qualiscūq;
A vita: nam & anima vita est corporis, sed hæc
facta est, quia mutabilis est, & per quid facta
est nisi per Dei verbū incōmutabile? Oĩa.n.
per ipsum facta sunt, & sine ipso factū est ni
hil: quod ergo factū est, iā in illo vita erat, &
nō qualiscunq; vita sed vita erat lux hominū
lux vtiq; rationaliū mentiū, per quas homi-
nes à pecoribus differunt, & ideo sunt ho-
mines. Non ergo lux corporea, quę lux est
carniū, siue de cęlo fulgeat, siue terrenis igni
bus accedatur: nec humanarū tantū carniū,
sed etiā beluarū, & vsq; ad manifestissimos
quosq; vermiculos. Oĩa.n.hæc vidēt istā lu-
cē at illa vita lux hominū erat, nec longe po
sita ab vnoquoq; nostrū. In illa.n. viuimus &
*Act.17.* mouemur & sumus. Sed lux in tenebris lucet
*Ioan.1.* & tenebræ eā nō cōprehēderūt. Tenebrę aūt
*Q̃uo redimur habiles per cipiendæ veritati. Cap.2.* sunt stultæ mētes hominū, praua cupiditate
atque infidelitate cecatæ. Has vt curaret at-
que sanaret verbū, per qđ facta sunt oĩa, ca-
ro factū ē, & habitauit in nobis. Illuminatio
q̄ppe nr̃a participatio verbi Dei ē, illius.s. vi
*Ioan.1.* tę q̃ lux est hoĩū. Huic aūt participationi p̄r
sus inhabiles & minus idonei eramus, p̄p im
mūditiā pc̃tōrū. Mundādi ergo eramus. Por
ro iniquorū & superborū vna mundatio est
sanguis iusti, & humilitas Dei: vt ad cōtēplā
dū Deū quod natura non sumus, p̄ eū mūda-
remur, factū q̃ natura sumus, & q̄ pc̃tō non
sumus. Deus.n.natura nō sumus, hoĩes natu
B ra sumus, iusti pc̃tō nō sumus. Deus itaq; fa-
ctus hō iustus intercessit Deo p̄ hoĩe pecca
tore. Nō.n.cōgruit peccator iusto, sed con-
gruit hoĩ hō. Adiungens ergo nobis similitu
dinē humanitatis suæ abstulit similitudinem
iniquitatis nostræ. Et factus particeps mor-
talitatis nostræ, fecit nos participes diuini-
tatis suæ. Merito quippe mors peccatorū ve
niens ex dānationis necessitate, soluta est per
mortē iusti venientē ex misericordiæ volun
tate dum simplū eius cōgruit duplo nostro.
Hæc.n.cōgruētia siue cōueniētia, vel cōcinē
tia, vel cōsonantia, vel si q̃d cōmodius dici-
tur, quod est vnū ad duo, in omni cōpagina
tione, vel si melius dicit coaptatione creatu-
ræ, valet plurimū. Hanc.n.coaptationē, sicut
mihi nunc occurrit dicere volui, quā Græci
ἁρμονίαν vocant. Neq; tunc locus est vt ostē
dā quantū valeat cōsonātia simpli ad duplū
quę maxima in nobis reperitur, vt sit nobis C
insita naturaliter: à quo vtique nisi ab eo qui
nos creauit, vt nec imperiti possint eā non
sentire, siue ipsi cātantes, siue alios audiētes:
per hāc quippe voces acutiores grauioresq;
cōcordāt, ita ut q̄squis ab ea dissonuerit, nō
sciētiā, cuius expertes sunt plurimi, sed ipsū
sensum auditus nostri vehementer offen-
dat. Sed hoc vt demonstretur, lōgo sermone
opus ē; ipsis aūt aurib. exhiberi pōt ab eo q̃
nouit in regulari monochordo. Verū qđ in
stat in p̄sentia quantū donat Deus, edisseren *Ioan.1.*
dū est, quēadmodū simplū dñi & saluatoris *Dupli & simpli cētus allegorice.*
nr̃i Christi, duplo nostro cōgruat & quodā
mō cōcinat ad salutē. Nos certe, quod nemo
Xp̄ianus ambigit, & aĩa & corpore mortui *Cap.3.*
sumus, aĩa p̄pter peccatū corpore p̄p pęnā
peccati, ac per hoc & corpore p̄pter pecca
tū. Vtriq; aūt rei nostræ.i.& aĩæ & corpori,
medicina & resurrectione opus erat, vt in
melius renouaretur, qđ erat in deterius cō-
mutatū. Mors aūt animæ ĩpietas est, & mors
corporis corruptibilitas p̄ q̃ fit & aĩæ à cor-
pore abscessus. Sicut.n.aĩa Deo deserēte, sic
corpus anima deserēte, morit: vnde illa fit in
sipiēs, hoc ex anime. Resuscitatur.n.anima p̄
pęnitentiā, & in corpore adhuc mortali re-
nouatio vitę inchoatur à fide, qua creditur *Rom.4.*
in eū q̃ iustificat impiū, bonisq; morib. auge
tur & roborat đ die ĩ diē, cū magis magisq;
renouatur interior hō. Corpus vero tanquā
homo exterior, quanto est hæc vita diutur- *2.Cor.4.*
nior, tanto magis magisq; corrumpitur, vel D
ætate, vel morbo, vel varijs afflictionibus, do
nec veniat ad vltimam afflictionem quæ ab
hominibus mors vocatur. Eius autem resur-
rectio differtur in finem: cum & ipsa iustifi-
catio nr̃a perficitur ineffabiliter. Tunc enim *1.Ioan.3.*
similes ei erimus, q̃m videbimus eū sicuti ē.
Nunc vero quandiu corpus quod corrūpit
aggrauat

aggrauat animã, & uita humana super terrã
Sapien. 9 tota tentatio est, non iustificabit in cõspectu
Iob. 7. tuo omnis uiuens, in comparatione iustitiæ
Psal. 142. qua æquabimur angelis, & gloriæ q̃ reuela-
bit in nobis. De morte aũt aĩæ à morte cor-
poris distinguenda, quid plura documẽta cõ
memorẽ, cũ dñs in una sñia Euangelica utrã
que mortẽ cuiuis facile discernendã posue-
Matt. 8. rit, ubi ait: Sine mortuos sepelire mortuos
suos. Sepeliendũ q̃ppe corpus mortuũ erat,
E sepultores aũt eius ꝑ infidelitatis impietatẽ
in aĩa mortuos intelligi uoluit, quales excitã
tur cũ dr̃: Surge qui dormis, & exurge à mor
tuis, & illuminabit te Christus. Detestaẽ autẽ
Ephes. 5. quandã mortẽ Apostolus, dicens de uidua:
1.Tim.5 Quæ aũt in delitijs agit, uiuens mortua est.
Anima igitur iã pia q̃ fuit impia, ꝓꝑ iustitiã
fidei dr̃ ex morte reuixisse atq; uiuere. Cor-
pus aũt nõ tm̃ moriturũ ꝓꝑ aĩæ abscessum q̃
futurus est, sed ꝓꝑ infirmitatem tm̃ carnis &
sanguinis, quodã loco in scripturis ẽt mor-
Rom.8. tuũ dr̃ loquẽte Apostolo, Corpus quidẽ, in-
quit, mortuũ est ꝓꝑ pctm̃, spiritus aũt uita est
ꝓꝑ iustitiã: hæc uita ex fide facta est, qm̃ iu-
Habac. 2. stus ex fide uiuit. Sed quid sequit? Si aũt spũs
Rom. 8. eius, qui suscitauit Iesum à mortuis, habitat
in uobis, qui suscitauit Christũ Iesum à mor
tuis, uiuificabit & mortalia corpora uestra ꝑ
inhabitãtẽ spiritum eius in uobis. Huic ergo
duplę morti nr̃æ saluator impendit simplam
suã: & ad faciendã utranq; resuscitationẽ no
strã, in sacr̃o & exẽplo præposuit & propo-
suit unam suã. Neq;.n. fuit peccator aut im-
pius, ut ei tanquã spiritu mortuo in interio-
re hoĩe renouari opus esset, & tanquã resipi-
scendo ad uitã iustitiæ reuocari: sed indutus
carne mortali, ea sola moriẽs, sola resurgẽs,
ea sola nobis ad utrunq; concinuit, cũ in ea
fieret interioris hoĩs sacr̃m, exterioris exem-
plum. Interioris.n. hominis nostri sacr̃o data
est illa uox, pertinẽs ad mortẽ animæ nostrę
significandã, non solũ in Psalmo, uerumẽt in
Psal. 21. Matt. 27. cruce, Deus meus Deus meus, ut quid me de
D reliquisti? Cui uoci cõgruit Apostolus dicẽs:
Rom. 6. Scientes quia uetus hõ noster simul crucifi-
xus est cũ illo, ut euacuetur corpus peccati,
F ut ultra nõ seruiamus pctõ. Crucifixio q̃ppe
interioris hoĩs pniæ dolores intelligunẽ, &
cõtinentiæ quidã salubris cruciatus, per quã
mortẽ mors impietatis perimitur, in qua nos
Rom. 6. nõ dereliquit Deus. Et ideo per talẽ crucem
euacuatur corpus peccati, ut iã non exhibea
mus mẽbra nostra arma iniquitatis pctõ: q̃a
& interior homo si utiq; renouatur de die in
diẽ, profecto uetus est antequã renouetur. In
tus nanq; agitur, ꝙ idẽ Apostolus dicit: Exui- Ephes. 4.
te uos ueterẽ hominẽ, & induite nouũ. Quod
ita cõsequenter exponit. Quapꝑ deponentes
mendaciũ, loquimini ueritatẽ. Vbi aũt depo G
nitur mendaciũ, nisi intus, ut inhabitet in mõ
te sancto Dei, qui loquitur ueritatẽ in corde
suo? Resurrectio uero corporis dñi ad sacr̃m
interioris resurrectionis nostræ ꝑtinere ostẽ
ditur, ubi postquã resurrexit, ait mulieri, No
li me tangere, nondũ.n. ascẽdi ad patrẽ meũ. Ioan. 20.
Cui mysterio congruit Apostolus, dicẽs, Si
aũt consurrexistis cũ Christo, q̃ sursum sunt
quærite, ubi Christus est ad dexterã Dei se- Col. 3.
dens, q̃ sursum sunt sapite. Hoc est.n. Christũ
nõ tangere, nisi cũ ascenderit ad patrẽ, nõ de
Christo sapere carnaliter. Iã uero ad exẽplũ
mortis exterioris hoĩs nostri dñicæ carnis
mors pertinet, quia per talẽ paßionẽ maxi-
me hortatus est seruos suos, ut nõ timeãt eos
qui corpus occidunt, animã aũt nõ poßunt
occidere. Propter ꝙ dicit Apostolus, Vt sup Matt. 10.
pleã q̃ desunt pߛurarũ Christi in carne mea. Col. 1.
Et ad exemplũ resurrectionis exterioris ho-
minis nostri pertinere inuenitur resurrectio
corporis dñi, qui ad discipulos ait, Palpate Luc. 24.
& uidete, quia spiritus carnẽ & oßa non ha-
bet, sicut me uidetis habere. Et unus ex disci-
pulis ẽt cicatrices eius contrectans, exclama
uit dicens, Dñs meus & Deus meus. Et cũ il- Ioan. 20.
lius carnis tota integritas appareret, demon- Matt. 10.
stratũ est in ea ꝙ suos exhortans dixerat Ca- Ioan. 21.
pillus capitis uestri non peribit. Vnde.n. pri-
mo, Noli me tãgere, nondũ.n. ascendi ad pa-
trẽ meũ: & vnde antequã ascẽdat ad patrẽ, a
discipulis tangiẽ, nisi quia illic insinuabaẽ in
terioris hoĩs sacr̃m, hic prębebatur exterio-
ris exemplũ? An forte q̃squã ita est absurdus H
atq; auersus a uero, ut audeat dicere a uiris
eũ tactũ antequã ascenderet, a mulierib. aũt
cũ ascendisset? Propter hoc exemplũ futuræ
nostræ resurrectionis in corpore, ꝙ p̃cesßit 1.Co. 15
in dño, dicit Apostolus: Initiũ Christus, dein Phil. 3.
de qui sunt Xp̃i. De corporis.n. resurrectiõe
illo loco agebatur, ꝓꝑ quã ẽt dicit. Transfigu
rauit corpus humilitatis nr̃æ, conforme cor
pori gloriæ suæ. Vna ergo mors nostri salua
toris, duab. mortib. nostris saluti fuit. Et una

eius resurrectio, duas nobis resurrectiones pstitit, cum corpus eius in vtraque re, i. & in morte & in resurrectione, & sacro interioris hoīs nostri, & exēplo exterioris medicinali quadā cōuenientia ministratū est. Hęc aūt rō simpli ad duplū orit quidē à ternario numero. Vnū quippe ad duo, tria sunt. Sed hoc totū ꝙ dixi, ad ternariū peruenit. Vnū.n.& duo & tria, sex fiunt. Qui numerus propterea perfectus dicitur, quia partib. suis cōpletur. Habet.n. illa tres sextā, tertiā, dimidiā. Nec vlla pars alia q̄ dici possit quota sit, inuenitur in eo. Sexta ergo eius vnū est tertia duo, dimidia tria. Vnū aūt & duo & tria consummant eundē senariū. Cuius perfectionē nobis sancta scriptura cōmēdat, in eo maxime ꝙ Deꝰ sex diebus perfecit opera sua, & sexto die factus est homo ad imaginē Dei. Et sexta ætate generis humani, filius Dei venit & factus est filius hoīs, vt nos reformaret ad imaginem Dei. Ea quippe nunc ætas agitur, siue milleni anni singulis distribuantur ætatib. siue in diuinis literis memorabiles atq; insignes quasi articulos tēporū vestigemus, vt prima ætas inueniat ab Adā vsq; ad Noe, inde scd'a vsque ad Abrahā. Et deinceps sicut Matthæus Euangelista distinxit ad Abrahā vsq; ad Dauid, a Dauid vsq; ad transmigrationē in Babyloniā atq; inde vsq; ad virginis partū. Quæ tres ętates cōiunctæ illis duab. quinq; faciunt. Proinde sextā inchoauit natiuitas dñi, q̄ nunc agit vsq; ad occultū tpis finē. Hunc senariū numerū quandā tpis gerere figurā, ēt in illa ratione tripertitæ distributionis agnoscimus, qua vnū tps cōputamus ante legē, alterū sub lege, tertiū sub gratia. In quo tpe sacrm renouationis accepimus: vt in fine tēporis ēt resurrectione carnis, omni ex parte renouati, ab vniuersa, nō solū animæ, verumēt corporis infirmitate sanemur. Vnde intelligitur illa mulier in typo Ecclesiæ à dño sanata & erecta, quā curuauerat infirmitas alligante Satana. De talib.n. occultis hostibus plangit illa vox Psalmi: Curuauerunt animam meā. Hæc aūt mulier decem & octo annos habebat in infirmitate, ꝙ est ter seni. Menses aūt annorū decem & octo inueniuntur in numero solidi quadrati senarij, ꝙ est sexies seni, & hoc sexies. Iuxta quippe est in eodem Euangelij loco, arbor quoq; illa ficulnea, cuius miserā sterilitatem etiam tertius annus arguebat. Sed

*Ratio dupli ad simplum per alios numeros. cap. 4.*

*Gen. 1.*

*Matt. 1.*

K

*Luc. 13.*

*Psal. 56.*

*Luc. 13.*

ita pro illa intercessum est, vt dimitteretur illo anno, vt si fructū ferret, bene: sin aliter, excideretur. Nā & tres anni ad eandē tripartitā distributionē pertinent, & menses triū annorū quadratū senariū faciunt, ꝙ est sexies seni. Annus ēt vnus si duodecim mēses integri cōsiderentur, quos triceni dies cōplent, talem quippe mensem veteres obseruauerūt, quē circuitus lunaris ostēdit, senario numero pollet. Quod.n. valent sex in primo ordine numerorū, qui cōstat ex vnis, vt perueniat ad decē: hoc valent sexaginta in secūdo ordine, q̄ cōstat ex denis vt perueniat ad centū. Sexagenarius ergo numerus dierum, sexta pars anni est. Proinde per senariū primi versus multiplicantur, tanquā senarius secundi versus, & fiunt sexies sexageni trecēti & sexaginta dies, qui sunt integri duodecim menses. Sed qm̄ sicut mensem circuitus Lunæ ostendit hominib. sic annus circuitu Solis animaduersus ē, restant aūt quinq; dies & quadrans diei, vt Sol impleat cursum suū annumq; cōcludat: quatuor.n. quadrantes faciunt vnū diē, quem necesse est intercalari excurso quadriennio ꝙ bissextū vocāt, ne tēporū ordo turbetur: ēt ipsos dies quinq; & quadrantē si consideremus, senarius numerus in eis plurimū valet. Primū, quia sicut fieri solet vt a parte totū cōputetur, nō sunt iā dies quinq;, sed potius sex, vt quadrans ille accipiatur pro die. Deinde quia in ipsis quinq; dieb. sexta pars mēsis est: Ipse aūt quadrans sex horas habet. Totus enim dies, i. cū sua nocte vigintiquatuor horæ sunt, quarū pars quarta, q̄ est quadrās diei, sex horæ inueniuntur: ita in anni cursu senarius numerus plurimū valet: Nec immerito in ædificatione corporis dnici, in cuius figura tēplū a Iudęis destructū, triduo se resuscitaturū esse dicebat, numerus ipse senarius p anno positus intelligitur. Dixerunt.n. quadraginta & sex annis ædificatū est tēplū, & quadragies sexies seni fiunt ducenti septuaginta sex. Qui numerus dierū cōplet nouem menses & sex dies, qui tanquam decem mēses parientib. fęminis imputantur, nō quia oēs ad sextum diē post nonū mensem proueniunt, sed quia ipsa perfectio corporis dñi tot diebus ad partū perducta cōperitur, sicut a maiorib. traditū suscipiēs Ecclesiæ custodit authoritas. Octauo.n. Calen. Aprilis conceptus credit, quo & passus: ita monumento nouo, quo

L

*An. 46 tēpli extructi allegorice. Cap. 5. Ioan. 2.*

M

*Luc. 23.*

quo sepultus est, vbi nullus erat mortuorum
positus, nec añ nec postea, cõgruit vterus vir
ginis quo cõceptus est ubi nullus seminatus
est mortaliũ. Natus aũt tradit̃ octauo Cal. Ia-
nuarias. Ab illo ergo die vsq; ad istũ cõpu-
tari ducẽti, septuaginta & sex reperiũtur dies
qui senariũ numerum quadragies sexies hñt.
Quo numero annorũ tẽplũ ædificatũ ẽ, quia
L eo numero senariorũ corpus dñi ꝑfectũ est,
quod mortis passione destructũ, triduo re-
Ioan.2. suscitauit. Dicebat.n. hoc de tẽplo corporis
sui, sicut euidẽtissimo & robustissimo euãge
A lij testimonio declarat̃, quo ait: Sicut fuit Io
nas in vẽtre Ceti trib. diebus & tribus nocti-
Matt.12 bus, sic erit filius hoĩs in corde terræ tribus
diebus & tribus noctib. Ipsum aũt triduũ nõ
*Triduum resurrectionis.* totũ & plenũ fuisse scriptura testis est, sed pri
mos dies à parte extrema totus annumerat⁹
Cap.6. est: dies vero tertius à patre prima, & ipse to
Mat.12 tus: medius aũt inter eos.i.secundus dies ab-
solute totus vigintiquatuor horis suis, duo-
decim nocturnis, & duodecim diurnis. Cru-
cifixus est.n. primo iudæorũ vocib hora ter-
Matt.27 tia cũ esset dies sexta sabbati. Deinde in ipsa
Mat.15. cruce suspensus est hora sexta, & spm̃ tradi-
dit hora nona. Sepultus est aũt cũ iã sero fa-
ctũ esset, sic sese hñt verba euãgelij, qđ intel
ligitur in fine diei. Vndelibet ergo incipias,
ẽt si alia rõ reddi põt, qũo nõ sit cõtra euan-
Ioan.19. geliũ Ioannis, vt hora tertia ligno suspensus
intelligit̃, totũ diẽ primũ nõ cõprehẽdis. Er-
go a patre extrema totus cõputabit̃, sicut ter
2.Cor.4. tius a parte prima. Nos.n. vsq; ad diluculum,
quo dñi resurrectio declarata est, ad tertium
diẽ ꝑtinet, qa Deus qui dixit de tenebris lucẽ
clarescere, vt ꝑ gratiã noui testamẽti & par-
Ephes.5. ticipationẽ resurrectionis Chr̃i audiremus.
B Gen.1. Fuistis.n. aliqñ tenebrę, nũc aũt lux ĩ dño: in
sinuat nobis quodãmõ ꝙ à nocte dies sumat
initiũ. Sicut.n. primi dies ꝑꝑ futurũ hoĩs la-
psum à luce in noctẽ, ita isti ꝑꝑ hoĩs repara
tionẽ à tenebris ad lucẽ cõputant̃. Ab hora
ergo mortis vsq; ad diluculũ resurrectionis
horæ sunt quadraginta, vt ẽt ipsa hora nona
M cõnumeretur. Cui numero cõgruit ẽt vita e-
ius super terrã, post resurrectionẽ in quadra
ginta diebus. Et est iste numerus frequentissi
mus in scripturis ad insinuandũ mysteriũ ꝑ-
fectionis in quadripertito. Habẽt.n. quandã
perfectionem decem, & ea quater multipli-
cata faciunt quadraginta. A vespere autem

sepulturæ vsq; ad diluculũ resurrectionis tri
ginta sex horę sunt, qui est quadratus senari⁹.
Refertur aũt ad illã rationẽ simpli ad duplũ
vbi est coaptationis maxima cõsonãtia. Duo
decim.n. ad vigintiquatuor simplo ad duplũ
conueniunt, & fiunt triginta sex: nos tota cũ
die toto & nocte tota, neq; hoc sine illo sa-
crõ quod supra memoraui. Nõ absurde qp-
pe spiritum diei cõparamus, corpus autem
nocti. Dominicũ enim corpus ĩ morte ac re
surrectione & spiritus nostri figurã, & cor- C
poris gerebat exemplum. Etiã si ergo appa-
ret illa ratio simpli ad duplũ in horis triginta
sex, cũ duodecim conferunt̃ ad vigintiqua-
tuor. Et horũ quidẽ numerorũ causas cur in
scripturis sanctis positę sint, potest alius alias
indagare: vel quib. istę quas ego reddidi, ꝑ-
ponendæ sint, vel æquè probabiles, vel istis
ẽt ꝓbabiliores: frustra tñ eos esse ĩ scripturis
positos, & nullas causas esse mysticas, cur il-
lic isti numeri cõmemorent̃, nemo tã stul-
tus ineptusq; contenderit. Ego aũt quas red
didi, vel ex ecclesiæ authoritate à maioribus
traditas, vel ex diuinarũ testimonio scriptu-
rarũ, vel ex ratione numerorum similitudi-
nũq; collegi. Contra rationẽ nemo sobrius,
contra scripturas nemo Christianus, contra *Quõ ex multis colligamur ĩ vnũ. c.7.*
ecclesiam nemo pacificus senserit. Hoc sa-
cramentũ, hoc sacrificium hic sacerdos, hic,
Deus anteq̃ missus veniret, factus ex fęmina,
omnia quę sacrate atq; mystice patribus no-
stris per angelica miracula apparuerunt, sic
ut quæ ꝑ ipsos facta sunt, similitudines hui⁹
fuerũt, vt omnis creatura factis quodammo-
do loqueretur vnũ futurũ in quo esset salus
vniuersorũ à morte reparãdorũ. Quia.n. vno D
vero Deo summo ꝑ impietatis iniquitatẽ re-
silientes & dissonantes deflexeramus, & eua-
cueramus in multa, discissi per multa & in-
hærẽtes in multis: oportebat nutu & impe-
rio Dei miserãtis, & ipsa multa venturũ cõ-
clamarent vnũ, & à multis conclamatus ve
niret vnus & multa contestarent̃ venisse vnũ
& à multis exonerati veniremus ad vnũ: &
multis peccatis in aĩa mortui, & ꝑꝑ pctm̃ in
carne morituri, amaremus siue pctõ mortuũ
in carne pro nobis vnum: & in resuscitatum
credentes, & cum illo per fidem spiritu re-
surgentes, iustificaremur in uno iusto facti
vnum: nec in ipsa carne nos resurrecturos
desperaremus, cum multa membra intue-

remur p̄ceſſiſſe nos caput vnũ: in quo nũc ꝑ fidẽ mũdati, & tũc ꝑ ſpẽm redintegrati, per mediatorem Deo recõciliati hæreamus uni, fruamur vno, ꝑmaneamus vnũ. Sic ipſe filiꝰ Dei verbũ Dei, & idẽ ipſe mediator Dei & hoĩum filius hominis, ęqualis patri ꝑ diuinitatis vnitatẽ, & particeps noſtri per humanitatis ſuſceptionẽ, patrẽ interpellãs ꝓ nobis, per id quod hõ erat, nec tñ tacens ꝙ Deus cũ patre vnũ erat, inter cętera ita loquitur. Nõ ꝓ his aũt rogo, inqt, tm̃, ſed & ꝓ eis q̄ credituri ſunt ꝑ verbũ eorũ in me, vt oẽs vnũ ſint ſicut tu pater in me, & ego in te, vt & ipſi in nobis vnũ ſint vt mũdus credat, quia tu me miſiſti. Et ego claritatẽ, quam dediſti mihi, dedi eis, vt ſint vnũ, ſicut & nos vnũ ſumus. Nõ dixit ego & ipſi vnũ, q̃uis ꝑ id ꝙ eccleſiæ caput eſt & corpus eius eccleſia poſſet dicere, ego & ipſi nõ vnũ ſed vnus, quia caput & corpus vnus eſt Xps: ſed diuinitatẽ ſuã cõſubſtantialẽ patri oſtẽdẽs, hoc ait: ꝑꝑ qđ & alio loco dicit, Ego & pater vnũ ſumus: in ſuo genere, hoc eſt, ĩ eiuſdẽ naturæ cõſubſtantiali parilitate, vult eſſe ſuos vnũ, ſed in ſeipſis nõ poſſent diſſociari abinuicẽ per diuerſas voluptates & cupiditates, & immũdicias pctõrũ: vnde mũdãtur ꝑ mediatorẽ, vt ſint in illo vnũ: non tantũ per eandẽ naturã qua homines ex hominib. mortalibus æquales angelis fiunt: ſed ẽt per eandẽ charitatem in eandẽ beatitudinẽ cõſpirantes concordiſſima voluntate in vnũ ſpm̃ quodammodo igne charitatis conflatã. Ad hoc enim valet ꝙ ait, Vt ſint vnũ, ſicut & nos vnũ ſumus: & quemadmodũ pater & filius nõ tantũ ęqualitate ſubſtantiæ, ſed ẽt volũtate vnũ ſunt: ita & ij inter quos & Deũ mediator eſt filius, nõ tm̃ per id quod eiuſdẽ naturę ſunt, ſed ẽt ꝑ eandẽ dilectionis ſocietatẽ vnũ ſint. Deinde idipſum ꝙ mediator eſt, per quẽ reconciliamur Deo, ſic indicat, Ego, inquit, in eis, & tu in me, vt ſint conſumati in vnũ. Hæc eſt vera pax, & cũ creatore noſtro nobis firma connexio, purgatis & reconciliatis per mediatorẽ vitę, ſicut maculati & alienati ab eo receſſeramus, per mediatorem mortis. Sicut enim diabolus ſuperbus hominẽ ſuperbiẽtẽ perduxit ad mortẽ, ita Xps humilis hominẽ obedientem reduxit ad vitam. Quia ſicut ille elatus cecidit & deiecit conſentiẽtem, ſic iſte humiliatus ſurrexit, & erexit credentem.

*In chriſto omnes vnũ. c. 8.* *1. Tim. 2* *Rom. 8.* *Ioan. 17.* E *Vnũ per naturam & charitatẽ. c 9.* *Ioan. 10.* *Ioan. 17.* *1. Tim. 2* F *Ioan. 17.* *Per Chriſtũ vera purgatio.* *Cap. 10.* *Gen. 3.*

Quia enim nõ ꝑuenerat diabolus quo ipſe ꝑduxerat (mortẽ quippe ſpiritus in impietate geſtabat, ſed mortẽ carnis nõ ſubierat, q̄a nec indumentũ ſuſceperat) magnus homini videbatur princeps in legionibus dęmonũ, per quas fallaciarũ regnũ exercet: ſic hominẽ per elationis typhum potentiæ q̃ iuſtitiæ cupidiorẽ, aut ꝑ falſam philoſophiã magis inflãs: aut ꝑ ſacra ſacrilega irretiens, in quib. ẽt magicæ curioſiores ſuperbioreſq; aĩas deceptas illuſaſq; percipitat, ſubditum tenens, pollicens ẽt purgationẽ animæ, per eas quas τελετὰς appellant, trãſfigurãdo ſe in angelũ lucis per multiformẽ machinationẽ, ĩ ſignis & prodigijs mendacij. Facile eſt.n. ſpiritib. nequiſſmis per aerea corpora facere multa, quę mirentur animæ terrenis corporib. aggrauatæ ẽt melioris affectus. Si.n. corpora ipſa terrena nonnullis artibus & exercitationibus modificata, in ſpectaculis theatricis tanta miracula hominibus exhibent, vt ij qui nũquã viderunt talia narrata vix credant: quid magnũ eſt diabolo & angelis eius, de corporeis elemẽtis, ꝑ aerea corpora facere q̃ caro mireĩ: aut ẽt occultis inſpirationibus ad illudendos humanos ſenſus, phantaſmata imaginũ machinari, quibus vigilantes dormienteſve decipiat, vel furentes exagitet? Sed ſicut fieri põt, vt hõ vita ac moribus melior, ſpectet nequiſſimos hoĩes, vel ĩ fune ambulãtes, vel multimodis moribus corporũ multa incredibilia facientes, nec vllo mõ facere talia cõcupiſcat, nec eos propterea ſibi præponendos exiſtimet: ſic aĩa fidelis & pia, nõ ſolũ ſi videat, verũetiã ſi ꝑꝑ fragilitatẽ carnis exhorreat miracula dęmonũ, non ideo tñ aut non ſe poſſe talia dolebit, aut ob hoc illos meliores eẽ iudicabit: eũ ſint pſertim in ſocietate ſanctorũ, q̄ ꝑ virtutẽ Dei cui cũcta ſubiecta ſunt, & minime fallacia, & multo maiora fecerũt ſiue hoĩes ſiue angeli boni. Nequaq̃ igr̃ ꝑ ſacrilegas ſimilitudines, & impias curioſitates, & magicas cõſecrationes aię purgãtur & recõciliantur Deo: quia falſus mediator nõ traijciat ad ſuperiora, ſed potius obſidẽs intercludit viã ꝑ affectus, quos tãto malignio res, quãto ſuperbiores ſuæ ſocietatis inſpirat qui nõ pñt ad euolandũ pennas nutrire virtutũ, ſed potius ad demergendũ põdera exaggerare vitiorũ, tanto grauius aĩa ruitura, quãto ſibi videtur euecta ſublimius. Proinde ſicut

G *2. Cor. 11* *Miracula dæmonũ. c. 11.* H *Diabolus mortis, Chriſtus vitæ mediator. cap. 12.* *Matt.*

cut

cut magi fecerũt diuinitus moniti, quos ad humilitaté dñi adorandã ſtella perduxit, ita & nos, nõ qua venimus, ſed ꝑ aliã viã in patriã redire debemus, quã rex humilis docuit & q̃ rex ſuperbus humili regi aduerſari⁹ obſi dere nõ poſsit. Et nobis.n: vt adoremus humi lé Chriſtũ, cęli enarrauerũt gloriã Dei, cum in oẽm terrã exiuit ſonus eorũ, & in fines or bis terræ verba eorũ. Via nobis fuit ad mor- té per peccatũ in Adã. Per vnũ quippe homi né peccatũ intrauit in mundũ, & ꝑ peccatũ mors: & ita in oẽs homines ꝑtranſijt, in quo oẽs peccauerũt. Huius viæ mediator diabo- lus fuit, perſuaſor peccati & præcipitator in morté. Nam & ipſe ad operandam duplam morté noſtrã, ſimplam attulit ſuam. Per im- pietatem nanq; mortuus eſt in ſpiritu, carne vtiq; mortuus nõ eſt: nobis aũt & impietaté perſuaſit, & ꝑ hanc vt in morté carnis veni- re mereremur, effecit. Vnũ ergo appetiuim⁹ iniqua ſuaſione, alterũ nos ſecutũ eſt iuſta dã natione: propterea quippe ſcriptũ eſt, Deus morté nõ fecit: q̃a cauſa mortis ipſe nõ fuit: ſed tñ per eius retributi oné iuſtiſsima mors irrogata eſt pc̃tori. Sicut ſuppliciũ iudex ir- rogat reo, cauſa tñ ſupplicij nõ eſt iuſtitia iu dicis, ſed meritũ criminis. Quo ergo nos me diator mortis tranſmiſit, & ipſe non venit, i. ad morté carnis: ibi nobis dñs Deus noſter medicinã emẽdationis inſeruit, quã nõ mer uit, occulta, & nimis arcana ordinatiõe diui næ altæq; iuſtitię. Vt ergo ſicut ꝑ vnũ homi- né mors, ita & per vnũ hoĩem fieret reſurre ctio mortuorũ, quia magis vitabãt homines quod euitare nõ poterant morté carnis, quã morté ſpiritus. i. magis pęnã q̃ meritũ pęnæ: nã nõ peccare aut nõ curatur, aut parũ cura- tur: nõ mori aũt quãuis nõ obtineat, vehemẽ ter ſatagitur: vitæ mediator oſtendens, q̃ non ſit mors timenda, q̃ per humanã conditionẽ iam euadi non põt, ſed potius impietas, q̃ ꝑ fidem caueri poteſt, occurrit nobis ad finẽ quo venimus, ſed non qua uenimus. Nos.n. ad morté ꝑ peccatum uenimus, ille per iu- ſtitiã: & ideo cũ ſit mors noſtra pẽna pecca ti, mors illius facta eſt hoſtia ꝑ pc̃tõ. Qua ꝑ- pter cũ ſpiritus corpori ꝑponatur, morsq; ſit ſpiritus à Deo deſeri, mors autẽ corpo- ris à ſpiritu deſeri: eaq: ſit pęna in morte cor poris, ut ſpũs quia uolens deſeruit Deum, de ſerat corpus inuitus, ut cum ſpũs Deum de- ſeruit, quia uoluit, deſerat corpus etiã ſi no- luerit: nec deſerat cũ uoluerit, niſi aliquam ſibi uim, qua ipſum corpus perimat, intule- rit: demonſtrauit ſpiritus mediatoris, q̃ nul- la pęna peccati uſq; ad mortẽ carnis acceſſe rit, quia nõ eã deſeruit inuitus, ſed quia uo- luit, q̃n uoluit, q̃uo uoluit? Quippe Dei uer- bo ad unitatem commixtus eſt homo. Hinc ait, Poteſtaté habeo ponẽdi animam meã, & poteſtaté habeo iterũ ſumendi eã, Nemo tol lit eã a me, ſed ego pono eam a me & iterũ ſumo eam. Et hoc maxime mirati ſunt, ſicut euangeliũ loquitur, qui præſentes erant, cũ poſt illam uocem, in qua figurã peccati no- ſtri edidit, continuo tradidit ſpiritum. Lon- ga enim morte cruciabantur ligno ſuſpenſi. Vnde latronibus ut iã morerentur, & de li- gno ante ſabbatũ deponerentur, crura cõfra cta ſunt. Ille autẽ quia mortuus inuentus eſt, miraculo fuit. Hoc etiã Pilatũ legimus fuiſſe miratũ, cũ ab ipſo ſepeliẽdi corpus domini peteretur. Ille itaq; deceptor qui fuit homi- ni mediator ad mortẽ, falſoq: ſe opponit ad uitã nomine purgationis per ſacra & ſacrifi- cia ſacrilega quibus ſuperbi ſeducuntur, q̃a nec participationé mortis noſtræ habere po tuit, nec reſurrectioné ſuæ, ſimplam quidem ſuã morté ad duplã noſtrã potuit afferre: ſim plã uero reſurrectioné in qua & ſacramentũ eſſet renouationis noſtræ, & eius quæ in fine futura eſt euigilationis exẽplũ non utiq; po tuit. Ille proinde qui ſpũ unius carnem ſuã mortuã reſuſcitauit, uerus uitæ mediator il lũ ſpiritũ mortuũ & mortis mediatoré à ſpi ritibus in ſe credẽtiũ foras miſit, ut nõ regna ret intrinſecus, ſed forinſecus oppugnaret, nec tñ expugnaret. Cui ſe ipſe quoq; tẽtãdũ præbuit, ut ad ſuperandas etiam tentationes eius mediator eſſet, non ſolũ adiutoriũ, ue- rumetiã per exemplũ. At ille primitus ubi ꝑ omnes aditus ad interiora moliens irrepe- re, expulſus eſt, poſt baptiſma in eremo oĩ tẽ tatione illecebroſa, quia uiuũ ſpũ, ſpũ mor- tuus non inuaſit, quoquo modo auidus mor tis humanæ cõuertit ſe ad faciendã morté, q̃ potuit & ꝑmiſſus eſt in illud q̃ ex nobis mor tale uiuus mediator acceperat. Et ubi potuit aliquid facere, ubi ex oĩ patre deuictus eſt, & unde accepit exterius ꝑtãté dñicæ carnis occidẽdæ. inde interior eius ptãs qua nos te nebat occiſa é. Factũ eſt.n. ut uincula pc̃torũ multo-

[Left margin notes: Psal. 18. — I — Rom. 5. — Sapien. — Rom. 5. — K — Mors Christi spontanea — cap. 13.]

[Right margin notes: L — Commixtus. — Ioan. 10. — Ioan. 19. — Mat. 15. — M — Matt. 4. — Ibidem.]

multorũ in multis mortibus per vnius vnam mortẽ quã pctm̃ nullũ præcesserat, soluerẽtur. Quã propterea pro nobis indebitã reddidit, vt nobis debita non noceret: Neq;.n.iu

Ioan. 10. re cuiusquam potestatis exutus est carne, sed ipse se exuit. Nã qui posset nõ mori si nollet

Col. 2. proculdubio quia voluit mortuus est: & idõ principatus & potestates exẽplauit fiducialiter triũphãs eas in semetipso. Morte sua q̃ppe vno verissimo sacrificio ꝓ nobis oblato, quicquid culparũ erat vñ nos principatus & ptãtes ad luẽda supplicia iure detinebãt, purgauit, aboleuit extinxit, sua resurrectione in nouã vitã nos prædestinatos vocauit, vocatos

Rom. 8. iustificauit, iustificatos glorificauit. Ita diabolus hoĩem quẽ per consensionẽ seductum tanquã iure integro possidebat, & ipse nulla corruptione carnis & sanguinis sept⁹, per istã corporis mortalis fragilitatẽ, nimis egeno & infirmo, tanto superbior, quãto velut ditior & fortior, quasi pannoso & ærũnoso dñabat, in ipsa morte carnis amisit. Quo enim cadentẽ nõ secutus impulit pctõrẽ, illuc descendentẽ persecutus compulit redẽptorẽ. Sic in mortis cõsortio filius Dei nobis fieri dignatus est amicus, quo nõ peueniẽdo meliorẽ se nobis atq; maiorẽ putabat inimi

Ioan. 15. cus. Dicit.n. redẽptor noster: Maiorẽ dilectionẽ nemo habet, q̃ vt animã suã ponat ꝓ amicis suis. Quocirca et ipso dño se credebat diabolus superiorẽ inquãtũ illi dñs in passionibus cessit, quia & de ipso intellectũ est qđ in

Psal. 8. Psalmo legit: Minuisti eũ paulominus ab angelis: vt ab iniquo velut æquo iure aduersũ nos agẽte, ipse occisus innocẽs eũ iure æq̃ssimo superaret, atq; ita captiuitatẽ ꝑꝑ pecca tũ factã captiuaret: nosq; liberaret à captiui-

Ephes. 2. tate ꝑꝑ peccatũ iusta, suo proprio sanguine

Colos. 2. iniuste fuso mortis chirographũ delẽs, & iustificandos redimens pctõres. Hinc etiã diabolus adhuc suos illudit, quibus se per sua sacra velut purgandis, & potius implicandis atq; mergendis falsus mediator opponit, qđ superbis facillime persuadet irridere atq; cõtemnere mortẽ Christi, à qua ipse quãto est alienior, tanto ab eis creditur sanctior atque diuinior. Qui tñ apud eum paucissimi remãserunt, agnoscentibus gentibus, & pia humilitate bibentibus precium suũ, eiusq; fiducia deserentibus hostẽ suum, & concurrentibus ad redemptorem suum. Nescit. n. diabolus quõ illo & insidiante & furente vtatur ad salutẽ fideliũ suorũ excellentissima sapientia Dei, à fine superiore quod est initiũ spiritalis creaturæ, vsq; ad finẽ inferiorẽ, quod est mors corporis, pertendens fortiter & dispo nens omnia suauiter. Attingit.n. vbiq; ꝓpter suã munditiã, & nihil inquinatũ in eã incurrit. A morte aũt carnis alieno diabolo vnde nimiũ superbus incedit, mors alterius generis ꝑparatur in æterno igne tartari, quo non solũ cũ terrenis sed etiam cum aeris corporibus excruciari spũs possint. Superbi aũt homines quib. Christus, quia est, viluit, vbi nos tã magno ꝑcio emit, & istã mortẽ reddunt cũ hoĩbus conditioni ærunnosæ naturę, q̃ trahitur à primo pctõ, & in illã cũ illo præcipitabuntur. Quẽ propterea Christo præposuerunt, quia eos in ista deiecit, quo per distantẽ naturam ipse nõ cecidit, & quo ꝑꝑ eos per ingentẽ misericordiã ille descendit: & tñ se dęmonibus esse meliores non dubitant credere, eosq; maledictis oĩbus insectari detestariq; non cessant, quos certe alienos ab huius mortis passione nouerunt, ꝑꝑ quã Christũ contẽnũt. Nec se volunt considerare, q̃ fieri potuerit, vt in se manẽs, nec per seipsum ex vlla parte mutabile Dei verbũ, per inferioris tñ naturæ susceptionẽ aliquid inferius pati posset, quod immundus dęmõ, quia terrenũ corpus non habet, pati non possit. Sed cum sint ipsi dęmonibus meliores, tñ quia carnẽ portant, mori sic possunt, quẽadmodũ mori dęmones qui eã nõ portant, nõ vtiq; possũt. Et cũ de ritibus sacrificiorũ suorũ multũ pręsumant, quæ se fallacibus superbisq; spirib. immolare non sentiunt, aut si iã sentiunt aliquid sibi prodesse arbitrantur perfidorũ & inuidorũ amicitiã, quorũ intentionis negociũ est, nisi impeditio reditus nostri, non intelligũt ne ipsos q̃dẽ superbissimos spũs honoribus sacrificiorum gaudere potuisse, nisi vni vero Deo pro quo volunt verũ sacrificiũ deberetur. Neq; id posse rite offerri, nisi ꝑ sacerdotẽ factũ & iustũ, nec nisi ab eis accipiatur q̃ offertur, pro quibus offertur, atque id siue vitio sit, vt pro vitiosis mundãdis possit offerri. Hoc certe oẽs cupiunt, qui pro se offerri sacrificium Deo volunt. Quis ergo tam iustus & sanctus sacerdos, quã vnicus filius Dei, qui non opus haberet per sacrificiũ sua purgare pctã, nec originalia, nec ex humana

mana vita q̃ adduntur? Et quid tam congruē ter ab hoīb. sumeretur ꝙ pro eis offerretur, q̃ humana caro? Et quid tā aptū huic immolationi, q̃ caro mortalis? Et quid tā mundum pro mūdandis vitijs mortaliū, q̃ sine vlla cōtagione carnalis cōcupiscentiæ, caro nata in vtero & ex utero virginali? Et quid tā grate offerri & suscipi posset, q̃ caro sacrificij nostri, corpus effectū sacerdotis nostri? Vt qm̄ quatuor considerant in omni sacrificio, cui offerat, a quo offerat, quid offerat, pro quib.

E offeratur, idē ipse vnus uerusq; mediator, ꝑ sacrificiū pacis reconcilians nos Deo, vnum cū illo maneret cui offerebat, vnū in se faceret pro quib. offerebat, vnus ipse esset qui offerebat, & ꝙ offerebat. Sunt aūt quidā qui se putant ad contēplandū Deū, & inhærendum Deo virtute propria posse purgari, quos ipsa superbia maxime maculat. Nullū.n. vitiū est cui magis diuina lege resistit, & in ꝙ magis accipiat dn̄andi ius ille superbissimus spiritus: ad ima mediator, ad summa interclusor: nisi occulte insidians alia via deuitet, aut per populū deficientē, ꝙ interpretatur, Amalech aperte sęuiens, & ad terrā repromissionis repugnando transitū negans, per crucem dñi q̃ Moysi manib. extensis est ꝓfigurata superetur. Hinc.n. purgationem sibi isti virtute propria pollicentur, quia nonnulli eorū potuerunt aciē mentis vltra oēm creaturā transmittere, & lucē incōmutabilis veritatis quantulacunq; ex parte cōtingere, ꝙ Christianos multos ex fide interim sola viuentes, nondū potuisse derident. Sed quid prodest superbiēti, & ob hoc erubescenti lignū conscendere, de longinquo prospicere patriā trāsmarinā? Aut quid obest humili de tāto interuallo nō eā videre, in illo ligno ad eā venienti, quo dedignatur ille portari? Hi ēt resurrectionē carnis nos credere reprehēdūt, sibiq; potius ēt de his rebus credi volunt. Quasi vero quia ꝓcelsam incōmutabilemq; substantiā, per illa q̃ facta sunt intelligere potuerunt, ꝓpea de conuersione rerū mutabiliū, aut de cōtexto seculorū ordine cōsulendi sint. Nunquid.n. quia verissime disputant, & documētis certissimis persuadent, æternis rationib. oīa tpalia

F fieri, ꝓpea potuerunt in ipsis rationib. perspicere, vel ex ipsis colligere, q̃ sint animalium gn̄a, quæ semina singulorū in exordijs, qui modus in incrementis, qui numeri per conceptus, per ortus, per ætates, per occasus, qui motus in appetendis q̃ secundū naturā sunt, fugiendisq; contrarijs? Nōne ista oīa, nō per illā incōmutabilē sapientiā, sed per locorum ac tēporū historiā q̃ fierunt, & ab alijs experta atq; cōscripta crediderūt? Quo minus mirandū est, nullo modo eos potuisse prolixiorū seculorū seriē vestigare, & quandā metā eius excursus, quo tanquā fluuio genus de- G

currit humanū, atq; inde cōuersionē ad suū cuiq; debitū terminum. Ista.n. nec Historici scribere potuerunt lōge futura & a nullo experta atq; narrata. Nec isti Philosophi cęteris meliores in illis summis æternisq; rōnib. intellectu talia contēplati sunt: Alioquin nō eiusdē generis ꝑterita, q̃ potuerunt historice inquirerent, sed potius & futura ꝓnoscerent. Quod q̃ potuerūt, ab eis vates, a nostris Prophetæ appellati sunt. Quanq̃ & Prophetarū nomen oīno alienum est a literis eorum, sed plurimū interest vtrū experimento pręteritorū futura conijciant. Sicut medici multa ꝓuidendo ēt literis mandauerunt, q̃ ipsi experta notauerunt. Sicut deniq; agricolæ uel ēt nautæ multa ꝓnunciant: Talia n. si ex longis interuallis tēporum fiant diuinationes putantur. An vero iā uentura præsenserint, & longe visa uenientia nuncient, pro acuto sensu videntium ꝙ cū faciunt aereæ potestates diuinare creduntur: tanquā si quisquā de montis vertice aliquē longe uideat uenientē, & proxime in cāpo habitantibus ante nunciet: an ab angelis sanctis quibus ea Deus per uerbū sapientiamq; suā indicat, ubi & futura & præterita stant, uel quibusdā prænuncientur hominibus, uel ab eis audita, rursus ad alios homines transmittantur, an ipsorum hominum quorundā mentes intantū euehantur spiritu- H

sancto, ut non per angelos, sed per seipsas futurorū instantes causas, in ipsa summa rerū arce conspiciant. Audiunt.n. ista & aereæ potestates, siue angelis ea nunciantibus, siue hominibus, & tm̄ audiunt quantum opus esse ille iudicat, cui subiecta sunt omnia. Multa ēt prædicuntur instinctu quodā, impulso spū nescientiū, sicut Caiphas nesciuit q̄d dixit, *Ioan. 11.* sed cū esset Pōtifex prophetauit. Ergo de successionib. seculorū, & de resurrectione mortuorum, Philosophos nec illos cōsulere debemus qui creatoris æternitatem, in quo uiuimus, mouemur & sumus, quantum potuerunt

tuerunt

*[…]urifica- […]nes hu […]mæ per […]tiose. Cap. 15.*

*[…]o. 17.*

*[…]aticinia […]undi. Cap. 16. Rom. 1.*

*Futura quot modis præsciantur. Cap. 17.*

*Hanc orationem videtur non absoluisse. Deest.n. incertum est aut simile quidpiam, nisi mutes verbi modū præsenserunt, etc.*

tuerunt intellexerint. Quia per ea quæ facta sunt cognoscentes Deũ, non sicut Deũ glorificauerunt, aut gratias egerũt, sed dicentes se esse sapientes stulti facti sunt. Et cũ idonei non essent, in æternitatẽ spiritalis incõmutabilisq; naturæ aciẽ mentis tã constanter infigere, vt in ipsa sapientia conditoris atq; rectoris vniuersitatis viderent volumina seculorũ, quæ ibi iã essent & semper essent, hic aũt futura essent, vt non essent: atq; vt ibi viderent conuersiones in melius, non solũ animorum, sed ẽt corporũ humanorũ vsq; ad sui modi perfectionẽ: cũ ergo ad hæc videnda nullo mõ essent idonei, ne ad illud quidẽ digni habiti sunt, vt eis ista per sanctos angelos nunciarentur, siue forinsecus & per sensus corporis, siue interiorib. reuelationib. in spũ expressis: sicut patrib. nostris vera pietate pditis hęc demonstrata sunt: qui ea pdicentes vel de psentib. signis vel de proximis reb. ita vt pdixerãt factis fidẽ facientes, authoritatẽ cui de longe futuris vsq; in seculi finẽ crederetur, habere meruerunt. Ptãtes aũt aereæ superbæ atq; fallaces, ẽt si quædã de societate & ciuitate sanctorũ, & de vero mediatore à sanctis Prophetis, vel angelis audita per suos vates dixisse reperiuntur, id egerũt vt per hæc aliena vera, ẽt fideles Dei si possent ad sua falsa traducerẽt, Deus aũt per nescientes id egit, vt veritas vndique resonaret fidelib. in adiutoriũ, impijs in testimoniũ. Quia igitur ad ęterna capessẽda idonei non eramus, sordesq; pctõrum nostrorũ nos prægrauabant temporaliũ rerum amore contractæ, & de propagine mortalitatis tanquã naturaliter inolitæ, purgandi eramus. Purgari aũt vt contẽperaremur æternis, non nisi per tpalia possemus, qualibet iã cõtẽperari tenebamur. Sanitas. n. à morbo plurimũ distat, sed medici curatio nisi morbo cõgruat, non perducit ad sanitatẽ. Inutilia tẽporalia decipiunt ęgrotos, vtilia tẽporalia suscipiunt sanandos, & traijciunt ad æterna sanatos. Mens aũt rationalis sicut purgata contẽplatione debet reb. æternis, sic purganda tẽporalib. fidẽ. Dixit quidã & illorũ qui quondã apud Græcos sapientes habiti sunt. Quantũ ad id qđ ortũ est æternitas valet, tm̃ ad fidẽ veritas. Et pfecto est vera snĩa. Quod. n. nos tẽporale dicimus, hoc ille quod ortũ est appellauit. Ex quo genere ẽt nos sumus, nõ tm̃ secundum corpus, sed ẽt secundũ animi mutabilitatem. Non. n. proprie vocatur æternũ, qđ aliqua ex parte mutatur. In quantum igitur mutabiles sumus, intantũ ab æternitate distamus. Promittitur aũt nobis vita ęterna per veritatem, à cuius perspicuitate rursus tm̃ distat fides nostra, quantũ ab æternitate mortalitas. Nunc ergo adhibemus fidẽ reb. tẽporaliter gestis pp nos, & per ipsam mundamur, vt cum ad speciẽ venerimus, quẽadmodum succedit fidei veritas, ita mortalitati succedat æternitas. Quapropter qm̃ fides nostra fiet veritas, cum ad id qđ nobis credentib. promittitur, peruenerimus: promittitur aũt nobis vita æterna: & dixit veritas, non quæ fiet sicut futura est fides nostra, sed quæ semper est veritas, quia ibi est æternitas: dixit ergo veritas, Hæc est aũt vita æterna, vt cognoscant te vnũ verum Deũ, & quẽ misisti Iesum Christum: cũ fides nostra videndo fiat veritas, tũc mortalitatem nostrã cõmutatã tenebit æternitas. Quod donec fiat & vt fiat, quia rebus certis accõmodamus quidẽ fidẽ credulitatis, sicut in æternis speramus veritatẽ contẽplationis, ne fides mortalis vitæ dissonaret à veritate ęternæ vitæ, ipsa veritas patri coæterna de terra orta est, cũ filius Dei sic venit vt fieret filius hoĩs, & ipse quidẽ in se exciperet fidem nostrã, qua nos perduceret ad ueritatem suã qui sic suscepit mortalitatẽ nostrã ut nõ amitteret æternitatem suã. Quantum. n. ad id qđ ortum est æternitas ualet, tm̃ ad fidem ueritas. Ita ergo nos purgari oportebat, ut ille nobis fieret ortus qui maneret ęternus, nec alter nobis esset in fide alter in veritate. Nec ab eo qđ orti sumus, ad æterna transire possemus, nisi æterno per ortum nostrum nobis sociato, ad æternitatẽ ipsius traijceremur. Nunc itaque illuc quodãmodo secuta est fides nostra, quo ascendit in quẽ credimus ortus, mortuus, resuscitatus, assũptus. Horũ quatuor, duo priora noueramus in nobis. Scimus. n. hoĩes & oriri & mori. Duo aũt reliqua, i. resuscitari & assumi, iuste in nobis futura speramus, quia in illo facta credidimus. Itaq; in illo quia & id qđ ortũ erat transit ad æternitatẽ, transiturũ est & nostrũ cũ fides peruenerit ad veritatẽ. Iam. n. credentib. vt in uerbo fidei manerent, & inde ad ueritatem, ac per hoc ad æternitatẽ perducti à morte liberarentur, ita loquit: Si mãseritis ĩ uerbo meo, uere discipuli mei eritis. Et quasi quærerent, quo fructu: secutus ait,

*Act. 17. Rom. 1.* — I — K — *Per fidẽ euehimur ad incommutabilẽ veritatẽ. Cap. 18.* — L — *Ioan. 17.* — *Psal. 84.* — M — *Ioan. 8.*

ait, Et cognoſcetis veritatē. Rurſus quaſi di-
A cerent: quid prodeſt mortalibus veritas? Et
veritas, inquit, liberabit vos. Vnde niſi à mor
te, à corruptione, à mutabilitate? Veritas ꝙ-
pe immortalis, incorrupta, incommutabilis
permanet. Vera aūt immortalitas incorrupti
bilitas, vera incommutabilitas, ipſa eſt æter-
nitas. Ecce ad quod miſſus eſt filius Dei, im-
Filius factꝰ mor. mo vero ecce quid eſt miſſum eſſe filiū Dei.
Quęcunq; ꝓpter faciendā fidem qua mun-
. 19. daremur ad contemplandā veritatē in rebus
f. 15. ortis ab ęternitate prolatis, & ad æternitatē
L relatis tꝑaliter geſta ſunt, aut teſtimonia miſ
ſionis huius fuerūt, aut ipſa miſsio filij Dei.
Sed teſtimonia quædam venturum prænun-
ciauerunt, quędam veniſſe teſtata ſunt. Factū
Ioa quippe creaturam per quem facta eſt omnis
creatura omnē creaturam teſtē habere opor
tebat. Niſi enim multis miſsis prædicaretur
vnus, non multis dimiſsis teneretur vnus. Et
niſi talia eſſent teſtimonia, q̄ paruis magna
Psa eſſe viderentur, non crederetur ille ita ma-
gnus, vt magnos faceret magnus qui ad par-
uos miſſus eſt paruus. Incōparabiliter enim
maiora filij Dei facta ſunt cęlum & terra, &
omnia, quę in eis ſunt, quia omnia per ipsū
facta ſunt, quam ſigna & portenta, quæ in e-
n. 1. ius teſtimonium proruperunt. Sed tamē ho-
lat. 4. mines vt hæc magna ꝑ eum facta parui cre-
B derent, illa parua tanquam magna tremuerūt
Cum ergo venit plenitudo temporis miſit
Deus filium ſuum factū ex muliere, factum,
ſub lege, vſqueadeo paruum, vt factum, eo
eo itaque miſſum quo factū. Si ergo maior
mittit minorem, fatemur & nos factum mi-
norem, & in tantum minorem inquantum
factum, & intantum factum inquantum miſ
M Sen. di. 6. c. ſed ius q. ſum. Miſit enim filium ſuum factum ex mu-
liere, per quem tamen quia facta ſunt omnia
non ſolum priuſquam factus mitteretur, ſed
priuſquam eſſent omnia, eundem mittenti
confitemur æqualem quem dicimus miſſum
minorem. Quomodo ergo ante iſtam pleni
tudinem temporis qua eum mitti oportebat
priuſquam miſſus eſſet videri patribus po-
tuit, cum eis angelica quædam viſa demon-
ſtrarentur, qn̄ nec iam miſſus, ſicut æqua-
lis eſt patri videbatur? Vnde enim dicit Phi-
lippo, à quo vtiq; ſicut à cęteris, & ab ipſis
Ioan. 24. à quibus crucifixus eſt in carne videbaī, Tan
to tempore vobiſcum ſum & non cognoui-

ſtis me? Philippe qui me videt, videt & patrē
niſi quia videbatur, & non videbatur? Vide- C
batur ſicut miſſus factus fuerat, non videba-
tur ſicut per eū omnia facta erant. Aut vnde Ioan. 1.
etiam illud dicit: Qui habet mandata mea & Ioan. 14.
ſeruat ea, ipſe eſt qui diligit me: & qui diligit
me, diligetᷣ à patre meo, & ego diligā eū, &
manifeſtabo ei meipſum: cum eſſet manife-
ſtus ante oculos hominum, niſi quia carnē, Ioan. 1.
quod verbum in plenitudine temporis factū
erat ſuſcipiendam noſtræ fidei porrigebat:
Ipſum autē verbū per qđ omnia facta erāt,
purgatæ per fidē menti cōtēplandū in æter-
nitate ſeruabat? Si aūt ſcđm hoc miſſus à pa-
tre filius dicitur, quia ille pater eſt, ille filius, Mittēs & miſſus æquales.
nullo mō impedit vt credamus, æqualem pa
tri eſſe filium conſubſtantialem & coæternū
& tn̄ à patre miſſum filiū. Nō quia ille maior Cap. 20.
eſt ille minor, ſed ꝗa ille pater, ille filius: ille
genitor, ille genitus: Ille à quo eſt ꝗ mittitur
ille qui eſt ab eo ꝗ mittit. Filius enim a patre
eſt, nō pater a filio. Scđm hoc iam poteſt in- Ioan. 1.
telligi, non tantum ideo dici miſſus filius, ꝗa
verbū caro factū eſt, ſed ideo miſſus vt ver-
bū caro fieret, & per præſentiā corporalē il
la q̄ ſcripta ſunt operaretur. i. vt nō tantū ho
mo miſſus intelligatur quod uerbū caro fa-
ctū eſt, ſed & uerbū miſſum ut homo fieret:
quia nō ſcđm imparem ꝑtātem vel ſubſtan-
tiā vel aliquid ꝙ Deo patri nō ſit æquale miſ D
ſus eſt, ſed ſcđm id quod filius a patre eſt, nō
pater a filio: Verbū. n. patris eſt filius, ꝙ & ſa
pientia eius dicitur. Quid ergo mirū ſi mitti Sapien. 7
tur, nō quia inæqualis eſt patri, ſed ꝗa eſt ma
natio quędā claritatis omnipotentis Dei ſyn
cera? Ibi autem quod manat, & de quo ma-
nat unius eiuſdemq; ſubſtantiæ eſt. Neq;. n.
ſicut aqua de foramine terrę aut lapidis ma-
nat, ſed ſicut lux de luce. Nam quod dictum
eſt: Candor eſt lucis æternę, quid aliud dictū
eſt q̄ lux eſt lucis æternę? Candor ꝗppe lucis Ibidem.
quid niſi lux eſt? Et ideo coæterna luci, de
qua lux eſt. Maluit aūt dicere, candor lucis,
quā lux lucis, ne obſcurior putaretur iſta q̄
manat, q̄ illa de qua manat. Cum. n. auditur
candor eius eſſe iſta, facilius eſt vt hanc lu-
cere illa, q̄ hæc minus lucere credatur. Sed
quia cauendū non erat ne minor lux illa pu-
taretur quæ iſtā genuit, hoc enim nullus un
quam hæreticus auſus eſt dicere, nec credē
dum eſt aliquem auſurum, illi cogitationi
occurrit

occurrit ſcriptura,qua poſſet videri obſcu-
rior lux iſta quæ manat,q̃ illa de qua manat.
Quam ſuſpitioné tulit, cum ait: Candor eſt
illius,i.lucis ęternæ,atq; ita oñdit ęqualem.
Si.n.hæc minor eſt,obſcuritas illius ē, nō cā
dor illius.Si aũt maior ē,nō ex ea manat:Nō
E n.vinceret de qua genita eſt.Quia ergo ex il-
la manat,nō ē maior q̃ illa.Quia vero nō ob
ſcuritas illius, ſed candor illius eſt, non eſt
minor, æqualis eſt ergo.Neque hoc mouere
debet, quia dicta eſt manatio q̃dā claritatis
Sapien.7 oĩpotentis Dei ſyncera:tanq̃ ipſa nō ſit oĩpo
tēs,ſed oĩpotentis manatio. Mox.n.de illa di
citur:Et cum ſit vna, oĩa poteſt. Quis eſt aũt
oĩpotens, niſi qui oĩa poteſt? Ab illo itaque
mittiť,à quo emanat.Sic.n.experitur ab illo,
1.ſen. di. qui amabat eã & deſiderabat eam. Emitte,in
15.ca.ad quit,illam de ſanctis cęlis tuis,& mitte illã à
quod. ſede magnitudinis tuę vt mecũ ſit, & mecũ
1.ſen. di. laboret, ideſt,doceat me laborare ne laborē.
15.c.ecce Labores.n.eius, virtutes ſunt de quibus iam
diſtincti. dictũ eſt. Sed aliter mittitur vt ſit cũ homine
aliter miſſa eſt vt ipſa ſit hõ.In aĩas n.ſanctas
ſe transfert, atq; amicos Dei & ꝓphetas cō-
ſtituit, ſicut ēt implet ſanctos angelos, & oĩa
Galat.4. talibus miniſterijs cōgrua per eos operatur.
Cum aũt venit plenitudo temporis, miſſa eſt
nō vt impleret angelos, nec eſſet angelus,ni
ſi inquantũ conſiliũ patris annũciabat, quod
& ipſius erat. Nec vt eſſet cũ hoĩbus, aut in
Ioan.1. hoĩbus: Hoc.n.antea in patribus & ꝓphetis:
ſed vt ipſum verbũ caro fieret. i.homo fie-
ret:in quo futuro reuelato ſacr̃o, ēt eorũ ſa-
F pientium atq; ſanctorũ ſalus eſſet,qui priuſ-
quam ipſe de virgine naſceretur, de mulie-
rib. nati ſunt,& in quo facto atq; prędicato
ſalus ſit omnium credentium,ſperantium,di
1. Ti. 3. ligentium. Hoc.n.magnum pietatis eſt ſacra
mentum, quod manifeſtatum eſt in carne,iu
ſtificatum eſt in ſpiritu,apparuit angelis,prę
dicatum eſt gentibus,creditum eſt in mũdo,
aſſumptũ eſt in gloria. Ab illo ergo mittitur
3.ſen. di. Dei verbũ,cuius eſt verbũ. Ab illo mittiť de
1.c. dili- quo natũ eſt.Mittit qui genuit,mittitur quod
genter. genitum eſt. Et tunc vnicuiq; mittitur, cum
1. ſen.di. à quoquam cognoſcitur atq; percipiť quã-
15.ca.ad tum.cognoſci & percipi poteſt pro captu,
quod. vel proficiētis in Deum, vel perfectę in Deo
animæ rationalis. Non ergo eoipſo quo de
patre natus eſt, miſſus dicitur filius: Sed vel
eo quod apparuit huic mundo verbum caro
factum. Vnde dicit, Exiui à patre & veni in
hunc mundũ. Vt eo ꝙ ex tēpore cuiuſq; mē 1.ſen.di.
te ꝑcipitur,ſicut dictũ eſt, Mitte illam vt me 15.ca.
cum ſit,& mecum laboret. Quod ergo natũ quod di-
eſt ab æterno,æternũ eſt: Candor eſt enim lu mus.
cis ęternę. Quod aũt mittitur ex tꝑe,à quo- G
quã cognoſcitur.Sed cũ in carne manifeſta- Sapien.
tus eſt filius Dei, in hũc mundũ miſſus eſt in 1.Ti.3.
plenitudine tēporis,factus ē ex fęmina.Quia Galat.
enim in ſapientia Dei nō poterat mundus co 1.Cor.
gnoſcere per ſapientiã Deum, qm̃ lux lucet Ioan.1.
in tenebris,& tenebræ eã nō cōprehēderũt, 1.Cor.
placuit Deo ꝑ ſtultitiã p̃dicationis ſaluos fa- Ioan.1.
cere credētes,vt verbũ caro fieret & habita- 1.ſen.
ret in nobis.Cũ aũt ex tꝑe cuiuſq; profectus 15.c.
mēte ꝑcipitur, mitti quidem diciť, ſed nō in ptere.
hũc mũdũ.Neq;.n.ſenſibiliter apparet, ideſt
corporeis ſenſib. præſto ē.Quia & nos ſcd̃m
qd̃ mente aliquid æternũ quantũ poſſumus
capimus,non in hoc mũdo ſumus. Et oĩum
iuſtorũ ſpũs,ēt adhuc in hac carne viuentiũ,
inquantũ diuina ſapiunt,nō ſunt in hoc mũ-
do.Sed pater cũ ex tꝑe à quoquã cognoſci-
tur,non diciť miſſus.Nō.n.habet de quo miſ Eccl.
ſus ſit, aut ex quo ꝓcedat. Sapientia quippe Ioan.
dicit: Ego ex ore altiſsimi prodiui.Et de ſpi- 3.ſen.
rituſancto diciť,a patre procedit,pater vero 1.c.di
a nullo. Sicut ergo pater genuit, filius geni- ter.
tus eſt,ita pr̃ miſit,filius miſſus ē.Sed quēad- Ioan.
modũ qui genuit & qui genitus eſt, ita & q 1.ſen.
miſit & qui miſſus eſt vnũ ſunt, q͂a pater & 18.c.
filius vnũ ſunt:Ita ēt ſpũſſanctus vnũ cum eis nũ.
eſt,quia hæc tria vnũ ſunt:Sicut n.natũ eſſe ē
filio a patre eſſe, ita mitti eſt filio, cognoſci H
quod ab illo ſit. Et ſicut ſpirituiſancto donũ
Dei eſſe eſt a patre procedere,ita mitti eſt co
gnoſci quod ab illo procedat.Nec poſſumus
dicere quod ſpirituſſanctus, & a filio nō ꝓ-
cedat.Neq; enim fruſtra idem ſpiritus & pa-
tris & filij ſpiritus dicitur. Nec video quid
aliud ſignificare voluerit, cum ſufflans in fa-
ciē diſcipulorũ ait? Accipite ſpm̃ ſanctũ.Ne- Ioan.20
que enim flatus ille corporeus, cum ſenſu
corporaliter tangendi procedēs ex corpore,
ſubſtantia ſpirituſſancti fuit, ſed demonſtra-
tio ꝑ congruã ſignificationē, nō tm̃ a patre,
ſed & a filio procedere ſpm̃ ſanctũ. Quis.n.
dementiſsimus dixerit, aliũ fuiſſe ſpm̃ quem
ſufflans dedit, & alium quem poſt aſcenſio-
nē ſuã miſit? Vnus enim ſpiritus,eſt ſpũs Dei
ſpũs patris & filij, ſpirituſſanctus qui ope-
ratur

ratur omnia in omnib. Sed ꝙ bis datus est, di spẽsatio certæ significationis fuit, de qua suo loco quantũ dñs dederit disseremus. Quod ait ergo dñs, Quẽ ego mittam vobis à patre: ostendit spm̃ & patris & filij: quia ẽt cũ dixisset, quẽ mittet pater addidit, in nomine meo: non tñ dixit, quem mittet pater à me; quẽadmodũ dixit, quẽ ego mittam vobis à patre: videlicet ostendens ꝙ totius diuinitatis, vel si melius dr̃, deitatis, principium pater est. Qui ergo a patre procedit & filio, ad eũ refertur à quo natus est filius. Et ꝙ dicit Euangelista, Spũs nondũ erat datus, quia Iesus nõdũ erat clarificatus: qũo intelligitur, nisi q̃a certa illa spiritussancti datio vel missio post clarificationẽ Xpi futura erat qualis nunquã antea fuerat? Neq;.n. antea nulla erat, sed talis non fuerat. Si.n. antea spiritussanctus non dabatur quo impleti prophetæ locuti sunt, cũ aperte scriptura dicat, & multis locis ostẽdat spũsancto eos locutos fuisse: cũ & de Ioãne Baptista dictum sit, Spũsancto replebitur iã inde ab vtero matris suæ: & spiritusancto repletus Zacharias inuenit pater eius, vt de illo talia diceret: & spũsancto Maria, vt talia de dño quem gestabat vtero prædicaret: spiritusancto Simeon & Anna, vt magnitudinẽ Christi paruuli agnoscerẽt: qũo ergo spũs nondũ erat datus, quia Iesus nondũ erat clarificatus, nisi quia illa datio, vel donatio, vel missio spũssancti, habitura erat quandã proprietatem suam in ipso aduentu, qualis antea nunquã fuit? Nusquã.n. legimus, linguis quas non nouerant hoĩes locutos, veniente in se spũsancto, sicut tunc factũ est, cum oporteret eius aduentũ signis sensibilib. demonstrari, vt ostenderet totũ orbẽ terrarum atq; oẽs gentes in linguis varijs constitutas, credituras in Xpm per donũ spũssancti, vt impleret quod in Psalmo canitur, Non sunt loquelæ neq; sermones, quorum non audiãtur voces eorum: In oẽm terrã exiuit sonus eorum: & in fines orbis terræ verba eorũ. Verbo itaque Dei ad vnitatẽ personæ copulatus & quodãmodo cõmixtus est homo, cũ veniente plenitudine tp̃is missus est in hunc mundũ, factus ex fœmina filius Dei, vt esset & filius hominis ꝑꝑ filios hominũ. Hanc personã angelica natura figurare antea potuit, vt prænunciaret, non expropriare ut ipsa esset. De sensibili aũt demonstratione spiritussancti, siue per colũbæ speciem, siue per linguas igneas, cũ eius substantiã patri & filio coæternam, pariterq; incõmutabilem subdita & seruiens creatura tp̃alibus motibus & formis ostenderet, cum ad eius personæ vnitatem, sicut caro q̃ verbũ factum est non copularetur, non audeo dicere nihil tale factũ esse antea. Sed planè fidenter dixerim, patrẽ & filiũ & spm̃sanctũ vnius eiusdemq; substantiæ, Deũ creatorem, trinitatẽ omnipotentẽ inseparabiliter operari, sed ita non posse per longe imparẽ maximeq; corporeã creaturã inseparabiliter demõstrari, sicut per uoces nostras q̃ utiq; corporaliter sonant, nõ possunt pater & filius & spiritussanctus, nisi suis & proprijs interuallis temporũ certa separatione distinctis, quæ suæ cuiusq; vocabuli syllabæ occupant, noĩari. In sua quippe substantia qua sunt tria, unũ sunt pater & filius & spũssanctus, nullo tp̃ali motu super oẽm creaturã idipsum sine ullis interuallis tẽporum uel locorũ, & simul vnũ atq; idẽ ab æternitate in æternitatẽ, tanquam ipsa æternitas quæ sine ueritate & charitate non est. In meis aũt uocibus separati sunt pater & filius & spũssanctus, nec simul dici potuerunt, & in literis visibilib. sua separatim locorũ spatia tenuerunt. Et quemadmodum cũ memoriã meã & intellectũ & uoluntatẽ nomino, singula quidẽ noĩa ad res singulas referuntur, sed tñ ab hoĩbus trib. singula facta sunt: nullum.n. horũ triũ nominum est, ꝙ non & memoria & intellectus & uoluntas mea simul operata sint: Ita Trinitas simul operata est, & uocẽ patris, & carnẽ filij, & columbã spiritussancti, cũ ad singulas personas hæc singula referantur. Qua similitudine vtcunq; cognoscitur inseparabilẽ in seipsa Trinitatẽ per uisibilis creaturæ speciẽ inseparabiliter demõstrari, & inseparabilẽ Trinitatis operationẽ, ẽt in singulis esse reb. quæ uel ad patrẽ, uel ad filiũ, uel ad spm̃ sanctum demõstrandũ proprie pertinere dicuntur. Si ergo à me quæritur, qũo factæ sint uel uoces uel sensibiles formæ atq; spẽs ante incarnationẽ uerbi Dei q̃ hoc futurum præfigurarent, per angelos ea Deũ operatũ esse r̃ndeo, ꝙ etiam scripturarũ sanctarum testimonijs quantum existimo satis ostendi. Si aũt queritur ipsa incarnatio qũo facta sit, ipsum uerbũ Dei, dico carnem factum, i. hominem factum, non tamen in hoc quod factũ est conuersum atq; muta-

Ioan. 15. I Sen. di. 5. c. hic queritur Ioan. di. 29. p. 1. Ioan. 7. Luce 1. Ibidem. Luce 2. Ioan. 7. Acto. 2. Psal. 18. K Commixtus. Galat. 4. De sensibili demon stratione sancti spiritus, & de coæternitate trinitatis. cap. 21. Matt. 10. Acto. 2. Ioan. 1. L Matt. 3. Acto. 2. M 3 sen. di. 6. cap. ne autem.

mutatum: ita sanè factum vt ibi sit non tantū verbum Dei, & hominis caro, sed etiam rationalis hominis aīa, atq; hoc totū & Deus dicatur pp Deum & homo pp hominem. A Quod si difficile intelligitur, mens fide purgetur, magis magisq; abstinendo à peccatis, *Acto. 15* & bene operando & orando cū gemitu desideriorū sanctorū, vt per diuinum adiutoriū proficiēdo, & intelligat, & amet. Si aūt quęritur post incarnationem verbi, quō factū sit vel vox patris, vel species corporalis qua spiritussanctus demonstratus est, per creaturam quidē facta ista non dubito: sed vtrū tantummodo corporalem atq; sensibilem: an adhibito spiritu ēt rationali vel intellectuali, hoc enim quibusdā placuit appellare, ꝙ Græci dicunt νοερὸν, non quidem ad vnitatem personæ, quis.n.hoc dixerit, vt quicquid illud est creaturæ, per ꝙ sonuit vox patris, ita sit Deus pater, aut quicquid illud est creaturæ in quo per colūbæ speciē vel per igneas linguas spūssanctus demonstratus est, ita sit spiritussanctus, sicut est Dei filius homo ille qui de virgine factus est: sed tantūmodo ad ministeriū peragendæ significationis, sicut oportuisse Deus iudicauit: an aliquid aliud intelligendū sit, inuenire difficile est, & temere affirmare non expedit. Quō tñ ista sine rationali vel intellectuali creatura potuerint fieri, non video. Neq; adhuc locus est explicare, cur ita sentiam, quantum vires dñs dederit. Prius.n. sunt discutienda & refellenda hæreticorū argumenta, quæ non ex diuinis libris, sed ex rationibus suis proferunt, quib. se veB hementer cogere arbitrātur testimonia scripturarū quæ de patre & filio & spiritusancto sunt ita esse intelligenda, vt ipsi volunt. *1.sen. di. 25. c. ideoq; puta uerunt.* Nunc aūt non ideo minorē filium quia missus est à patre, nec ideo minorem spm sanctū quia & pater eum misit & filius, sufficienter quantū arbitror demonstratū est. Siue.n. pp visibilem creaturā, siue potius propter principij cōmendationem, non pp inæqualitatē vel imparilitatem vel dissimilitudinem substantiæ in scripturis hęc posita intelliguntur: quia ēt si voluisset Deus pater per subiectam creaturam visibiliter apparere, absurdissime tñ aut à filio quem genuit, aut a spiritusancto *1.sen. di. 1.c. diligēter vero.* qui de illo procedit, missus diceretur. Iste igitur sit huius voluminis modus, deinceps in cęteris adiuuante dño, illa hæreticorum versutissima argumenta qualia sint & quemadmodum redarguantur videbimus.

## D. AVRELII AVGVSTINI Hipponensis Episcopi, de Trinitate. C

## LIBER QVINTVS.



Inc iam exordiens ea dicere q̄ dici vt cogitantur vel ab hoīe aliquo, vel certe a nobis non omnimodo possunt: q̄uis & ipsa nostra cogitatio, cum de Dei Trinitate cogitamus, lōge illi de quo cogitat, imparē sentiat, neq; vt est eū capiat, sed vt scriptū est, ēt a tantis quantus Paulus Apostolus hic erat, per speculū & in ænigmate videatur: primum ab ipso dño Deo nostro de quo semper cogitare debemus, & de quo digne cogitare nō possumus, cui laudādo reddenda est omni tpe benedictio, & cui enunciando nulla cōpetit dictio, & adiutoriū ad intelligenda atq; explicanda q̄ intendo, & veniā precor sicubi offendo. Memor sum.n. nō solū voluntatis, verumetiā infirmitatis meæ. Ab his etiam qui ista lecturi sunt vt ignoscāt peto, vbi me magis voluisse q̄ potuisse dicere aduerterint, q' vel ipsi melius intelligunt, vel pp mei eloquij difficultatem non intelligunt, sicut ego eis ignosco vbi propter suam tarditatem me intelligere non possunt. Facilius.n. nobis inuicem ignoscimus, si nouerimus, aut certe credēdo firmum tenuerimus, ea quæ de natura incommutabili & inuisibili, summeq; viuente ac sibi sufficiente dicuntur, non ex consuetudine visibilium atq; mutabilium & mortalium vel egenarum rerum esse mentienda: sed cum in his ēt quæ nostris corporalibus adiacent sensib. vel quod nos D ipsi in interiore homine sumus, scientia cōprehendēdis laboremus nec sufficiamus, nō tn impudenter in illa quæ supra sunt diuina & ineffabilia, pietas fidelis ardescit, non quā suarum viriū inflat arrogantia, sed quā gratia ipsius creatoris & saluatoris inflammat. Nā quo intellectu Deū capit homo, qui ipsum intellectū suum quo eum vult capere nondū capit? Si autem hunc iam capit, attendat diligenter nihil eo esse in sua natura melius, & videat vtrum ibi videat vlla lineamenta formarum,

marũ, nitores colorũ, ſpatioſam granditatẽ, partiũ diſtantiã, molis diſtenſionem, aliquas per locorũ interualla motiones, vel quid eiuſmodi. Nihil certe iſtorũ inuenimus in eo quo in natura nr̃a nihil melius inuenimus. i. in nr̃o intellectu, quo ſapientiã capimus quã tũ capaces ſumus. Quod ergo non inuenim⁹ in meliore noſtro, nõ debemus in illo q̃rere, quod longe melius eſt meliore nr̃o. Vt ſic intelligamus Deũ ſi poſſumus quãtũ poſſumus ſine qualitate bonũ, ſine quãtitate magnũ ſine intelligentia creatorẽ, ſine ſitu p̃ſentẽ, ſine
F habitu omnia cõtinentẽ, ſine loco vbiq; totũ ſine tempore ſempiternũ, ſine vlla ſui mutatione mutabilia faciẽtẽ, nihilq; patiẽtẽ. Quiſquis Deũ ita cogitat, etſi nondũ poteſt omnino inuenire quid ſit, pie tamẽ cauet, quantũ poteſt aliquid de eo ſentire ꝙ non ſit. Eſt tñ ſine dubitatione ſubſtantia, vel ſi melius hoc appellatur eſſentia quã Græci οὐσίαν vocant Sicut enim ab eo ꝙ eſt ſapere, dicta eſt ſapiẽtia, & ab eo quod eſt eſſe, dicta eſt ſcientia, ita ab eo quod eſt eſſe dicta eſt eſſentia. Et quis magis eſt, quã ille qui dixit famulo ſuo Moyſi, Ego ſum q̃ ſum, & dices filijs Iſrael, Qui eſt miſit me ad vos? Sed aliæ quæ dicuntur eſſentiæ ſiue ſubſtantię capiunt accidẽtia quibus in eis fiat vel magna vel quãtacunq; mutatio. Deo autem aliquid eiuſmodi accidere non põt, & ideo ſola eſt incõmutabilis ſubſtãtia vel eſſentia quę Deus ẽ, cui ꝑfecto ipſum eſſe vnde eſſentia nominata eſt, maximè ac veriſsime competit. Quod. n. mutatur nõ ſeruat ipſum eſſe, & quod mutari põt, ẽt ſi non mutetur: põt quod fuerat nõ eſſe: ac per hoc illud ſolũ quod non tantũ nõ mutatur, verumetiã mutari oĩno nõ põt, ſine ſcrupulo occurrit qđ veriſsime dicatur. Quamobrẽ vt iã etiam de ijs quę nec dñr cogitantur nec cogitantur vt ſunt rñdere incipiamus fidei noſtræ aduerſarijs: inter multa quæ Ar-
G riani aduerſus catholicã fidẽ ſolent diſputare, hoc ſibi maxime callidiſsimũ machinamentum proponere videntur cum dicunt: Quicquid de Deo dicitur vel intelligitur, nõ ſecundũ accidens ſed ſecundũ ſubſtantiam dicitur. Quapropter ingenitũ eſſe patri ſecũdum ſubſtantiam eſt, & genitum eſſe filio ſecundum ſubſtantiam eſt. Diuerſum eſt autẽ ingenitum eſſe, & genitũ eſſe, diuerſa eſt ergo ſubſtãtia pr̃is & filij. Quibus rñdemus

Si quicquid de Deo dicitur ſecundũ ſubſtãtiã dicitur, ergo quod dictũ eſt, Ego & pater vnũ ſumus: ſecundũ ſubſtãtiã dictũ eſt. Vna eſt igitur ſubſtãtia pr̃is & filij. Aut ſi hoc non ſcđm ſubſtãtiã dictũ eſt, dicitur ergo aliquid de Deo nõ ſecundũ ſubſtantiã, & ideo iã non cogimur ſecundũ ſubſtantiã intelligere ingenitum & genitũ. Itẽ dictũ eſt de filio, Non rapinã arbitratus eſt eſſe ęqualis Deo: quærimus ſecundũ quid æqualis? Si. n. ſecundũ ſubſtãtiã dicitur æqualis, admittunt vt dicatur aliquid de Deo, nõ ſecundũ ſubſtantiã. Admittant ergo non ſecundũ ſubſtantiã dici ingenitũ & genitũ. Quod ſi propterea nõ admittunt, quia oĩa de Deo ſecundũ ſubſtantiã dici volunt, ſcđm ſubſtantiam filius ęqualis eſt patri. Accidens autem non ſolet dici, niſi aliqua mutatione eius rei cui accidit amitti poteſt. Nã etſi quædam dñr accidentia inſeparabilia quę Græce appellãtur ἀχώριστα, ſicut eſt plumę corui color niger, amittit eũ tñ, non quidẽ quandiu pluma eſt, ſed quia non ſemper eſt pluma. Quapꝓ ipſa materies mutabilis ẽ, & ex eo qđ deſinit eſſe illud animal, vel illa pluma, totumq; illud corpus in terrã mutaẽ & vertitur, amittit vtiq; etiã illũ colorẽ. Quanuis & accidẽs quod ſeparabile dicitur, non ſeparatione ſed mutatione amittatur ſicuti eſt capillis hominum nigritudo, q̃m dum capilli ſunt poſſunt albeſcere, ſeparabile accidens dr̃. Sed diligenter intuẽtibus ſatis apparet, non ſeparatione quaſi emigrare aliquid à capite dũ caneſcit, vt nigritudo inde candore ſuccedente diſcedat & aliquò eat, ſed illã qualitatem coloris ibi verti atq; mutari. Nil itaq; accidens in Deo, quia nihil mutabile aut amiſsibile. Quod ſi & illud dici accidẽs placet, qđ licet nõ amittatur, minuitur tñ vel augeẽ, ſicuti eſt animæ vita. nã quandiu anima eſt tandiu viuit, & q̃a ſempꝑ anima eſt ſemper viuit, ſed quia magis viuit cũ ſapit, minuſq; cũ deſipit, fit etiam hic aliqua mutatio, nõ vt deſit vita, ſicut nec deeſt I inſipienti ſapientia, ſed vt minus ſit: nec tale aliquid in Deo ſit quia omnino incõmutabilis manet. Quamobrẽ nihil in eo ſecundũ accidens dr̃, quia nihil ei accidit, nec tñ omne quod dicitur ſecundũ ſubſtantiã dicitur. In rebus autẽ creatis atq; mutabilibus quod nõ ſecundum ſubſtantiam dicitur, reſtat vt ſecũdum accidens dicatur. Omnia enim acci-

*Ioan. 10.* *Phil. 2.* H *Accidens non competit in Deũ. c. 4.* *1. ſen. di. 26. c. quocirca.*

dunt eis, quæ vel amitti possunt vel minui, & magnitudines & qualitates, & qđ dr̄ ad aliquid sicut amicitiæ, ꝓpinquitates, seruitutes similitudines, æqualitates, & si qua hmõi, & situs & habitus & loca, & tēpora, & opera atque passiones. In Deo aūt nihil qđē secundū accidēs dicitur, quia nihil ī eo mutabile est, nec tñ oē quod diciṫ, secundū substātiā dr̄. Dicitur n. ad aliquid, sicut pater ad filium, & filius ad patrē, quod nō est accidens, qa & ille semper pater, & ille semper filius, & non ita semper quasi ex quo natus est filius, vt ex eo quod nūquā desinat esse filius, pr̄ nō desinat esse pater, sed ex eo ꝙ semper natus est filius nec cœpit vnquā eē filius. Qđ si aliqñ esse cœpisset, aut aliqñ esse desineret filius secundū accidēs diceretur. Si vero quod diciṫ pater ad seipsum diceretur, non ad filium, & quod dr̄ filius ad seipsum diceretur, non ad patrē, scđm substantiā diceretur & ille pater & ille filius. Sed quia & pr̄ non dicitur pr̄ nisi ex eo ꝙ est ei filius, & filius non dr̄ nisi ex eo ꝙ habet patrē nō secūdum substantiā hæc dicuntur: quia non quisq; eorū ad seipsum, sed ad inuicē atq; ad alterū ista dn̄r: neq; scđm accidēs, quia & quod dicitur pater & quod dicitur filius, æternū atq; incōmutabile est eis. Quamobrē quanuis diuersum sit patrem esse & filiū esse, non est tñ diuersa substantia, quia hęc non secundū substantiā dn̄r, sed secundū relatiuū, qđ tñ relatiuū non est accidens, quia nō est mutabile. Si autem huic si putant resistendū esse sermoni qđ pr̄ quidē ad filiū dr̄, & filius ad patrem, ingenitus tñ & genitus ad seipsos dn̄r, non ad alterū: nō. n. hoc est dicere ingenitū quod est patrē dicere: quia etsi filiū non genuisset, nihil prohiberet eū dicere ingenitum: & si gignat quisq; filiū, nō ex eo ipse ingenitus est, quia geniti homines ex alijs hominibus gignunt & ipsi alios. Inquiunt ergo, pater ad filium dicitur, & filius ad patrē, ingenitus autem ad seipsum, & genitus ad seipsum dr̄: Et ideo si quicquid ad seipsum dicitur secundum substantiam dicitur, diuersum est autem ingenitum esse & genitum esse, diuersa igitur substantia est. Hoc si dicunt nō intelligunt de ingenito quidem aliquid se dicere quod diligētius pertractandū sit, quia nec ideo quisque qa ingenitus pr̄, nec ingenitus ideo qa pr̄, & propterea nō ad aliquid, sed ad se dici

*Relatiuū non accidens diuinis. c. 5.*

*1. sen. di. 26. c. quo circa.*

H

*1. sen. di. 26. c. quo circa.*

K

*1. sen. di. 28. c. præterea.*

*An ingenitus qđ pater dicitur, possit inter illa accipi, quæ ad se ipsum & substantialiter dicuntur. Cap. 6.*

*1. sen. di. 31. ca. 1.*

L

putaṫ īgenitus: genitū vero mira cęcitate nō aduertunt dici non posse, nisi ad aliqd. Ideo quippe filius quia genitus, & qa filius vtique genitus. Sicut aūt filius ad patrem, sic genitus ad genitorē referṫ, & sicut pr̄ ad filiū, ita genitor ad genitū, Ideoq; alia notio ē qua intelligiṫ genitor, alia qua ingenitus. Nā quanuis de patre Deo vtrūq; dicatur, illud tñ ad genitū. i. ad filiū dicitur, nec illi negāt: hoc aūt ꝙ ingenitus dicitur, ad seipsum dici ꝓhibēt. Dicūt ergo: Si aliquid ad seipsum dr̄ pater, quod ad seipsum dici non pōt filius, & qcquid seipsum dr̄, secundū substantiā dicitur & ad seipsum diciṫ ingenitus, quod dici non pōt filius, ergo secundū substantiam dicitur ingenitus, quod filius quia dici non pōt non eiusdem est substantiæ. Cui versutiæ rn̄detur ita, vt ipsi cogantur dicere secundū quid sit ęqualis patri filius, vtrū secundum id quod ad se dicitur, an secundum id quod ad patrē dicitur. Non. n. secundum id quod ad patrē dicitur, quoniā ad patrē filius dicitur, ille autem non filius, sed pr̄ est: Quia non sic ad se dn̄r pater & filius, quō amici aut vicini. Relatiue quippe amicus diciṫ ad amicum. Et si æqualiter se diligūt, eadē in vtroq; amicitia est. Et relatiue vicinus dicitur ad vicinum, & quia æqualiter sibi vicini sunt, quantum. n. iste illi tm̄ & ille huic vicinaṫ, eadē in vtroq; vicinitas. Quia vero filius nō ad filiū relatiue dr̄, sed ad patrē, non secundū hoc ꝙ ad patrē dicitur, æqualis est filius patri, restat vt secūdū id æqualis sit quod ad se dicitur. Quicquid aūt ad se dicitur, secundū substantiam dicitur. Restat ergo vt secundū substātiā sit æqualis. Eadē est igitur vtriusq; substātia. Cū vero ingenitus dicitur pater, non quid sit, sed quid non sit dicitur. Cū aūt relatiuū negatur non secundū substantiā negatur, quia ipsum relatiuum nō secundū substantiam dicitur. Hoc exemplis planū faciēdū est. Ac primū videndum est hoc significari cū dr̄ genitus, ꝙ significaṫ cum dicitur filius. Ideo. n. filius, qa genitus, & quia filius, vtiq; genitus. Quod ergo dicitur ingenitus, hoc ostēditur quod nō sit filius sed genitus & ingenitus cōmode dn̄r, filius autē Latine dicitur, sed infilius vt dicatur non admittit loquendi consuetudo. Nihil tamen intellectui demitur si dicatur non filius quemadmodum etiā si dicatur non genitus, ꝓ eo qđ dicitur ingenitus,

*1. sen. 28. c. præterea.*

*1. sen. 27. c. non est.*

M

*1. sen. 31. c.*

*1. sen. 28. c. in fin. Neq. addi... muta... dicam... tum.*

*1. sen. 27. c. non est.*

*1. sen. 27. c. in pri...*

A

nitus,nihil aliud dr̃. Sic.n.& vicinus & amicus relatiua dicũtur, nec tñ poteſt in vicinus dici q̃uo dr̃ inimicus. Quamobrẽ non eſt in rebus conſiderandũ quid uel ſinat uel nõ ſinat dici uſus ſermonis noſtri,ſed quis rerum ipſarum intellectus eluceat. Non ergo iam dicamus ingenitũ quãuis dici Latine poſsit, ſed pro eo dicamus non genitũ, ꝙ tm̃ ualet. Non ergo aliud dicimus q̃ non filium. Negatiua porro iſta particula non efficit, ut ꝙ ſine illa relatiue dr̃,eadem præpoſita ſubſtantialiter dicatur: ſed id tm̃ negatur, ꝙ ſine illa aiebatur,ſicut in cęteris prædicamẽtis, uelut cum dicimus, homo eſt, ſubſtantiã deſignamus.Qui ergo dicit,non homo eſt, nõ aliud genus prædicamenti enunciat, ſed tm̃ illud negat.Sicut ergo ſecundum ſubſtantiam aio, homo eſt, ſic ſecundũ ſubſtantiã nego cũ dico,non homo eſt. Et cũ quæritur,quãtus ſit, & aio quadrupedalis eſt,i.quatuor pedum, ſecundũ quantitatẽ aio: qui dicit nõ quadrupedalis eſt,ſecundũ quantitatem negat. Candidus eſt,ſecundũ qualitatẽ aio,nõ candidus eſt,ſecundũ qualitatẽ nego. Propinquus eſt, ſecundũ relatiuũ aio: non propinquus eſt,ſecundum relatiuũ nego. Secũdũ ſitum aio, cũ dico iacet:ſecundũ ſitum nego,cũ dico non iacet. Secundũ habitũ aio, cũ dico armatus eſt:ſecundũ habitũ nego,cũ dico non armatus eſt. Tantundẽ aũt ualet ſi dicam inermis eſt.Secundũ tp̃s aio, cum dico heſternus eſt: ſecundum tp̃s nego, cũ dico non heſternus eſt. Et cũ dico Romæ eſt, ſecundum locum aio:& ſecundũ locum nego,cũ dico nõ Romæ eſt. Secundum id ꝙ eſt facere aio cũ dico cędit:ſi aũt dicam non cędit: ſecũdum id quod eſt facere nego, ut oſtendã non hoc facere. Et cũ dico uapulat ſecundũ prædicamẽtum aio,ꝙ pati uocatur:& ſecundũ id nego, cũ dico non uapulat.Et omnino nullũ prædicamenti genus eſt ſecundum ꝙ aliquid aiere uolumus, niſi ut ſecundũ idipſum prædicamentum negare conuincamur, ſi præponere negatiuã particulã uoluerimus. Quæ cũ ita ſint,ſi ſubſtantialiter aierem, dicendo filius: ſubſtantialiter negarem,dicendo non filius. Quia uero relatiue aio, cũ dico filius eſt, ad patrem.n.refero:relatiue nego ſi dicam,non filius eſt: Ad parentem.n. eandem negationẽ refero,uolens oſtendere quod ei parens non ſit. At ſi quantũ ualet ꝙ dr̃ filius, tantundem

1.ſen. di. 3.ca.1. medio.

B

C

ualet ꝙ dr̃ genitus,ſicut prælocuti ſumus,tãtundẽ ergo ualet quod dr̃ non genitus,quantũ ualet quod dr̃ non filius. Relatiue aũt negamus dicendo non filius, relatiue igiť negamus dicendo, non genitus. Ingenitus porro quid eſt niſi nõ genitus? Non ergo receditur à relatiuo prædicamento,cũ ingenitus dr̃. Sicut.n.genitus non ad ſeipſum dr̃,ſed ꝙ ex genitore ſit: ita cum dr̃ ingenitus, non ad ſeipſum dr̃,ſed ꝙ ex genitore non ſit oſtenditur. In eodem tñ prædicamento ꝙ relatiuũ uocatur,utraque ſignificatio uertitur. Quod autẽ relatiue pronunciatur, non indicat ſubſtantiã.Ita quamuis diuerſum ſit genitus & ingenitus, nõ indicat diuerſam ſubſtãtiã quia ſicut filius ad patrẽ,& non filius ad non patrẽ refertur:ita genitus ad genitorẽ, & non genitus ad nõ genitorẽ referatur neceſſe eſt. Quapropter illud præcipue teneamus, quicquid ad ſe dr̃ præſtantiſsima illa & diuina ſublimitas ſubſtantialiter dici,ꝙ aũt ad aliquid, non ſubſtantialiter ſed relatiue, tantamq; uim eſſe eiuſdem ſubſtantiæ in patre & filio & ſpiritusſancto,ut quicquid de ſingulis ad ſeipſos dicitur, non pluraliter in ſumma, ſed ſingulariter accipiatur. Quẽadmodũ.n.pater Deus eſt & filius Deus eſt, & ſpiritusſanctus Deus eſt, quod ſecundum ſubſtantiam dici nemo dubitat,non tñ tres deos, ſed unum Deum dicimus eandem ipſam præſtantiſsimam Trinitatem: Ita magnus pater,magnus filius, magnus ſpiritusſanctus, non tamen tres magni, ſed unus magnus. Non.n.de patre ſolo, ſicut illi peruerſe ſentiunt, ſed de patre & filio & ſpiritusſancto ſcriptum eſt, Tu es Deus ſolus magnus:& bonus pater, bonus filius, bonus ſp̃üſſanctus, nec tres boni, ſed unus eſt bonus,de quo dictum eſt:Nemo bonus niſi ſolus Deus.Etenim dñs Ieſus,ne ab illo qui dixerat,magiſter bone, tanquam hominẽ compellans,ſecundũ hominem tantũmodo intelligeretur,ideo non ait: Nemo bonus niſi ſolus pater,ſed nemo bonus niſi ſolus Deus,in patris.n.nomine,ipſe per ſe pater pronũciatur,in Dei uero & ipſe & filius & ſpiritusſanctus,q̃a Trinitas unus Deus.Situs uero & habitus & loca & tempora, non proprie, ſed tranſlate, ac per ſimilitudines dñr in Deo. Nam & ſedere ſuper cherubin dicitur: ꝙ ad ſitum dicitur. Et abyſſum tanquam ueſtimentum amictus: quod ad habitum. Et anni tui

*1.ſen. di. 28.ca.1. poſt medium, & c. ideo licet.*

D

*1.ſen. di. 5.cap. 1. in fine. quicquid abſolute de Deo dicitur de ſingulis p̃ſoni ſingulariter dicitur. Cap. 8. 1.ſen. di. 22. c.ſciẽdum eſt. 1.ſen. di. 4. c.quidã tamẽ. & di.22. c.ſciendũ eſt, poſt medium.*

*Pſal.85.*

E

*Luc. 28 Mat.19 1.ſen. di. 27. c.eſt ſciendum in fine. Pſal.79. Pſ.103. Pſ.101. Pſ.138.*

non deficient: ꝗ ad tp̃s. Et si ascendero in cęlũ tu ibi es: ꝗ ad locum. Quod aũt ad faciendũ attinet, fortasſis de solo Deo verisſime dicatur. Solus.n. Deus facit & ipſe non fit, neq; patitur quãtũ ad eius ſubſtantiã pertinet qua Deus eſt.

F

*1. ſen. di. 22. c. ſciẽdum eſt. Rom. 11.*

Itaq; omnipotens pater, omnipotens filius, omnipotens ſpiritusſanctus, nec tñ tres omnipotentes, ſed vnus omnipotens: Ex quo omnia, per quẽ omnia, in quo omnia, ipſi gloria. Quicquid ergo ad ſeipſum dicit Deus, & de ſingulis perſonis ſingulariter dr̃, ideſt de patre & filio, & ſpũſancto, & ſimul de ipſa Trinitate, non pluraliter, ſed ſingulariter dr̃.

*1. ſen. di. 22. cap. Deus. n. in princ.*

Qm̃ quippe non aliud eſt Deo eſſe, & aliud magnũ eſſe, ſed hoc idẽ illi eſt eſſe ꝙ magnum eſſe, ꝑpea ſicut non dicimus tres eſſentias, ſic non dicimus tres magnitudines, ſed vnã eſſentiam & vnã magnitudinẽ, Eſſentiã dico, q̃ οὐσία Gręce dr̃, quã vſitatius ſubſtantiã vocamns. Dicunt quidẽ & illi hypoſtaſim, ſed neſcio quid volunt intereſſe inter vſiam & hypoſtaſim: Ita vt pleriq; noſtri qui hæc Græco tractant eloquio dicere conſueuerint μίαν οὐσίαν, τρεῖς ὑποστάσεις, ꝙ eſt Latine, vnam eſſentiam, tres ſubſtantias.

*Nec perſonæ tres propriedicuntur. Cap. 9. 1. ſen. di. 5. c. oſtenditur quoque. Ioan. 10. 1. ſen. di. 23. c ideo oriaur.*

Sed quia noſtra loquendi conſuetudo iã obtinuit, vt hoc intelligatur cũ dicimus ſubſtantiam, nõ audemus dicere vnam eſſentiã tres ſubſtantias, ſed vnam eſſentiã vel ſubſtantiã, tres aũt perſonas, quẽadmodum multi Latini iſta tractãtes & digni authoritate dixerunt, cum aliũ modum aptiorem non inuenirent quo enunciarent verbis ꝙ ſine verbis intelligebant. Re uera.n. cum pater non ſit filius, & filius non ſit pater, & ſpiritusſanctus ille qui ẽt donum Dei vocatur, nec pater ſit nec filius, tres vtiq; ſunt. Ideoq; pluraliter dictum eſt: Ego & pater vnum ſumus. Non enim dixit, vnum eſt quod Sabelliani dicunt, ſed vnum ſumus.

*Aliter magnus Deus dicitur aliter mons. Cap. 10.*

Tñ cum quæritur quid tres, magna prorſus inopia humanum laborat eloquium. Dictum eſt tñ tres perſonæ, nõ vt illud diceretur, ſed ne taceretur. Sicut ergo non dicimus tres eſſentias,

G

ita non dicimus tres magnitudines, neq; tres magnos. In rebus.n. quæ participatione magnitudinis magnæ ſunt quibus eſt aliud eſſe, aliud magna eſſe, ſicut magna domus, & magnus mons, & magnus animus, in his ergo rebus aliud eſt magnitudo, aliud quod ab ea magnitudine magnum eſt, & prorſus non hoc eſt magnitudo quod eſt magna domus. Sed illa eſt vera magnitudo qua non ſolum magna eſt domus, quæ magna eſt, & qua magnus eſt mõs quiſquis magnus eſt, ſed ẽt qua magnũ eſt quicquid aliud magnũ dr̃: vt aliud ſit ipſa magnitudo, aliud ea q̃ ab illa magna dñr. Quæ magnitudo vtiq; primitus magna eſt, multoq; excellentius q̃ ea q̃ participatione eius magna ſunt.

*1. ſen. di. 22. cap. Deus n. 1. ſen. di. 22. c. ſciẽdum eſt.*

Deus aũt quia non ea magnitudine magnus eſt quæ non eſt ꝙ ipſe, vt quaſi particeps eius ſit Deus cũ magnus eſt: alioquin illa erit maior magnitudo q̃ Deus, Deo aũt non eſt aliquid maius, Ea igitur magnitudine magnus eſt qua ipſe eſt eadẽ magnitudo. Et ideo ſicut nõ dicimus tres eſſentias, ſic nec tres magnitudines: hoc eſt.n. Deo

H

eſſe ꝙ magnum eſſe. Eadẽ cauſa nec magnos tres dicimus, ſed vnũ magnũ, quia non participatione magnitudinis Deus magnus eſt, ſed ſeipſo magno magnus eſt: quia ipſe ſua eſt magnitudo. Hoc & de bonitate, & de æternitate, & de omnipotentia Dei dictũ ſit, oĩbusq; oĩno ꝓdicamentis q̃ de Deo poſsũt pronunciari, ꝙ ad ſeipſum dr̃, non tranſlate ac per ſimilitudinẽ, ſed proprie, ſi tñ de illo proprie aliquid dici ore hominis põt.

*De perſonis quæ proprie, cõiter dicãtur. Cap. 11. 1. ſen. di. 22. c. Deus n. in fine. 1. ſen. di. 16. c. hic mo vero. Deut. 6. 1. ſen. di. 26. c. querit. Ioan. 4. 1. ſen. di. 26. c. ẽt de ſpiritu ſãcto & di.*

Quod aũt proprie ſingula in eadẽ Trinitate dicuntur, nullo modo ad ſeipſa, ſed ad inuicẽ, aut ad creaturam dicuntur, & ideo relatiue non ſubſtantialiter ea dici manifeſtũ eſt. Sicut.n. Trinitas vnus Deus dr̃, magnus, bonus, æternus, omnipotens, idemque ipſe ſic ſua dici põt deitas, ipſe ſua magnitudo, ipſe ſua bonitas, ipſe ſua æternitas, ipſe ſua omnipotentia: non ſic poteſt dici Trinitas pater, niſi forte tranſlate ad creaturam propter adoptionem filiorum. Quod.n. ſcriptum eſt, Audi Iſrael, dñs Deus tuus Deus vnus eſt, non vtique excepto filio, aut excepto ſpiritusſancto oportet intelligi, quẽ vnum dñm Deum noſtrum recte dicimus, ẽt patrẽ noſtrũ per gratiã ſuã nos regenerantẽ. Trinitas aũt filius nullo modo dici põt. Spiritus vero ſanctus ſecundum quod ſcriptũ eſt, Qm̃ Deus ſpiritus eſt: põt quidem vniuerſaliter dici, quia & pater ſpiritus, & filius ſpũs, & pater ſanctus, & filius ſanctus.

I

Itaque pater & filius & ſpiritusſanctus, qm̃ vnus Deus, & vtique Deus ſanctus eſt, & Deus ſpiritus eſt, poteſt appellari Trinitas & ſpũſſanctus: Sed tamen ille ſpũſſanctus qui non Trinitas, ſed in Trinitate intelligitur, in eo quod proprię dicitur ſpiritusſanctus

ſanctus relatiue dr̃, cum & ad patrẽ & ad filium refertur, quia ſpiritusſanctus & patris & filij ſpiritus eſt: ſed ipſa relatio non apparet in hoc nomine, apparet aũt cum dr̃, donum Dei. Donum.n.eſt patris & filij, quia & à patre procedit, ſicut dñs dicit, & ꝙ Apoſtolus ait, qui ſpiritum Chriſti nõ habet, hic non eſt eius: de ipſo vtiq; ſancto ſpiritu ait. Donũ ergo donatoris, & donator doni, cum dicimus, relatiue vtrunq; adinuicẽ dicimus. Ergo ſpiritusſanctus ineffabilis eſt, quædã patris filijq; cõio, & ideo fortaſſe ſic appellaẗ, quia patri & filio poteſt eadẽ appellatio cõuenire. Nam hoc ipſe proprie dr̃, ꝙ illi cõiter, quia & pater ſpiritus, & filius ſpiritus, & pater ſanctus, & filius ſanctus.

H

Vt ergo ex nomine ꝙ vtriq; conuenit, utriuſq; cõio ſignificetur, uocatur donũ amborũ ſpiritusſanctus.

K

Et hæc Trinitas unus Deus, Deus ſolus, bonus, magnus, æternus, omnipotens: Ipſe ſibi unitas, deitas, magnitudo, bonitas, omnipotentia. Nec mouere debet, qm̃ diximus relatiue dici ſpiritumſanctum, non ipſam Trinitatem, ſed eũ qui eſt in Trinitate, quia non ei vr̃ vicisſim reſpõdere uocabulum eius ad quem refertur. Non.n. ſicut dicimus, ſeruum dñi & dnm ſerui, filium patris & patrem filij, qm̃ iſta relatiue dicuntur, ita etiã hic poſſumus dicere, Dicimus.n. ſpiritumſanctum patris, ſed non uicisſim dicimus patrem ſpiritusſancti, ne filius eius intelligatur ſpiritusſanctus. Item dicimus ſpiritumſanctum filij, ſed non dicimus filium ſpiritusſancti, ne pater eius intelligatur ſpiritusſanctus. In multis enim relatiuis hoc contingit, vt non inueniatur uocabulum quo ſibi uicisſim reſpondeãt quæ ad ſe referuntur.

L

Quid.n. tam manifeſte relatiue dr̃ quam pignus? Ad id quippe refertur pignus cuius eſt pignus, & ſemper pign⁹ alicuius rei pignus eſt. Non ergo cum dicimus pignus patris & filij, poſſumus uicisſim dicere, patrem pignoris aut filium pignoris. At uero cum dicimus, donum patris & filij, non quidem dicere poſſumus patrem doni, aut filiũ doni, ſed ut hæc ſibi uicisſim reſpõdeant, dicimus donum donatoris, & donatorem doni quia hic potuit inueniri uſitatum uocabulum, illic non potuit.

I

Dr̃ ergo relatiue pater, idemq; relatiue dr̃ principium, & ſi quid forte aliud, ſed pater ad filium dicit, principium uero ad omnia quę ab ipſo ſunt. Item dr̃ relatiue filius, relatiue dr̃ & uerbum & imago, Et in omnibus his vocabulis ad patrem refertur. Nihil autem horum pater dr̃, Et principium dr̃ filius cum enim diceretur ei, Tu quis es reſpondit, Principium qui & loquor uobis. Sed nunquid patris principiũ? Creatorem ſe quippe oſtendere uoluit, cum ſe dixit eſſe principium, ſicut & pater principium eſt creaturæ, eo ꝙ ab ipſo ſunt omnia. Nam & creator relatiue dicitur ad creaturã, ſicut dñs ad ſeruum. Et ideo cum dicimus, & patrem principium, & filium principiũ, non duo principia creaturæ dicimus, quia & pater & filius ſimul ad creaturam unum principium eſt, ſicut unus creator, ſicut unus Deus. Si aũt quicquid in ſe manet & gignit aliquid vel operatur, principium eſt ei rei quam gignit, uel ei quam operatur, non poſſumus negare ẽt ſpiritũſanctum recte dici principiũ, quia non eũ ſeparamus ab appellatione creatoris.

M

Et ſcriptum eſt de illo quod operetur, & in ſe utiq; manens operatur. Non.n. in aliquid eorum quæ operatur, ipſe mutaẗ & uertitur. Et quæ operatur, uide Apoſtolum, Vnicuiq; ·.·, inquit, datur manifeſtatio ſpiritus ad utilitatem. Alij quidem datur per ſpiritum ſermo ſapientiæ, alij ſermo ſcientiæ ſecundũ eundem ſpiritũ, alteri aũt fides in eodem ſpiritu, alij donatio curationum in uno ſpiritu, alij operatio uirtutum, alij prophetia, alij diiudicatio ſpirituum, alij genera linguarum. Omnia aũt hæc operatur unus atq; idem ſpiritus, diuidens propria unicuiq; prout uult, utiq; ſicut Deus. Quis.n. tanta illa poteſt operari niſi Deus? Idem aũt Deus qui operatur omnia in omnibus. Nam & ſingillatim ſi interrogemur de ſpiritusãcto, uerisſime reſpõdemus, ꝙ Deus ſit, & cũ patre & filio ſimul unus Deus eſt. Vnum ergo principiũ ad creaturam dr̃ Deus, non duo uel tria principia.

A

Ad ſe aũt inuicem in Trinitate, ſi gignens ad id ꝙ gignitur principium eſt, pater ad filium principium eſt, quia gignit eum. Vtrum aũt & ad ſpiritumſanctũ principiũ ſit pater, qm̃ dictum eſt de patre procedit, non parua qõ eſt. Quia ſi ita eſt, non iam principium ei tm̃ rei erit quam gignit aut facit, ſed ẽt ei quam dat. Vbi & illud eluceſcit, utpote quod ſolet multos mouere, cur non ſit filius etiam ſpiritusſanctus, cum & ipſe à patre exeat, ſicut in Euangelio legitur. Exit.n. non qũo natus, ſed

*Marginal notes (right column):* Cap. 13. 1. ſen. di. 28. c. ſciẽdum quoque, & d. ſ. 27. c. hic nõ eſt in fine. — Ioan. 8. — 1. ſen. di. 29. ca. & pater ab. — 1. ſen. di. 30. ca. 1. — 1. ſen. di. 29. c. & pater poſt med. — Ioan. 5. — 1. Co. 12. — Ibidem. 1. ſen. di. 29. c. & pater, in fine. — Pater & filius uni cum principiũ ſancti ſpũs. — Cap. 14. 1. ſen. di 33. ca. cũ aũt, in ſ. — 1. ſen. di. 28. c. hic quæritur in fi. & c. & ſecundum hoc.

*1.sen. di. 18.ca.& secũdum hoc. Psal. 3. 1. Cor. 2. Matt. 6. 1. Cor. 4. 1.sen. di. 28.ca.& secundũ. Num. 11*

quõ datus, & ideo non dr̃ filius, quia neq; natus est sicut vnigenitus, neq; factus vt per Dei gratiã in adoptionem nasceretur, sicuti nos. Quòd.n.de patre natũ est, ad patrẽ solũ refertur, q̃ũ dr̃ filius, & ideo filius patris est, & non noster. Quod autem datũ est, & ad eũ qui dedit refertur, & ad eos quib. dedit. Itaq; spiritussanctus, non tm̃ patris & filij qui dederũt, sed ẽt noster dr̃ qui accepimus. Sicut dr̃, Dñi salus quia dat salutem, eadem ẽt nostra salus est qui accepimus. Spiritus ergo & Dei est q̃ dedit, & noster qui accepimus: Non iste spũs

B

*1.sen. di. 29. c. deinde.*

noster quo sumus, quia ipse spũs est hoĩs q̃ in ipso est: sed alio modo iste noster est, quo dicimus & panẽ nostrum da nobis, q̃q̃ & illum spiritũ qui hominis dr̃ vtiq; accepimus. Quid.n.habes, inquit Apostolus, ꝙ non accepisti? Sed aliud est ꝙ accepimus vt essemus, aliud ꝙ accepimus vt sancti essemus. Vnde scriptum est & de Ioanne, ꝙ in spiritu & virtute Heliæ veniret: dictus est Heliæ spiritus, scilicet spiritussanctus quem accepit Helias. Hoc & de Moyse intelligendum est, cum ait ei dñs, Tollã de spiritu tuo: & dabo eis: hoc est, dabo illis de spiritusancto quem iam tibi dedi. Si ergo & ꝙ datur, iã principiũ habet, eum à quo datur, quia non aliunde accepit illud ꝙ ab ipso procedit, fatendum est patrẽ & filium principium esse spiritussancti, non duo principia. Sed sicut pater & filius vnus Deus, & ad creaturam relatiue vnus creator, & vnus dñs, sic relatiue ad spiritumsanctum vnum principiũ. Ad creaturam vero pater & filius & spiritussanctus vnum principium, sicut vnus creator & vnus dñs. Vlterius autem quæritur, vtrum quemadmodũ filius nõ hoc tantum habet nascendo vt filius sit, sed omnino vt sit: sic & spiritussanctus eo quo datur habeat, non tantum vt donum sit, sed omnino vt sit. Vtrum ergo erat antequam daretur, sed nondum erat donum, an eoipso quo daturus erat eum Deus, iam donũ erat & antequã daretur? Sed si non procedit nisi cũ dat̃, nec procederet vtique priusquã esset cui daretur, q̃ũo iã erat ipsa substantia si nõ est, nisi quia datur: sicut filius non tm̃ vt sit filius, ꝙ relatiue dr̃, sed omnino vt sit ipsam substantiã nascendo habet? An semper procedit spiritussanctus & non ex tp̃e, sed ab æternitate procedit? Sed quia sic procedebat, vt esset donabile, iam donũ erat, & antequam esset cui

*Qũo in spũsancto etiã ante quam daretur, possit doni nomen intelligi, vt ei semper nõ aliud fuerit donũ esse quã ipsum esse. ca. 15. 1.sen. di. 18. ca.& notandũ, circa pri. 1.sen. di. 18. c. sed quæritur 1.sen. di. 18. c. donũ vero. circa fi. Quædam ex tẽpore de Deo prædicantur, nulla ipsius mutatione.*

C

*Cap. 16. 1.sen. di. 18. c. donũ vero. Supra 4. & 5.*

daretur. Aliter.n. intelligitur cum dr̃ donũ, Aliter cum dr̃ donatum. Nã donũ potest esse & antequam detur, donatũ autem nisi datum fuerit, nullo modo dici põt. Nec moueat quod spiritussanctus cũ sit coæternus patri & filio, dr̃ tñ aliquid ex tempore, veluti hoc ipsum ꝙ donatum diximus. Nam sempiterne spiritus donũ, temporaliter aũt donatum. Nam & si dñs non dr̃, nisi cum iam habere incipit seruum, ẽt ista appellatio relatiua ex tempore est Deo. Non.n. sempiterna creatura est, cuius est ille dñs. Q̃ũo ergo obtinebimus nec ipsa relatiua esse accidentia, qm̃ nihil accidit Deo tẽporaliter, quia non est mutabilis, sicut in exordio huius disputationis tractauimus. Ecce dñm esse non sempiternum habet, ne cogamur etiam sempiternam creaturam dicere, quia ille sempiterne non dñaretur, nisi etiã ista sempiterne famularetur. Sicut aũt non põt esse seruus qui non habet dñm, sic nec dñs, qui non habet seruum. Et quisquis extiterit qui æternum quidem Deũ solum dicat, tempora autẽ non esse æterna propter varietatem & mutabilitatem, sed tempora tñ non in tempore esse cœpisse, Non.n. erat tempus antequã inciperent tempora, & ideo non in tẽpore accidit Deo vt dñs esset, quia ipsorum temporũ dñs erat, quæ vtique nõ in tẽpore esse cœperunt: quid respõdebit de homine qui in tempore factus est, cuius vtique dñs non erat antequam esset cui esset? Certe vel vt dñs hominis esset ex tẽpore accidit Deo: Et vt omnis auferri videatur controuersia, certe vt tuus dominus esset aut meus, qui modo cœpimus, ex tempore accidit Deo. Aut si & hoc propter obscuram quæstionem videtur incertum, quid vt esset dominus populi Israel? Quia & si iã erat animæ natura quã ille populus habebat, quod modo non quærimus, tñ ille populus nondum erat, & q̃n esse cœpit apparet. Postremo vt dominus esset huius arboris, & huius segetis, ex tempore accidit, quæ modo esse cœperũt. Quia & si materies ipsa iam erat, aliud est tamen dominum esse materiæ, aliud esse dominum iam factæ naturæ. Alio enim tempore est ẽt homo dñs ligni, & alio tempore dominus est arcæ, quamuis ex ipso ligno fabricatæ, quod vtique non erat, cum ligni dominus iam esset. Quomodo igitur obtinebimus nihil secundum accidens dici Deum,

*1.sen. 30.c. 1.sen. 30.c. hic a… 2.sen. 2.c. enim.*

D

E

*1.sen. 30.c. hic al…*

nisi

nisi quia ipsius naturæ nihil accidit quo mutetur, vt ea sint accidentia relatiua, quæ cum aliqua mutatione rerũ de quibus dicuntur, accidunt, Sicut amicus relatiue dicitur, neq; enim esse incipit, nisi cũ amare cœperit. Fit ergo aliqua mutatio volũtatis vt amicus dicatur. Nummus aũt cum dicitur pretium, relatiue dicitur, nec tñ mutatus est cũ esse cœpit pretium, neq; cum dicitur pignus, & si qua sunt similia. Si ergo nummus potest nulla sui mutatione totiens dici relatiue, vt neq; cum incipit dici, neq; cum desinit, aliquid in eius natura vel forma qua nummus est mutationis fiat, quanto facilius de illa incõmutabili Dei substantia debemus accipere, vt ita dicatur relatiue aliquid ad creaturam,
H vt quanuis tẽporaliter incipiat dici, nõ tñ ipsi substantiæ Dei accidisse aliquid intelligatur, sed creaturæ ad quã dr̃? Dñe, inquit, refugiũ factus es nobis. Refugiũ ergo nostrũ Deus relatiue dicitur, ad nos enim refertur, & tunc refugium nostrũ fit, cum ad eũ refugimus. Nũquid tunc fit aliquid in eius natura quod antequã ad eũ refugeremus nõ erat? In nobis ergo fit aliqua mutatio. Deteriores enim fuimus anteq̃ ad eũ refugeremus, & efficimur ad eũ refugiendo meliores in illo autem nulla. Sic & pater noster esse incipit, cũ ꝑ eius gratiã regeneramur, qui dedit nobis potestatem filios Dei fieri. Substantia itaq; nostra mutatur in melius, cum filij eius efficimur, simul & ille pater noster esse incipit, sed nulla cõmutatione suę substantiæ. Qđ ergo tẽporaliter dici incipit Deus qđ antea nõ dicebatur, manifestũ est relatiue dici: non tñ secundũ accidens Dei quod ei aliquid acciderit, sed planè secundũ accidens eius, ad ꝙ dici aliquid Deus incipit relatiue. Et ꝙ amicus
G Dei iustus eẽ incipit, ipse mutatur, Deus aũt absit vt tẽporaliter aliquã diligat, quasi noua dilectione q̃ ĩ illo ante nõ erat, apud quẽ nec præterita transierũt, & futura iam facta sunt. Itaq; omnes sanctos suos ante mundi cõstitutionẽ dilexit, sicut prædestinauit. Sed cũ conuertuntur & inueniunt illũ, tunc incipere ab eo diligi dicuntur, vt eo modo dicatur quo potest humano affectu capi quod dicitur. Sic etiã cum iratus malis dicitur, & placidus bonis, illi mutantur, nõ ipse. Sicut lex infirmis oculis aspera, firmis lenis est, ipsorũ scilicet mutatione non sua.

## D. AVRELII AVGVSTINI De Trinitate. I

## LIBER SEXTVS.



Equalitatem patris & filij & spiritussancti putant nonnulli ex hoc impediri quo minus intelligatur, quia scriptũ est, Christũ Dei virtutem & Dei sapientiam, vt ideo nõ videatur æqualitas, quia nõ est pater ipse virtus & sapientia, sed genitor virtutis & sapientiæ. Et reuera non mediocri intentione quæri solet, quomodo dicatur Deus virtutis & sapientiæ pater, Ait enim Apostolus Christũ Dei virtutẽ & Dei sapiẽtiã. Et hinc nonnulli nostri aduersum Arrianos hoc modo ratiocinati sunt, eos duntaxat, qui prius se aduersum catholicã fidem extulerunt. Nam ipse Arrius dixisse fertur, Si filius est, natus est, si natus est, erat tempus quando non erat filius: non intelligens etiam natum esse Deo sempiternũ esse, vt sit coæternus patri filius, sicut splendor qui gignitur ab igne atque diffunditur coæuus est illi, & esset coæternus, si esset ignis ęternus. Vnde quidam posteriores Arriani abiecerunt istam sententiam: fassique sunt, non ex tempore cœpisse filium Dei. Sed inter disputationes quas habebant nostri aduersum eos qui dicebant, erat tempus quando non erat filius, hanc etiam nonnulli ratiocinationem inserebant. Si Dei filius virtus & sapientia Dei est, nec vnquam Deus sine virtute & sapientia fuit, coæternus est Deo patri filius. Dicit autem Apostolus, Christũ Dei virtutẽ & Dei sapiẽtiam, & Deum aliquando non habuisse virtutem aut sapientiam, dementis est dicere. Nõ igitur erat tempus quando non erat filius. Quæ ratiocinatio ad id cogit, vt dicamus Deum patrem nõ esse sapientem, nisi habendo sapientiam quam genuit, non existendo per se pater ipsa sapientia. Deinde si ita est, filius quoq; ipse sicut dicitur Deus de Deo, lumen de lumine, videndum est vtrum possit sapientia de sapientia dici, si non est Deus pater & ipsa sapientia, sed tantum genitor sapientiæ. Quod si tenemus, cur non & magnitudinis suæ, & bonitatis, & æternitatis, & omnipotentiæ suæ generator sit, vt nõ ipse sit sua magnitudo, & sua bonitas, & sua

*An filius sapientia de sapientia. cap. 1.*
*1. Cor. 1.*
*Supra li. 6. cap. 1.*
H
*1. sen. di. 9. ca. sed cõtra. & c. qui hoc*
*1. sen. di. 9. c. itẽ si Dei filius*
*1. Co. 1.*
*1 sen. di. 32. c. præterea.*

çternitas,& ſua oĩpotẽtia, ſed ea magnitudi
I ne magnus ſit quã genuit,& ea bonitate bo-
nus,& ea æternitate æternus, & ea oĩpotẽtia
oĩpòtẽs quæ de illo nata eſt,ſicut nõ ipſe ſua
ſapiẽtia eſt,ſed ea ſapientia ſapiẽs eſt quæ de
illo nata eſt. Nã illud nõ eſt formidandũ,ne
cogãtur multos filios Dei dicere,præter ado
ptionẽ creaturæ coæternos patri ſi magnitu
dinis ſuę genitor eſt,& bonitatis, & æterni-
tatis oĩpotentię: Huic enim calumniæ facile
rñdetur,ſic non effici, quia multa nominata
ſunt, vt ille multorũ ſuorũ coęternorũ ſit dr̃
quemadmodũ nõ efficitur,vt duorũ ſit,cum
1.Cor.1. dr̃ Chriſtus Dei virtus,& Dei ſapiẽtia. Eadẽ
quippe virtus q̃ ſapientia, & eadẽ ſapiẽtia q̃
virtus eſt. Ita ne igitur etiã de cęteris,vt eadẽ
ſit magnitudo quæ virtus, & ſi qua alia,quæ
vel ſupra commemorata ſunt, vel comme-
morari adhuc poſſunt. Sed ſi non dicitur
*Quæ de patre & filio ſimul dicũtur, quæ non. Cap.2.* in ſeipſo quod niſi ad filiũ dicitur ideſt pater
vel genitor vel principiũ eius, ſi etiã gignẽs
ei qđ de ſe gignit,cõſequenter principiũ eſt,
quicquid aliud dr̃,cũ filio dicitur,vel potius
in filio, ſiue magnus ea magnitudine q̃ ge-
nuit,ſiue iuſtus ea iuſtitia quã genuit,ſiue bo
nus ea bonitate q̃ genuit, ſiue potens ea po-
K tẽtia vel virtute quã genuit ſiue ſapiens ea ſa
pientia quã gennit. Magnitudo aũt ipſa non
dr̃ pr̃,ſed magnitudinis generator.Fili⁹ vero
ſicut in ſeipſo dr̃ filius,quod non cũ pr̃e dr̃,
ſed ad patrẽ, nõ ſic & in ſeipſo magnus, ſed
cũ patre cuius ipſe magnitudo eſt. Sic & ſa
piẽs cũ pr̃e dr̃ cui⁹ ipſe ſapiẽtia ẽ, ſicut ille
ſapiẽs cũ filio, q̃a ea ſapiẽtia ſapiẽs eſt quam
*1.ſen.di. 27.ca.& eſt ei.* genuit. Quicquid ergo ad ſe dñr, nõ dicitur
alter ſine altero.i. quicquid dñr quod ſubſtã
tiã eorũ oſtẽdat, ambo ſimul dicunt̃. Si hæc
ita ſunt,iam ergo nec deus ſine patre,ſed am
bo ſimul Deus. Et quod dictũ eſt, in princi-
pio erat verbũ:in patre erat verbũ intelligit̃.
Aut ſi in principio ſic dictũ eſt, ac ſi dicere-
tur,ante omnia,quod ſequitur,& verbũ erat
apud Deũ,verbũ quidẽ ſolus filius accipitur
nõ ſimul pater & filius,tanquã ambo vnum
*1.ſen.di. 27.c.hic non. Colo.1.* verbũ.Sic.n.verbũ quomodo imago,nõ au-
tem pater & filius ſimul ambo imago,ſed fi-
lius ſolus imago patris, quemadmodũ & fi-
lius nõ enim ambo filius. Quod vero adiun-
gitur,& verbũ erat apud Deum. multum eſt
vt ſic intelligatur,verbũ quod ſolus eſt filius
L erat apud deũ quod non ſolus eſt pr̃, ſed pr̃,
& filius ſimul Deus. Sed quid mirũ,ſi in dua
bus quibuſdam rebus longe inter ſe diuerſis
poteſt hoc dici?Quid enim tã diuerſum quã
animus & corpus? Poteſt tñ dici,aĩus erat a-
pud hominẽ.i.in homine, cũ aĩus nõ ſit cor
pus, homo autem aĩus ſimul & corpus ſit.
Vt ẽt quod conſequẽter ſcriptũ eſt, Et Deus
erat verbũ:ſic intelligat̃, verbũ quod non eſt
pater,Deus erat ſimul cũ patre.Itane ergo di *Ioan.1.*
cimus, vt pater ſit generator magnitudinis,
hoc eſt generator virtutis, vel generator ſa-
pientiæ ſuæ:filius autem magnitudo, virtus
& ſapientia: Deus vero magnus, oĩpotens,
ſapiẽs ambo ſimul?Quõ ergo Deus de Deo, *1.ſen.*
lumen de lumine? Non.n.ſimul ambo Deus *27.ca.*
de Deo,ſed ſolus filius de Deo, ſcilicet pa- *eſt ſci...*
tre. Nec ambo ſimul lumen de lumine, ſed
ſolus filius de lumine patre. Niſi forte ad in-
ſinuandũ & breuiſsime inculcandũ ꝙ coæ-
ternus eſt pr̃i filius ita dictũ eſt Deus de Deo
& lumẽ de lumine, & ſi quid hoc mõ dr̃,ac
ſi diceretur, hoc quod nõ eſt filius ſine pa-
tre,de hoc ꝙ non eſt pater ſine filio.i.hoc lu
mẽ quod lumen non eſt ſine patre,de hoc lu
mine patre quod lumẽ nõ eſt ſine filio:vt cũ
dicitur Deus quod non eſt filius ſine patre,
eſt de Deo quod nõ eſt pater ſine filio, per- M
fecte intelligatur quod non præceſsit geni-
tor illud quod genuit. Quod ſi ita eſt,hoc ſo
lũ de eis dici nõ põt, illud de illo, qđ ſimul
ambo nõ ſunt, Sicut verbũ de verbo dici nõ *vnũ*
põt,q̃a nõ ſimul ambo verbũ,ſed ſolus fili⁹. *ter &*
Nec imago de imagine,quia nõ ſimul ambo *lius*
imago. Nec filius de filio,q̃a nõ ſimul ambo *ter...*
filius, ſcđm quod dicitur, ego & pater vnũ *Cap.3.*
ſumus. Vnũ ſumus enim dictũ eſt,quod ille, *1.ſen.*
hoc & ego ſcđm eſſentiã, non ſcđm relati- *27.cap.*
uũ. Et neſcio vtrũ inueniatur in ſcripturis di *Hic*
ctũ,vnũ ſunt, quorũ eſt diuerſa natura.Si au *oporte...*
tẽ aliqua plura eiuſdẽ naturæ ſint,& diuerſa *Ioan.1...*
ſentiant, non ſunt vnũ inquantũ diuerſa ſen- *1.Cor.*
tiũt. Nã ſi iã vnũ eſſent ex eo ꝙ homines erãt
nõ diceret, Vt ſint vnũ ſicut nos vnũ:cũ ſuos
diſcipulos patri cõmendaret. Aut vero, Pau-
lus & Apollo quia & ambo hoĩes & idẽ ſen
tiebant, Qui plantat, inquit, & qui rigat v-
nũ ſunt. Cũ ergo ſic dicit̃ vnũ,vt nõ addatur
quid vnũ, & plura vnũ dicant̃, eadẽ natura
atque eſſentia non diſsidens nec diſſentiens
ſignificatur. Cum vero additur quid vnũ põt
aliquid ſignificari ex pluribus vnum factũ, A
quanuis

quanuis diuersis natura, sicut anima & corpus nō sunt vtiq; vnū. Quid.n.tam diuersum nisi addatur aut subintelligatur quod vnū i. vnus homo, aut vnū animal? Inde Apostol⁹, Qui adhæret meretrici, inq̃t, vnū corpus est: dixit, vnū sunt, aut vnū est, sed addidit corpus, tāquā ex duobus diuersis masculino & fœminino vnū corpus adiunctione cōpositū.

or.6.

B Et qui adhæret domino, inquit, vnus spūs est: nō dixit, q̄ adhæret domino vnus est, aut vnū sunt, sed addidit spūs. Diuersum.n.est natura, spūs hoīs, & spūs Dei, sed inhærēdo fit vnus spiritus ex diuersis duobus, ita vt sine humano spiritu beatus sit Dei spiritus atque perfectus, beatus autē spūs hoīs non nisi cū Deo. Nec frustra, vt existimo, cū tanta in Euāgelio, secūdū Ioannem, & toties diceret dominus de ipsa vnitate, vel sua cum patre, vel nr̃a inuicē nobiscū, nunquā dixit, vt nos & ipsi vnū sint, sicut & nos vnū sumus. Pater ergo & filius vnū sunt vtiq; secundū vnitatem substantiæ, & vnus Deus est, & vnus magnus & vnus sapiēs, sicut tractatū est. Vnde ergo maior pater? Si enim maior magnitudine maior. Cū autē magnitudo filius eius sit, nec ille vtiq; maior est eo q̄ se genuit, nec ille maior est ea magnitudine qua magnus est, ergo æqualis. Nā vnde ęqualis si non eo quo est, cui non est aliud esse, & aliud magnū esse? Aut si æternitate pater maior est, non est æqualis filius quacunq; re. Vnde.n.ęqualis? Si magnitudine dixeris, non est par magnitudo, quæ minus æterna est, atq; ita cętera.

C An forte in virtute æqualis est, in sapiētia vero non est ęqualis? Sed quomodo est ęqualis vertus quæ minus sapit? An in sapientia æqualis ē, in virtute autē nō est æqualis? Sed qūo æqualis sapientia, quę minus potens est? Restat ergo vt si in vlla re ęqualis non est, in oībus nō sit æqualis. Et scriptura clamat, Nō rapinā arbitratus est esse æqualis Deo. Cogitur ergo quis aduersarius veritatis q̄ aliquo modo tenet Apostolica authoritate, in qualibet vel vna re æqualē Deo filiū cōfiteri. Eligat q̄ voluerit: hinc ei ostendetur in omnibus esse æqualē, q̄ de substātia eius dicūtur. Sic.n. virtutes q̄ sunt in animo humano, quanuis alio atq; alio modo singulę intelligantur, nullo modo tñ separantur ab inuicē, vt quicunque fuerint æquales verbi gr̃a, in fortitudine, æquales sint & prudētia, & tēperātia, & iustitia. Si.n. dixeris æquales esse istos fortitudine sed illū p̄stare prudētia, sequit̃ vt huius fortitudo, minus prudēs sit, ac per hoc nec fortitudine æquales sunt, q̃n illius fortitudo prudētior. Atq; ita de cęteris virtutibus inuenies si oēs eadē consideratione ꝑcurras. Nō.n. de viribus corporis agitur, sed de animi fortitudine. D

Quāto ergo magis in illa cōmutabili æternaque substantia incomparabiliter simpliciore, quam est aīus humanus, hæc ita se habent? Humano quippe animo nō hoc est esse ꝙ est fortē esse, aut prudentē, aut iustū, aut tēperatū. Pōt.n. esse animus, & nullā istarū habere virtutū. Deo aūt hoc est esse quod est fortē esse aut iustū esse, aut sapiētē esse, & si q̄d de illa simplici multiplicitate, vel multiplici simplicitate dixeris, quo substantia eius significetur.

*1.sen. di. 8. ca. hic diligēter.*

Quamobrem siue ita dicat̃ Deus de Deo vt & singulis hoc nomē cōueniat, nō tñ ut ambo simul duo dij, sed unus Deus sit. Ita enim sibi cohærent queadmodū & in distantibus diuersisq; substantijs fieri Apostolus testis est, nam & solus dominus spiritus est, & solus hominis spūs utiq; spūs est, tñ si hæreat dño unus spūs est: quanto magis ibi ubi est oīno inseparabilis atq; æterna connexio, ne absurde dici uideatur quasi filius amborū, cū dicitur filius Dei, si id quod dicitur Deus, non nisi de ambobus dicit̃ simul: siue quicquid de Deo dr̃ quod substātiā eius iudicet, nō nisi de ambobus simul dr̃, immo de ipsa Trinitate dr̃? E

*2.Cor.3.* *2.Cor.6.*

Siue ergo hoc, siue illud sit quod diligentius discutiendum est, nunc unde agitur satis est uidere, nullo modo filium æqualē esse patri, si in aliquo scilicet quod pertineat ad significandā eius substantiā inęqualis inuenitur, sicut iā ostendimus. Apostolus autē dixit æqualem, in omnibus ergo æqualis est patri filius, & est unius eiusdēq; substātię.

*1.sen. di. 31. ca.1. in fine.*

*Phil.2.*

Quapropter etiā spiritussanctus, in eadem unitate substātiæ & ęqualitate consistit. Siue.n. sit unitas amborū, siue sanctitas, siue charitas, siue ideo unitas quia charitas & ideo charitas quia sanctitas, manifestū est ꝙ non aliquis duorū est quo uterq; coiūgitur, quo genitus à gignēte diligatur, generatorēque suū diligat, sintq; nō participatione, sed essentia sua, neq; dono superioris alicuius, sed suo ꝓprio seruātes unitatē spūs in uinculo pacis. Qđ imitari ꝑ grãm, & ad Deū & ad nosipsos iubemur. In quibus duobus præceptis

*1.sen. di. 10. c.nūc vero.insi. Spiritus vnio. q̄d sit. Ca.15*

*1.sen. di. 10.c.nūc vero, ĩ fi. Et c.Sine enim.*

*1.sen. di. 32. cap. huic qō.*

*Ephe. 4.* *Mat. 22.* *Psal. 72.* *1. sen. di. 10. c. siue enim.*

ptis tota lex pẽdet & Prophetæ, Ita sunt illa tria, Deus vnus solus, magnus, sapiẽs, sãctus, beatus. Non aũt ex ipso, & per ipm, & in ipso beati, qa ipsius munere inter nos vnũ, cũ illo aũt vnus spũs, quia adglutinatur aĩa nr̃a post eũ. Et nobis hærere Deo bonũ est, qa pdet omnẽ qui fornicat̃ ab eo.

F Spũs ergo sanctus cõmune aliquid est p̃ris & filij, qcquid est: At ipsa cõio, consubstantialis & coæterna. Quæ si amicitia cõuenienter dici põt, dicatur, sed aptius dicit̃ charitas. Et hęc quoq; substãtia, quia Deus substãtia, & Deus charitas, sicut scriptũ est. *1. Ioan. 4* Sicut aũt substãtia, simul cũ patre & filio, ita simul magna, & simul bona, & simul sancta, & qcquid aliud ad se dr̃, qm̃ nõ aliud est Deo esse, & aliud esse magnũ vel bonũ esse, & cętera, sicut supra oñdimus. *1. sen. di. 22. c. sciẽdũ. in fi.* Si.n. minus magna est ibi charitas quã sapiẽtia, minus quã est diligitur sapiẽtia. Aequalis est igitur, vt quanta est sapientia tantũ diligatur. *1. sen. di. 10. c. siue enim.* Est autem sapientia ęqualis patri, sicut supra disputauimus. Aequalis est igitur ẽt spũssanctus, & si ęqualis, in omnib. æqualis propter summã simplicitatem quę in illa substantia est. *1. Ioan. 4* Et ideo non amplius quã tria sunt, vnus diligens eum qui de illo est, & vnus diligens eũ de quo est, & ipsa dilectio. Quæ si nihil est, qũo Deus dilectio est? Si nõ est sustantia, quomodo Deus substantia est?

*Solus Deus pfectæ simplicitatis Cap. 6.* *1. sen. di. 8. c. eadẽ que sola.*

Si aũt quæritur qũo simplex & multiplex sit ista substãtia, animaduertẽda est primo creatura quare sit multiplex, nullo aũt mõ vere simplex. Et prius corpus vniuersũm vtiq; partibus cõstat: ita vt sit ibi alia pars maior, alia minor

G & maius sit vniuersum quã pars qlibet aut quãtalibet. Nã & cęlũ & terra partes sunt vniuersæ mũdanæ molis: sed & sola terra, & solũ cęlũ innumerabilibus partibus cõstat, & in tertia sui patre minor est quàm in cętera, & in dimidia minor quã tota. *Gene. 1.* & totũ mundi corpus q̃ duabus plerunq; partibus appellari solet, idest, cęlũ & terra, vtiq; maius est quã sol. cęlũ aut sola terra. Et in vnoquoq; corpore aliud est magnitudo, aliud color aliud figura. *1. sen. di. 8. c. eadẽ que sola.* Põt.n.& diminuta magnitudine manere idẽ color & eadẽ figura, & colore mutato manere eadẽ figura & eadẽ magnitudo, & figura eadẽ nõ manẽte tã magnum esse & eodem modo coloratum. Et quęcunq; alia simul dicũtur de corpore possunt & simul & plura sine cęteris commutari. Ac per hoc multiplex esse cõuincitur natura corporis, simplex autẽ nullo modo. Creatura quoq; spiritalis sicut est aĩa, est qdẽ in corporis cõparatione simplicior, sine cõparatione autem corporis multiplex est ẽt ipsa nõ simplex. Nã ideo simplicior est corpore quia nõ mole diffunditur per spatiũ loci, sed in vno quoq; corpore & in toto tota est, &

H in qualibet eius patre tota est. Et ideo cũ sit aliquid in quamuis exigua particula corporis quod sentiat aĩa, quamuis nõ fiat in toto corpore: illa tñ tota sentit, qa totã non latet. Sed tñ ẽt in aĩa cũ aliud sit artificiosum esse, aliud acutũ, aliud memorẽ, aliud cupiditas, aliud timor, aliud lętitia, aliud tristitia, possintq; & alia sine alijs, & alia magis, alia minus innumerabilia & innumerabiliter in animę natura inueniri, manifestũ est non simplicẽ, sed multiplicẽ esse naturã. Nihil enim simplex mutabile est, oĩs autẽ creatura mutabilis. Deus vero multipliciter quidẽ dicit̃ magnus, bonus, sapiens, beatus, verus, & qcquid aliud non indigne dici videtur. Sed eadem magnitudo eius est, quę sapientia. Non enim mole magnus est, sed virtute. Et eadẽ bonitas quę sapiẽtia & magnitudo, & eadẽ veritas quæ illa oĩa. Et non est ibi aliud beatũ esse, & aliud magnũ, aut sapientẽ, aut verũ aut bonũ esse, aut omnino ipsum esse. Nec qm̃ Trinitas est, ideo triplex putãd⁹ est: Alioquin minor erit pater solus, aut filius solus, quã simul pater & filius. Quanquã nõ inueniatur quomodo dici possit, aut pater solus aut filius solus, cũ semper atque inseparabi-

I liter & ille cũ filio sit, & ille cũ patre: nõ vt ambo sint p̃r, aut ambo filius, sed qa semp in inuicẽ, neuter solus. Quia vero dicimus & Deũ solũ ipsam trinitatẽ, quãuis semper sit cũ spiritibus & animabus sanctis, sed solũ dicimus q̃ Deus est, quia nõ & illi cũ illo De⁹ sunt; ita solũ patrẽ dicimus patrẽ, nõ qa separat̃ a filio, sed qa nõ simul ambo p̃r sunt. Cũ itaq; tãtus est solus pater, vel solus filius, vel solus spũssanctus, quantus est simul pater & filius & spiritussãctus, nullo modo triplex dicendus est. Corpora quippe adiunctione sua crescunt. Quamuis enim qui adhæret vxori suæ, vnũ corpus fit: maius tamen corpus fit, quam si solus viri esset, aut solius vxoris. In rebus autem spiritalibus cum minor maioribus adhærescit, sicut creatura creatori,

ri,

ri, illa fit maior q̃ erat, non ille. In ijs.n. quæ nõ mole magna sunt, hoc est maius esse qđ est melius esse. Melior aũt fit spũs alicuius creaturæ, cũ adhæret creatori, q̃ si nõ adhæreat, & iõ ẽt maior, qa melior. Qui ergo adhæret dño, vnus spũs est: sed tñ dñs nõ iõ fit maior, q̃uis fiat ille qui adhæret dño. In ipso igitur Deo cũ adhæret æquali pr̃i filius æqualis, aut spũssanctus patri & filio æqualis, non fit maior Deus q̃ singuli eorũ, quia nõ est quo crescat illa ꝑfectio. Perfectus aũt siue pr̃, siue filius, siue spũssanctus, & perfectus Deus pater & filius & spũssanctus, & iõ Trinitas potius q̃ triplex. Et qm̃ ostendimus quomodo possit dici solus pater, quia non nisi ipse ibi pater, considerãda est illa sententia qua dr̃, Deũ verũ solũ nõ esse patrẽ solũ, sed patrẽ & filiũ & spiritũsanctũ. Si qs enim interroget, pr̃ solus vtrũ sit Deus? qũo rñdebitur nõ esse, nisi forte ita dicamus, eẽ quidẽ patrẽ Deũ, sed nõ esse solũ Deũ eẽ aũt solũ Deũ, patrẽ & filiũ & spiritũsanctũ? Sed quid agimus de illo testimonio dñi: Patri.n. dicebat, & patrẽ nominauerat ad quẽ loquebatur, cũ ait, Hæc est vita æterna, vt cognoscant te vnũ verũ Deũ? Quod quidẽ Arriani sic solent accipere quasi non sit filius verus Deus. Quibus exclusis, videndũ est an intelligere cogamur, cũ dictũ est patri, Vt cognoscant te vnũ verũ Deũ: tanquã hoc insinuare voluerit, quia solus pater Deus verus est, ne nõ intelligeremus Deum, nisi ipsa tria simul, patrẽ & filiũ & spiritumsanctũ. Nũ ergo ex dñi testimonio, & patrẽ vnũ Deũ dicimus, & filiũ vnũ verũ Deũ, & spiritũsanctũ vnũ verũ Deũ, & simul patrẽ & filiũ & spiritumsanctũ, idest simul ipsam trinitatẽ, non tres veros Deos, sed vnũ verũ Deũ? An qm̃ addidit. Et quẽ misisti Iesum Christũ: subaudiendũ est vnũ verũ Deũ? Et ordo verborũ est, vt te quẽ misisti Iesum Christum, vt cognoscãt vnũ verum Deũ Cur ergo tacuit de spiritusancto? An qm̃ cõsequens est, vt vbicunq; nominatur vnũ, tanta pace vni adhærẽs, vt per hãc utrũq; unũ sit, iam ex hoc intelligatur etiã ipsa pax, quãuis nõ cõmemoretur? Nam & illo loco Apostolus videtur quasi prætermittere spiritũsanctũ, & tñ etiã ibi intelligitur, vbi ait, Omnia sunt vestra, vos aũt Christi: Christus autẽ Dei. Et iterũ, Caput mulieris vir, caput viri Christus, Caput aũt Christi Deus. Sed rursus si Deus nõ nisi oĩa simul tria, qũo caput Christi Deus, idest, caput Christi trinitas, cũ in trinitate sit Christus vt sit trinitas? An ꝙ est pater cũ filio caput est ei quod est solus filius, cũ filio enĩ pater Deus, solus aũt filius Christi est, maxime qa iam verbũ caro factũ loquimur. Secũdũ quã humanitatẽ eius etiã maior est pater, sicut dicit, Qm̃ pater maior me est: vt hoc ipsum Deũ esse quod illi cũ patre vnũ est, caput sit hominis mediatoris, ꝙ ipse solus est. Si enim mẽtem recte dicimus principale hominis, idest, tãquã caput humanæ substãtiæ, cũ ipse homo cũ mente sit homo, cur non multo congruentius, multoq; magis verbũ cũ patre quod simul Deus est, caput est Christi? quamuis Christus homo nisi cũ verbo ꝙ caro factũ est, intelligi nõ possit. Sed hoc vt iã diximus aliqñ diligẽtius postea cõsiderabimus. Nunc aũt æqualitas Trinitatis, & vna eadẽq; substantia quantũ breuiter potuimus demonstrata est, vt quoquomodo se habet ista quæstio, q̃ discutiendã acriore intẽtione distulimus, nihil impediat quo minus fateamur summã æqualitatẽ patri & filij & spiritussancti. Quidã cũ vellet breuissime singularũ in Trinitate personarũ insinuare ꝓpria, æternitas, inquit, in patre, spẽs in imagine, vsus in munere. Et qa nõ mediocris authoritatis in tractatione scripturarũ & assertione fidei vir extitit. Hilarius.n. hoc in libris suis posuit horũ verborũ.i. patris & imaginis, & muneris æternitatis, & speciei, & vsus, abditã scrutatus intelligẽtiã quãtũ valeo, nõ eũ secutum arbitror in æternitatis vocabulo, nisi ꝙ pr̃ nõ habet pr̃em de quo sit, filius autẽ de patre est vt sit, atq; vt illi coæternus sit. Imago.n. si ꝑfecte implet cuius imago est, ipsa coæquat ei, nõ illud imagini suæ. In imagine speciem nominauit credo ꝑꝑ pulchritudinẽ, vbi iã ẽ tãta cõgruentia & prima æqualitas & prima similitudo, nulla in re dissidẽs, & nullo mõ inæqualis & nulla ex parte dissimilis, sed ad idẽtidẽ rñdens ei cuius imago est. Vbi est prima & summa vita, cui nõ est aliud viuere & aliud esse, sed idẽ est esse & viuere. Et prim⁹ ac summus intellectus, cui nõ est aliud uiuere & aliud ĩtelligere, sed id ꝙ ẽ ĩtelligeř, hoc uiuere, hoc eẽ est, unũ oĩa: tanq̃ uerbũ ꝑfectũ, cui nõ desit aliqđ & ars qđã oĩpotentis atq; sapiẽtis Dei, plena omniũ rõnum uiuẽtium

tium

Margin notes (left): H · K · I · L · 1. Cor. 3. · 1. Co. 11.

Margin notes (right): Ioan. 1. · M · Ioan. 14. · 1. Tim. 2 · Ioan. 1. · Attributa per Hilariũ singulis personis. Cap. 10. · A · 1. sen. di. 31. c. non est hic, et infra lib. 15. ca. 3. · 1. sen. di. 31. c. propria ergo. · 1. sen. di. 31. c. non eum.

*1.sen. di. 31.ca. 1. in fine.*

tium incõmutabiliũ, & oẽs vnũ in ea, sicut ipsa vnum de vno, cũ quo vnũ. ibi nouit omnia Deus q̃ fecit per ipsam, & ideo cũ decedant & succedant tp̃a, nõ decedit aliquid vel succedit scientiæ Dei. Non. n. hæc quę creata sunt ideo sciuntur à Deo, quia facta sunt: ac non potius ideo facta sunt vel mutabilia, q̃a immortaliter à Deo sciuntur. Ille igitur ineffabilis quidã cõplexus patris & imaginis nõ est sine perfruitione, sine charitate, sine gaudio. Illa ergo dilectio, delectatio, fęlicitas vel beatitudo, si tñ aliqua humana voce digne dr̃, vsus ab illo appellatus est breuiter, & est in Trinitate sp̃ũssanctus, non genitus, sed genitoris, genitiq; suauitas, ingeniti largitate atq; vbertate perfundẽs oẽs creaturas pro captu earũ, vt ordinẽ suũ teneãt & locis suis acquiescant. Hæc igitur oĩa q̃ arte diuina facta sunt, & vnitatẽ quandã in se ostẽdunt, & speciem & ordinẽ. Quicquid. n. horũ est, & vnũ aliquid est, sicut sunt naturæ corporũ, & ingenia animarũ: & aliqua specie formatur, sicut sunt figuræ & qualitates corporũ, ac doctrinæ vel artes animarũ, & ordinẽ aliquem petit aut tenet, sicut sunt põdera vel collocationes corporũ, atq; amores aut delectationes animarũ. Cęterũ in illa summa Trinitate tm̃ est vna quantũ tres simul, nec plus aliquid sunt duæ q̃ vna. Oportet igitur vt creatorem per ea q̃ facta sunt intellectũ cõspiciẽtes, Trinitatẽ intelligamus, cuius in creatura q̃uo dignũ est apparet vestigium. In illa. n. Trinitate summa origo est rerũ omniũ & perfectissima pulchritudo, & beatissima delectatio. Itaq; illa tria, & ad seinuicẽ determinari videntur, & in se infinita sunt. Sed hic in rebus corporeis, non tm̃ est res vna, quantũ tres simul, & plus aliquid sunt duæ q̃ vna res. Cęterũ in summa Trinitate tm̃ est vna quantũ tres simul sunt, nec plus aliquid sunt duæ q̃ vna, & in se infinita sunt. Ita & singula sunt in singulis, & omnia in singulis, & singula in omnib. & oĩa in omnibus, & vnũ omnia. Qui videt hoc vel ex parte, vel ꝑ speculũ & in ænigmate, gaudeat cognoscens Deũ, & sicut Deũ honoret & gratias agat. Qui aũt nõ videt, tẽdat per pietatẽ ad videndũ, non per cęcitatẽ ad calumniãdũ: qm̃ vnus Deus, sed tñ Trinitas. Nec confuse accipiendum est, Ex quo omnia, ꝑ quẽ omnia, in quo omnia: nec dijs multis, sed ipsi gloria in secula seculorum.

*Margin: 1.sen. di. 31. e.est autem. Χ[illegible]ηςὸν. — B — 1.sen. di. 3. c.nunc restat. — 1.sen. di. 31. c.est autem. — 1.sen. di. 19. ca.in rebus. — Hoc in quibusdã non habebatur. — 1.sen. di. 31. c.est autem. — 1.Co.13. — Rom.1. — 1.sen. di. 36.c.præterea. — Rom.11. — C*

# D. AVRELII AVGVSTINI De Trinitate.

## LIBER SEPTIMVS.



IAm nunc quæramus diligẽtius, quantũ dat Deus, ꝙ pauloante distulimus. Vtrũ & singula q̃que in Trinitate persona possit, & per seipsam non cum cęteris duab. dici Deus, aut magnus, aut sapiẽs, aut verus, aut omnipotens, aut iustus, & si q̃d aliud dici de Deo põt, non relatiue, sed ad se ipsum, an vero non dicantur ista, nisi cũ Trinitas intelligitur. Hoc. n. quęstionẽ facit, quia scriptum est, Christum Dei sapientiam: vtrũ ita sit pater sapientiæ atq; virtutis suæ, vt hac sapientia sapiens sit quã genuit, & hac virtute potens quã genuit: & quia semper potens & sapiens, semper genuit virtutem & sapientiam. Dixeramus. n. si ita est, cur non & magnitudinis suę pater sit qua magnus est, & bonitatis qua bonus, & iustitiæ qua iustus, & alia si qua sunt. Aut si hæc omnia pluribus vocabulis in eadem sapientia & virtute intelliguntur, vt ea sit magnitudo quæ virtus, ea bonitas quę sapientia, & ea rursus sapientia quę virtus, sicut iam tractauimus, meminerimus, cum aliquid horum nomino sic accipiendũ esse, ac si omnia cõmemorem. Quæritur ergo, an pater etiam singulus sit sapiens, atque ipsa sibi ipse sapientia, an ita sit sapiens q̃uo dicens. Verbo. n. quod genuit dicens est, non verbo quod profertur, & sonat, & transit, sed verbo quod erat apud Deum, & Deus erat verbum, & omnia per ipsum facta sunt: verbo æquali sibi quo semper atque incommutabiliter dicit seipsum. Non est enim ipse verbum, sicut nec filius nec imago. Dicens autẽ exceptis illis temporalib. vocibus verbi Dei, quæ in creatura fiunt, nam sonant, & transeunt. Dicens ergo illo coæterno verbo, non singulus intelligitur, sed cum ipso verbo sine quo non est vtiq; dicens. Ita ne & sapiens sicut dicens, vt ita sit sapientia, sicut verbum, & hoc sit verbum esse ꝙ est esse sapientiam, & hoc ẽt esse virtutẽ: vt virtus & sapientia & verbũ idem sit, & relatiue dicatur, sicut filius & imago: atq; ille non singulus potens, vel sapiens, sed cũ ipsa virtute & sapientia quã genuit; sicut non singulus dicẽs, sed eo verbo &

*Margin: Cap. — Supra 6.c.1 — 1.Cor. — D — Ioan.1 — 1.sen. 27.c. non est — 1.Cor. — E*

cum

cum eo verbo ꝙ genuit, atq; ita magnus ea & cũ ea magnitudine qua genuit. Et non alio magnus, alio Deus, sed eo magnus, quo Deꝰ, quia nõ aliud illi est magnũ esse, aliud Deũ esse: cõsequens est, vt nec Deus singulus, sed ea & cũ deitate quã genuit, vt sic sit filius deitas patris, sicut sapientia & virtus patris, & sicuti est verbũ & imago p̃ris. Et q̃a nõ aliud illi est esse, aliud Deũ esse, ita sit ẽt essentia patris filius, sicuti est verbũ & imago eius. Ac ꝑ hoc ẽt excepto eo ꝙ pater est, non sit aliquid pater, nisi quia est ei filius, vt nõ tm̃ id quod dr̃ pater, ꝙ manifestũ est eum non ad seipsũ,
G sed ad filiũ relatiue dici, & ideo patrẽ quia est ei filius, sed oĩno vt sit ꝙ ad seipsum est, ideo sit quia genuit essentiam suã. Sicut.n. magnus est, non nisi ea quã genuit magnitudine ita & est non nisi ea quã genuit essentia, quia non est aliud illi esse, aliud magnũ esse, ita ne igitur pater est essentię suæ, sicut pater est magnitudinis suæ, sicut pater est virtutis ac sapiẽtiæ suæ, eadẽ quippe eius magnitudo quæ virtus, & eadẽ essentia quæ magnitudo. Hæc disputatio nata est ex eo ꝙ scriptũ est, Christũ esse Dei virtutẽ, & Dei sapientiam, Quaꝑꝑ in eas angustias sermo coarctatur, cũ ineffabilia fari cupimus, vt aut dicamus Christũ non esse Dei virtutẽ & Dei sapientiã, atq; ita impudenter & impie resistamus Apostolo: aut Christũ quidẽ Dei virtutẽ & Dei sapientiã esse fateamur, sed eius patrẽ non esse patrẽ virtutis & sapientiæ suæ, quod non minus impiũ est. sic.n. nec Christi erit pater, q̃a Christus Dei virtus & Dei sapientia est, aut nõ esse patrẽ virtute sua potentẽ, neq; sapiẽtia sua sapientẽ, ꝙ q̃s audeat dicere: aut aliud in patre intelligi esse, aliud sapientem esse, vt non hoc ipso sit quo sapiens est, ꝙ de anima intelligi solet, q̃ aliàs insipiens, aliàs sapiens est, velut natura mutabilis, & nõ summe perfecteq; simplex: aut patrẽ non esse aliquid ad seipsum, & non solũ ꝙ pater est, sed omni-
H no ꝙ est, ad filiũ relatiue dici. Q̃uo ergo eiusdem essentiæ filius cuius pater, q̃nquidem ad seipsum nec essentia est, nec omnino est ad seipsum, sed ẽt esse ad filium illi est? At.n. multo magis vnius eiusdemq; essentiæ, quia vna eademq; essentia pater & filius, q̃nquidẽ patri non ad seipsum est ipsum esse, sed ad filiũ quã essentiã genuit, & qua essentia est quicq̃d est. Neuter ergo ad se est, & vterq; adinuicẽ relatiue dr̃: an pater solus, non solum ꝙ pater dr̃, sed omnino quicquid dr̃, relatiue ad filiũ dr̃: ille aũt dr̃ ad patrem, & ad se, & si ita est, quid dr̃ in filio ad se, an ipsa essentia?
Sed patris essentia est filius sicut patris: virtus & sapientia, sicut verbũ patris, & imago patris: aut si essentia dr̃ ad se filius, pater aũt nõ est essentia, sed genitor essentiæ, non est autẽ ad seipsum, sed hac ipsa essentia quã genuit, sic vt hac ipsa magnitudine magnus quã genuit, ergo & magnitudo dr̃ ad se filius, ergo & virtus & sapiẽtia & verbũ & imago. Quid I
aũt absurdius quã imaginem ad se dici? aut si non idipsum est imago & verbum, ꝙ est virtus & sapientia: sed illa relatiue dicũtur, hæc aũt ad se non ad aliud, incipit non ea sapientia quam genuit, sapiens esse pater, quia non põt ipse ad eã relatiue dici, & illa ad eũ relatiue non dici. Oĩa.n. q̃ relatiue dñr, adinuicẽ dicuntur. Restat itaq; vt ẽt essentia filius relatiue dicatur ad patrẽ. Ex quo conficitur inopinatissimus sensus, vt ipsa essentia nõ sit essentia, vel certe cũ dr̃ essentia, non essentia, sed relatiuũ indicetur: q̃uo cũ dicit̃ dñs, non essentia indicatur, sed relatiuũ quo refertur ad seruum. Cum aũt homo dr̃ vel aliquid tale, ꝙ ad se non ad aliud dr̃, tunc indicatur essentia. homo ergo cum dñs dr̃, ipse homo essentia est, dñs vero relatiue dr̃: homo.n. ad se dr̃ dñs ad seruum: hoc autem vnde agimus, si essentia ipsa relatiue dr̃, essentia ipsa non est essentia. Huc accedit, quia omnis essentia quæ relatiue dr̃, est ẽt aliquid excepto relatiuo, sicut homo dñs, homo seruus, & equus iumentũ, & nummus arra. homo & equus & nũmus ad se dicuntur, & substantiæ sunt vel essentiæ, dñs vero & seruus & iumentum & arra, ad aliquid relatiue dicuntur. Sed si non esset homo, i. aliqua substantia, non esset qui relatiue dñs diceretur. Et si non esset equus quædam essentia, non esset ꝙ iumentum relatiue diceretur. Ita si nummus nõ esset aliqua substãtia, nec arra posset relatiue dici. Qua-
ꝑꝑ si & pater non est aliquid ad seipsum, nõ est omnino qui relatiue dicatur ad aliquid. K
Non.n. sicut ad aliquid coloratũ refertur color eius, nec omnino ad se dr̃ color, sed semper alicuius colorati est, illud aũt cuius color est ẽt si eo ꝙ coloratum dr̃ ad colorem refertur, tñ id ꝙ corpus dr̃ ad se dr̃ vllo modo ita putandum est patrem nõ dici aliquid

1.cor.1. Col.1.

ad

ad seipsum, sed quicquid dr̃ ad filium dici, eundem vero filium & ad seipsum dici & ad patrem. Cũ ergo dr̃ magnitudo magna & virtus potens, vtique ad seipsum, & magnitudo atq; virtus magni & potentis patris, qua pater magnus & potens est. Non ergo ita, sed vtrunque substantia, & vtrunque vna substantia. Sicut aũt absurdum est dicere candidum non esse candorē, sic absurdum est dicere sapientē non esse sapientiam. Et sicut cãdor ad seipsum candidus dr̃, ita & sapientia ad seipsam dr̃ sapiens. Sed candor corporis non est essentia, qm̃ ipsum corpus essentia est, & illa

L eius qualitas, vnde & ab ea dr̃ candidum corpus, cui non hoc est esse quod candidum esse. Aliud.n.ibi forma & aliud color, & vtrunque non in seipso, sed in aliqua mole, quæ moles nec forma nec color est, sed formata & colorata: Sapientia vero & sapiens est, & seipsa sapiens est. Et qm̃ quæcunque anima participatione sapientiæ fit sapiens, si rursus desipiat, manet tñ in se sapientia, nec cũ anima fuerit in stultitiã cõmutata, illa mutatur: non ita est in eo qui ex ea fit sapiens, quemadmodum candor in corpore, quod ex illo candidum est. Cũ.n.corpus in alium colorē fuerit mutatum, nõ manebit candor ille, sed omnino esse desinet. Quod si & pater qui genuit sapientiam ex ea fit sapiens, neque hoc est illi esse quod sapere, qualitas eius est filius non proles eius, & non ibi erit iam summa simplicitas. Sed absit vt ita sit, q̃a vere ibi est summe simplex essentia, hoc ergo est ibi esse quod sapere. Quod si hoc est ibi esse quod sapere, non per illam sapientiã quam genuit sapiens est pater alioquin non ipse illam, sed illa eum genuit. Quid enim aliud dicimus, cum dicimus hoc illi est esse quod sapere, nisi eo est quo sapiēs est? Quapropter quæ causa illi est vt sapiens sit, ipsa illi causa est vt sit: proinde si sapiētia quam genuit causa illi est

M vt sapiens sit, ēt vt sit ipsa illi causa est. Quod fieri non potest, nisi gignendo eum aut faciēdo. Sed neque genitricem neque conditricē patris vllo modo quisquam dixerit sapientiam. Quid.n.insanius? Ergo & pater ipsa sapientia est. Et ita dr̃ filius sapiētia patris, quomodo dicitur lumen patris, i. vt quemadmodum lumen de lumine, & vtrunque vnum lumen: sic intelligatur sapientia de sapientia, & vtrunque vna sapientia, ergo & vna essentia:

*1. sen. di. 5. c. itē si.*

*1. sen. di. 32. ca. si enim.*

*1. sen. di. 5. c. prædictis autē.*

quia hoc est ibi esse quod sapere. Quod.n.est sapientiæ sapere & potentiæ posse, & æternitati æternam esse, iustitiæ iustam esse, magnitudini magnam esse, hoc est, essentiæ ipsum esse. Et quia in illa simplicitate non est aliud sapere quam esse, eadem ibi sapientia est quę essentia. Pater igitur & filius simul vna essentia, & vna magnitudo, & vna veritas, & vna sapientia. Sed non pater & filius simul ambo vnum verbũ, quia non simul ambo vnus filius. Sicut.n.filius ad patrem refertur, non ad seipsum dr̃, ita & verbum ad eum cuius verbum est refertur cum dicitur verbũ. Eo quippe filius quo verbum, & eo verbum quo filius. Qm̃ igitur pater & filius simul non vtiq; vnus filius, consequens est, vt pater & filius simul non ambo vnum verbum. Et propterea non eo verbum quo sapientia: quia verbũ non ad se dicitur, sed tantum relatiue ad eum cuius verbum est, sicut filius ad patrem: sapiētia vero eo quo essentia. Et ideo quia vna essentia, vna sapientia. Quoniam vero & verbum sapientia est, sed non eo verbum quo sapientia. Verbum enim relatiue, sapientia vero essentialiter intelligitur: id dici accipiamus cum dicitur verbum, ac si dicatur, nata sapientia, ut sit & filius & imago. Et hæc duo cum dicuntur, i. nata sapientia, in uno eorũ eo quod nata est & verbum & imago & filius intelligatur, & in his omnibus nominibus non ostendatur essentia, quia relatiue dicuntur. At in altero quod est sapientia, qm̃ & ad se dicitur, seipsa enim sapiens est, etiam essentia demonstretur, & hoc eius esse q̃ sapere. Vnde pater & filius simul una sapiētia, quia vna essentia, & singillatim sapientia de sapientia, sicut essentia de essentia. Quapropter, non quia pater non est filius, & filius non est pater, aut ille ingenitus, ille autem genitus, ideo nõ una essentia, quia his nominibus relatiua eorum ostenduntur. Vterq; au-

B tem simul una sapientia, & una essentia ubi hoc est esse quod sapere: non autem simul vterque uerbum aut filius, quia non hoc est esse quod uerbum esse, aut filium esse, sicut iã satis ostendimus ista relatiue dici. Cur ergo in scripturis nũquã ferè de sapiētia quicquã dr̃, nisi ut ostendatur à Deo genita uel creata, genita scilicet per quã facta sunt omnia, creata uero uel facta, sicut in hominib. cũ ad eam quæ nõ creata nec facta, sed genita est,

con-

*A — 1. sen. di. 5. c. item si circa ... Quæritur ...*

*1. sen. di. 27. c. non est*

*1. sen. di. 28. c. dum que.*

*1. sen. di. 18. c. oritur*

*1. sen. di. 5. c. prædictis autē in prin.*

*Lumini & sapientiæ vocabuli ... personis ... gruit.*

conuertuntur & illustrantur? In ipsis.n.fit aliquid ꝙ vocet eorū sapiētia, vel illud scripturis ꝓnunciantibus aut narrantibus, quod verbū caro factum est, & habitauit in nobis: hoc modo.n. Christus facta sapiētia est, quia factus est hō. An propterea non loquit̄ in illis libris sapientia, vel de illa dr̄ aliquid, nisi ꝙ eā de Deo natā ostendat, aut factā, quanuis sit & pr̄ ipse sapientia, qa illa nobis sapientia cōmendanda erat & imitāda, cuius imitatione formamur. Pater.n. eam dicit ut verbū eius sit, non qūo profertur ex ore verbū sonās, aut ante pronūciationē cogitatur, spatijs.n. temporū hoc complet̄, illud aūt æternū est, & illuminando dicit nobis & de se & patre, quod dicendū est hominibus. Ideoq; ait, Nemo nouit filiū nisi pr̄, & nemo nouit patrē nisi filius, & cui voluerit filius reuelarē: qa filium reuelat pater.i. per verbū suū. Si.n. hoc verbū quod nos ꝓferimus temporale & transitoriū, & seipsum ostendit, & illud de quo loquimur: quāto magis verbum Dei, per ꝙ facta sunt omnia? quod ita ostendit patrē sicuti est pater: quia ipsum ita est, & hoc est quod pr̄, secūdū quod sapiētia est & essentia. Nā secūdū quod verbū, nō hoc est quod pater, quia verbum non est pater, & verbū relatiue dr̄ sicut filius, ꝙ vtiq; non pater. Et ideo Christus virtus & sapientia Dei, quia de patre & virtute & sapientia, ēt ipse virtus & sapientia est, sicut lumē de patre lumine, & fons vitæ apud Deū patrē, vtiq; fontem vitę. Qm̄ apud te, inqt Propheta, est fons vitę, & in lumine tuo videbimus lumē: qa sicut pr̄ habet vitā in semetipso: sic dedit filio habere vitam in semetipso, & erat lumen verū quod illuminat oēm hoīem veniētē in hūc mūdum, & lumen hoc verbū erat apud Deū, sed & Deus erat verbū. Deus aūt lumē est, & tenebræ in eo non sunt vllę, lumen vero non corporale sed spiritale. Neq; ita spiritale vt illuminatione factū sit, quēadmodū dictū est Apostolis, Vos estis lumē mūdi: sed lumē quod illuminat oēm hominē, ea ipsa & summa sapientia Deus, vnde nūc agimus. Sapientia ergo filius sapientia patre, sicut lumē de lumine, & Deus de Deo, vt & singulus pater lumē & singulus filius lumē: & singul⁹ pr̄ Deus, & singulus filius Deus, ergo & singulus pr̄ sapientia, & singulus filius sapiētia. Et sicut vtrūq; simul vnū lumē, & vnus Deus sic vtrunq; vna sapientia. Sed filius factus est nobis sapientia à Deo, & iustitia & sanctificatio, quia temporaliter nos ad illum cōuertimur.i. ex aliquo tēpore, vt cū illo maneamus in æternū. Et ipse ex quodā tempore verbū caro factū est, & habitauit in nobis, Propterea igitur cū pronūciatur in scripturis, aut enarratur aliquid de sapiētia, siue dicente ipsa, siue cū de illa dicitur, filius nobis potissimū insinuatur, cuius imaginis exēplo & nos nō discedamus à Deo, qa & nos imago Dei sumus. Non quidē æqualis, facta quippe à patre per filium, non nata de patre sicut illa. Et nos quia illuminamur lumine, illa vero illuminans, & ideo illa sine exēplo nobis exēplū est. Neq;.n. imitatur præcedentem aliquē ad patrē à quo nunquā est omnino separabilis, quia idipsum est quod ille de quo est. Nos aūt nitētes imitamur manētem, & sequimur stantē, & in ipso ambulantes tēdim⁹ ad ipsum: quia factus est nobis via temporalis per humilitatē, q̄ māsio nobis ęterna est per diuinitatē. Qm̄ quippe spiritibus mundis intellectualibus qui superbia non lapsi sunt in forma Dei, & Deo æqualis & Deus præbet exemplum, vt se idē exēplū redeūdi ēt lapso præberet homini, qui ꝑꝑ immunditiam pc̄torum pęnamq; mortalitatis Deum videre non poterat, semetipsum exinaniuit, non mutando diuinitatē suam, sed nostram mutabilitatē assumendo, & formā serui accipiens, venit ad nos in hunc mundū, q. in hoc mundo erat, quia mundus per eū factus est: vt exemplū sursum videntibus Deū, exēplū deorsum mirantibus hominē, exemplum sanis ad permanendum, exemplū infirmis ad conualescendū, exemplū morituris ad non timendum, exemplū mortuis ad resurgendū esset, in omnibus ipse primatū tenens. Quia enim homo ad beatitudinē sequinō debebat nisi Deū, & sentire non poterat Deū, sequendo Deū hominē factum sequeretur simul, & quē sentire poterat & quē sequi debebat. Amemus ergo eū & inhæreamus illi, charitate diffusa in cordibus nostris per spiritū sanctū qui datus est nobis. Non igitur mirū si ꝓpter exēplū quod nobis vt reformemur ad imaginē Dei præbet imago æqualis patri, eū de sapientia scriptura loquit̄, de filio loquit̄ quem sequimur viuendo sapienter: quanuis & pater sit sapientia sicut lumen & Deus: spūs

Margin notes: B; 1. Cor. 1.; D; Ioan. 1.; Gen. 1.; Phil. 2.; C; E; 1. Tim. 1; Ioan. 1.; Col. 1.; Rom. 5.; 1. sen. di. 31. ca. qd autem.

spũs quoq; sanctus siue summa charitas vtrũque coniungens nosq; subiungens, quod iõ non indigne dicitur quia scriptũ est, Deus charitas est, qũo non est ẽt ipsa sapientia, cũ sit lumen, qm̃ Deus lumen est? Siue ergo hoc mõ, siue alio modo essen..a spũsſancti sigillatim ac proprie nominãda est qm̃ Deus est, vtiq; lumen est. Et qm̃ lumen est, vtiq; sapiẽtia est. Deũ aũt esse spm̃sanctũ, vtiq; scriptura clamat apud Apostolũ qui dicit. Nescitis quia templum Dei estis? Statimq; subijcit, Et spũs Dei habitat in vobis. Deus.n.habitat in templo suo. Non.n.tanquã minister habitat spũs Dei in tẽplo Dei, cũ alio loco euidentius dicat. Nescitis quia corpora vestra tẽplũ in vobis est spũſsancti, quem habetis à Deo, & nõ estis vestri? Empti n.estis p̃cio magno glorificate & portate Deũ ĩ corpore vestro.

*1.Ioan.4* *1.Ioan.1* *1.Cor.3.* *1.Cor.6.*

G Quid est aũt sapiẽtia, nisi lumen spiritale & incõmutabile? Est enim & sol iste lumẽ sed corporale est, & spiritalis creatura lumẽ, sed nõ incõmutabile. Lumen ergo pater lumen filius, lumẽ spũsſãctus. Simul aũt non tria lumina, sed vnũ lumen. Et iõ sapientia p̃r, sapiẽtia filius, sapiẽtia spũſsanctus, simul non tres sapientię, sed vna sapientia, & quia hoc est ibi esse quod sapere, vna essentia pater & filius, & spũſsanctus. Nec aliud est ibi esse quã Deũ esse. Vnus ergo Deus, pater & filius & spũſsanctus. Itaq; loquendi causa ineffabilibus, vt fari aliquo modo possemus q̃ effari nullo modo possumus, dictum est à nostris Græcis vna essentia, tres substantiæ: à Latinis aũt vna essentia vel substãtia tres personæ: q̃a sicut iã diximus, non aliter in sermone nostro. i. Latino, essentia q̃ substãtia solet intelligi. Et dũ intelligatur saltẽ in ænigmate qđ dicitur, placuit ita dici vt diceretur aliquid cũ quæreretur quid tria sint quæ tria esse fides vera pronunciat, cũ & patrẽ nõ dicit esse filiũ, & spm̃sanctum quod est donũ Dei, nec patrẽ dicit esse nec filium. Cum ergo q̃ritur quid tria, vel quid tres, cõferimus nos ad inueniendum aliquod speciale vel generale nomẽ quo cõplectamur hæc tria, neque occurrit animo q̃a excedit supereminẽtia diuinitatis vsitati eloquij facultatẽ. Veri⁹ enim cogitatur Deus q̃ dicitur, & verius est q̃ cogitat̃. Cum enim dicimus nõ eundem esse Iacob qui est Abraham, Isaac autem nec Abrahã esse nec Iacob, tres esse vtique fatemur, Abrahã, Isaac & Iacob. Sed cũ quærit̃ quid tres, respondemus tres homines, noĩe speciali eos pluraliter appellantes, gñali aũt si dicamus tria animalia. Homo enim sicut veteres definierũt, animal est rationale mortale. Aut sicut scripturæ nostrę loqui solent, tres animas, cũ à parte meliore totũ appellari placet. i. ab anima, cũ corpus & anima sit totus homo. Ita quippe dictũ est in Aegyptũ descendisse cum Iacob animas septuagintaquinq;, pro tot hominib. Itẽ cũ dicimus equũ tuũ, non eũ esse q̃ meus ẽ, & tertiũ alicuius alterius, nec meum esse nec tuũ, fatemur tres esse. Et interroganti quid tres, rñderem⁹ tres equos noĩe speciali, gñali aũt tria animalia. Itẽ cũ dicimus bouẽ non esse equum, canẽ vero nec bouẽ esse nec equũ, tria quędã dicimus, & percontantibus quid tria, non iã speciali noĩe dicimus tres equos, aut tres boues, aut tres canes, quia non eadẽ specie cõtinentur, sed gñali tria animalia, siue superiore gñe tres substantias, vel tres creaturas, vel tres naturas. Quæcunq; aũt plurali numero enunciãtur specialiter vno noĩe, ẽt gñaliter enunciari possunt. Nõ aũt oĩa q̃ gñaliter vno noĩe appellant̃, ẽt specialiter appellare vno noĩe possumus. Nã tres equos quod est nomen speciale, ẽt animalia tria dicimus. Equũ vero & bouẽ & canẽ, animalia tria dicimus vel substãtias, q̃ sunt gñalia nomina, & si q̃d aliud de his gñaliter dici potest. Tres vero equos aut boues aut canes, quæ specialia vocabula sunt, nõ ea possumus dicere. Ea quippe vno nomine quãuis pluraliter enũciamus quæ cõiter habent illud quod eo noĩe significatur. Abrahã quippe & Isaac & Iacob, cõmune habent id quod est hõ, itaq; dicuntur tres homines. Equus quoq; & bos & canis, cõe habẽt id quod est animal. Dicũtur ergo tria animalia. Ita tres aliqua lauros ẽt tres arbores dicimus, laurũ verò & myrtũ & oleã, tantũ tres arbores vel tres substantias aut tres naturas, atque ita tres lapides, etiam tria corpora, lapidem vero & lignum & ferrum, tm̃ tria corpora, vel siquo etiam superiore generali nomine dici possunt. Pater ergo & filius & spiritussanctus qm̃ tres sunt, quæramus quid tres sunt, & quid cõmune habeãt. Non enim commune illis est id quod pater est, vt inuicem sibi sint patres, sicut amici, cũ relatiue ad alterutrum dicãtur, possunt dici tres

*Qua necessitate Græci tres hypostases dixerint Latini personas. c.4.* *1.sen. di. 23.c.qua necessitate, in pri.*

H *1.sen. di. 23.c.qua necessitate, in fi.*

*Deu.* *Gen.* I K *1.sen. di. 23.c.qua necessitate.*

tres amici ꝙ inuicem sibi sunt. Non aũt hoc ibi, quia tm̃ pater ibi pater, nec duorum pr̃, sed vnici filij. Nec tres filij, cũ pr̃ ibi non sit filius nec spũssanctus. Nec tres spũssancti, qa & spũssanctus propria significatione qua ẽt donum Dei dr̃ nec pr̃ nec filius. Quid igitur tres? Si .n. tres personę cõe est eis id qđ ꝑsona est: ergo speciale hoc aut gñale nomẽ est eis: si cõsuetudinẽ loquendi respicimus. Sed vbi est naturę nulla diuersitas: ita ibi gñaliter enũciant aliqua plura, vt ẽt specialiter enunciari possint. Naturæ .n. differentia facit, vt laurus

L & myrtus & olea, aut equus & bos & canis, nõ dicant speciali noĩe, istæ tres lauri, aut illi tres boues, sed gñali, vt istæ tres arbores, & illa tria aĩalia. Hic vero vbi nulla est essentiæ diuersitas, oportet vt speciale nomen habeãt hæc tria, qđ tñ nõ inuenit. Nam persona gña

I le nomen est, in tm̃ vt ẽt hõ possit hoc dici, cũ tm̃ intersit inter hoĩem & Deũ. Deinde in ipso gñali vocabulo, si ꝑpea dicimus tres ꝑsonas, qa cõe est eis id quod ꝑsona est, alioquin nullo modo pñt ita dici, quemadmodũ non dñr tres filij, qa non cõe est eis id qđ est filius, cur non ẽt tres Deos dicimus? certe .n. quia pr̃ ꝑsona, & filius ꝑsona, & spũssanctus persona, iõ tres ꝑsonæ. Quia ergo pr̃ Deus, & filius Deus, & spũssanctus Deus, cur non tres dij? Aut qm̃ ꝑp ineffabilem coniunctionẽ hæc tria simul vnus Deus, cur non ẽt vna ꝑsona, vt ita non possimus dicere tres personas, q̃uis singulã quamq; appellemus personam, quemadmodum non possumus dicere tres Deos, q̃uis quẽq; singulum appellemus Deũ, siue patrẽ, siue filium, siue spm̃sanctũ. An quia scriptura non dicit tres Deos? Sed nec tres personas alicubi scripturam commemorare inuenimus. An quia nec tres, nec

M vnam personam scriptura dicit hæc tria, legimus .n. personam dñi, non personam dñm, propterea licuit loquendi & disputandi necessitate tres personas dicere, non quia scriptura dicit, sed qa scriptura non cõtradicit. Si aũt diceremus tres Deos, cõtradiceret scri

K ptura dicẽs: Audi Israel, dñs Deus tuus Deus vnus est. Cur ergo & tres essentias nõ licet dicere, quod similiter scriptura, sicut nõ dicit, ita nec contradicit. Nam essentia si speciale nomen est commune tribus, cur non dicant tres essentię, sicut Abraham, Isaac & Iacob, tres hoĩes, quia homo speciale nomẽ est cõe

oĩbus hoĩb. Si aũt spãle nomen nõ est essentia, sed gñale, quia homo & pecus & arbor & sydus & angelus dñr essentia, cur non dñr istæ tres essentiæ, sicut tres equi dñr tria aĩalia, & tres lauri dñr tres arbores, & tres lapides tria corpora? Aut si ꝑp vnitatem trinitatis non dñr tres essentiæ, sed vna essentia, cur non ꝑp eandem vnitatem non dicuntur tres substantiæ vel tres personę, sed vna substantia & vna persona? Quàm .n. est illis commune nomen essentiæ, ita vt singulus quisque dicatur essentia tam illis commune est vel substantiæ vel personæ vocabulum. Quod .n. de personis secundum nostram, hoc de substantiis secundum Græcorũ consuetudinem ea quę diximus oportet intelligi. Sic .n. dicunt illi tres substantias vnam essentiam, quemadmodum nos dicimus tres ꝑsonas, vnã essentiam vel substantiam. Quid igit restat, nisi vt fateamur loquendi necessitate partita hæc vocabula, cũ opus esset copiosa disputatione aduersum ĩsidias vel errores hęreticorũ? Cum .n. conaret humana inopia loquendo ꝑferre ad hominum sensus quod in secretario mentis pro captu tenet, de dño Deo creatore suo, siue ꝑ piam fidẽ, siue per qualẽcũq; intelligẽtiam, timuit dicere tres essentias, ne intelligeret in illa summa æqualitate vlla diuersitas. Rursus non esse tria quædã nõ poterat dicere, quod Sabellius quia dixit, in hæresim lapsus est. Certissime qppe, & de scripturis cognoscit qđ pie credendum est, & aspectus mentis indubitata perceptione perstringit, & patrẽ esse & filiũ & spm̃sanctum, nec eũdẽ filiũ esse qui pr̃ est, nec spm̃sanctũ eundem esse vel patrem vel filium. Quæsiuit quid tria diceret, Et dixit substantias siue personas, quibus nominibus non diuersitatem intelligi voluit, sed singularitatem, vt non solum ibi vnitas intelligatur, ex eo quod dicitur vna essentia, sed trinitas, ex eo quod dicuntur tres substantiæ vel personæ. Nam si hoc est Deo esse quod subsistere, ita non erãt dicendæ tres substantię, vt non dicuntur tres essentię, quemadmodum quia hoc est Deo esse quod sapere, sicut non tres essentias, ita nec tres sapientias dicimus. Sic enim quia hoc illi est Deum esse quod est esse, tam tres essentias quàm tres Deos dici phas non est. Si autem aliud est Deo esse, aliud subsistere, sicut aliud Deo esse, aliud patrem esse vel

*1. sen. di. 23. c. uerũ, et hic.*

A

*1. sen. di. 23. ca. qđ enim de.*

*1. sen. di. 23. c. uerũ, & hic in medio.*

*1. sen. di 23. c. uerũ et hic. in fi. & c. iam suffitienter.*

B

dominum esse, quod enim est ad se dicitur, pater aũt ad filium, & dñs ad seruientẽ creaturã dr̃, relatiue ergo subsistit, sicut relatiue gignit, & relatiue dñat̃. Ita iam substantia nõ erit substantia, q̃a relatiuum erit. Sicut. n. ab eo q̃d est esse appellatur essẽtia, ita ab eo q̃d substinere substantiam dicimus. Absurdũ est aũt vt substantia relatiue dicat̃, recte. Oĩs. n. res ad seipsũ subsistit, quãto magis Deus si tñ dignũ est, vt Deus dicat̃ subsistere. De his. n. reb. recte itelligit, in quib. subiectis sunt ea q̃ ĩ aliquo subiecto esse dñr, sicut color aut forma in corpore. Corpus. n. subsistit, & iõ substantia est. Illa vero in subsistente atq; subiecto corpore, quæ non substantiæ sunt, sed in substantia, & iõ si esse desinat, vel ille color, vel illa forma non adimũt corpori esse corpus, quia non hoc ei est esse, quod illam vel illam formam colorẽ vel retinere. Res vero mutabiles neq; simplices, proprie dñr substantiæ. Deus aũt si subsistit vt substantia proprie dici possit, inest in eo aliq̃d tanq̃ in subiecto, & nõ est simplex: cui hoc sit esse q̃d illi est, & q̃cquid aliud de illo ad illum dr̃, sicut magnus omnipotens, bonus, & siquid hmõi de Deo non incongrue dr̃. Nefas est aũt dicere vt subsistat, & subsit Deus bonitati suæ, atque illa bonitas non substantia sit vel potius essentia, neq; ipse Deus sit bonitas sua, sed in illo sit tanq̃ in subiecto. Vnde manifestũ est Deum abusiue substantiã vocari, vt noĩe vsitatiore intelligat̃ essẽtia, quod vere ac ꝓprie dr̃, ita vt fortasse solum Deum dici oporteat essentiam. Est. n. vere, solus, quia incommutabilis est, idq; nomen suũ famulo suo Moysi enunciauit, cũ ait, Ego sum qui sum: Et dices ad eos qui est misit me ad vos. Sed tñ siue essentia dicat̃ quod proprie dr̃, siue substantia quod abusiue, vtrunq; ad se dr̃, non relatiue ad aliq̃d. Vñ hoc est Deo esse q̃d subsistere, & ideo si vna essentia trinitas vna ẽt substantia. Fortassis igitur cõmodius dñr tres personæ, q̃ tres substantiæ. Sed ne nobis videar suffragari, hoc quoque requiramus. Quanquã & illi, si vellent, sicut dicunt tres substantias, tres hypostases, possent dicere tres ꝑsonas, tria prosopa. Illud aũt maluerunt quod forte secundum linguæ suæ consuetudinẽ aptius diceret̃. Nanq; & in personis eadẽ ratio est. Non. n. aliud est Deo esse, aliud personã esse sed oĩno idem. Nam si esse ad se dr̃, persona vero relatiue, sic dicamus tres personas, patrem & filium & spm̃sanctũ, quemadmodũ dñr aliqui tres amici aut tres propinqui, aut tres vicini, q̃ sint adinuicem non q̃ vnusq̃sque eorũ sit ad seipsum. Quapꝓ quilibet ex eis amicus est duorũ cæterorũ, aut propinquus aut vicinus, quia hæc noĩa relatiuam significationẽ habent. Quid ergo? nõ placet vt dicamus patrẽ ꝑsonã esse filij & spũssancti, aut filium personam esse patris & spũssancti: aut spm̃sanctũ personam esse patris & filij? Sed neq; persona ita dici alicubi solet, neq; in hac trinitate cũ dicimus personam patris, aliud dicim⁹ q̃ substãtiã patris. Quocirca vt substãtia patris ipse pr̃ est, nõ quo pr̃ est, sed quo est, ita & persona patris non aliud q̃ ipse pater est ad se quippe dr̃ persona, non ad filium vel spm̃sanctũ, sicut ad se dr̃ Deus, & magnus & bon⁹ & iust⁹ & si q̃d aliud hmõi. Et quemadmodum hoc illi est esse, q̃d Deũ esse quod magnum, quod bonũ esse, ita hoc illi est esse, quod ꝑsonam esse. Cur ergo non hæc tria simul vnam personã dicimus sicut vnã essentiã & vnũ Deum, sed tres dicimus personas, cũ tres Deos aut tres essentias non dicamus, nisi q̃a volumus, vel vnũ aliq̃d vocabulum seruire huic significationi qua intelligit̃ trinitas, ne oĩno taceremus interrogati, quid tres, cum tres esse fateremur? Nam si genus est essentia, species aũt substãtia siue persona, vt nonnulli sentiunt, omitto illud q̃d iã dixi, oportere appellare tres assentias, vt appellant̃ tres substãtiæ vel personæ, sicut appellantur tres equi eadẽq; aĩalia tria, cũ sit spẽs equus, aĩal genus. Neq;. n. spẽs ibi pluraliter dicta est, & genus singulariter, tanquã diceret̃ tres equi vnum aĩal, sed sicut tres eq̃ speciali noĩe, ita tria aĩalia gñali noĩe. Quod si dicunt substantiæ vel personę nomine nõ speciẽ significari, sed aliquid singulare atque indiuiduum, vt substantia vel persona, non ita dicatur sicut dr̃ homo, quod commune est omnibus hominib. sed quomodo dr̃ hic homo, velut Abraham, velut Isaac, velut Iacob, vel siquis alius qui etiam digito præsens demonstrari posit, sic quoq; illos eadem ratio consequetur. Sicut enim dñr Abraham, Isaac & Iacob tria indiuidua, ita tres hoĩes, & tres animæ. Cur ergo & pater & filius spiritussanctus, si secundum genus & speciem & indiuiduum etiam ista disserimus, non ita dicun-

Marginalia (left): 1. sen. di. 8. c. vnde nec. in princip. — Substantia q̃uo dicit̃ Deus. Cap. 5. 1. sen. di. 8. c. vnde nec. — C — 1. sen. di. 8c. vnde in medio. — Exod. 3. — D Trium ꝑsonarũ, ead essentia est. Cap. 6. 1. sen. di. 23. c. q̃d enim.

Marginalia (right): 1. sen. 22. c. autem princip. — E 1. sen. di. 23. his autem tandem. — 1. sen. 23. c. orig. — 1. sen. 18. ab. dum. — 1. sen. 19. c. 70. — F

dñr tres essentiæ vel tres substantiæ, seu personæ? sed hæc, vt dixi, omitto, illud dico, si essentia genus est, vna essentia iã nõ habet species, sicut, qa genus est aĩal, vnum aĩal iã non habet spẽs. Non sunt ergo tres spẽs vnius essentię pr̃, & filius & spũssanctus. Si aũt spẽs est essentia, sicut species est hõ, tres vero illæ quas appellamus substãtias siue personas, sic eandẽ speciẽ cõiter habent quemadmodum Abraham Isaac & Iacob, speciem quæ hõ dr̃ communiter habent nõ aũt sicut hõ subdiui dit in Abraham, Isaac & Iacob, ita vnus hõ & in aliquos singulos hoĩes subdiuidi põt, omnino.n.non potest, quia vnus hõ iam singulus hõ est. Cur ergo vna essentia in tres sub
G stantias, vel personas subdiuidit? Nã si essentia species est sicut hõ, sic est vna essentia sicut vnus hõ? an sicut dicimus aliquos tres homines eiusdẽ sexus, eiusdẽ tẽperationis corporis, eiusdemq; animi, vnam esse naturam, tres.n.sunt hoĩes, sed vna natura, sic ẽt ibi dicimus tres substãtias vnam essentiã, aut tres psonas vnã substantiã vel essentiã? Hoc vero vtcunq; simile est, qa & veteres qui Latine locuti sunt, anteq̃ haberẽt ista nomina, quæ non diu est qđ in vsum venerunt.i.essentiam vel substantiã, pro his naturã dicebant. Non itaque ẽm genus & species ista dicimus, sed quasi ẽm communem eandemq; materiam. Sicut ex eodem auro si fierent tres statuæ, diceremus tres statuas vnum aurũ, nec tñ diceremus genus aurum species aũt statuas, nec aurũ speciem, statuas vero indiuidua. Nulla qppe species indiuidua sua transgredit, vt aliquid extra comprehendat. Cum.n.definiero
H quid sit homo, quod est nomen speciale, singuli quique homines qui sunt indiuidua eadem definitione cõtinentur, nec aliud ad eã pertinet quod homo non sit. Cum vero aurum definiero non solæ statuæ si aureæ fuerint, sed & annuli, & siquid aliud de auro fue rit ad aurum pertinebit, & si nihil inde fiat, aurum dr̃, quia ẽt si non sint aureæ, nõ ideo nõ erunt statuæ. Item nulla species excidit de finitionem generis sui. Cũ.n. definiero aĩal, qm̃ generis huius species equus, oĩs equus aĩal est, nõ aũt statua oĩs aurum est. Iõ quanuis in trib. statuis aureis, recte dicamus tres statuas vnum aurum, non tñ ita dicimns vt genus aurum, species vero statuas inelligamus. Nec sic ergo trinitatem dicimus tres personas vel substantias, vnam essentiam, & vnum Deum, tanq̃ ex vna materia tria quædã subsistant. ẽt si qcquid illud est, in his trib. explicatum sit. Nõ.n.aliquid aliud eius essentię est prẹter istam trinitatẽ, tñ tres personas eiusdẽ essentiæ, vel tres personas vnam essentiam dicimus, tres autem personas ex eadem essentia non dicimus, quasi aliud ibi sit quod essẽ tia est, aliud quod persona, sicut tres statuas ex eodem auro possum⁹ dicere. Aliud enim illic est esse aurum, aliud esse statuas. Et cum dicuntur tres homines vna natura, vel tres homines eiusdem naturæ, possunt etiam dici tres homines ex eadem natura, quia ex eadẽ natura & alij tres homines possunt existere. In illa vero essentia trinitatis, nullo modo alia quælibet persona ex eadem essentia põt existere. Deinde in his reb. non tm̃ est vnus homo quantum tres homines simul. Et plus sunt aliquid homines duo, q̃ vnus homo. Et in statuis æqualibus plus auri est tres simul quàm singulæ statuæ, & minus auri est vna q̃ duæ. At in Deo non ita est. Non.n. maior essentia est pater & filius & spũssanctus simul q̃ solus pater aut solus filius, sed tres simul illæ substantiæ siue personæ, si ita dicen dę sunt, æquales sunt singulis, quod animalis homo nõ percipit. Nõ.n. potes cogitare nisi moles & spatia, vel minuta vel grandia, volitantib. in animo eius phantasmatib. tanquam imaginib. corporum. Ex qua immunditia donec purgetur, credat in patrem & filium & spiritumsanctum, vnum Deum solũ, magnũ: oĩpotentem, bonum, iustum, misericordem, omnium visibilium & inuisibiliũ cõditorẽ, & quicquid de illo pro humana facultate digne vereq; dici potest. Neque cum audierit patrem solum Deum, separet inde filium, aut spm̃sanctum. Cum eo quippe solus Deus cũ quo & vnus Deus est, quia & filium cũ audimus solũ Deũ: sine vlla separatione patris aut spũssãcti oportet accipere, atq; ita dicat vnã essentiam, vt non existimet aliud alio vel maius vel melius, vel aliqua ex parte diuersum. Non tñ vt pater ipse sit & filius & spiritussanctus, & quicquid aliud ad alterutrum singula dñr, sicut verbum quod non dr̃ nisi filius, aut donum quod non dicitur nisi spiritussanctus, propter quod etiam pluralem numerum admittunt, sicut in Euangelio scriptum est, Ego & pater vnũ sumus: Et vnum

*1. senten. 19.c. notandũ ẽt. 1. sen. di. 25.c. quibusdã, & dist. 5.c. ostẽditur circa finẽ.*

I

*1. sen. di. 19.c. notandum, & ca. his quoque. 1. Cor. 2.*

K

*Ioan. 10.*

dixit,& sumus. Vnum secundũ essentiam,& idẽ Deus,sumus secundum relatiuum,ꝗ ille pater, hic filius. Aliqñ & tacet vnitas essentiæ,& sola pluraliter relatiua cõmemorant. Veniemus ad eũ ego & pater, & habitabim⁹ apud eũ.Veniemus & habitamus,pluralis numerus est,qa pr̨dictũ est: Ego & pr̃. i. filius & pr̃,quæ relatiue adinuicẽ dñr.Aliqñ latenter oĩno,sicut in Genesi: Faciam⁹ hoĩem ad imaginẽ & similitudinẽ nr̃am. Et faciam⁹,& nr̃am, pluraliter dictum est, nisi ex relatiuis accipi non põt. Non.n. vt facerent dij,aut ad imaginẽ & similitudinem deorũ,sed vt facerẽt pr̃ & filius & spũssanctus,ad imaginẽ patris & filij & spũssancti,vt subsisteret hõ imago Dei.Deus aũt trinitas. Sed quia non oĩno æqualis fiebat illa imago Dei tanꝗ nõ ab illo nata,sed ab eo creata, huius rei significand̨ cã ita imago est vt ad imaginẽ sit.i. nõ ̨equat parilitate, sed quadam similitudine accedit. Non.n.locorum interuallis,sed similitudine accedit ad Deũ,& dissimilitudine receditur ab eo.Sunt.n. qui ita distinguunt, vt imaginẽ velint esse filium,hoĩem vero non imaginẽ, sed ad imaginẽ.Refellit aũt eos Apostolus dicens:Vir qdẽ non dẽt velare caput cũ sit imago & gloria Dei: Non dixit ad imaginẽ, sed imago. Quæ tñ imago cũ alibi dr̃:Ad imaginem, sed non quasi ad filium dr̃,qų imago æqualis est patri, alioquin nõ diceret ad imaginem nostram. Quomodo.n.nostram,cum filius soli⁹ patris imago sit?Sed ꝑꝑ imparẽ vt diximus similitudinem dictus est homo ad imaginem,& ideo nostram,vt imago trinitatis esset homo,nõ trinitati ̨equalis sicut filius patri,sed accedens,vt dictum est quadam similitudine,sicut in distantib.significatur qųdam vicinitas,nõ loci, sed cuiusdam imitationis.Ad hoc enim eis & dicitur. Reformamini in nouitate mentis vestræ.Quibus item dicit. Estote itaque imitatores Dei sicut filij charissimi,Nouo enim homini dicitur:Qui renouatur in agnitionem Dei, secundum imaginem eius qui creauit eum. Aut si iam placet propter disputandi necessitatem, ẽt exceptis nominibus relatiuis pluralem numerum admittere, vt vno nomine respondeatur, cum quæritur, quid tria, & dicere tres substantias siue tres personas,nullæ moles aut interualla cogitentur, nulla distantia quantulæcunque dissimilitudinis, vt ibi intelligatur aliud alio vel paulominus quocunque modo minus esse aliud alio potest, vt neque personarum sit confusio nec talis distinctio qua sit impar aliquid. Quod si intellectu capi nõ potest,fide teneatur, donec illucescat in cordibus ille qui ait per Prophetam:Nisi credideritis non intelligetis.

*Ioan. 14.* *Gene. 1.* *1 Sen. di. 16.c.quo circa.* L *1.Co.11. 1.sen. di. 15.ca. filius uero. Gene. 1.* *Rom. 12. Ephes. 5.* M *Colos. 3.* *Esa.*

## D. AVRELII AVGVSTINI De Trinitate.

## LIBER OCTAVVS.



Iximus alibi ea dici proprie in illa trinitate distincte ad singulas personas pertinẽtia,qų relatiue dicuntur ad inuicem, sicut pater & filius & vtriusq; donum spiritussanctus. Non enim pater trinitas, aut filius trinitas, aut trinitas donum. Quod vero ad se dicuntur singuli, non dici pluraliter tres, sed vnam ipsam trinitatem, sicut Deus pater, Deus filius, Deus spiritussanctus.Et dominus pater, dominus filius, dominus spiritussanctus. Et omnipotens pater,omnipotens filius, omnipotens spiritussanctus. Nec tamen tres dij,aut tres, domini,aut tres omnipotentes. Sed vnus Deus, dominus, omnipotens,ipsa trinitas, & ꝗcquid aliud,non ad inuicem relatiue, sed ad se singuli dicuntur. Hoc enim secundum essentiã dicuntur,quia hoc est ibi esse, quod magnũ esse,quod bonũ esse,quod sapientem esse,& quicquid aliud ad se vnaquæq; ibi persona, vel ipsa trinitas dicitur.Ideoq; dici tres personas vel tres substantias,non vt aliqua intelligatur diuersitas essentiæ, sed vt vel vno aliquo vocabulo responderi possit,cum dr̃ qd tres,vel quid tria? tantamq; esse æqualitatem in ea trinitate,vt non solum pater non sit maior quàm filius,quod attinet ad diuinitatem, sed nec pater & filius simul maius aliquid sint quàm spiritussanctus, aut singula quæq; persona quælibet trium, minus aliquid sit ꝗ ipsa trinitas. Dicta sunt hæc, & si sæpius versando repetantur, familiarius quidem innotescunt. Sed & modus aliquis adhibendus est, Deoque supplicandum deuotissima pietate, vt intellectum aperiat, & studium contentionis absumat, quo possit mente cerni essentia veritatis, sine vlla mole, sine vlla

*Epilo. superi. dict.* A *1.sen. 19. dist. ergo.* B

vlla mobilitate. Nunc itaque inquantum ipse adiuuat creator mire misericors, attendamus, hæc quę modo tā inferiora q̃ superiora tractabimus, cū sit eadem seruata illa regula, vt quod intellectui nostro nondum eluxerit, à firmitate fidei nō dimittatur. Dicimus.n.nō esse in trinitate maius aliq̄d duas aut tres personas q̃ vnā earū, qđ nō capit cōsuetudo carnalis, nō ob aliud nisi q̄a vera, quæ creata sūt

C sentit vt pōt. Veritatem aūt ipsam qua creata sunt nō pōt intueri. Nā si posset nullo modo esse lux ista corporea manifestior q̃ hoc qđ diximus. In substantia q̄ppe veritatis, q̄m sola vere est, non est maior aliqua, nisi quæ verius est. Quicq̄d aūt itelligibile atq; incōmutabile est, nō aliud alio verius est, q̄a æq; incommutabiliter æternum est. Nec qđ ibi magnū dr̄, aliūde magnū est, q̃ eo quo vere est. Quap̄p vbi magnitudo ipsa veritas est, quicquid plus habet magnitudinis, necesse est vt plus habeat veritatis. Quicquid ergo plus veritatis nō habet, nō habet plus ēt magnitudinis. Porrò q̄cquid plus habet veritatis, profecto verius est, sicut maius est qđ plus hēt magnitudinis, hoc ergo ibi est maius qđ verius. Non aūt verius est pr̄ & filius simul, q̃ singulus pr̄, aut singulus filius. Non igit̄ maius aliquid vtrūq; simul, q̃ singulū eorū. Et q̄m æq; vere est ēt spūssanctus, nec pr̄ & filius simul, maius aliq̄d est q̃ ipse, q̄a nec verius est. Pr̄ quoq; & spūssanctus simul q̄m veritate non superant filiū, nō.n.verius sunt, nec magnitudine superant. Atq; ita filius & spūssanctus simul tam magnū aliq̄d sunt, q̃ pater solus, q̄a tā vere sunt. Sic & ipsa trinitas tam magnum est, quā vnaquæq; ibi persona. Non enim ibi maior est, quæ verior non est, vbi est ipsa veritas magnitudo. Quia in essentia veritatis, hoc est verū esse, quod est esse, & hoc est esse quod est magnum esse, hoc est ergo magnum esse quod verum esse. Quod igitur ibi æque verum est, etiam æque magnum sit necesse est. In corporibus autem fieri potest, vt

D æque verum sit hoc aurum atq; illud, sed maius hoc sit q̃ illud, quia nō eadem ibi est magnitudo quæ veritas, aliudque illi est aurum esse, aliud magnū esse. Sic & in animi natura, s̄m quod dr̄ magnus animus, non secundum hoc dr̄ verus animus. Animum.n. verū habet etiam qui non est magnanimus, q̄nquidem corporis & animi essentia, nō est ipsius veritatis essentia, sicut est trinitas Deus vnus, solus, magnus, verus, verax, veritas. Quem si cogitare conamur, quantum sinit & donat, nullus cogitetur per locorum spatia contactus aut cōplexus, quasi trium corporū, nulla cōpago iuncturę, sicut tricorporē Geryonē fabulę ferūt, sed q̄cquid aio tale occurrerit, vt magis sit in trib. q̃ in singulis, minusq; in vno q̃ in duobus, sine vlla dubitatione respuat. Ita.n.respuit oē corporeū. In spiritalibus aūt, oē mutabile quod occurrerit nō putet Deus. Non.n. paruæ notitię pars est, cum de profundo isto in illam summitatē respiramus, si anteq̃ scire possumus q̄d sit Deus, possumus iam scire q̄d non sit. Non est.n. certe nec terra, nec cœlum, nec quasi terra & cœlum, nec tale aliq̄d quare videmus in cœlo, nec tale aliq̄d quicquid non videmus, & est fortassis in cœlo. Nec si augeas imaginatione cogitationis lucē solis quātum potes, siue quo sit maior, siue quo sit clarior, millies tm̄ aut innumerabiliter, neq; hoc est Deus. Nec sicut cogitanr̄ angeli mūdi spūs cœlestia corpora inspirantes, atq; ad arbitriū quo seruiūt Deo mutantes atq; versantes, nec si oēs, cum sint millia miliū, in vnū collati vnus fiat, nec tale aliq̄d Deus est. Nec si eosdem spūs sine corporib. cogites, quod quidem carnali cogitationi difficillimū est. Ecce vide si potes, o aīa prægrauata corpore qđ corrumpitur, & onusta terrenis cogitationib. multis & variis, ecce vide si potes, Deus veritas est. Hoc enim scriptum est. Quoniam Deus lux est, nō quomodo isti oculi vident, sed quomodo uidet cor, cum audit ueritas est. Noli quærere q̄d sit ueritas, statim enim se opponunt caligines imaginum corporalium, & nubila phantasmatum, & perturbāt serenitatem, quę primo ictu diluxit tibi, cum diceretur ueritas. Ecce in ipso primo ictu, quo uelut coruscatione perstringeris, cum dr̄ ueritas mane si potes, sed non potes. Relaberis in ista solita atque terrena. Quo tandem pondere quæso relaberis, nisi sordium contractarum cupiditatis uisco & peregrinationis erroribus. Ecce iterum uide si potes. Non amas certe nisi bonū, quia bona est terra altitudine montium & temperamento collium & planicie camporum, & bonum prędium, amœnū ac fertile, & bona domus paribus membris disposita, & ampla & lucida, & bona anima-

*Marginal notes:* E — *Apoc. 5.* — *Sapien. 9* — *1. Ioan. 1* — F — *Deus unice bonus. Cap. 3.*

lia,aĩata corpora, & bonus aer modestus & salubris,& bonus cibus suauis atq; aptus valetudini,& bona valetudo sine doloribus & lassitudine,& bona facies hoĩs dimensa pariliter,& affecta hilariter & luculẽter colorata,& bonus aĩus amicæ cõsensionis dulcedine & amoris fide,& bon⁹ vir iustus,& bonę diuitiæ,q̃a facile expediũt,& bonũ cœlũ cũ sole & luna & stellis suis,& boni angeli san
G cta obedientia, & bona locutio suauiter docẽs,& cõgruẽter mouens auditorẽ. Et bonũ carmẽ,canorum numeris,& sentẽtiis graue. Quid plura & plura? Bonũ hoc & bonũ illud. Tolle hoc & illud & vide ipsũ bonũ si potes,ita Deũ videbis,non alio bono bonũ, sed bonũ oĩs boni.Neq;.n. in his oĩb. bonis vel q̃ cõmemoraui,vel quæ alia cernunt̃ siue cogitant̃,diceremus aliud alio melius cũ vere iudicamus,nisi esset nobis ĩpressa notio ipsius boni,s̃m qđ & ꝓbaremus aliq̃d,& aliud alij ꝓponeremus.Sic amandus est Deus, non hoc & illud bonũ,sed ipsum bonũ. Quærendũ.n.bonum aĩe,nõ cui superuolitet iudicãdo,sed cui hæreat amando. Et quid hoc nisi Deus?Nõ bonus aĩus,aut bonus angelus, aut bonũ cœlũ,sed bonũ bonũ.Sic.n. forte facili⁹ aduertit̃ q̃d velim dicere.Cũ.n.audio,verbi gr̃a,qđ dr̃ aĩus bonus,sicut duo verba sũt, ita ex eis verbis duo quædã intelligo. Aliud quo aĩus est,aliud quo bonus. Et q̃dẽ vt aĩus esset,nõ egit ipse aliq̃d.Non.n.iã erat q̃ ageret vt esset.Vt aũt sit bonus aĩus,video agendũ esse volũtate, non quia idipsum quo aĩus est,non est aliquid boni. Nã vnde iam dr̃ & verissime dr̃ corpore melior? sed iõ nondũ dr̃ bonus aĩus, q̃m restat ei actio voluntatis, qua sit pręstãtior,q̃ si neglexerit,iure culpat̃: recteq; dr̃ non bonus aĩus. Distat.n. ab eo q̃ hoc agit.Et quia laudabilis,profecto iste qui hoc nõ agit vituperabilis est. Cum vero agit
H hoc studio,& fit bonus aĩus,nisi se ad aliq̃d cõuertat qđ ipse non est, non põt hoc asseq̃. Quo se aũt conuertit vt fiat bonus aĩus, nisi ad bonũ,cũ hoc amat & appetit,& adipiscit̃?Vnde si rursus se auertat, fiatq; non bonus,hoc ipso ꝙ se auertit à bono, nisi maneat in se illud bonũ vnde se auertit, non est quò se iterũ si voluerit emendare conuertat. Quapp̃ nulla essent mutabilia bona, nisi esset incommutabile bonũ.Cũ itaq; audis bonũ hoc & bonũ illũ,quę pñt alias dici etiam non bona,si potueris sine illis,quæ participatione boni bona sunt,ꝓspicere ipsum bonũ, cuius paticipatione bona sunt,simul.n.& ipsum intelligis cũ audis hoc aut illud bonũ.Si ergo potueris,illis detractis per seipsum perspicere bonũ,perspexeris Deum.Et si amore inhæseris,cõtinuo beatificaberis. Pudeat aũt cũ alia nõ ament̃,nisi q̃a bona sunt,eis inhærendo nõ amore bonũ ipsum, vñ bona sunt.
I Illud ẽt,ꝙ aĩus,tm̃ quia est aĩus,ẽt nondũ eo modo bonus quo se cõuertit ad incommutabile bonũ,sed vt dixi tm̃ animus, cum ita nobis placet vt eum omni ẽt luci corporeæ cũ bene intelligimus præferamus,non in seipso nobis placet,sed ĩ illa arte qua fact⁹ est.Inde enim approbat̃ factus,vbi vr̃ fuisse faciẽdus, hęc est veritas,& simplex bonum.Non.n.est aliud aliq̃d q̃ ipsum bonũ, ac ꝑ hoc ẽt summum bonũ.Non.n.minui vel augeri bonum põt,nisi qđ ex alio bono bonũ est.Ad hoc se igit̃ aĩus conuertit ut bonus sit, à quo habet vt animus sit. Tuuc ergo voluntas naturæ congruit vt perficiatur in bono animus, cũ illud bonum diligitur conuersione voluntatis,vnde est & illud quod non amittitur,nec auersione voluntatis.Auertendo.n.se à summo bono,amittit aĩus vt sit bonus aĩus, non aũt amittit vt sit aĩus, cum & hoc iam bonũ sit corpore melius,hoc ergo amittit voluntas,quod volũtas adipiscit̃.Iam erat aĩus qui conuerti ad id vellet à quo erat.Qui aũt vellet esse anteq̃ esset,nondũ erat, & hoc est bonum nostrũ, ubi uidemus utrum esse debuerit aut debeat q̃cquid esse debuisse, aut dẽre cõprehendimus,& ubi uidemus esse non potuisse nisi esse debuisset,quicquid ẽt q̃uo esse debuerit cõprehendimus.Hoc ergo bonum nõ lõge positũ est ab unoquoq; nostrum.In illo.n.uiuimus,mouemur,& sumus. Sed dilectione standum est ad illud, & inhærendũ illi,ut præsẽte perfruamur à quo sumus,quo
K absente nec esse possumus. Cum enim per fidem adhuc ambulamus nõ per spẽm, nõdũ utiq; uidemus Deũ, sicut idẽ ait, facie ad faciem,quem tñ nisi nũc iam diligamus,nunq̃ uidebimus. Sed quis diligit quod ignorat? Sciri.n.aliquid & non diligi põt.Diligi autẽ quod nescitur,quæro utrũ possit, quia si nõ põt, nemo diligit Deum antequam sciat. Et quid est Deũ scire,nisi eum mẽte cõspicere, firmeq; percipere? Non.n. corpus est ut car-

neis

neis oculis inquiratur. Sed & priusquam valemus cõspicere atq; ꝑcipere Deũ, sicut cõspici & percipi põt, qđ mundicordib. licet:
5. Beati.n.mundicordes, q̃a ipsi Deũ videbunt, nisi ꝑ fidem diligat, nõ poterit cor mũdari, quo ad Deũ videndũ sit aptum & idoneum. Vbi sunt.n.illa tria, ꝑꝑ q̃ in aĩo ædificanda,
13. oĩum diuinorum librorum machinamenta cõsurgunt, fides, spes, charitas, nisi in aĩo credente qđ nondũ videt, & sperãte atq; amãte qđ credit? Amatur ergo & qđ ignorat, sed tñ credit. Nimirũ aũt cauendũ est, ne credens
L aĩus id qđ non videt fingat sibi aliq̃d qđ non est. & sperat diligatq; qđ falsum est. Qđ si fit, nõ erit charitas de corde puro & cõscientia bona, & fide nõ ficta, q̃ finis ꝑcepti est, sicut idẽ Apostolus dicit. Necesse est aũt cum ali-
1. qua corporalia lecta vel audita quo nõ vidimus, credimus, fingat sibi aliq̃d aĩus in lineamẽtis formisq; corporũ, sicut occurrerit cogitanti, qđ aut verũ nõ sit, aut ẽt si verum est, qđ rarissime põt accidere, nõ hoc tñ fide vt teneamus quicq̃ ꝓdest, sed aliud aliq̃d vtile, qđ ꝑ hoc insinuat. Quid. n. legentiũ vel audientiũ q̃ scripsit Apostolus Paulus, vel q̃ de illo scripta sunt, nõ fingit aĩo, & ipsius Apostoli faciem, & oĩum quorũ ibi noĩa cõmemorant? Et cũ in tãta hoĩum multitudine q̃bus illæ literæ notæ sunt, alius aliter lineamẽta figuramq; illorũ corporũ cogitet, q̃s propinquius & sublimius cogitet, vtiq; incertũ est. Neq; ibi occupat fides nostra, qua facie corporis fuerint illi hoĩes, sed tñ q̃a ꝑ Dei grãm ita vixerũt, & ea gesserũt, q̃ scriptura illa testat, hoc & vtile est credere, & nõ desperandũ & appetẽdũ Nã & ipsius dñicæ facies carnis, innumerabiliũ cogitationũ diuersitate variat & fingit, quę tñ vna erat, quæcunq; erat. Neque.n. in fide nostra quã de domino
M Iesu Christo habemus, illud salubre est quod sibi aĩus fingit, longe fortasse aliter q̃ res se habet, sed illud qđ s̃m speciẽ de hoĩe cogitamus, habemus.n.quasi regulariter infixã humanæ naturæ notitiam, s̃m q̃ quicquid tale aspicimus, statim hominẽ esse cognoscimus vel hominis formam. Secundũ hanc notitiã cogitatio nostra informatur, cum credimus pro nobis Deum hominem factum, ad humilitatis exemplum, & demonstrandam erga nos dilectionem Dei. Hoc enim nobis prodest credere, & firmum atque inconcussum

Cõgno trinitas diligatur incognita. c. 5

corde retinere. s. humilitatem qua natus est Deus ex fœmina, & à mortalib. per tantas cõtumelias perductus ad mortem summum eẽ medicamentũ, quo superbiæ nostræ sanaret tumor, & altum sacramentũ quo peccati vinculũ solueret. Sic & virtutẽ miraculorũ ipsi⁹ & resurrectionis eius, q̃m nouimus quod sit oĩpotentia, de oĩpotente Deo credimus, & s̃m spẽs & genera rerum vel natura intacta vel experientia collecta, de factis huiuscemodi cogitamus, vt non ficta sit fides nostra.
Neque.n. nouimus faciẽ virginis Mariæ, ex Tom. 11.
qua ille à viro intacta, neq; in ipso partu corrupta mirabiliter natus est. A Nec q̃b. membrorum lineamẽtis fuerit Lazarus, nec Bethaniã: nec sepulchrũ lapideq; illum quẽ remoueri iussit cũ eũ resuscitare vidim⁹, nec monumẽtum nouum excisum in petra vnde ipse resurrexit, nec montem Oliueti vnde ascendit Mat. 27.
in cœlũ. Acto. 1. Neque omnino scimus quicunque ista non vidimus, an ita sint vt ea cogitamus, immo vero probabilius existimamus nõ esse ita. Nanque cum alicuius facies vel loci vel hoĩs, vel cuiuslibet corporis eadem occurrerit oculis nostris quæ occurrebat aĩo cum eam priusquam viderimus cogitabamus nõ paruo miraculo mouemus. Ita raro & penè nunq̃ accidit, & tñ ea firmissime credimus, quia s̃m specialẽ generalemq; notitiam quę certa nobis est cogitamus. Credimus.n. dñm Iesum Christum natũ de virgine quæ Maria Lucæ. 2.
vocabatur. Quid sit autem virgo, & quid sit nasci, & quid sit nomen proprium non credimus, sed prorsus nouimus. Vtrũ aũt illa facies Mariæ fuerit q̃ occurrit aĩo cum ista loquimur aut recordamur, nec nouimus omnino, nec credimus. Itaq; hic salua fide licet dicere, forte talẽ habebat faciẽ, forte talem, forte aũt de virgine natus est Christus, nemo salua fide Christiana dixerit. Quãobrem B
q̃m trinitatis æternitatem, & æqualitatem & vnitatẽ q̃tum dat intelligere cupimus, prius autem q̃ intelligamus credere debemus, vigilandumq; nobis est ne ficta sit fides nostra, eadem quippe trinitate fruendum est, vt beate viuamus, si autem falsum de illa crediderimus, inanis erit spes, & non casta charitas, quomodo igitur eam trinitatem quã non nouimus, credendo diligimus? An secundũ specialem generalemve notitiam, secundũ quã diligimus Apostolũ Paulum? Qui ẽt si non

ea facie fuit quæ nobis occurrit de illo cogi
tantib. & hoc penitus ignoramus, nouimus
tñ quid sit hõ. Vt.n. longe nõ eamus, hoc su-
mus.i.hõ, & illũ hoc fuisse & aĩam eius cor-
pori copulatam mortaliter vixisse manifestũ
est. Hoc ergo de illo credim⁹, qđ inuenim⁹
in nobis, iuxta speciẽ vel genus quo humana
oĩs natura pariter continet. Quid igit de illa
excellẽtia trinitatis siue specialiter siue gñali
ter nouim⁹, quasi multæ sint tales trinitates,
quarum aliquas experti sumus, vt p regulam
similitudinis ĩpressam vel specialẽ vel gñalẽ
A notitiã, illã quoq; talẽ esse credamus, atque
ita rem q̃ credimus & nõdũ nouimus, ex pa
rilitate rei q̃ nouimus diligamus? Qđ vtique
C non ita est. An queãdmodũ diligimus in dño
Iesu Christo, ꝙ resurrexit à mortuis, quãuis
inde neminẽ vnq̃ resurrexisse viderimus, ita
trinitatem q̃ non videmus, & qualem nullã
vnq̃ vidimus possumus credendo diligere?
Sed quid sit mori, & quid sit viuere, vtiq; sci
mus, quia & viuimus & mortuos ac morien
tes aliqñ vidimus & experti sumus. Quid est
aũt aliud resurgere, nisi reuiuiscere.i. ex mor
te ad vitã redire? Cum ergo dicimus & credi
mus esse trinitatẽ, nouimus qd sit trinitas, qa
nouimus qd sint tria, sed nõ hoc diligimus.
*Micare digitis.* Nam id vbi volumus facile habemus, vt alia
omittam, vel micando digitis tribus. an vero
diligimus, non ꝙ oĩs trinitas, sed qđ trinitas
Deus? Hoc ergo diligimus in trinitate, quod
Deus est, sed Deũ nullum aliũ vidimus, aut
nouimus, qa vnus est Deus, ille solus quẽ nõ
dum vidimus, & credendo diligimus. Sed ex
qua rerũ notarũ similitudine vel cõparatio-
*In sanctis quid diligamus. Cap. 6.* ne credamus, quo ẽt nondum notũ Deum di
ligamus, hoc quærit. Redi ergo mecũ, & cõ
sideremus cur diligamus Apostolum. Nun-
quidnam pp humanam speciẽ quam notissi
mam habemus, eo ꝙ credimus eum hominẽ
fuisse? Non vtiq;. Alioquin nunc nõ est quẽ
diligamus, qñquidem homo ille iam nõ est.
Aĩa.n. eius a corpore separata est. Sed id qđ
D in illo amamus, etiam nũc viuere credimus.
Amamus.n. aĩum iustum. Ex qua ergo gñali
aut speciali regula, nisi qa scimus, & quid sit
aĩus, & quid sit iustus? Et animus qdem quid
sit, nõ incõgrue nos dicimus ideo nosse, qa
& nos habemus animum. Neque. n. vnquam
oculis vidimus, & ex similitudine visorũ plu
rium, notionem gñalem specialemve perce
pimus, sed potius vt dixi, quia & nos habe-
mus. Quid. n. tam intime scit, seq; ipsum esse
sentit, q̃ id quo ẽt cætera sentiũtur.i. ipse ani
mus? Nã & motus corporũ qb. pter nos alios
viuere sentimus, ex nostra similitudine agno
scimus, qa & nos ita mouemus corpus viuẽ
do sicut illa corpora moueri aduertimus. Ne
que. n. cũ corpus vnũ mouet aperit vlla via
oculis nr̃is ad videndum aĩum, rem. s. quæ
oculis videri non põt, sed illi moli aliqd in-
esse sentimus, quale nobis inest ad mouendũ
similiter molẽ nostram, qđ est vita & aĩa. Ne
que. n. quasi humane prudentiæ rõnisq; pro-
priũ est. Et bestiæ qppe sentiunt viuere, non
tm̃ seipsas, sed ẽt seinuicẽ atq; alterutrum, &
nosipsos. Nec aĩas nostras vident, sed ex mo- E
tib. corporis, idq; statim & facillime quadã
cõspiratione naturali. Animum igit cuiusli-
bet ex nr̃o nouimus, & ex nostro credimus
quem nouimus. Non. n. tm̃ sentimus aĩum,
sed ẽt scire possumus quid sit aĩus considera
tione nostri, habemus. n. animum. Sed quid
sit iustus, vnde nouimus? Dixeramus. n. nos
Apostolum non alia cã diligere, nisi ꝙ sit iu
stus animus. Nouim⁹ ergo & quid sit iustus,
sicut & quid sit aĩus. Sed quid sit aĩus, vt di-
ctum est, nouimus ex nobis. Inest. n. aĩus no-
bis. Quid aũt sit iustus vnde nouimus, si iusti
non sumus? Quod si nemo nouit quid sit iu-
stus nisi qui iustus est, nemo diligit iustũ vnq̃
nisi iustus. Nemo. n. põt diligere quẽ iustum
esse credit ob hoc ipsum, quia iustũ esse cre
dit, si quid sit iustus ignorat. Secundum ꝙ su
perius demonstrauimus neminẽ diligere qđ
credit & nõ videt, nisi ex aliqua regula noti-
tiæ gñalis siue specialis. Ac per hoc si non di
ligit iustũ nisi iustus, qũo volet qsque iustus
esse qui nondũ est? Non. n. vult qsquã esse qđ
nondũ diligit. Vt aũt sit iustus qui nondũ est,
volet vtiq; iustus esse, vt aũt velit, diligit iu-
stum. Diligit ergo iustum, & qui nõdum iu-
stus est. Diligere aũt iustũ nõ põt, qui quid
sit iustus, ignorat. Proinde nouit quid sit iu- F
stus, ẽt qui nondum est, vbi ergo nouit? num
oculis ũidit? An vllum corpus iustũ velut al-
bũ, aut nigrũ, aut quadrũ, aut rotundũ? quis
hoc dixerit? An oculis nõ vidit nisi corpora.
Iustus aũt in hoĩe non est, nisi amicus. Et cũ
homo iustus dicitur, ex animo dicit, non ex
corpore. Est enim quædã pulchritudo animi
iustitia qua pulchri sunt homines plerique
etiam

etiam qui corpore distorti atque difformes sunt. Sicut aũt aĩus nõ vr̃ oculis, ita nec pulchritudo eius. Vbi ergo nouit quid sit iustus, q̃ nondũ est, atq; vt sit diligit iustũ? An signa quædã per motum corporis emicant, quib. ille aut ille homo esse iustus apparet? Sed vñ nouit illa signa esse animi iusti, nesciẽs quid oĩno sit iustus? Nouit ergo. Sed vbi nouimus q̃d sit iustus, ẽt cũ iusti nondũ sumus? Si extra nouimus, in corpore aliquo nouimus. Sed non est ista res corporis. In nobis igitur nouimus q̃d sit iustus. Non n. alibi hoc inuenio cũ q̃ro vt hoc eloquar, nisi apud meipsũ. Et si interrogẽ aliũ q̃d sit iustus apud seipsum q̃rit q̃d r̃ndeat. Et q̃squis hinc verũ r̃nde
G re potuit, apud seipsum q̃d r̃nderet inuenit. Et Charthaginẽ q̃dem cum eloq̃ volo, apud meipsũ q̃ro vt eloquar, & apud meipsum inuenio phantasiam Carthaginis. Sed eam p̃ corpus accepi. i. p̃ corporis sensum, q̃m præsens in ea corpore fui, & eam vidi atq; sensi, memoriaq; retinui, vt apud me inuenirẽ de illa verbũ, cũ eã vllẽ dicere. Ipsa. n. phantasia eius in memoria mea verbũ eius, non sonus iste trisyllab. cum Carthago noĩat, vel ẽt cũ tacite nomẽ ipsum per spatia temporum cogitat, sed illud q̃d in aĩo meo cerno, cũ hoc trisyllabũ voce p̃fero, vel anteq̃ proferã. Sic & Alexandriã cum eloq̃ volo q̃ nunquã vidi, præsto est apud me phantasma eius. Cum .n. à multis audissem & credidissem magnã esse illã vrbẽ, sicut mihi narrari potuit, finxi aĩo meo imaginem eius q̃ potui, & hoc est apud me verbũ eius, cũ eã volo dicere anteq̃ voce q̃nq; syllabas proferã, q̃d nomen eius
H fere omnib notum est. Quã t̃n imaginẽ si ex aĩo meo proferre possem ad oculos hoĩum qui Alexandriã nouerũt, profecto aut oẽs dicerent, nõ est ipsa, aut si dicerẽt, ipsa est, multũ mirarer, atq; intuens in aĩo meo ipsam. i. imaginẽ quasi picturã eius, ipsam t̃n esse nescirẽ, sed eis crederẽ qui visam tenerẽt. Non aũt ita quæro q̃d sit iustus, nec ita inuenio, nec ita intueor, cũ id eloquor, nec ita p̃bor cũ audior, nec ita probo cũ audio, quasi tale aliquid oculis viderim, aut vllo corporis sensu didicerim, aut ab eis qui ita didicissent audierim. Cum. n. dico & sciens dico, iustus est animus qui scientia atque ratione in vita ac moribus sua cuique distribuit, non aliquam rem absentẽ cogito, sicut Carthaginem, aut fingo vt possum sicut Alexandriam, siue ita sit siue non ita, sed præsens q̃ddam cerno, & cerno apud me, & si non sum ipse q̃d cerno, & multi qui audiunt approbabunt. Et q̃sq̃s me audit atq; scienter approbat, apud se & ipse hoc idem cernit, ẽt si nõ sit & ipse quod cernit. Iustus vero cum id dicit, id q̃d ipse est cernit & dicit. Et vbi ẽt ipse cernit, nisi apud seipsum? illud mirabile est, vt apud se anim9 videat q̃d alibi nusquã vidit, & verũ videat, & ipsum verũ. s. iustum aĩum videat, & sit ipse aĩus, & non sit iustus aĩus, quẽ apud seipsũ videt. Nũ est alius aĩus iustus in aĩo nondum iusto? Aut si nõ est quẽ ibi videt, cũ videt & dicit q̃d sit aĩus iustus, nec alibi q̃ in seipso videt, cum ipse nõ sit aĩus iustus? An illud q̃d I
videt, veritas est interior præsens animo qui eam valet intueri, neq; oẽs valent? Et qui intueri valent, hoc ẽt quod intuent̃ nõ omnes sunt, hoc est non sunt ẽt ipsi iusti animi, sicut p̃nt videre ac dicere, q̃d sit iustus aĩus. Quod vnde esse potuerunt, nisi inhærendo eidem ipsi formæ q̃ intuent̃ vt inde forment̃ & sint iusti animi, non t̃m cernentes aut dicentes iustum esse aĩum qui scientia atq; rõne in vita ac morib. sua cuiq; distribuit, sed ẽt vt ipsi iuste viuant, iusteq; morati sint, sua cuiq; distribuendo, vt nemini q̃cquam debeãt nisi vt inuicem diligant? Et vnde inhæret illi formæ, *Rom. 13.*
nisi amando? Cur ergo aliũ diligimus quem credimus iustum, & nõ diligimus ipsam formam, vbi videmus q̃d sit iustus animus, vt & nos iusti esse possimus? An vero nisi & istam diligeremus, nullo modo eum diligeremus quem diligimus ex ista, sed dum iusti non sumus, minus eam diligimus quàm vt iusti esse valeamus? Homo ergo qui credit iustus, ex K
ea forma, & veritate diligitur, quam cernit & intelligit apud se ille qui diligit, ipsa vero forma & veritas non est quomodo aliunde diligatur. Neque. n. inuenimus aliquid tale præter ipsam, vt eam cum incognita est credendo diligamus, ex eò q̃ iam tale aliquid nouimus. Quicquid. n. tale aliquid perspexe *1. sen. di.*
ris ipsa est, & non est q̃cquam tale, q̃m sola *27. c. con*
ipsa talis est, qualis ipsa est. Qui ergo amat *sequẽter.*
homines, aut quia iusti sunt, aut vt iusti sint amare debet, sic. n. & semetipsum amare debet, aut quia iustus est, aut vt iustus sit. Sic. n. diligit proximum tanquam seipsum sine vllo periculo. Qui enim aliter se diligit, iniuste *Mat. 22.*

se diligit, quoniam se ad hoc diligit vt sit iniustus. Ad hoc ergo vt sit malus, ac per hoc iam non se diligit. Qui.n. diligit iniquitatem, odit aiam suam. Quapp non est præcipue vi
*Psal. 10.* dendum in hac qone quæ de trinitate nobis
*De vera dilectiõe. Cap. 7.* est, & de cognoscẽdo Deo, nisi qd sit vera dilectio, immo vero qd sit dilectio. Ea quippe dilectio dicẽda est quę vera est, alioquin cupiditas est, atq; ita cupidi abusiue dñr diligere, quemadmodum cupere abusiue dñr, qui diligunt. Hæc est aũt vera dilectio vt inhærẽtes veritati iuste viuamus, & iõ cõtemnamus oĩa mortalia præ amore hoĩum, quo eos volumus iuste viuere. Ita.n. & mori pro fratribus vtiliter parati esse poterimus qđ nos dñs Ie-
*Mat. 22.* sus Christus exẽplo suo docuit. Cũ.n. duo pcepta sint in qb. tota lex pendet & Prophetę, dilectio Dei & dilectio proximi, nõ immeri
L to plerunq; scriptura pro vtroq; ponit. Siue
*Rom. 8.* tm̃ Dei, sicuti est illud, Scimus qm̃ diligẽtib. Deum oĩa cooperant̃ in bonum. & iterum, Quisquis aũt diligit Deũ hic cognitus est ab
*1. Cor. 8.* illo. & illud, Qm̃ charitas Dei diffusa est in
*Rom. 5.* cordib. nostris per spm̃ sanctum q datus est nobis. & alia multa, qa & qui diligit Deũ, cõsequens est vt faciat qđ præcipit Deus, & intm̃ diligit inquantum facit, consequens ergo est vt & proximum diligat, qa hoc præcepit Deus. Siue tm̃ proximi dilectionem scriptura commemorat, sicut est illud. Inuicẽ one-
*Galat. 6.* ra nostra portate, & sic adimplebitis legem
*Galat. 5.* Christi. & illud. Omnis.n. lex ĩ vno sermone implet̃, in eo q scriptum est, Diliges proxi-
*Mat. 7.* mũ tuum tanq̃ teipsum. & in Euãgelio, Oĩa quæcunq; vultis vt faciãt vobis hoĩes bona, ita & vos facite illis, hæc est.n. lex & Prophetæ. & pleraq; alia reperimus in literis sanctis:
*1. sen. di. 17. ca. ne aũt in re.* in qb. sola dilectio proximi ad perfectionẽ præcipi vr̃, & taceri de dilectione Dei, cui in vtroq; lex pendeat & Prophetæ. Sed & hoc
*1. Ioan. 4.* iõ, quia & qui proximum diligit, cõsequens
M est vt ipsam præcipue dilectionẽ diligat, Deus aũt dilectio est, & qui manet in dilectione in Deo manet. Consequẽs ergo est vt pręcipue Deum diligat. Quapp qui quærunt Deum p istas ptãtes, quæ mundo præsunt vel partib. mundi, auferuntur ab eo longeq; iactantur, non interuallis locorum, sed diuersitate affectuum. Exterius.n. conantur ire, & interiora sua deserunt quib interior est Deus. Itaque si aliquam ẽt sanctam ptãtem vel audierũt, vel vtcunq; cogitauerunt facta magis eius appetunt quæ humana mirat̃ infirmitas, non imitantur pietatem qua diuina requies comparãt. Malunt.n. superbe hoc posse qđ angelus, q̃ deuote hoc esse quod angelus. Non n. sanctus qsquam ptãte sua gaudet, sed eius a quo habet posse qcquid congruenter potest. Et nouit potentius esse coniungi oĩpotenti pia voluntate, quam propria voluntate posse quod contremiscant qui talia non possunt. Itaq; ipse dominus Iesus Christus talia faciens, vt mirantes doceret ampliora, & tpalibus insolitis intentos atq; suspẽsos ad æter-
na atq; interiora conuerteret, Venite, inquit, *Mat.*
ad me oẽs qui laboratis & onerati estis, & reficiã vos, tollite iugũ meũ super vos. Et nõ ait, discite à me quatriduanos mortuos suscitare, sed ait, Discite a me qm̃ mitis sum & hu-
milis corde. Potẽtior est.n. & tutior solidissi- A
ma humilitas, q̃ ventosissima celsitudo. Et iõ sequit̃, dicens. Et inuenietis requiem animabus vestris. Dilectio.n. non inflatur, & Deus
dilectio est, & fideles in dilectione acquie- *1. Co.*
scent illi, reuocati à strepitu qui foris est, ad gaudia silẽtij. Ecce Deus dilectio est, vt quid imus & currimus in sublimia cœlorum, & ima terrarum, quęrentes eum qui est apud nos, si nos velimus esse apud eum? Nemo dicat, non noui quid diligam. Diligat fratrem, & diliget eandem dilectionem. Magis nouit dilectionem qua diligit, q̃ fratrem quem diligit. Ecce iam potest notiorem Deum hẽre quam fratrem. Planè notiorem, qa pręsentiorem, notiorem, quia interiorem, notiorem, quia certiorẽ. Amplectere dilectionẽ Deũ, & dilectione amplectere Deum. Ipsa est dilectio quæ omnes bonos angelos, & omnes Dei seruos cõsociat vinculo sanctitatis, nosque & illos coniungit inuicem nobis, & sub iungit sibi: Quanto igitur saniores sumus à tumore superbiæ, tãto sumus dilectione ple-
niores. Et quo nisi Deo plenus est, qui plenus B
est dilectione? At enim charitatem video, & quantum possum eam mente conspicio, & credo scripture dicenti, Quoniam Deus charitas est, & qui manet in charitate, in Deo manet. Sed cum illam video, non in ea video trinitatem. Immò vero vides trinitatem, si charitatem vides. Sed commonebo si potero, vt videre te videas asit tantum ipsa, vt moueamur charitate ad aliquod bonum.

Quia

Quia cum diligimus charitatem, aliquid diligentem diligimus, pp hoc ipsum quia diligit aliquid. Ergo qd diligit charitas, vt posit etiam ipsa charitas diligi? Charitas.n.non est quę nihil diligit. Si aũt seipsam diligit, diligat aliqd oportet, vt charitatem se diligat. Sicut enim verbum indicat aliqd indicat ēt seipsũ: sed non se verbũ incidat, nisi se aliqd indicare incidet, sic & charitas diligit qdem se, sed nisi se aliqd diligentem diligat, non charitatem se diligit. Quid ergo diligit charitas, nisi qđ charitate diligimus? Id aũt vt a proximo prouehamur, frater est, Dilectionem autem

D fraternam quãtum commēdat Ioannes Apostolus attendamus. Qui diligit, inquit, fratrē suum, in lumine manet, & scandalum in eo non est. [1.Ioan.2] Manifestum est ꝙ iustitiæ perfectionem in fratris dilectione posuerit. nam ĩ quo [3.sen.di. 27.ca.ne m.]

A scādalum non est, vtiq; perfectus est. Et tñ vr̃ dilectionē Dei tacuisse, quod nunq̃ faceret, [1.Ioan.2] nisi qa in ipsa fraterna dilectione vult intelligi Deum. Apertissime.n.in eadem epistola paulopost ita dicit, Dilectissimi diligamus inuicem, quia dilectio ex Deo est, Et omnis qui diligit ex Deo natꝰ est, & cognoscit Deũ. Qui non diligit, non cognouit Deum, quia Deus dilectio est. Ista cõtextio satis aperteq; declarat, eandem ipsam fraternam dilectionem, nam fraterna dilectio est qua diligimus inuicem, nõ solum ex Deo, sed etiam Deum esse, q̃ videmus tanta authoritate prædicari. Cum ergo de dilectione diligimus fratrē, de Deo diligimus fratrē. Nec fieri potest vt eandem dilectionem non præcipue diligamus, qua fratrem diligimus. Vnde colligitur, duo illa præcepta non posse esse sine inuicem, qm̃ quippe Deus dilectio est, Deum certe diligit qui diligit dilectionem. Dilectionem autem necesse est vt diligat, qui diligit fratrem. Et ideo paulopost ait: Non potest Deum dilige

E re, quem non videt, qui fratrem quem videt

B non diligit, quia hæc illi causa est, non videndi Deum, ꝙ non diligit fratrem. [1.Ioan.4] [3.sen.di. 27.c.hic quæritur] Qui enim non diligit fratrem, non est in dilectione, & qui non est in dilectione, non est in Deo, qa Deus dilectio est. [3.sen.di. 27.ca.ne m.] Porrò qui non est in Deo, non est in lumine, quia Deus lumen est, & tenebræ in eo non sunt vllæ. [1.Ioan.4] Qui ergo non est in lumine, qnid mirum si non videt lumen.i. non videt Deum quia in tenebris est? Fratrē autem videt humano visu, quo videri Deus non potest. Sed si eum quem videt humano visu spiritali charitate diligeret: videret Deũ: [3.sen.di. 27.ca.hic quæritur] qui est ipsa charitas, visu interiore, quo videri potest. Itaq; qui fratrem quem videt non [1.Ioan.4] diligit, Deum quem ppea nõ videt, qa Deus dilectio est, qua caret qui fratrem nõ diligit, qũo potest diligere? Nec illa iã qõ moueat, [3.sen.di. 29.c. quorũ etiam.] quantum fratri charitatis debeamus impēdere, quantum Deo: incomparabiliter plusquã nobis Deo, fratri autem quantum nobisipsis. Nos autem ipsos tanto magis diligimus, quãto magis diligimus Deum. Ex vna igitur eademq; charitate Deum proximumq; diligimus, sed Deum propter Deum nos autem & F

proximum pp Deum. Quid.n.est quæso ꝙ [3.sen.di. 27.c.hic quæritur] exardescimus, cum audiuimus & legimus: Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc [Hões hominũ exẽplis magis accendimur.c.9.] dies salutis. nullam in quoquam dantes offensionem, vt non reprehendatꝰ ministerium nostrum, sed in omnib. commendantes nosmet ipsos vt Dei ministros, in multa patientia, in [1.Cor.6.] tribulationib. in necessitatib. in angustiis, in plagis, in carcerib. in seditionib. in laborib. in vigiliis, in ieiuniis, in castitate, in scientia, in lõganimitate, in bonitate: in spiritusancto, in charitate nõ ficta, in verbo veritatis, in virtute Dei, per arma iustitiæ, a dextris & sinistris, per gloriam & ignobilitatem, per infamiam & bonam famam, vt seductores & veraces, vt q ignoramur & cognoscimur, quasi morientes, & ecce viuimus, vt coerciti & nõ mortificati, vt tristes, semper autem gaudentes, sicut egeni multos autem ditãtes, tanquã nihil habentes, & omnia possidentes. Quid est enim quod accendimur in dilectionem Pauli Apostoli, cum ista legimus, nisi quòd credimus eum ita vixisse? Viuendum tamen sic esse Dei ministris, non de aliquibus auditum credimus, sed intus apud nos, vel potius supra nos in ipsa veritate conspicimus. Illũ G

ergo quem sic vixisse credimꝰ, ex hoc quod videmus diligimus. Et nisi hanc formam, quam semper stabilem atque incommutabilem cernimus, præcipue diligeremus, non ideo diligeremus illum, quia eius vitam, cũ in carne viueret, huic formæ coaptatam & congruentem fuisse, fide retinemus. Sed nescio quomodo amplius & in ipsius formæ charitatem excitamur, per fidem qua credimus vixisse sic aliquem, & spem qua nos quoq; ita posse viuere, qui homines sumus,

mus, ex eo φ aliqui homines ita uixerunt, minime desperamus, ut hoc & desideremus ardentius & fidētius precemur. Ita & ipsorū uitā facit a nobis diligi formæ illi⁹ dilectio, secundum q̃ uixisse credunt, & illorum uita credita, in eandē formā flagrantiorē excitat charitatē, ut quāto flagrātius diligimus Deū, tāto certius sereniusq; uideamus, q̄a in Deo cōspicimus incōmutabilē formā iustitię, s̄m quam hoīem uiuere oportere iudicamus. Valet ergo fides ad cognitionem & ad dilectionē Dei, non tanq̃ omnino incogniti, aut omnino nō dilecti, sed quo cognoscat manifestius, & quo firmius diligat. Quid est aūt dilectio uel charitas, q̃ tantopere scriptura diuina laudat & prædicat, nisi amor boni? Amor aūt alicuius amantis est, & amore aliq̄d amatur. Ecce tria sunt, amans, & quod amatur, & amor. Quid est ergo amor, nisi quædam uita duo aliqua copulans, uel copulare appetēs, amantē.s. & quod amatur? Et hoc etiā in externis carnalibusq; amorib. ita est, sed ut aliquid purius & liquidius hauriamus, calcata carne ascendamus ad aīum. Quid amat aīus in amico, nisi aīum? Et illic igitur tria sunt, amans, & quod amatur, & amor. Restat etiā hinc ascendere, & superius ista quærere, quā tūm homini datur. Sed hic paululum requiescat intentio, non ut se iam existimet inuenisse qđ quærit, sed sicut solet inueniri locus, ubi iā quærendū est aliquid, nondū illud inuentum est, sed iam inuentū est ubi quærat, ita hęc dixisse suffecerit, ut tanquam ab articulo alicuius exordij cætera contexamus.

H *Gradus ad amorē æternū. Cap. 10.*

## D. AVRELII AVGVSTINI De Trinitate.

## LIBER NONVS.

I *De trinitate q̃uo inquirendū. ca. 1.*



Rinitatem certe quærimus non quamlibet, sed illam trinitatē, quæ Deus est, uerusq; ac summus, ac solus Deus. Expecta ergo q̄squis hæc audis. Adhuc enim quærimus, & talia quærentem nemo iuste reprehendit, si tñ in fide firmissimus quærat, qđ aut nosse aut eloqui difficilimū est, Affirmantem uero cito iusteque reprehendit, quisquis melius uel uidet uel docet. Quærite, inquit, Deū, & uiuet anima uestra, Et ne quisquam tanquam apprehendisse temere gaudeat: Quærite, inquit, faciem eius semper. *Psal.* Et Apostolus: Siquis se, inquit, putat aliquid scire, nondum scit quemadmodum scire oporteat. Quisquis aūt diligit Deum, hic cognitus est ab illo. *1. Cor.* Nec sic q̄dem dixit: Cognouit illū, quæ periculosa præsumptio est, sed cognitus est ab illo. Sed & alibi cum dixisset. Nunc autem cognoscentes Deum, *Gal.* statim corrigens, immo cogniti, inq̄t à Deo, maximeq; illo loco: Fratres, inquit, ego me ipsum non arbitror apprehendisse, vnum autem, *Phil.* quæ retro oblitus, in ea quæ ante sunt extentus, secundum intentionem sequor ad palmam supernæ uocationis Dei in Christo Iesu. Quotquot ergo perfecti, hoc sapiam⁹. K Perfectionem in hac uita dicit, non aliud q̃ ea q̃ retro sunt obliuisci, & in ea quæ ante sunt extendi secundum intentionem. Tutissima est.n. quęrentis intentio, donec apprehēdat illud quo tendimus, & quo extendimur. Sed ea recta intentio est, quæ proficiscitur à fide. Certa.n. fides utcunque inchoat cognitionē: cognitio uero certa nō perficiet, nisi post hanc uitam, cum uidebimus facie ad faciem. *1. Cor.* Hoc ergo sapiamus, ut nouerimus tutiorem esse affectum uera quærendi, q̃ incognita pro cognitis præsumēdi. Sic ergo quæramus tanquā inuenturi, & sic inueniamus, tanquam quæsituri. Cum.n. cōsummauit homo, tunc incipit. *Eccl.* De credendis nulla infidelitate dubitemus, de intelligendis nulla temeritate affirmemus, in illis authoritas tenenda est, in his ueritas exquirenda. Quod ergo ad illam quæstionem attinet, credamus patrem & filium & spiritumsanctum esse unū Deū, uniuersę creaturæ conditorem atq; rectorē: nec patrē esse filiū, nec spiritumsanctum uel patrem esse uel filium, sed trinitatem relatarum ad inuicem personarum, & unitatem æqualis essentiæ. L Hoc autem quæramus intelligere, ab eo ipso quem intelligere uolumus auxilium precantes, & quantum tribuit quod intelligimus explicare, tanta cura & solicitudine pietatis, ut etiam si aliquid aliud pro alio dicimus, nihil tamen indignum dicamus. Vt si quid, uerbi gratia, de patre dicimus, quod patri proprie non conueniat, aut filio conueniat, aut spirituisancto, aut ipsi trinitati, & si quid de filio, quod filio proprie non congruat, saltem

tem

tem cōgruat patri, aut spiritui sancto, aut trinitati, itē si qd de spūsancto, quod proprietatem spūssancti non doceat, nō tñ alienū sit à patre aut à filio, aut ab vno de ipsa trinitate, veluti nūc cupimus videre vtrū illa excellētissima charitas proprie spūssanctus sit, qđ si nō est, aut pr̄ est charitas, aut filius, aut ipsa trinitas, qm̄ resistere nō possumus certissimę fidei, & validissimæ authoritati scripturæ di-

an.4 M cētis, Deus charitas est, nō tñ debemus deuiare sacrilego errore, vt aliqd de trinitate dicamus, qđ nō creatori, sed creaturæ potius cōueniat, aut inani cogitatione fingať. Quæ cū ita sint, attendamus ista tria, quæ inuenisse nobis videmur. Nondum de supernis loqmur, nōdū de Deo patre & filio & spūsancto, sed de hac impari imagine, attñ imagine, i. hoīe, familiarius. n. eam & facilius fortassis intueť mentis nostræ infirmitas. Ecce ego qui hoc quæro, cum aliquid amo tria sunt, ego, & qđ amo, & ipse amor. Non. n. amo amorem, nisi amātem amē: nā non est amor vbi nihil amatur, Tria ergo sunt. amans, & quod amať, & amor. Quod si non amē nisi meipsum nōne duo erunt, quod amo, & amor? Amans. n. & quod amať, hoc idem est, qñ se ipse amat: sicut amare & amari, eodē modo idipsum est, cum se quisq; amat. Eadē qppe res bis dr̄, cū dr̄, amat se, & amať à se. Tūc. n. non est aliud atq; aliud amare & amari, sicut nō est alius atq; alius, amans & amatus. At vero amor, & qđ amatur. ēt sic duo sunt. Non. n. cum qsq; se amat amor est, nisi cum amať ipse amor. Aliud est aūt amare se, aliud est amare amorem suum. Non. n. amatur amor, nisi iam aliquid amans, quia vbi nihil amatur, nullus est amor. Duo ergo sunt, cum se qsque amat, amor & quod amatur. Tunc. n. amans & qđ amať vnum est. Vnde vr̄ non esse cōsequens, vt vbicunq; amor fuerit, iam tria intelligant. Auferamus enim ab hac consideratione cæ-

A tera quæ multa sunt, qb. homo constat, atque vt hæc quę nunc requirimus, q̄tum in rebus possumus, liquido reperiamus, de sola mēte tractemus. Mens igitur cum amat seipsam, duo quædam ostendit, mentem & amorem. Quid est aūt amare se nisi sibi præsto esse velle ad fruendū se? Et cum tm̄ se vult esse, quantum est, par menti voluntas est, & amanti amor æqualis. Et si aliqua substātia est amor, non est vtique corpus sed spūs, nec mēs corpus, sed spūs est. Neque tñ amor & mēs duo spūs, sed vnus spūs, nec essentię duę, sed vna, & tñ duo quædā vnū sunt, amans & amor, siue sic dicas, quod amatur & amor. Et hęc qdem duo, relatiue ad inuicē dicuntur. Amās quippe ad amorē refertur, & amor ad amātem. Amans. n. aliquo amore amat, & amor alicuius amantis est. Mens vero & spūs non relatiue dn̄r, sed essentiam demonstrant. Nō

enim quia mēs & spūs alicuius hominis est, B ideo mens & spiritus manet. Retracto enim eo quod homo est, quod adiuncto corpore dicitur, mens & spiritus manet. Retracto autem amāte, nullus est amor, & retracto amore, nullus est amans, Ideoq; quantum ad inuicem referuntur, duo sunt. Quod autem ad seipsa dicuntur, & singula spūs, & simul vtrunque vnus spiritus, & singula mens, & simul vtrunque vna mens. Vbi ergo trinitas, attendamus quantum possumus, & inuocemus lucem sempiternam, vt illuminet tenebras nostras, & uideamus in nobis quantum sinimur imaginem Dei. *Simile simile nouit. ca. 3. 1. sen. di. 3. cap. & hæc tria.* Mens enim amare se ipsam non potest, nisi ēt se nouerit. nā qūo amat qđ nescit? Aut si quisquam dicit ex notitia generali vel speciali mentem credere se esse talem, quales alias experta est, & ideo amare seipsam, insipientissime loquitur. Vnde. n. mēs aliquam mentem nouit, si se nō nouit? Neque enim ut oculus corporis uidet alios oculos, & se non uidet: ita mens nouit alias mentes, & ignorat semetipsam. Per oculos enim corporis corpora uidemus, qa radios qui per eos emicant, & quicquid cernimus tangunt, refringere ac retorquere in ipsos non possumus, nisi cum specula intuemur. Quod subtilissime obscurissimeq; disseritur, donec apertissime demōstretur vel ita se rem habere, vel non ita. Sed quoquomodo se habeat vis qua ꝑ oculos cernimus, ipsam certe uim siue sint radij, siue aliud aliquid, oculis cernere non ualemus, C sed mēte quærimus, & si fieri potest, ēt hoc mente cōprehendimus. Mens ergo ipsa sicut corporearum rerum notitias per sensus corporis colligit, sic incorporearum rerum per semetipsam. Ergo & semetipsam per seipsam nouit, qm̄ est incorporea. nam si non se nouit, non se amat. Sicut autem duo quædam sunt, mens & amor eius, cum se amat: *Tria esse ī aīa quæ* ita quædam duo sunt, mens & notitia eius, cum se

*unt unũ mentẽ,& notitiam sui cũ amorẽ.c.4. 1.sen. di. 3. ca. põt etiam.*

se nouit. Igitur ipsa mens & amor & notitia eius, tria quædã sunt, & hæc tria vnum sunt, & cum perfecta sunt, æqualia sunt. Si. n. minus se amat q̃ est, vt verbi gratia tm̃ se amat hoĩs mens, quantum amandum est corpus hoĩs cum plus sit ipsa q̃ corpus, peccat, & non est perfectus amor eius. Item si amplius se amat q̃ est, velut si tm̃ se amet, quantũ amãdus est Deus, cum incomparabiliter minus

D sit ipsa q̃ Deus, etiam sic nimium peccat, & nõ perfectũ habet amorẽ sui. Maiore autem peruersitate & iniquitate peccat, cũ corpus tm̃ amat, quantum amandus est Deus. Item notitia si minor est, q̃ est illud quod noscit, & plene nosci põt, perfecta nõ est. Si aũt maior est iam superior est natura quę nouit, q̃ illa quæ nota est, sicut maior est notitia corporis, q̃ ipsum corpus quod ea notitia notũ est. Illa enim vita quædã est rõne cognoscentis, corpus aũt non est vita. Et vita quęlibet quolibet corpore maior est, nõ mole, sed vi. Mens vero cũ seipsam cognoscit, non se superat notitia sua, quia ipsa cognoscit, & ipsa cognoscit. Cũ ergo se totam cognoscit: neq; secum q̃cquã aliud, par illi est cognitio sua, quia neq; ex alia natura est eius cognitio, cũ seipsam cognoscit. Et cũ se totam nihil amplius percipit, nec minor nec maior est. Recte igit̃ diximus, hæc tria cũ p̃fecta sunt, esse

*1.sen. di. 3. c. sed iã*

cõsequenter æqualia. Simul ẽt admonemur, si vtcunq; videre possumus hæc in aĩa existere, & tanquã inuoluta euolui, vt sentiantur, & dinumerentur substantialiter, vel vt ita dicam, essentialiter, nõ tanq̃ in subiecto, vt color, aut figura in corpore, aut vlla alia qualitas aut quantitas. Quicquid. n. tale est non excedit subiectum in quo est. Non. n. color iste aut figura huius corporis potest esse & alterius corporis. Mens autẽ amore quo se amat potest amare & aliud præter se. Item non se solam cognoscit mens, sed & alia multa.

*1.sen. di. 3. c. sed iã*

Quamobrem non amor & cognitio tanquã

E in subiecto insunt menti, sed substantialiter etiam ista sunt sicut ipsa mens, quia etsi relatiue dicuntur ad inuicem, in sua tñ sint singula quæque substantia non sicut color & coloratum relatiue, ita dicuntur ad inuicem, vt color in subiecto colorato sit non habens in seipso propriam substantiam, quoniam coloratum corpus substantia est, ille autem in substantia sed sicut duo amici etiam duo sũt homines quæ sunt substantiæ, cum hoĩes nõ relatiue dicantur, amici autem relatiue. Sed item q̃uis substantia sit amans vel sciens, substantia sit scĩa, substantia sit amor, sed amans & amor, aut sciens & scientia relatiue ad se dicantur sicut amici. Mens vero aut spũs non sunt relatiua, sicut nec homines relatiua sũt, non tñ sicut amici homines p̃nt seorsum esse ab inuicem, sic amans & amor, aut sciens & scientia. Quanq̃ & amici corpore vident̃ F separari posse, non aĩo inquantũ amici sunt: veruntñ fieri potest, vt amicus amicũ ẽt odisse incipiat, & eoipso amicus esse desinat, nesciente illo, & adhuc amante. Amore autem quo se mens amat, si esse desinat, simul & illa desinit esse amans. Item notitia qua se mens nouit, si esse desinat, simul & illa nosse se desinet. Sicut caput capitati alicui⁹ vtiq; caput est, & relatiue ad se dñr quamuis etiam substantiæ sint. Nam & caput corpus est, & capitatum, & si non sit corpus, nec capitatum erit. Sed hæc præcisione ab inuicem separari p̃nt, illa nõ possunt. Quòd si sunt aliqua corpora, quę secari omnino & diuidi nequeũt, tñ nisi partib. suis constarent, corpora nõ essent, pars ergo ad totum relatiue dr̃, quia omnis pars alicuius totius pars est, & totum omnibus partibus totum est. Sed quoniã & pars corpus est & totum, non tantum ista relatiue dicuntur, sed ẽt substantialiter sunt. Fortassis ergo mens totũ est, & eius quasi partes amor quo se amat, & scientia qua se sciuit & nouit, quibus duabus partibus illud totum constat. An tres sunt æquales partes quibus totum vnum completur? Sed nulla pars totum: cuius pars est complectitur. Mens vero cum se totam nouit, hoc est perfecte nouit, per totum eius est notitia eius. Et cum se perfecte amat, totam se amat, & per totum est amor eius. Num ergo, sicut ex vino & aqua & melle vna fit potio & singula per totum sunt & tamẽ tria sunt? nulla enim pars est potionis, quæ non habeat hęc tria, non enim G iuncta velut si aqua & oleum essent, sed omnino commixta sunt, & substantia sunt omnes, & totus ille liquor vna quædam est ex tribus confecta substantia, tale aliquid arbitrandum est esse simul hæc tria, mentem, amorem, notitiam? Sed non vnius substantiæ sunt aqua, vinum, & mel, quamuis ex eorũ commixtione fiat vna substãtia potionis.

nis. Quomodo autem illa tria non sint eiuſ-
dē ſubſtātię, nō video, cum mēs ipſa ſe amet,
atq; ipſa ſe nouerit, atq; ita ſint hæc tria, vt
nō alteri alicui rerū mens vel amata vel nota
ſit. Vnius ergo eiuſdemq; eſſentię neceſſe eſt
hæc tria ſint, & iō ſi tanq̄ cōmixtione cōfu-
ſa eſſent nullo modo eſſēt tria nec referri ad
inuicem poſſent. Quemadmodum ſi ex vno
eodēq; auro tres annullos ſimiles facias: q̄uis
connexos, ſibi referunť adinuicem ꝙ ſimiles
ſunt, omnis.n. ſimilis alicui ſimilis eſt, & tri-
nitas annulorū eſt, & vnū aurū. At ſi miſceňť
ſibi, & per totam ſinguli maſſam ſuā cōſper-
ganť, intercidet illa trinitas, & oīno nō erit,
H ac non ſolū vnū aurū diceť, ſicut in illis trib.
*ũ vni* annulis dicebať, ſed iam nulla aurea tria. At
*.ca. 5.* in illis trib. cum ſe nouit mens & amat ſe, ma
net trinitas, mens amor notitia, & nulla com
mixtione confundiť, q̄uis & ſingula ſint in ſe
metipſis, & innicem tota in totis, ſiue ſingula
in binis, ſiue bina in ſingulis. Itaq; oīa in om
nib. Nam & mens eſt vtique in ſeipſa, quo-
niam ad ſeipſam mens dř, quamuis noſcens,
vel nota, vel noſcibilis ad ſuam notitiam re-
latiue dicať. Amans quoq; & amata vel ama
bilis ad amorem referať, quo ſe amat. Et no-
titia quamuis referať ad mentem cognoſcē-
tem vel cognitam, tñ & ad ſeipſam nota &
noſcens dř. Non.n. ſibi eſt incognita notitia,
qua ſe mens ipſa cognoſcit. Et amor quam-
uis referať ad mentem amantem, cuius amor
eſt, tñ & ad ſeipſum eſt amor, vt ſit etiam in
ſeipſo, quia & amor amať, nec alio niſi amo
re amari poteſt, i. ſeipſo. Ita ſunt hæc ſingula
in ſeipſis. In alternis autem ita ſunt, quia &
mens amans in amore eſt, & amor in aman-
*1. ſen. di.* tis notitia, & notitia in mente noſcente. Sin-
*3. c. ſunt.* gula in binis ita ſunt, quia mens quæ ſe no-
uit & amat, in amore & notitia ſua eſt, &
I amor amantis mentis, ſeſeq; ſcientis in mēte
notitiaq; eius eſt. Et notitia mentis ſe ſcientis
& amantis in mente atque in amore eius eſt,
quia ſcientē ſe amat & amantem ſe nouit. Ac
per hoc & bina in ſingulis, quia mens, quæ
ſe nouit & amat, cum ſua notitia eſt in amo-
re, & cū ſuo amore in notitia, amor quippe
ipſe & notitia ſimul ſunt in mente q̄ ſe amat
& nouit. Tota vero in totis quemadmodum
ſint iam ſupra oſtendimus, cum ſe tota mens
amat, & totam nouit, & totum amorem ſuū
nouit, totamque amat notitiam ſuam, qñ tria
iſta ad ſe ipſa perfecta ſunt. Miro itaq; modo
tria iſta ſeparabilia ſunt à ſemetipſis, & tñ eo *1. ſen. di.*
rum ſingulum quodq; ſubſtātia eſt, & ſimul *3. cap. &*
omnia vna ſubſtantia vel eſſentia, cū relatiue *hæc tria.*
dicanť adinuicem. Sed cū ſeipſam nouit hu-
mana mens & amat ſeipſam, non aliquid in- *Aliter ꝑ*
commutabile nouit & amat, aliterq; vnuſq̄ſ *ſenſus. ali*
que homo loquendo enunciat mentē ſuam, *ter incor*
q̄d in ſeipſo agať attendens, aliter aūt huma- *porea co-*
nam mentem ſpeciali aut gñali cognitione *gnoſci. c. 6*
definit. Itaq; cū mihi de ſua ꝓpria loquitur,
vtrum intelligat hoc aut illud, aut nō intelli-
gat, & vtrum velit aut nolit hoc aut illud, cre
do. Cū vero de humana ſpecialiter aut gñali
ter verū dicit agnoſco & approbo, Vnde ma
niſeſtū eſt aliud vnūquemq; videre in ſe, q̄đ K
ſibi alius dicenti credat, non tñ videat, aliud
aūt in ipſa veritate, q̄đ alius quoq; poſſit in-
tueri, quorū alterum mutari per tempora, al-
terum incommutabili æternitate conſicere.
Neque.n. oculis corporeis multa mentes vi-
dendo, per ſimilitudinem colligimus gene-
ralem vel ſpecialem mētis humanæ notitiā,
ſed intuemur iuiolabilem veritatem, ex qua
perfecte, quantum poſſumus definiamus, nō
qualis ſit vniuſcuiuſq; hominis mēs, ſed qua
lis eſſe ſempiternis rōnib. debeat. Vnde etiam
phantaſias rerum corporalium per corporis
ſenſum hauſtas, & quodammodo infuſas me
moriæ, ex quib. etiam ea quæ non viſa ſunt,
ficto phantaſmate cogitantur, ſiue aliter q̄
ſunt, ſiue fortuitu ſicuti ſunt, aliis omnino re
gulis ſupra mentem noſtram incommutabi-
liter manētibus, vel approbare apud noſmet
ipſos, vel improbare conuincimur, cum re-
cte aliquid approbamus aut improbamus.
Nam & cū recolo Carthaginis mœnia, quæ
vidi, & cum fingo Alexandriæ mœnia quæ
non vidi eaſdemq̄; imaginarias formas quaſ
dam quibuſdam, pręferens rationaliter præ-
fero, viget, & claret deſuper iudicium verita L
tis, ac ſui iuris incorruptiſsimis regulis firmū
eſt. Et ſi corporalium imaginum quaſi quo-
dam nubilo ſubtexitur, non tñ inuoluitur, at
que confundiť. Sed intereſt vtrū ego ſub illa
vel in illa caligine tanq̄ à cœlo perſpicuo ſe
cludar: an ſicut in altiſsimis montib. accidere
ſolet, inter vtrunq; aere libero fruens, & ſere
niſsimam lucem ſupra, & denſiſsimas nebu-
las ſubtus aſpiciam. Nā vnde in me fraterni
amoris inflammať ardor, cū audio virū ali-

quem

quē ꝓ fidei pulchritudine & firmitate acria tormenta tolerasse? Et si mihi digito ostendatur ipse homo studeo mihi coniungere, notum facere, amicitia colligare. Itaq; si facultas datur, accedo, alloquor, sermonē confero, affectum meũ in illum q̃b. verbis possum, exprimo vicissimq; in eo fieri quem in me habeat atq; exprimi volo spiritalemq; complexum credendo molior, q̃a peruestigare tam cito & cernere penitus eius interiora nō possum. amo itaq; fidelem & fortē virum amore casto atq; germano. Quod si mihi inter nostras loquelas fateatur, aut īcautius aliquo modo M sese indicet, ꝙ vel de Deo credat incōgrua, atque in illo quoq; carnale aliq̃d desideret, & pro tali errore illa pertulerit, vel speratæ pecuniæ cupiditate, vel īani auiditate laudis humanę, statim amor ille, quo in eũ ferebar offensus & quasi repercussus atq; ab īdigno hoīe ablatus, nō in ea forma ꝑmanet, ex qua eum talem credens amaueram. Nisi forte ad hoc amo iam, vt talis sit cum talem non esse comperero. At in illo hoīe nihil mutatũ est, mutari tñ pōt, vt fiat qđ eum iam esse credideram. In mēte aũt mea mutata est vtiq; ipsa existimatio, quæ de illo aliter se hēbat & aliter hēt: idemq; amor ab intentione perfruendi ad intētionē consulendi, incōmutabili desuper iustitia iubente deflexus est. Ipsa vero forma incōcussæ ac stabilis veritatis, & ī qua fruerer hoīe, bonum eum credens, & in qua eũ consulo vt bonus sit, eadē luce incorruptibilis syncerissimæq; rōnis, & meæ mentis aspectum, & illā phantasię nubē, q̃ desuper cerno, cum eũdē hoīem quē viderā cogito, imperturbabili æquitate perfundit. Item cũ arcũ pulchre ac æqualiter intortũ quē vidi, verbigratia, Carthagine, aīo reuoluo, res q̃dam menti nũciata ꝑ oculos, memoriæque transfusa, imaginarium conspectũ facit. Sed A aliud mente conspicio, ſm qđ mihi opus illud placet: vnde ēt si displiceret, corrigerē. Itaq; de istis ſm illam iudicamus, & illā cernimus rōnalis mentis intuitu. Ista vero aut ꝑsentia sensu corporis tangimus, aut imagines absentiũ fixas in memoria recordamur, aut ex earum similitudine talia fingimus: qualia nosipsi, si vellemus atque possumus, etiā opere moliremur. Aliter enim figurantes aīo imagines corporũ, aut per corpus corpora videntes, aliter aũt rōnes artemq; ineffabiliter pulcram talium figurarum super aciem mentis simplici intelligentia capientes. In illa igitur æterna veritate, ex qua temporalia facta sunt oīa, formam ſm q̃ sumus, & ſm q̃ vel in nobis, vel in corporib. vera & recta rōne aliq̃d operamur, visu mentis aspicimus, atque inde cōceptā rerũ veracē notitiam, tanq̃ verbum apud nos habemus, & dicendo intus gignimus, nec à nobis nascēdo discedit. Cum aũt ad alios loquimur, verbo intus manenti ministeriũ vocis adhibemus, aut alicuius signi corporalis, vt per quandam cōmemorationem sensibilem tale aliq̃d fiat ēt in B aīo audientis, quale de loquentis aīo non recedit. Nihil itaq; agimus per membra corporis in factis in dictisq; nostris, q̃b. vel approbenť vel improbenť, mores hominum, ꝙ nō verbo apud nos intus ædito præuenimus. Nemo.n. volens aliquid facit, qđ non in corde suo prius dixerit. Quod verbũ amore concipiť, siue creaturæ, siue creatoris, i. aut naturæ mutabilis aut incommutabilis veritatis. Ergo aut cupiditate, aut charitate, non quo non sit amanda creatura, sed si ad creatorem referť ille amor, nō iam cupiditas sed charitas erit. Tunc.n. est cupiditas cum ꝑꝑ se amatur creatura, tunc non vtentem adiuuat, sed corrumpit fruentem. Cum ergo aut par nobis, aut inferior creatura sit, inferiore vtēdum est ad Deũ, pari aũt fruendũ, sed in Deo. Sicut.n. te ipso, non in teipso frui debes, sed in eo qui fecit te, sic ēt illo quē diligis tanq̃ teipsum, & nobis ergo & fratrib. in dño fruamur, & inde nos nec ad nosmetipsos remittere, & quasi relaxare deorsum versus audeamꝰ. Nascitur autem verbum cũ excogitatum placet: aut ad peccandum aut ad recte faciendum. Verbum ergo nostrum & mentem de qua gignitur quasi medius amor coniungit, seque C cum eis tertium complexu incorporeo sine vlla confusione constringit. Conceptum aũt verbum & natum idipsum est, cum voluntas in ipsa notitia conquiescit, quod fit in amore spiritalium. Qui enim, verbigratia, perfecte nouit, perfecteq; amat iustitiā, iam iustus est, ēt si nulla existat secundũ eam forinsecus ꝑ membra corporis operandi necessitas. In amore aũt carnalium temporaliumq; rerũ, sicut in ipsis animalium fœtibus, alius est conceptus verbi, alius partus. Illic.n. quod cupiendo concipitur, adipiscendo nascitur.

Quoniam

*Verbum æternum verbo ... minis ... differat. Cap. 7.* — *Amor ... cupiditas ... Cap. ...* — *1. ... 2. ... autē Phil...* — *Qualis amor ... possessi est ...*

Qm̃ non sufficit auaritiæ nosse & amare aurũ, nisi & habeat, neq; nosse & amare vesci, aut cõcũbere, nisi etiã id agat, neq; nosse & amare honores & imperia, nisi proueniant. Quæ tamen omnia, nec adepta sufficiunt. Qui.n.biberit ex hac, inquit, aqua, sitiet iterũ. D Ideoq; & in Psalmo, Cõcepit, inquit, dolorẽ & peperit iniquitatẽ. Dolorẽ vel laborem dicit concipi, cũ ea concipiũtur quæ nosse ac velle nõ sufficit, & inardescit atq; ęgrotat animus indigentia: donec ad ea perueniat; & quasi pariat ea. Vñ eleganter in Latina lingua parta dicuntur & reperta atq; cõperta, quæ verba quasi à partu ducta resonãt. Quia concupiscẽtia cũ conceperit parit peccatũ. Vñ dñs clamat. Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis. Et alio loco, Væ prægnãtibus & mammantibus in illis dieb. Cũ itaque ad partũ verbi referret, omnia vel recta facta vel peccata, Ex ore, inquit, tuo iustificaberis & ex ore tuo condẽnaberis: os volens intelligi, non hoc visibile, sed interius inuisibile cogitationis, & cordis. Recte ergo quęritur, vtrum omnis notitia verbũ, an tãtum amata notitia. Nouimus enim & ea quæ odimus, Sed nec cõcepta, nec parta dicenda sunt animo, quę nobis displicent. Non enim omnia quæ quoquo modo tangunt concipiuntur: vt tantum nota sint, non tñ verba dicãtur, sicut ista de quibus nunc agimus. Aliter enim dicuntur verba q̃ spatia temporũ syllabis tenent, siue pronuncientur, siue cogitentur, aliter oẽ quod notũ est verbum dicitur, animo impressum quandiu de memoria proferri, & definiri põt, quanuis res ipsa displicet aliter cum placet quod mente cõcipit. E Secũdũ ꝙ genus verbi accipiendũ est quod ait Apostolus, Nemo dicit dñs Iesus, nisi in spiritusancto: cum secundũ aliã verbi notionẽ dicant hoc & illi de quibus ipse dominus ait. C Non omnis qui dicit mihi, dñe, dñe intrabit in regnum cęlorum. Veruntamen cum illa quæ odimus recte displicent, recteq; improbantur, approbatur eorũ improbatio, & placet & verbum est. Neq; vitiorũ notitia nobis displicet, sed ipsa vitia. Nam placet mihi q̃d noui & definio quid sit intemperantia, & hoc est verbũ eius: sicuti sunt in arte nota vitia, & recte approbatẽ eorũ notitia, cũ discernit cognitor speciẽ priuationemq; virtutis: sicut aiere & negare, esse & nõ esse: attamen virtute priuari atque in vitium deficere dãnabile est. Et definire intemperantiam, verbumque eius dicere pertinet ad artem morum, esse autem intemperantem ad id pertinet quod illa arte culpatur, Sicut nosse ac definire quid sit solęcismus, pertinet ad artem loquendi, facere autẽ vitiũ est, quod eadẽ arte reprehenditur. Verbum est igitur q̃d nũc discernere ac insinuare volumus, cum F amore notitia. Cũ itaq; se mens nouit & amat, iũgitur ei amore verbũ eius. Et quoniã amat notitiã, & nouit amorem, & verbũ in amore est, & amor in verbo, & vtrunque in amante atq; dicente. Sed omnis scd̃m speciẽ notitia similis est ei rei quam nouit. Est enim alia notitia secundum priuationem, quam cũ improbamus, loquimur. Et hæc priuationis improbatio speciẽ laudat, ideoq; approbatur. Habet ergo animus nonnullã speciei notæ similitudinẽ, siue cũ ea placet, siue cũ eius priuatio displicet. Quo circa inquãtum Deũ nouimus, similes sumus: sed non ad æqualitatẽ similes, q̃a non tñ eum nouimus, quantũ ipse se. Et quẽadmodũ cũ ꝑ sensum corporis discimus corporea, fit eorũ aliqua similitudo in aĩo nostro, q̃ phantasia memoriæ est, non.n. omnino ipsa corpora in anima sunt, cum ea cogitamus, sed eorũ similitudines. Itaq; cũ eas ꝓ illis approbamus, erramus: Error nanq; est pro alio alterius approbatio. Melior est tñ imaginatio corporis in aĩo, q̃ illa species corporis, inquantũ hęc in meliore natura est, idest in substantia vitali, sicuti animus est: ita cũ Deũ nouimus, quãuis meliores efficiamur quàm eramus anteq̃ G nossemus, maximeq; cũ eadẽ notitia etiam placita digneq; amata verbũ est, fitq; aliqua Dei similitudo illa notitia: tamẽ inferior est, quia in inferiore natura est. Creatura quippe animus, creator autem Deus. Ex quo colligitur, quia cũ se mẽs ipsa nouit atq; approbat, sic est eadẽ notitia verbum eius, vt ei sit par omnino & æquale atq; identidẽ: quia neque inferioris essentiæ notitia est, sicut corporis: neq; superioris, sicut Dei. Et cũ habeat notitia similitudinẽ ad eã rem quam nouit, hoc est cuius notitia est, hęc habet perfectã & æqualẽ, qua mens ipsa quæ nouit est nota. Ideoq; & imago & verbũ est, quia de illa exprimitur, cũ cognoscendo eidẽ coæquatur, & est gignenti æquale quod genitum est.

*Imago rei cognitæ in animo. Cap. 11.*

Quid ergo? amor non erit imago? non verbū? nō genitus? Cur enim mens notitiā suam gignit, cū nouit: & amorē suū nō gignit, cum se amat? Nam si propterea est notionis suæ causa quia noscibilis est: amoris etiā sui causa est, quia est amabilis. Cur vtrūq; itaq; nō genuerit difficile est dicere. Hæc enim quęstio etiam de ipsa summa Trinitate omnipotētißimo creatore Deo, ad cuius imaginem hō factus est, solet mouere homines, quos veritas Dei per humanam locutionē inuitat ad fidē. Cur non spiritus quoq; sanctus à patre Deo genitus vel creditur vel intelligitur, vt filius etiā ipse dicatur? Quod nunc in mente humana vtcunq; inuestigare conamur: vt ex inferiore imagine, in qua nobis familiarius natura ipsa nostra, quasi interrogata respondet, exercitatiorē mentis aciem ab illuminata creatura ad lumen incōmutabile dirigamus: si tamē veritas ipsa persuaserit, sicut Dei verbū filiū esse nullus Christianus dubitat, ita charitatē esse spiritum sanctum. Ergo ad imaginē illā, quæ creatura est, hoc est ad rationalē mentē diligentius de hac re interrogandā considerandamq; redeamus, vbi tēporaliter existens nonnullarū rerū notitia, quæ antea non erat, & aliquarum rerū amor, quę antea non amabātur, distinctius nobis aperit quid dicamus: quia & ipsi locutioni temporaliter dirigendæ, facilior est ad explicandū res, quæ in ordine temporū cōprehenditur.

*Cur sicut notitia mētis est proles nō et amor. partus eiusdē sit. Cap. 12. Gene. 1.*

H

Primo itaque manifestū sit, posse fieri, vt sit aliquid scibile, idest quod sciri poßit, & tamen nesciatur: illud autē fieri non posse, vt sciatur quod scibile no fuerit. Vnde liquido tenendū est, quod omnis res quācunque cognoscimus, congenerat in nobis notitiā sui.

*1. sen. di. 3. c. & ē ipsa mens.*

I

Ab vtroq; enim notitia paritur, à cognoscente, & cognito. Itaq; mens cum seipsam cognoscit, sola parens est notitię suæ: & cognitum enim & cognitor ipsa est. Erat autem sibi ipsa noscibilis, & antequā se nosset: sed notititia sui non erat in ea cū seipsam nō nouerat. Quod ergo cognoscit se, parē sibi notitiā sui gignit: quia nō minus se nouit q̄ est, nec alterius essentiæ est notitia eius, non solum quia ipsa nouit, sed etiam quia seipsam, sicut supra diximus. Quid ergo de amore dicendum est, cur non etiā cum se amat, ipsum quoque amorem sui genuisse videatur, Erat enim amabilis sibi, & antequam se amaret, quia poterat se amare: sicut erat sibi noscibilis, & antequam se nosset, quia poterat se nosse. Nam si non sibi esset noscibilis nūquā se nosse potuisset. Ita si non sibi esset amabilis, nunquā se amare potuisset. Cur itaq; amando se non genuisse dicatur amorē suū, sicut cognoscendo se genuit notitiam suā? In eo quidē manifeste ostenditur hoc amoris esse principiū, vnde procedit: ab ipsa quidē mente procedit, quæ sibi est amabilis antequā se amet: atq; ita principium est amoris sui, quo se amat.

K

Sed ideo non recte dicitur genitus ab ea sicut notitia sui qua se nouit, quia notitia iam inuentum est quod partum vel repertum dicitur, quod sæpe pręcedit inquisitio eo fine quietura. Nā inquisitio est appetitus inueniendi, quod idē valet si dicas reperiendi. Quæ autem reperiuntur, quasi pariuntur, vnde proli similia sunt. vbi nisi in ipsa notitia? Ibi enim quasi expressa formantur. Nā et si iā erant res quas quęrēdo inueniamus, notitia tamen ipsa nō erat, quā sicut prolem nascētem deputamus. Porro appetitus ille qui est in quærendo, procedit à quærente, & pēdet quodāmodo, neq; requiescit fine quo intenditur, nisi id quod quæritur inuentū, quęrenti copuletur. Qui appetitus, idest, inquisitio, quāuis amor esse nō videatur, quo id q̄d notū est amatur: hoc enim adhuc vt cognoscatur agitur: tamē ex eodē genere quiddam est. Nā voluntas iam dici potest, quia omnis qui quærit inuenire vult, & si id quæritur quod ad notitiā pertineat, omnis qui quærit nosse vult. Quod si ardenter atque instanter vult, studere dicitur, quod maxime in assequendis atq; adipiscendis quibusq; doctrinis dici solet.

L

Partū ergo mentis antecedit appetitus quidam, quo id quod nosse volumus quærendo & inueniendo, nascitur proles ipsa notitia: ac per hoc appetitus ille cōcipitur pariturq; notitia, partus & proles recte dici non pōt. Idēq; appetitus quo inhiatur rei cognoscēdæ, fit amor cognitę, dū tenet atq; amplectitur placitā prolē, idest notitiā, gignentiq; cōiungit. Et est quędā imago trinitatis: ipsa mēs & notitia eius, quod est proles eius ac de seipsa verbum eius, & amor tertius, & hæc tria vnum atq; vna substantia. Nec minor proles, dum tantam se nouit mens quanta est. nec minor amor, dum tantum se diligit quantum nouit & quanta est.





## D. AVRELII AVGVSTINI De Trinitate.

## LIBER DECIMVS.

Nil amari nisi omnino cogni. c. 1.

NVnc ad ea ipsa cõsequenter enodatius explicanda limatior accedat intentio. Ac primũ quia rem prorsum ignotam amare omnino nullus põt, diligenter intuendũ est cuiusmodi sit amor studentiũ, i. non iã scientiũ, sed adhuc scire cupientium quanq; doctrinam. Et in his quippe rebus in quibus non vsitate dr̃ studium, solent existere amores ex auditu, dũ cuiusq; pulchritudi- M nis fama ad videndum ac fruendũ animus accenditur, quia generaliter nouit corporum pulchritudines, ex eo ꝙ plurimas vidit, & inest intrinsecus vnde approbetur, cui forinsecus inhiatur. Quod cum fit, non rei penitus incognitæ amor excitatur, cuius genus ita notum est. Cũ aũt virum bonũ amamus, cuius faciem non vidimus, ex notitia virtutũ amamus, quas nouimus in ipsa veritate. Ad doctrinas autem cognoscendas plerunque nos laudantiũ atq; prædicantiũ accendit authoritas: & tñ nisi breuiter impressam cuiusq; doctrinæ haberemus in animo notionẽ, nullo ad eã discendã studio flagraremus. Quis. n. sciendæ, verbi gratia, Rhetoricæ vllam curã & operam impenderet, nisi ante sciret eam dicendi esse scientiam? Aliqñ ẽt ipsarum doctrinarũ fines auditos expertosve miramur, & ex hoc inardescimus facultatẽ comparare discendo, qua ad eos peruenire possimus. L Tanquã si literas nescienti dicatur quandam esse doctrinã, qua quisq; valeat quamuis longe absenti verba mittere manu facta in silentio quæ rursus ille cui mittuntur, non aurib. sed oculis colligat, idq; fieri uideat, nonne dũ concupiscit nosse quo id possit, omni studio circa illũ finem mouetur, quẽ iã notũ tenet? Sic accendunt̃ studia discẽtiũ, nã ꝙ quisque prorsus ignorat, amare nullo pacto põt. A Ita etiam signum si quis audiat incognitum, veluti verbi alicuius sonũ, quo quid significetur ignorat, cupit scire quidnã sit, i. sonus ille, cui rei cõmemorandæ institutus sit: uelu ti si audiat cum dr̃ temetũ, & ignorans quid sit, requirat. Iam itaq; oportet ut nouerit signũ esse, i. non esse inanẽ illã vocem, sed aliquid ea significari: alioquin iã notũ est hoc trisyllabũ, & articulatã speciẽ suam impressit animo per sensum auriũ. Quid amplius in eo requiritur, quo magis innotescat, cuius oẽs literæ omniaq; soni spatia nota sunt: nisi quia simul innotuit signũ esse, mouitq; sciendi cupiditatẽ, cuius rei signũ sit? Quo igitur amplius notũ est, sed nõ plene notum est, eo cupit animus de illo nosse ꝙ reliquum est. Si. n. tantũmodo esse istã uocẽ nosset, eamq; alicuius rei signũ esse non nosset, nihil iam q̃reret de sensibili re, quantũ poterat sentiendo percepta. Quia uero non solũ esse uocẽ, sed & signũ esse iam nouit perfecte id nosse uult. Neque ullũ perfecte signũ noscitur, nisi cuius rei signũ sit, cognoscatur. Hoc ergo q̃ ardenti cura q̃rit ut nouerit, studioq; accensus insistit, nõ põt dici esse sine amore. Quid igitur amat? Certe. n. amari aliquid nisi notũ nõ põt. Neque. n. ille istas tres syllabas amat, quas iã notas habet. Quod si hoc in eis amat, quia scit eas significare aliquid, nõ inde nũc agitur, non. n. hoc nosse q̃rit. Sed in eo quod scire studet, quid amet inquirimus, ꝙ profecto nondũ nouit: & propterea miramur cur amet, qñ firmissime nouimus amari, nisi nota non posse. Quid ergo amat, nisi quia nouit atque intuetur in rationibus rerum, quæ sit pulchritudo doctrinæ, qua continentur notitiæ signorum omniũ: & quæ sit utilitas in ea peritia, qua inter se humana societas sensa cõmunicat, ne sibi hominum cœtus deteriores sint quamuis solitudine, si cogitationes suas colloquendo non misceant? Hanc ergo speciem decoram, & utilem cernit anima, & nouit & amat: eamq; in se perfici studet quantum potest, quisquis uocum significantium quæcunque ignorat, inquirit. Aliud est enim quod eam in ueritatis luce conspicit, aliud quod in sua facultate concupiscit. Conspicit nanq; in luce ueritatis q̃ magnum, & quam C bonum sit omnes omnium gentium linguas intelligere ac loqui, nullamque ut alienigenam audire, & à nullo ita audiri. Cuius notitiæ decus cogitatione iã cernitur, amaturq; res nota, quæ ita cõspicitur, atq; inflammat studia discentium, ut circa eam moueantur, eiq; inhient in omni opera, quam impendũt consequendæ tali facultati, ut etiam usu amplectantur quod ratione prænoscunt: atque ita quisque, cui facultati spe propinquat, ei

feruentius amore inardeſcit. Eis doctrinis q̃ p pe ſtudetur vehementius, quæ capi poſſe nõ deſperantur. Nã cuius rei adipiſcendæ ſpem quiſq; non gerit, aut tepide amat, aut omnino non amat, quamuis q̃ pulchra ſit videat. Quocirca quia omniũ linguarum ſcientia ſe rè ab omnib. deſperatur, ſuæ gentis quiſque maxime ſtudet, vt nouerit. Quod ſi & illi ad perfectũ percipiendæ ſe non ſufficere ſentit, nemo tñ tã deſidioſus eſt huius notitiæ, qui non cum audierit incognitũ verbũ, velit noſ

D ſe quid illud ſit, & ſi poteſt, quærat ac diſcat. Quod dũ quærit vtiq; in ſtudio diſcendi eſt, & vr̃ amare rem incognitam, ꝙ non ita eſt. Species nãq; illa tangit animum quam nouit & cogitat, in qua elucet decus conſociando rum animorum in vocibus notis audiendis, atque reddendis, eaq; accendit ſtudio quærẽtem quidem ꝙ ignorat, ſed notam formam, quo id pertineat, intuentem & amantẽ. Itaq; ſi quærenti, verbi gratia, quid ſit temetũ, hoc enim exẽpli cauſa poſueram, dicatur, quid ad te pertinet, reſpondebit, ne forte audiam loquentẽ, & non intelligam: aut vſpiam forte id legam & quid ſcriptor ſenſerit neſciam. quis tandẽ huic dicat noli intelligere quod audis, noli noſſe quod legis? Omnibus. n. ferè animis rationalibus in promptu eſt ad videndum huius peritiæ pulchritudo, qua hominum inter ſe cogitata, ſignificantium vocum enunciatione noſcũtur: propter hoc notum decus, & ob hoc amatum quia notũ, ſtudioſe quæritur verbũ illud ignotum. Itaq; cum audierit atq; cognouerit temetũ à veteribus vinum appellatũ, ſed iã ex vſu loquendi quẽ nunc habemus hoc vocabulũ emortuũ, propter nonnullos fortaſſe veterum libros ſibi neceſſarium deputabit. Si aũt & illos ſuperuacaneos habet, forte iam nec dignum ꝙ memoriæ cõmendet exiſtimat, quia videt ad illã ſpeciem doctrinæ quã notam mẽte intuetur atque amat, minime pertinere. Quamobrem omnis amor ſtudentis animi, hoc eſt volẽtis ſcire quod neſcit, non eſt amor eius rei quã neſcit, ſed eius quã ſcit ꝑꝑ quã vult ſcire ꝙ

E neſcit, aut ſi tã curioſus eſt, vt nõ ꝑꝑ cauſam aliam notam, ſed ſolo amore rapiatur incognita ſciendi, diſcernendus quidem eſt à ſtudioſi nomine iſte curioſus, ſed nec ipſe amat incognita, imo congruentius dr̃, odit incognita, quæ nulla eſſe vult, dũ vult omnia eſſe cognita. Sed ne quiſquã nobis difficiliorem referat qõnem, aſſerens tam non poſſe quenquam odiſſe ꝙ neſcit, q̃ non poteſt amare ꝙ

F neſcit, nõ reſiſtimus verbis, ſed intelligendũ eſt, non hoc idem dici cum dr̃, amat ſcire incognita, ac ſi diceretur, amat incognita. Illud enim fieri poteſt, vt amet quiſque ſcire incognita: vt aũt amet incognita non poteſt. Non enim fruſtra ibi eſt poſitũ ſcire: Qm̃ qui ſcire amat incognita, non ipſa incognita, ſed ipſum ſcire amat. Quod niſi haberet cognitũ, neq; ſcire ſe quicquã poſſet fidenter dicere, neq; neſcire. Non ſolum. n. qui dicit ſcio, & verum dicit neceſſe eſt, vt quid ſit ſcire ſciat: ſed ẽt qui dicit neſcio, idq; fidẽter & verum dicit, & ſcit verũ ſe dicere, ſcit vtiq; quid ſit ſcire, quia & diſcernit ab ſciente neſcientem cũ veraciter ſe intuens dicit neſcio. & cum ipſe ſcit ſe verum dicere, vnde ſciret, ſi quid ſit ſcire, neſciret? Quilibet igitur ſtudioſus, quilibet curioſus non amat incognita, ẽt cum ardentiſsimo appetitu inſtat ſcire ꝙ neſcit. Aut enim iam genere notũ habet, ꝙ amat, idque noſſe expetit, etiã in aliqua re ſingula, vel in ſingulis rebus quæ illi nondum notæ forte laudantur fingitq; animo imaginariam formam qua excitetur in amorem. Vnde autem fingit, niſi ex ijs quæ iam nouerat? Cui tñ formæ animo figuratæ atq; in cogitatione notiſſimæ, ſi eam quæ laudabatur diſsimilem inuenerit, fortaſſe non amabit. Quod ſi amauerit, ex illo amare incipiet ex quo didicit. Pauloante quippe alia erat quæ amabatur, quã ſibi animus formans exhibere conſueuerat. Si autem illæ formæ ſimilem inuenerit quam fama prædicauerat, cui vere poſsit dicere, iam te amabam, nec tunc vtiq; amabat incognitam, quã in illa ſimilitudine nouerat. Aut in ſpecie ſempiternæ rationis videmus aliquid, & ibi amamus, ꝙ cũ expreſſum in aliqua rei temporalis effigie, illis qui experti ſunt laudantib. & amamus & credimus, non aliquid amamus incognitum, vnde iã ſupra ſatis diſ-

G ſeruimus: aut aliquid notum amamus, propter quod ignotum aliquid quærimus: cuius ignoti amor nequaquam nos tenet, ſed illius cogniti, quo pertinere nouimus, vt illud etiã ꝙ adhuc ignotũ quærimus nouerimus: ſicut de incognito verbo pauloante locutus ſum. Aut ipſum ſcire quiſq; amat, ꝙ nulli ſcire aliquid cupienti eſſe incognitum põt. His cauſis

*Supra eodem.*

*Al. l. Temetum vinum eſt ab aliquis dictum.*

*Quo mã amat ſe ipſam incognitã quia ſe ſcit. Cap. 3.*

*Nemo proprie amat incognita.*

sis videntur amare incognita, q̃ scire aliquid volunt qđ nesciunt, & pp ardẽtiorẽ quærẽ-
H di appetitũ sine amore eẽ dici non possunt. Sed q̃ se res aliter habeat, nec omnino quicquã amet incognitũ, arbitror me persuasisse verum diligenter intuentibus. Sed quia exẽpla q̃ dedimus eorũ sunt q̃ aliquid ꝙ ipsi nõ sunt nosse cupiũt, vidẽdũ est, ne forte aliqđ nouum genus appareat cũ seipsa mens nosse desiderat. Quid ergo amat mens, cũ ardenter seipsam quærit vt nouerit, dũ incognita sibi est? Ecce enim mẽs semetipsam quærit, vt nouerit, & inflammatur hoc studio. Amat igit. Sed q̃d amat? Seipsam? Quomodo, cũ se nõdũ nouerit, nec quisquã possit amare quod nescit? An ei fama prædicauit speciem suã, sicut de absentibus solemus audire? Forte ergo se non amat, sed quod de se fingit hoc amat, longe fortasse aliud quã ipsa est, aut si se mens sui similẽ fingit, & ideo cũ hoc figmẽtum amat, se amat antequã nouerit, quia id ꝙ sui simile est intuet. nouit igitur alias mentes ex quib. se fingat, & gñe ipso sibi nota ẽ. Cur ergo cũ alias mentes nouit, se nõ nouit cũ seipsa nihil possit eẽ præsentius? Quod si oculis corporis magis alij oculi noti sunt, q̃ ipsi sibi, non se ergo quærat nunquã inuentu-
I ra. Nunquã.n.se oculi præter specula viderunt. Nec ullo mõ putãdũ est etiam rebus incorporeis cõtẽplãdis tale aliquid adhiberi, ut mẽs tanquam in speculo se nouerit. An in ratione ueritatis æternavidet q̃ speciosum sit nosse semetipsam, & hoc amat quod uidet, studetq; in se fieri: quia quãuis sibi nota non sit, notũ tamen ei est quam bonum sit ut sibi nota sit. Et hoc quidẽ permirabile est, nondũ se nosse, & quã pulchrũ sit se nosse, iam nosse. An aliquem finẽ optimũ, idest, securitatem & beatitudinẽ suam uidet, per quandã occultam memoriã, q̃ in longinqua eã progressam nõ deseruit, & credit ad eundẽ finẽ, nisi seipsam cognouerit, se peruenire nõ posse? Ita dum illud amat, hoc quærit: & notum amat illud, propter quod quærit ignotũ. Sed cur memoria beatitudinis suæ potuit & memoria sui cum ea perdurare non potuit, ut tã se nosset quæ uult peruenire, q̃ nouit illud quo uult peruenire? An cũ se nosse amat, non se quam nondum nouit, sed ipsum nosse amat, acerbiusque tolerat seipsam deesse sciẽtiæ suæ, qua uult cuncta comprehendere? No-

*Quomo mẽs amat seipsam incognitã sibi. Cap.3.*

uit autem quid sit nosse, & dũ hoc amat qđ nouit etiã se cupit nosse. Vbi ergo nosse suũ nouit, si se nõn nouit? nã nouit ꝙ alia nouerit, se aũt nõ nouerit: hinc enim nouit & q̃d sit nosse. Quo pacto igitur se aliquid scientẽ scit, q̃ seipsam nescit? neq;.n.alterã mentem scientẽ scit, sed seipsam. Scit igitur seipsam. Deinde cum se quærit ut nouerit, quærẽtem se iã nouit. Iam se ergo nouit. Quapropter non potest omnino nescire se, quæ dum se nescientẽ scit, se utiq; scit: si autẽ se nescientẽ nesciat non se quærit ut sciat. Quapropter eoipso quo se quærit magis se sibi notã quã ignotã esse conuincitur. Nouit.n.se quærentem atq; nescientẽ, dũ se quærit ut nouerit. Quid ergo dicemus? An quod ex parte se nouit, ex parte non nouit? Sed absurdũ est dicere, nõ eã totã scire ꝙ scit. Nõ dico totũ scit, sed ꝙ scit, tota scit. Cũ itaq; aliquid de se scit quod nisi tota nõ põt, totã se scit. Sit autẽ se aliquid scientẽ, nec potest quicquã scire nisi tota. Scit se igitur totã. Deinde quid eius tã notũ est q̃ se uiuere? Non potest autẽ & mẽs esse, & nõ uiuere, quando habet etiam amplius ut intelligat, nã & animæ bestiarũ uiuunt, sed non intelligunt. Sicut ergo mẽs tota est, sic tota uiuit. Nouit autem uiuere se.

*Argumẽtaturq̃uo mens ex parte sibi sit nota. Cap.4.*

L Totam se igitur nouit. Postremo cũ se nosse mens quærit, mentẽ se eẽ iã nouit: alioquin utrũ se quærat ignorat, & aliud pro alio forsitan quærat. Fieri enim potest ut ipsa nõ sit mens atque ita dum mentẽ nosse quærit, nõ seipsam quærit. Quapropter quoniam cum quærit mens quid sit mens, nouit quod se q̃rat, profecto nouit quod ipsa sit mens. Porro si hoc in se nouit quod mens est, & tota mens est, totã se nouit. Sed ecce non se nouerit esse mentem, cum autem se quærit, hoc tantummodo nouerit quod se quærat. Potest enim etiam sic aliud pro alio quærere, si hoc nescit: ut autem non quærat aliud pro alio, proculdubio nouit quid quærat. At si nouit q̃d quærat, & seipsam quærit, seipsam utique nouit. Quid ergo adhuc quærit? quod si ex parte se nouit, ex parte autem adhuc quærit, non seipsam, sed partem suam quærit. Cum enim ea ipsa dicitur, tota dicitur. Deinde q̃a nouit nondum se à se inuentam totam, nouit quanta sit tota. Atque ita quærit quod deest, quemadmodum solemus quærere, ut ueniat in mentem quod excidit, nec tamen M

penitus excidit, quia potest recognosci, cum venerit hoc esse quod quærebatur. Sed quomodo mens veniat in mentem, quasi possit mens in mente non esse. huc accedit, quia si parte inuenta, non se totā quærit, tñ tota se quærit. Tota ergo sibi præsto est, & quid adhuc quæratur non est: hoc enim deest quod quæritur, non illa quę quærit. Cum itaq; tota se quærit, nihil eius deest: aut si non tota se quęrit sed pars quæ inuenta est quærit partē quæ nondum inuenta est, non se ergo mens quærit, cuius se nulla pars quærit: pars enim quæ inuenta est, non se quærit. pars autē quæ nondum inuenta est, nec ipsa se quęrit, quoniam ab ea quæ iam inuenta est parte quæritur. Quocirca quia nec tota se mens quærit, nec pars eius vlla se quærit, se mens omnino nō quærit. Vt quid ergo ei præceptū est, vt seipsam cognoscat? Credo vt seipsam cogitet, vt secundum naturam suam viuat, idest vt secundū naturam suam ordinari appetat, sub eo scilicet cui subdēda est, supra ea quibus præponenda est: sub illo à quo regi debet, supra ea quæ regere debet. Multa enim per cupiditatem prauā tanq̃ sui sit oblita, sic agit. Videt enim quædā intrinsecus pulchra, in p̄stantiore natura quæ Deus est. Et cum instare debeat vt eis fruatur, volens ea sibi tribuere, & non ex illo similis illius, sed ex seipsa esse quod ille est, auertitur ab eo, mouetur q; & labit̄ in minus, & minus, ꝙ putatur amplius & amplius, quia nec ipsa sibi, nec ei quicq̃ sufficit recedenti ab illo qui solus sufficit. Ideoq; per egestatē ac difficultatem fit nimis intēta in actiones suas, & inquietas delectationes quas per eas colligit: atq; ita cupiditate acquirēdi notitias ex ijs q̄ foris sūt, quorū cognitū genus amat, & sentit amitti posse nisi impensa cura teneat, perditq; securitatē, tātoq; seipsam minus cogitat, quanto magis secura est, quod se non possit amittere. Ita cū aliud sit non se nosse, aliud nō se cogitare. Neq; n. multarū doctrinarū peritum, ignorare Grammaticā dicimus cum eam nō cogitat, quia de medicinæ arte, tunc cogitat. Cū ergo aliud sit nō se nosse, aliud nō se cogitare, tāta vis est amoris, vt ea quæ cū amore diu cogitauerit, eisq; cura glutino inhęserit, attrahat secū etiā cū ad se cogitandā quodāmodo redit. Et quia illa corpora sunt quę foris per sensus carnis adamauit, eorumque diuturna quadā familiaritate implicata est, nec secū potest intror sum tanquā in regionem incorporeę naturę ipsa corpora inferre, imagines eorū conuoluit, & rapit, factas in semetipsa de semetipsa. Dat enim eis formandis quiddam substantiæ suę, seruat autē aliquid quo libere de specie taliū imaginū iudicet, & hoc est magis mens, idest, rationalis intelligentia, quæ seruatur vt iudicet. Nā illas animæ partes quæ corporū similitudinibus informantur, etiā cum bestijs nos cōmunes habere sentimus. Errat autē mens, cū se istis imaginibus tanto amore coniungit. vt etiam se esse aliquid huiusmodi existimet. Ita enim cōformat̄ eis quodāmodo, non id existendo sed putando, non quo se imaginē putet sed omnino illud ipsum cuius imaginem secum habet. Viget quippe in ea iudiciū discernēdi corpus quod foris relinquit, ab imagine quam de illo secū gerit, nisi cum ita exprimuntur eadē imagines tanquam foris sentiantur, non intus cogitentur, sicut dormientibus, aut furentibus, aut in aliqua exstasi accidere solet. Cum itaq; se tale aliquid putat, corpus esse se putat. Et quia sibi bene cōscia est principatus sui quo corpus regit, hinc factū est vt quidā quærerent quid corporis amplius valet in corpore, & hoc esse mentem, vel omnino totam animam existimarent, vt Empedocles & Ericates opinati sunt. Itaque alij sanguinē, alij cerebrum, alij cor, nō sicut scriptura dicit, Cōfitebor tibi dñe in toto corde meo: Et, Diliges dñm Deum tuū ex toto corde tuo, Hoc enim abutendo vel transferendo vocabulum ducitur à corpore ad animā, sed ipsam omnino particulā corporis quā in visceribus dilaniatis videmus, eā esse putauerūt. Alij ex minutissimis indiuiduisq; corpusculis quas atomos dicunt, concurrentibus in se atque cohęrentibus, eam confici crediderunt. Alij aerē, alij ignem substantiā eius esse dixerunt. Alij eam nullam esse substantiam, quia nisi corpus nullam substantiam poterant cogitare, & eam corpus esse non inueniebant, sed ipsam temperationem corporis nostri vel cōpagem primordiorū, quibus ista caro tanquā connectitur, esse opinati sunt. Et hi omnes eam mortalem esse senserunt, quia siue corpus esset, siue aliqua compositio corporis, non posset vtiq; immortaliter ꝑmanere. Qui vero eius substan-

tiam

*Animus ad incorporeorū amorē excitandus. Cap. 5.*

*Imag... tio fal... Cap. 6.*

*Erro... nioni... anim... Cap.*

*Psal... no. & Deut. Mat.*

*Infra Cap.*

tiam vitã quandam nequaq̃ corpoream, qñquidem vitã omne viuũ corpus animantem ac viuificantẽ esse repererunt, consequenter & immortalẽ, quia vita carere vita non põt, vt quisq; potuit probare conati sunt. Nam de quinto illo nescio quo corpore, ꝙ notissimis quatuor huius mundi elementis quidam coniungentes, hinc animã esse dixerunt, hoc loco diu disserendũ non puto. Aut.n. hoc vocant corpus ꝙ nos, cuius in loci spatio pars

E toto minor est, & in illis annumerandi sunt qui mentẽ corporeã esse crediderunt: aut si vel omnẽ substantiã, vel oẽm mutabilẽ substantiã corpus appellant, cũ sciant non omnẽ locorũ spatijs aliqua lõgitudine & latitudine & altitudine contineri, nõ cũ eis de vocabuli qõne pugnandũ est. In his omnib. sententijs quisquis videt mentis naturam & esse substantiã & non esse corporeã, i. non minore sui parte minus occupare loci spatiũ maiusq; maiore, simul oportet videat eos qui opinantur esse corporeã, non ob hoc errare ꝙ mens desit eorũ notitiæ, sed ꝙ adiungunt ea, sine quib. nullã possunt cogitare naturã. Sine phantasijs.n. corporũ quicquid nisi fuerint cogitare, nihil omnino esse arbitrantur. Ideoq; non se tanquã sibi desit mens, requirat. Quid.n. tã cognitioni adest, q̃ id ꝙ menti adest? aut quid tam menti adest, q̃ ipsa mens? *Inuenire quid.* Vnde & ipsa quæ appellatur inuentio, si uerbi originem retractemus, quid aliud resonat nisi quia inuenire est in id uenire ꝙ quærit? propterea quę quasi vltro in mentẽ ueniunt, non usitate dicuntur inuenta, quãuis cognita dici possint, quia non in ea quærendo tendebamus ut in ea ueniremus, hoc est ea inueniremus. Quapropter sicut ea quæ oculis, aut ullo alio corporis sensu requirunt, ipsa mẽs quærit, ipsa enim ẽt sensum carnis intendit, tunc aũt inuenit, cũ in ea quæ requirũtur idẽ sensus venit: Sic alia, q̃ non corporeo sensu

F internuncio, sed per seipsam nosse debet, cũ in ea uenit, inuenit: aut in superiore substantia, i. in Deo, aut in cęteris animæ partib. sicut de ipsis imaginib. corporũ cum iudicat, intus.n. in anima eas inuenit per corpus impressas. *Animus à sensibilibus abducens. c.8.* Ergo se ipsam quemadmodũ quærat & inueniat, mirabilis quæstio est, quo tẽdat, vt q̃rat, aut quo ueniat, ut inueniat: Quid.n. tam in mente quam mens est? Sed quia in ijs est q̃ cũ amore cogitat, sensibilib. aũt, i. corporalibus cũ amore assuefacta est, non ualet sine imaginibus eorũ esse in semetipsa. Hinc ei oboritur erroris dedecus, dum rerũ sensarum imagines secernere à se non potest, ut se solam uideat. Cohæserunt.n. mirabiliter glutino amoris, & hæc est eius immunditia, q̃m dũ se solã nititur cogitare, hoc se putat esse sine quo se non põt cogitare. Cum igitur ei

G præcipitur, ut seipsam cognoscat, non se tanquam sibi detracta sit quærat, sed id quod sibi addidit detrahat. Interior est enim ipsa, nõ solum quam ista sensibilia quæ manifeste foris sunt, sed ẽt quam imagines eorum quæ in parte quadã sunt animæ, quam habent & bestiæ, quãuis intelligentia careant, q̃ mentis est propria. Cum ergo sit mens interior quodam modo exit à semetipsa, cum in hæc quasi uestigia multarum intentionũ exerit amoris affectum. Quę uestigia tanquam imprimũtur memoriæ, qñ hæc quæ foris sunt corporalia sentiuntur, ut ẽt cum absunt ista, præsto sint tñ imagines eorum cogitantibus. Cognoscat ergo semetipsam, nec quasi absentem se quærat, sed intentionẽ volũtatis qua per alia uagabatur statuat in semetipsam, & se cogitet. Ita uidebit ꝙ nunquã se non amauerit, nũquam nescierit: sed aliud secum amando cũ eo se confudit & concreuit quodammodo, atq; ita dum sicut unum diuersa complectitur, unũ putauit esse, q̃ diuersa sunt. *Mens ut est, ita se nouit. c.9.* Non itaque uelut absentem se quærat cernere, sed p̃sentem se curet discernere. Nec se quasi non norit cognoscat, sed ab eo quo alterum nouit dignoscat. Ipsum enim ꝙ audit, cognosce teipsam, quomodo agere curabit, si nescit, aut quid sit cognosce, aut quid sit teipsam? Si autem utrunque nouit, nouit & seipsam, quia non ita dicitur menti cognosce teipsã, sicut dicitur, cognosce cherubin aut seraphin. De absentibus.n. illis credimus secundũ ꝙ cęlestes quædam potestates esse prædicantur. Neque sicut dr̃, cognosce uoluntatẽ

H illius hominis, q̃ nobis nec ad sentiendum ullo modo, nec ad intelligendũ præsto est, nisi corporalib. signis editis, & hoc ita ut magis credamus q̃ intelligamus. Neque ita ut dr̃ homini, uide faciem tuam, ꝙ nisi in speculo fieri non potest. Nã & ipsa nostra facies absens ab aspectu nostro est, quia non ibi est quo ille dirigi potest. Sed cum dicitur mẽti, cognosce teipsam, eo ictu quo intelligit ꝙ dictum

est, teipsam, cognoscit seipsam, nec ob aliud quã eo quo sibi præsens est. Si aũt ꝙ dictum est non intelligit, non vtiq; facit. hoc igitur ei præcipitur vt faciat, ꝙ cum ipsum præceptũ intelligit, facit. Non ergo adiungat aliud I ad id, ꝙ seipsam cognoscit, cũ audit vt seipsam cognoscat. Certe.n.nouit sibi dici, sibi, s. quæ est, & viuit, & intelligit. Sed est & cadauer, viuit & pecus? intelligit aũt nec cadauer nec pecus. Sic ergo se esse & viuere scit, quo est, & viuit intelligentia. Cũ ergo, verbi gratia, mens aerẽ se putat, aerẽ intelligere putat, se tñ intelligere scit: aerem aũt se esse nõ scit, sed putat. Secernat ꝙ se putat, cernat ꝙ scit, hoc ei remaneat. Vnde ne illi quidẽ dubitauerunt, qui aliud atq; aliud corpus esse mentem putauerunt. Neque.n.omnis mens aerẽ se esse existimat, sed aliæ ignẽ, aliæ cerebrũ, aliæq; aliud corpus, & aliud aliæ, sicut supra cõmemoraui: omnes tñ se intelligere nouerunt & esse & viuere: sed intelligere ad id ꝙ intelligunt referunt, esse autem & viuere ad seipsas. Et nulli est dubium, nec quenquã intelligere qui non viuat, nec quenquam viuere qui non sit. Ergo consequenter & esse & viuere id ꝙ intelligit, non sicuti est cadauer quod non viuit, nec sicuti viuit anima quæ non intelligit, sed proprio eodemq; præstantiore modo. Item velle se sciunt, neque hoc posse quenquã qui non sit & qui non viuat pariter sciuntur. Itẽq; ipsam voluntatẽ referunt ad aliquid ꝙ ea voluntate volunt. Meminisse ẽt se sciunt, simulq; sciunt ꝙ nemo meminisset nisi esset ac viueret. Sed & ipsam memoriam referimus ad aliquid ꝙ ea meminimus. Duobus igitur horũ trium, memoria & intelligẽtia multarum rerũ notitia atq; scientia continentur. Voluntas aũt adest, per quã fruamur eis vel vtamur. Fruimur.n.cognitis in quibus voluntas ipsis propter seipsa delectata conquiescit: vtimur vero eis quæ ad illud referimus quo fruendum est. Nec est alia vita hominum vitiosa atq; culpabilis q̃ male vtens & male fruens. De qua re non est nunc disserendi locus. K Sed qm̃ de natura mentis agitur, remoueamus à cõsideratione nostra omnes notitias quę capiuntur extrinsecus per sensus corporis, & ea q̃ posuimus omnes mẽtes de seipsis nosse certasq; esse diligentius attendamus. Vtrũ.n.aeris sit vis viuendi, reminiscendi, intelligendi, volendi, cogitandi, sciendi, iudicandi, an ignis, an cerebri, an sanguinis, an atomorũ, an præter vsitata quatuor elemẽta, quinti nescio cuius corporis, an ipsius carnis nostræ cõpago, vel tẽperamentũ hæc efficere valeat, dubitauerunt homines: & alius hoc, alius aliud affirmare conatus est. L Viuere se tñ & meminisse, & intelligere, & velle, & cogitare, & scire, & iudicare quis dubitet? Qñquidem ẽt si dubitat viuit, si dubitat vnde dubitet meminit, si dubitat dubitare se intelligit, si dubitat certus esse vult, si dubitat cogitat, si dubitat scit se nescire, si dubitat iudicat non se temere cõsentire oportere. Quisquis igitur aliunde dubitat de his omnib. dubitare non debet, quæ si non essent, de vlla re dubitare non posset. Hæc omnia qui vel corpus vel cõpositionẽ seu temperationẽ corporis esse mentẽ putant, in subiecto esse volunt videri, vt substãtia sit aer, vel ignis, siue aliquod aliud corpus, ꝙ mentẽ putant: intelligentia vero ita insit huic corpori, sicut qualitas eius; vt illud subiectum sit, hæc in subiecto: subiectum, s. mens quam corpus esse arbitrantur, in subiecto aũt intelligentia, siue quid aliud eorũ quæ certa nobis esse cõmemorauimus. Iuxta opinantur ẽt illi qui mentem ipsam negant esse corpus, sed cõpaginem aut tẽperationẽ corporis. Hoc.n.interest, ꝙ illi mentẽ ipsam dicunt esse, substantiam, in quo subiecto sit intelligentia: isti aũt ipsam mentem in subiecto esse dicunt, corpore, s. cuius cõpositio vel temperatio est. Vnde consequenter ẽt intelligentiam quid aliud q̃ in eodem subiecto corpore existimant? Qui omnes nõ aduertunt, mentem nosse se ẽt cum quęrit se sicut iam ostendimus. Nullo modo autem recte dr̃ sciri aliqua res, dũ eius ignoratur substantia. Quapropter cũ se mens nouit, substãtiam suam nouit, & cũ de se certa est, de substantia sua certa est. Certa est aũt de se, sicut conuincunt ea quæ supra dicta sunt. Nec omnino certa est, vtrum aer, an ignis sit, an aliquod corpus, vel aliquid corporis. Non est igitur aliquid eorum. M Totumq; illud ꝙ se iubetur vt nouerit, ad hoc pertinet vt certa sit, non se esse aliquid eorum de quibus incerta est, idq; solum esse se certa sit, quod solũ esse se certa est. Sic.n.cogitat ignem aut aerem, & quicquid aliud corporis cogitat. Neque vllo modo fieri posset vt ita cogitaret id ꝙ ipsa est, quemadmodũ cogitat id ꝙ ipsa non est.

*Mẽs quo intelligit quid non sit. c. 10.*

*1. sem di. 1. c. hic cõsiderãdũ, & c. ad ergo, & ca. hæc ergo.*

est. Per phantasiam quippe imaginariam cogitat hæc omuia, siue ignem, siue aerem, siue illud, vel illud corpus, partemve vllam, siue cōpaginem temperationemq; corporis, nec vtique ista omnia, sed aliquid horum esse dr̄. Si quid autem horum esset, aliter id q̄ cętera cogitaret, non, s. per imaginale figmentum, sicut cogitantur absentia, quæ sensu corporis tacta sunt, siue omnino ipsa, siue eiusdem generis aliqua, sed quadā interiore, non simulata, sed vera præsentia. Non. n. quicquam

A illi est seipsa præsentius, sicut cogitat viuere se & meminisse & intelligere & velle se. Nouit. n. hæc in se, nec imaginatur quasi extra se illa sensu tetigerit, sicut corporalia quæq; tangūtur. Ex quorum cogitationibus si nihil sibi affingat, vt tale aliquid esse se putet, quicquid ei de se remanet, hoc solum ipsa est. Remotis igitur paulisper cęteris, quorum mēs de seipsa certa est: tria hæc potissimum considerata tractemus memoriam, intelligentiā, voluntatem. In his. n. tribus inspici solent ēt ingenia paruulorum cuiusmodi præferāt indolem. Quanto quippe tenacius & facilius puer meminit, quantoq; acutius intelligit & studet ardentius, tanto est laudabilioris ingenij. Cū vero de cuiusque doctrina quæritur: nō quanta firmitate ac facilitate meminerit, vel quanto acumine intelligat, sed quid meminerit, & quid intelligat quæritur. Et quia non tantum q̄ doctus sit consideratur laudabilis animus, sed etiam q̄ bonus, non tantum quod meminerit & quod intelligat, verumetiam quid velit attenditur: non quanta flagrantia velit, sed quid velit prius deinde quā tum velit. Tunc. n. laudandus est animus vehementer amans, cūm id quod amat vehementer amandū est. Cum ergo dicuntur hæc tria ingenium, doctrina, vsus: primum horū consideratur in illis tribus, ꝙ possit quisque memoria, & intelligentia, & voluntate. Secundum eorum consideratur, quid habebat quisque in memoria, & intelligentia, quo studio

B sa voluntate peruenerit. Iam vero vsus tertius in voluntate est pertractante illa quæ in memoria & intelligentia continentur, siue ad aliquid ea referat, siue eorum fine delectata conquiescat. Vti. n. est assumere aliquid in facultatem voluntatis: frui est autem, vti cum gaudio, non adhuc spei, sed iam rei. Proinde omnis q̄ fruitur, vtitur: assumit. n. aliquid in facultatem voluntatis, cū fine delectationis. Non aūt omnis qui vtitur, fruitur: sed id ꝙ in facultatem voluntatis assumit, non ꝑꝑ illud ipsum, sed ꝑꝑ aliud appetit. Hæc igitur tria, memoria, intelligentia, uoluntas, qm̄ nō sunt tres vitæ, sed una uita, nec tres mentes, sed una mens, cōsequenter utiq; nec tres substantiæ sunt, sed una substātia. Memoria quippe ꝙ uita & mens & substātia dr̄, ad seipsam dr̄. Quod uero memoria dr̄, ad aliquid relatiue dr̄. Hoc de intelligentia quoque, & de C uoluntate dixerim. Et intelligentia quippe & uoluntas, ad aliquid dicuntur. Vita est autem unaquæque ad seipsam, & mens, & essentia. Quocirca tria hæc eo sunt vnū, quo una uita, una mens, una essentia. Et quicquid aliud ad seipsa singula dicuntur, ēt simul non pluraliter, sed singulariter dicuntur. Eo uero tria quo ad se inuicem referuntur, quæ si æqualia non essent, nō solum singula singulis, sed ēt omnibus singula, non utique se inuicem caperent. Neque. n. tātum à singulis singula, uerumetiā à singulis omnia capiuntur. Memini. n. me habere memoriam, & intelligentiam & voluntatem, & intelligo me intelligere & uelle atq; meminisse, & uolo me uelle, & meminisse, & intelligere, totamq; meā memoriam & intelligentiam & uoluntatem simul memini. Quod. n. memoriæ meæ non memini, non est in memoria mea. Nihil autem tam in memoria, q̄ ipsa memoria est. Totam igitur memini. Item quicquid intelligo intelligere me scio, & scio me uelle quicq̄d uolo. Quicquid autem scio memini. Totam igitur intelligentiam, totamque uoluntatem meam memini. Similiter cū hæc tria intelligo, tota simul intelligo. Neque. n. quicquam intelligibilium non intelligo, nisi quod ignoro. Quod autem ignoro, nec memini nec uolo. Quicquid itaque intelligibilium non intelligo, consequenter etiam nō memini nec uolo. Quicquid autē intelligibiliū memini & uolo, consequenter intelligo. Voluntas ēt mea totam intelligentiam totamq; memoriam meam capit, dum toto vtor ꝙ intelligo & memini. Quapropter qn̄ inuicem à singulis, & tota omnia capiuntur æqualia sunt tota singula totis singulis, & tota singula simul omnibus totis, & hæc tria unum, una uita, una mens, una essentia. Iam ne igitur ascendendum est qualibuscunq; intentionis viribus

D

bus

*...sigia ...e tri... ...is in ...ma. ...11.*

*...sen. di. ...c. notā- ...ū vero.*

*1. sen. di. 3. c. nunc vero.*

*1. sen. di. 3. c. æqualia etiam.*

*1. sen. di. 3. c. totaque meā.*

*1. sen. di. 3. c. similiter cum hæc.*

*1. sen. di. 3. c. voluntas mea, & c. hic attendendum.*

*Aīæ aliquid accidit tēpore non Deo.*

bus ad illam summam & altissimam essentiam, cuius impar imago est humana mens, sed tñ imago: an adhuc eadē tria distinctius declaranda sunt in anima, per illa quæ extrinsecus sensu corporis capimus, vbi temporaliter imprimitur rerum corporearum notitia? Mentem quippe ipsam in memoria & intelligentia & voluntate suimetipsius talem reperiebamus, vt quoniam semper se nosse semperq; seipsam velle comprehendebatur, simul etiam semper sui meminisse, semperq; seipsam intelligere & amare comprehenderetur, quamuis nō semper se cogitare discretam ab eis quæ non sunt quod ipsa est: ac per hoc difficile in ea dignoscitur memoria sui, & intelligentia sui. Quasi non sint hæc duo, sed vnum duobus vocabulis appelletur, sic apparet in ea re vbi valde ista cōiuncta sunt, & aliud alio nullo præceditur tempore, amorq; ipse non ita sentitur esse, cum eum nō prodit indigentia, quoniam non semper præsto est quod amatur. Quapropter etiam tardioribus dilucescere hæc possunt, dum ea tractantur quæ ad animam tempore accedunt, & quæ illi temporaliter accidunt, cum meminit ꝙ antea non meminerat, & cum videt quod antea non videbat, & cum amat ꝙ antea non amabat. Sed aliud hæc tractatio iā poscit exordium, ꝑꝑ huius libelli modum.

Cap. 12.

E

## D. AVRELII AVGVSTINI De Trinitate.

## LIBER VNDECIMVS.



Nemini dubium est, sicut interiorem hominem intelligētia sic exteriorem sensu corporis ꝓditum. Nitamur igitur si possumus in hoc quoque exteriore indagare qualecunq; vestigiū Trinitatis, non quia & ipse eodem modo sit imago Dei. Manifesta est quippe Apostolica snia, quæ interiorem hominem renouari Dei agnitione declarat secūdū imaginem eius qui creauit eū, cum & alio loco dicat. Et si exterior homo noster corrūpitur, tñ interior renouatur de die in diem: In hoc ergo qui corrūpitur, q̄ramus quemadmodū possumus quandam Trinitatis effigiem, & si nō expressiorem, tñ fortassis ad dignoscendū faciliorem. Neque.n. frustra & iste homo dr̄, nisi quia inest ei nōnulla interioris similitudo, & illo ipso ordine conditionis nostræ quo mortales atq; carnales effecti sumus, facilius & quasi familiarius visibilia q̄ intelligibilia pertractamus. Cum ista sint exterius, illa interius, & ista sensu corporis sentiamus, illa mente intelligamus, nosq; ipsi animi non sensibiles simus, i. corpora, sed intelligibiles, q̄m vita sumus: tñ vt dixi, tanta facta est in corporibus consuetudo, & ita in hæc miro modo relabēs foras se nostra proiecit intentio, vt cum ab incerto corporum ablata fuerit, vt in spiritū multo certiore ac stabiliore cognitione figatur, refugiat ad ista, & ibi appetat requiem vnde traxit infirmitatem. Cuius ægritudini cōgruē dum est, vt si q̄n interiora spiritalia accōmodatius distinguere atq; facilius insinuare conamur, de corporalibus exterioribus similitudinum documenta capiamus. Sensu igitur corporis exterior homo præditus, sensit corpora, & iste sensus ꝙ facile aduertitur quinquepertitus est, videndo, audiendo, olfaciendo, gustando, tangendo. Sed & multum est & non necessarium, vt omnes hos quinque sensus id quod quærimus interrogemus. Quod enim nobis vnus eorū renunciat, ēt in cęteris valet. Itaque potissimum testimonio vtamur oculorum. Is.n. sensus corporis maxime excellit, & est visioni mentis pro sui generis diuersitate vicinior. Cū igitur aliquod corpus videmus, hæc tria quod facillimum est consideranda sunt & dignoscēda. Primo ipsa res quam videmus, siue lapidem, siue aliquā flāmam, siue quid aliud ꝙ videri oculis potest, ꝙ vtiq; iam esse poterat, & antequam videretur. Deinde visio q̄ non erat priusquā rem illā obiectā sensui sentiremus. Tertio ꝙ in ea re quæ videtur quādiu videtur sensum detinet oculorum, idest animi intētio. In his igitur tribus, non solum est manifesta distinctio, sed etiam discreta natura. Primū quippe illud corpus visibile longe alterius naturæ est q̄ sensus oculorum, quo sibimet incidente fit visio. Ipsaq; visio quid aliud q̄ sensus ex ea re quæ sentitur informatus appareret? Quamuis re visibili detracta nulla sit, nec vlla omnino esse posit talis visio, si corpus non sit, quod videri queat. Nullo modo tamen eiusdem substātiæ est corpus quo formatur sensus oculorum, cum idē corpus videtur,

Vestigiū trinitatis ēt in corpore. c. I.

F

Col. 3.

I. cor. 4.

G

Vestig. Trinit. omnium su corporis. c. 2.

H

dētur,

detur, & ipsa forma q̃ ab eodẽ imprimitur sensui, quę visio vocatur. Corpus enim visũ in sua natura separabile est: sensus autem qui iam erat in animante, eius priusquã videret quod videre posset cũ in aliquid visibile in-
I currerret, vel visio quę fit in sensu ex visibili corpore cũ iam cõiunctũ est & videtur. Sensus ergo vel visio, idest, sensus formatus extrinsecus, ad animantis naturam pertinet omnino aliam q̃ est illud corpus quod videndo sentimus. quo sensus non ita formatur vt sensus sit, sed vt visio sit. Nam sensus & ante obiectum rei visibilis nisi esset in nobis, nõ distaremus à cęcis, dũ nihil videmus siue in tenebris, siue clausis luminibus. Hoc autẽ distamus, qđ nobis inest & non videntibus quo videre posimus qui sensus vocatur, illis vero non inest. Nec aliunde nisi quod eo carẽt cęci appellantur. Itemq; illa animi intentio quæ in ea re quã videmus sensum tenet atq; vtrunq; coniungit, non tantũ ab ea re visibili natura differt, quandoquidem iste animus illud corpus est, sed ab ipso quoq; sensu atq; visione, quoniam solius animi est hęc intentio: Sensus autem oculorum nõ ob aliud sensus corporis dicitur, nisi quia & ipsi oculi membra sunt corporis. Et quamuis nõ sentiat corpus exanime, anima tamen commixtã corpori per instrumentũ sentit corporeũ, & idem instrumentum sensus vocatur. Qui etiam pasione corporis cum quisq; excęcatur interceptus extinguitur, cum idẽ maneat animus, & eius intentio, luminibus amisis, non habeat quidem sensum corporis quem
K videndo extrinsecus corpori adiungat, atq; in eo viso figat aspectũ, visu tñ ipso indicet se adempto corporis sensu, nec perire potuisse, nec minui. Manet enim quidam videndi appetitus integer, siue id posit fieri, siue nõ posit. Hæc igitur tria corpus quod videt̃, & ipsa visio, & quę vtrunq; coniungit intentio, manifesta sunt ad dignoscendũ, non solũ propter propria singulorũ, verumetiã propter differentiã naturarũ. Atq; in his cũ sensus non procedat ex corpore illo quod videtur, sed ex corpore sentientis animantis, cui anima suo quodam miro modo cõtemperatur, tamen ex corpore quod videtur gignitur visio, idest sensus ipse formatur: vt iã non tantum sensus qui etiam in tenebris esse integer potest, dum est incolumitas oculorũ, sed etiam sensus informatus sit, q̃ visio vocatur. Gignitur ergo ex re visibili visio, sed non ex sola, nisi assit & videns. Quocirca ex visibili & vidente gignitur visio, ita sanè vt ex vidente sit sensus oculorũ, & aspicientis atq; intuentis intentio, Illa tamen informatio sensus, quę visio dicitur à solo imprimatur corpore quod videtur, idest, à re aliqua visibili: qua detracta, nulla remanet forma quę inerat sensui, dũ adesset illud quod videbatur: sensus tamen ipse remanet qui erat & priusquã aliquid sentiretur: velut in aqua vestigium tandiu est, donec ipsum corpus ꝙ imprimit̃ inest: quo ablato nullũ erit, cũ remaneat aqua quę erat, & antequam illã formam corporis caperet. Ideoq; nõ possumus quidẽ dicere quod sensum gignat res visibilis, gignit tamẽ formam velut similitudinem suã, quę fit in sensu, cũ aliquid videndo sentimus. Sed corporis formã qua videm⁹, & forma quę ab illa in sensu vidẽtis fit per eundẽ sensum, non discernimus, quoniã tanta cõiunctio est, vt non pateat discernẽdi locus. Sed ratione colligimus nequaq̃ non potuisse sentire, nisi fieret in sensu nostro aliqua similitudo conspecti corporis. Neq; enim cũ annulus cerę imprimitur, ideo nulla imago facta est, quia non discernitur, nisi cũ fuerit saparata. Sed quoniã post ceram separatam manet quod factũ est vt videri posit, propterea facile persuadetur, ꝙ inerat iã cerę forma impressa ex annulo, & antequã ab illa separaretur. Si aũt liquido humori adiungeret̃ annulus, eo detracto nihil imaginis appareret. Nec ideo tamẽ discernere ratio nõ deberet, fuisse in illo humore antequã detraheretur, annuli formã factã ex annulo, quę distinguenda est ab ea forma quę in annulo est, vnde ista facta est, quę detracto annulo non erit, quamuis illa in annulo maneat vnde ista facta est. Sic sensus oculorũ, nõ ideo non habet imaginem corporis quod videtur quandiu videtur, q̃a eo detracto non remanet. Ac per hoc tardioribus ingenijs, difficillime ꝑsuaderi põt, formari in sensu nostro imaginẽ rei visibilis, cũ eã videmus, & eandẽ formã esse visionẽ. Sed qui forte aduertērint quod cõmemorabo, nõ ita in hac inquisitione laborabunt. Plerunq; cũ diu scule attẽderimus quęq; luminaria, & inde oculos clauserimus, quasi versant̃ in cõspectu quidam

L, M [right-margin section letters beside the lines "tur corpore quod videtur…" and "ma impressa ex annulo…"]

dam lucidi colores varie sese commutantes, & minus minusq; fulgentes donec omnino desistant. Quas intelligendũ est reliquias esse formæ illiusq̃ facta erat in sensu, cũ corpus lucidũ videretur paulatimq; & quodammodo gradatim deficiendo variari. Nã & infertarum fenestrarum cãcelli, si eos forte intuebamur, sæpe in illis apparuere coloribus vt manifestum sit hanc effectionẽ nostro sensui ex ea re quæ videbat̃ impressam. Erat ergo ẽt cũ videremus, & illa erat clarior & expressior sed multũ cõmũcta cũ specie ei rei eius quæ cernebatur, vt discerni omnino nõ posset & ipsa erat visio. Quinetiam cũ lucernæ flamma modo quodã diuaricatis radijs oculorũ quasi geminatur, duæ visiones fiunt, cũ sit res vna quæ videtur. Sigillatim quippe afficiũtur ijdem radij de suo quisq; oculo emicantes, dum nõ sinuntur in illud corpus intuendum pariter coniunctẽq; cõcurrere, vt vnus fiat ex utroq; contuitus. Et ideo si vnũ oculum clauserimus, non geminum ignem, sed sicuti est vnum videbimus. Cui aũt sinistro clauso illa species d̃sinit videri q̃ ad dextrũ erat, vicissimq; dextro clauso illa intermoritur q̃ ad sinistrũ erat, & longũ est & rei præsenti nõ necessariũ modo quærere atque disserere. Quod.n. ad susceptã q̃stionẽ satis est, nisi fieret in sensu nostro quędã imago simillima rei eius quam cernimus, non secundũ oculorũ numerũ flammæ species geminaretur, cũ quidã cernendi modus adhibitus fuerit, q̃ posit concursum separare radiorũ. Ex vno q̃ppe oculo quolibet mõ deducto aut impresso aut intorto, si alter clausus est dupliciter videri aliquid quod sit vnũ nullo pacto potest. Quæ cũ ita sint, tria hæc quãuis diuersa natura queẽadmodũ in quandam vnitatẽ cõtemperẽtur meminerimus; i. species corporis quæ videtur, & impressa eius imago sensui quod est visio, sensusve formatus, & voluntas animi quę rei sensibili sensum admouet, in eoq; ipsam visionẽ tenet. Horũ primũ. i. res ipsa visibilis nõ pertinet ad animãtis naturã, nisi cũ corpus nostrũ cernimus. Alterum autẽ ita pertinet, vt & in corpore fiat, & per corpus in anima: fit enim in sensu, qui neq; sine corpore est, neq; sine anima. Tertiũ vero solius animæ est, quia voluntas est. Cum igitur horum trium tam diuersę substãtiæ sint, tñ in tãtam coeunt vnitatem, vt duo propria vix intercedẽte iudice ratione discerni valeãt, species videlicet corporis quod videtur, & imago eius quę fit in sensu. i. visio: Voluntas aũt tantã vim habet copulandi hæc duo. vt & sensum formandũ admoueat ei rei quæ cernitur, & in ea formatũ teneat. Et si tam violenta est vt possit vocari amor, aut cupiditas, aut libido, etiam cęterum corpus animantis vehementer afficit. Et vbi nõ resistit pigrior, duriorq; materies, in similem speciẽ coloremq; cõmutat: licet videre corpusculũ chamæleontis, ad colores quos videt facillima conuersione variari. Aliorũ aũt animaliũ quia non est ad conuersionẽ facilis corpulentia, fętus plerunq; produnt libidines matrũ, cũ quid magna delectatione conspexerint. Quam enim teneriora atq;, vt ita dixerim, formabiliora sunt primordia seminum, tam efficaciter & capaciter sequuntur intẽtionẽ maternæ animę, & quæ in ea facta est phantasiã, per corpus quod cupide aspexit. Sunt exempla quæ copiose cõmemorari possint, sed vnũ sufficit de fidelissimis libris, qd̃ fecit Iacob vt oues & caprę varios coloribus parerent, supponendo eis variata virgulta in canalib. aquarũ, quæ potantes intuerentur eo tẽpore quo conceperant. Sed anima rationalis deformiter viuit, cũ secũdũ Trinitatẽ exterioris hominis viuit, i. cũ ea quæ forinsecus sensum corporis formant, nõ laudabilẽ voluntatem qua hæc ad vtile aliquid referat, sed turpẽ cupiditatẽ qua his inhærescat accõmodat. Quia ẽt detracta speciẽ corporis q̃ corporaliter sẽtiebat̃, remanet in memoria similitudo ei[9], quo rursus voluntas conuertat aciem vt inde formetur intrinsecus, sicut ex corpore obiecto sensibili sensus extrinsecus formabatur. Atq; ita fit illa Trinitas ex memoria & interna visione, & quę vtrunq; copulat voluntate, quę tria in vnũ coguntur, ab ipso coactu cogitatio. dr̃. Nec in his rebus diuersa substantia est. Neq;.n. aut corpus illud sensibile ibi est quod omnino discretum est ab animantis natura, aut sensus corporis ibi formatur vt fiat visio, aut ipsa voluntas id agit vt formandum sensum sensibili corpori admoueat, in eoq; formatum detineat: sed pro illa specie corporis q̃ videbatur extrinsecus, succedit memoria retinens illẽ speciẽ quã per corporis sensum cõbibit anima: proq; illa visione q̃ foris

Infra eodẽ.c. 11.
A
B
Chamæleon.
C
Gen. 30
2. Re... ca. 15. 26.
Triũ... tas in se... su.c.3.
D

foris erat cũ sensus ex corpore visibili formaretur, succedit intus similis visio, cũ ex eo ꝙ memoria tenet formatur acies animi & ab sentia corpora cogitantur: voluntasque ipsa quõ foris corpori obiecto formandũ sensũ admouebat, formatumq; iungebat, sic aciem E recordantis animi conuertit ad memoriã, vt ex eo ꝙ illa retinuit, ista formetur, & fit in cogitatione similis visio. Sicut auté ratione discernebatur species uisibilis, qua sensus corporis formabatur, & eius similitudo q̃ fiebat in sensu formato, ut esset uisio, alioquin ita erant cõiunctæ, ut omnino una eademq; putaretur: sic illa phantasia cum animus cogitat speciem, nisi corporis, cũ constet ex corporis similitudine, quã memoria tenet, & ex ea quæ inde formatur in acie recordãtis animi, tñ sic vna & singularis apparet, vt duo quædã esse non inueniãtur, nisi iudicante rõne: qua intelligimus aliud esse illud, ꝙ in memoria manet ẽt cum aliũde cogitamus, & aliud fieri cũ recordamur, i. ad memoriã redimus, & illic inuenimus eandẽ speciem. Quæ si iã ibi non esset, ita oblitos non esse diceremus vt omnino recolere non possemus. Si autem acies recordantis non formaretur ex ea re q̃ erat in memoria nullo modo fieret uisio cogitantis: sed utriusq; coniunctio, i. eius quam memoria tenet, & eius q̃ inde exprimitur, ut formetur acies recordantis, quia simillimæ sunt, ueluti unã facit apparere. Cum aũt cogitãtis acies auersa inde fuerit, atq; id ꝙ in memoria cernebatur destiterit intueri, nihil formæ q̃ impressa erat in eadẽ acie remanebit. Atque inde formabitur quo rursus conuersa fuerit vt alia cogitatio fiat. Manet tñ illud, ꝙ reliquit in memoria, & quo rursus cũ id recordamur conuertatur & conuersa formeẽ, atque vnum cũ eo fiat unde formatur. Voluntas uero illa quæ hac atque illac fert & refert aciem formandã coniungitq; formatam, si ad interiorem phantasiam tota confluxerit, atq; à præsentia corporum quæ circumiacet F sensib. atq; ab ipsis sensibus corporis, animi aciem omnino auerterit, atque ad eam quæ intus cernitur imaginẽ penitus conuerterit, tanta offenditur similitudo speciei corporalis expressa ex memoria, ut nec ipsa ratio discernere sinatur utrũ foris corpus ipsum uideatur, an intus tale aliquid cogitetur. Nam interdũ homines nimia cogitatione rerũ uisibilium uel illecti uel territi, ẽt eiusmodi repente uoces ediderũt, quasi re uera in medijs talib. actionibus siue passionib. uersarentur. Et memini me audisse à quodã ꝙ tam expressam & quasi solidã speciem fœminei corporis in cogitãdo cernere soleret, ut ei se quasi misceri sentiens, ẽt genitalibus flueret. Tm̃ G habet uirium anima in corpus suũ, & tantũ ualet ad indumenti qualitatẽ uertendam atq; mutandam, quõ homo afficiatur indutus qui cohæret indumento suo. Ex eodem genere affectionis ẽt illud est ꝙ in somnis per imagines illudimur. Sed plurimum differt, utrum sopitis sensibus corporis, sicuti sunt dormiẽtium, aut ab interiore cõpage turbatis, sicuti sunt furentiũ, aut alio quodãmodo alienatis, sicuti sunt diuinantium, vel prophetantiũ animi intentio quadã necessitate incurrat in eas quæ occurrunt imagines, siue ex memoria, siue alia aliqua occulta ui, per quasdam spiritales mixturas similiter spiritalis substantiæ, an sicut sanis atq; uigilantibus interdum contingit, ut cogitatione occupata uoluntas se auertat a sensibus, atque ita formet animi aciem uarijs imaginib. sensibilium rerum, tã quam ipsa sensibilia sentiantur. Non tantum autem cum appetendo in talia uoluntas intẽditur, fiunt istæ impressiones imaginum, sed etiam cũ deuitandi & cauendi causa rapitur animus in ea contuenda quę fugiat. Vnde nõ solum cupiendo, sed ẽt metuendo, infertur uel sensus ipsis sensibilibus, uel acies animi formanda imaginibus sensibiliũ. Ita aut metus aut cupiditas, quanto uehementior fuerit, tanto expressius formatur acies, siue sen- H tientis ex corpore ꝙ in loco adiacet, siue cogitantis ex imagine corporis, quæ memoria continetur. Quod ergo est ad corporis sensum aliquod corpus in loco, hoc est ad animi aciem similitudo corporis in memoria: & ꝙ est aspicientis uisio, ad eam speciẽ corporis ex qua sensus formatur, hoc est uisio cogitantis ad imaginem corporis in memoria constitutã, ex qua formatur acies animi: & ꝙ est intentio uoluntatis ad corpus uisũ, uisionemq; copulandam, ut fiat ibi quædam unitas triũ, quãuis eorum sit diuersa natura, hoc est eadẽ uoluntatis intentio ad copulandam imaginẽ corporis quæ est in memoria, & uisionẽ cogitantis, i. formam quam cepit acies animi rediẽs ad memoriã: ut fiat & hic quædam

quædam vnitas ex tribus, non iã naturæ diuersitate discretis, sed vnius eiusdemq; substantiæ, quia hoc totũ intus est, & totũ vnus animus. Sicut aũt cum forma & species corporis interierit, nõ potest ad eã voluntas sensum reuocare cernentis: ita cum imago quã memoria gerit obliuione deleta est, non erit quo aciem animi formandã voluntas recordando retorqueat. Sed quia prævalet animus non solũ oblita, verumẽt nõ sensa nec experta configere, ea quæ non exciderunt, augendo, minuendo, cõmutando, & pro arbitrio componendo, sæpe imaginatur quasi ita aliquid sit, ꝙ aut scit non ita esse, aut nescit ita esse. In quo genere cauendũ est, ne aut mentiatur vt decipiat, aut opinetur vt decipiatur. Quibus duobus malis euitatis nihil ei obsũt imaginata phantasmata: sicut nihil obsunt experta sensibilia, & retenta memoriter, si neq; cupide appetantur si iuuant, neque turpiter fugiantur si offendunt. Cum aũt in his voluntas relictis melioribus auida volutatur, immunda fit, atque ita & cũ assunt perniciose, & cum absunt perniciosius cogitatur. Male ita-

*In bonis tantum imago Trinitatis. c. 5.*

I que viuitur, & deformiter secundum Trinitatem hominis exterioris: quia & illam Trinitatem, quæ licet interius imaginetur, exteriora tñ imaginatur, sensibiliũ corporaliumq; vtendorũ causa peperit: Nullus.n.eis vti posset etiã bene, nisi sensarum rerum imagines memoria tenerentur, & nisi pars maxima voluntatis in superioribus atque inferiorib. habitet. eaq; ipsa quæ commodatur, siue foris corporibus, siue intus imaginibus eorũ, nisi quicquid in eis capit ad melioremq; vitam referat, atq; in eo fine cuius intuitu hęc agenda iudicat acquiescat, quid aliud facimus, nisi ꝙ nos Apostolus facere prohibet, dicens.

*Rom. 12.* Nolite conformari huic seculo? quapropter non est ista Trinitas imago Dei. Ex vltima quippe, idest, corporea creatura, qua superior est anima, in ipsa anima fit per sensum corporis, nec tñ est omnino dissimilis. Quid

*Eccl. 39.* enim non pro suo genere ac pro suo modulo habet similitudinem Dei, quandoquidem

K Deus fecit omnia bona valde, non ob aliud nisi quia ipse summe bonus est? In quantum ergo bonum est quicquid est, intantum scilicet quamuis longe distantem, habet tñ nonnullam similitudinem summi boni: & si naturalem vtique rectam & ordinatã, si autem vitiosam, vtique turpem atq; peruersam. Nã & animæ in ipsis peccatis suis non nisi quandam similitudinẽ Dei, superba & præpostera, & vt ita dicam, seruili libertate sectantur. Ita nec primis parentibus nostris persuaderi peccatum posset, nisi diceretur. Eritis sicut dij. Nõ sanè omne quod in creaturis aliquo modo simile est Deo, ẽt eius imago dicenda est, sed illa sola, qua superior ipse solus est. *Gen. 3.* Ea quippe de illo prorsus exprimitur inter quam & ipsum nulla interiecta natura est. Visionis igitur illius, idest, formæ quæ fit in sensu cernentis, quasi parens est forma corporis L ex qua fit. Sed parens illa non vera, vnde nec ista vera proles est. Neque.n. omnino inde gignitur, qm̃ aliud adhibetur corpori, vt ex illo formetur, idest sensus videntis. Quocirca id amare, alienari est. Itaque voluntas quæ vtrunque coniungit quasi parentem & quasi prolem, magis spiritalis est q̃ vtrumlibet illorum. *2. Retr. cap. 15* Nã corpus illud quod cernitur, omnino spiritale non est. Visio vero quæ fit in sensu habet admixtum aliquid spiritale, quia sine anima fieri non potest. Sed non totũ ita est, quoniam ille qui formatur corporis sensus est. Voluntas ergo quæ vtrunque coniungit, magis, vt dixi, spiritalis agnoscitur, & ideo tanquam personam spiritus insinuare incipit in illa Trinitate. Sed magis pertinet ad sensum formatum, q̃ ad illud corpus vnde formatur. Sensus.n. animantis & voluntas animæ est, non lapidis aut alicuius corporis ꝙ videtur. Non ergo ab illo quasi parente procedit. Sed nec ab ista quasi prole, hoc est visione ac forma quæ in sensu est. Prius.n. quã visio fieret, iam erat voluntas, quæ formandum sensum cernendo corpori admouit, sed nondũ erat placitum. Qũo.n. placeret ꝙ nondum erat visum? Placitum autem quia & voluntas est. Ideoq; nec quasi prolem visionis possumus dicere voluntatẽ, quia erat ante visionem, nec quasi parentem, quia nõ ex M voluntate, sed ex viso corpore formata & expressa est: finẽ fortasse voluntatis & requiem possumus rectè dicere visionem, ad hoc dũtaxat vnum, s. videndum corpus. Neque.n. propterea nihil aliud volet, quia videt aliquid quod volebat. Non itaque omnino ipsa voluntas hominis cuius finis non est nisi beatitudo, sed ad hoc vnum interim scilicet subiectum voluntas videndi finem non *Finem diŷ ẽ in mo a mam* habet

habet nisi visionē, siue id referat ad aliud, siue nō referat. Si enim nō refert ad aliud visionē, sed tantū voluit vt videret; nō est disputādū quō ostēdatur finē volūtatis esse visionē, manifestū est.n. Si aūt refert ad aliud, vult vtique aliud, nec iā videndi volūtas erit. Aut si

A vidēdi, nō hoc videndi, sed aliud tāquā si velit quisq; videre cicatricem, vt inde doceat vulnus fuisse: aut si velit videre fenestrā, vt p fenestrā videat transeuntes: oēs istæ atq; aliæ tales volūtates, suos prius fines habent, q referuntur ad finē illius volūtatis qua volum⁹ beate viuere, & ad eā peruenire vitā quæ nō referatur ad aliud, sed amāti per seipsam sufficiat. Volūtas ergo videndi, finē habet visionē: & voluntas hanc rem videndi finē habet huius rei visionē. Voluntas itaq; videndi cicaticē, finē suū expetit, hoc est visionē cicatricis, & ad eā vltra nō pertinet. Voluntas enim probādi vulnus fuisse, alia voluntas est, quanuis ex illa religeretur, cuius itē finis est probatio vulneris. Et voluntas videndi fenestrā, finē habet fenestrę visionē. Altera est.n. quæ ex ista nectitur volūtas, per fenestrā videndi transeuntes, cuius itē finis est visio trāseuntium. Rectę aūt sunt uoluntates oēs sibimet religatę, si bona est illa quo referuntur: si aūt praua est, prauæ sunt oēs. Et ideo rectarum uoluntatum connexio iter est quoddā ascendentiū ad beatitudinem, quod certis uelut passibus agitur. Prauarum autē atq; distortarū uolūtatū implicatio, uinculum est quo alligabitur qui hoc agit, ut proijciatur in tenebras exteriores. Beati ergo qui factis & moribus cantant canticū graduum. Et uæ ijs qui

B trahunt peccata, sicut restem longam Sic est autem requies uoluntatis quē dicimus finē, si adhuc refertur ad aliud, quemadmodum possumus dicere requiem pedis esse in ambulando, cum ponitur unde alius innitatur, quo passibus pergitur. Si autem aliquid ita placet, ut in eo cū aliqua delectatione volūtas acquiescat, nondum est tamen illud quo tenditur, sed & hoc refertur ad aliud, vt deputetur non tanquam patria ciuis, sed tanquā refectio, vel etiam mēsio uiatoris. Iam uero in alia Trinitate interiore quidam q̄ est ista in sensibilius & sensibus, sed tamen quæ inde concepta est, cum iam non ex corpore sensus corporis, sed ex memoria formatur acies animi, cū in ipsa memoria species inhęserit corporis qđ forinsecus sensimus, illā speciē quæ in memoria est, quasi parentē dicimus eius quæ fit in phantasia cogitantis. Erat enim in memoria, & priusquā cogitaretur à nobis: sicut erat corpus in loco, & priusquā sentiretur ut uisio fieret. Sed cū corpus cogitatur, ex illa quā memoria tenet ex

C primitur in acie cogitantis & reminiscendo formatur ea species, quæ quasi proles est eius quā memoria tenet. Sed neq; illa uera parens, neq; ista uera proles est, Acies quippe animi quæ formatur ex memoria cū recordādo aliquid cogitemus, nō ex ea specie procedit quā meminimus uisam, quandoquidē eorū meminisse non possemus nisi uidissemus. Acies autē animi quę reminiscendo formatur erat etiam priusquā corpus quod meminimus uideremus, quanto magis prius quā id memoriæ mādaremus? Quāquā itaq; forma quæ fit in acie recordantis, ex ea fiat q̄ inest memoriæ, ipsa tn̄ acies non inde existit sed erat ante istā. Consequens est aūt vt si nō est illa uera parens, nec ista uera sit proles. Sed & illa quasi parens, & ista quasi proles: aliquid insinuat, unde interiora atq; ueriora exercitatius certiusq; uideantur. Difficilius iā plenè discernitur utrū uoluntas quæ memorię copulatur uisionē, non sit alicuius eorū siue parens siue ꝓles: & hanc discretionis difficultatē facit eiusdē naturę atque substātiæ parilitas & æqualitas. Neq; enim sicut foris facile discernebatur format⁹ sensus à sensibili corpore, & voluntas ab utroq; propter naturæ diuersitatē quæ inest ab inuicē omnibus tribus, de qua satis supra disseruimus ita & hic potest. Quāuis enim hæc Trinitas de qua nunc quæritur forinsecus inuecta est animo, intus tn̄ agitur, & nō est quicquā eius D

præter ipsius animi naturā. Quo igitur pacto demonstrati potest uolūtatē, nec quasi parētē, nec quasi prolē esse siue corporeæ similitudinis q̄ memoria cōtinetur, siue eius quæ inde cū recordamur exprimitur, qn̄ utrunq; in cogitando ita copulat, ut tanquam unum singulariter appareat, & discerni ratione nō possit? Atq; illud primū uidendū est, nō esse posse uolūtatē reminiscendi, nisi uel totum, uel aliqđ rei eius quā reminisci uolumus, in penetralibus memoriæ teneamus. Quod.n. omnimodo & omni ex parte obliti fuerim⁹ nec reminiscendi uoluntas exoritur, quoniam

niam quicquid recordari volumus recorda
ti iã sumus in memoria nostra esse vel fuis-
se. Verbi gratia, Si recordari volo quid heri
cęnauerim, aut recordatus iam sum cęnasse
me: aut si & hoc nondũ, certe circa ipsum tẽ
pus aliquid recordatus sum, si nihil aliud ip
sum saltẽ hesternũ diẽ & eius eã partẽ qua cę
nari solet, & q̃d sit cęnare. Nã si nihil tale re
cordatus essem, quid heri cęnauerim, recor
E dari velle nõ possem. Vnde intelligi põt vo-
luntatẽ reminiscẽdi ab ijs quidẽ rebus quæ
memoria cõtinẽtur ꝓcedere adiunctis simul
eis quæ inde per recordationẽ cernendo ex
primuntur, idest, ex copulatione rei cuius-
dã quã recordati sumus, & visionis quæ in
de facta est in acie cogitantis cũ recordati su
mus. Sed ipsa q̃ vtrunq; copulat voluntas,
requirit & aliud quod quasi vicinũ est atq;
contiguũ recordanti. Tot igitur huius gene-
ris trinitates, quot recordationes, quia nul-
la est earũ vbi non hæc tria sunt, illud quod
in memoria reconditũ est etiã antequã cogi
tetur, & illud quod fit in cogiatione cũ cer
nitur, & voluntas vtrunq; coniungens, & ex
vtroq; ac tertia seipsa vnũ aliquid cõplens.
An potius ita cognoscitur vna quædã in hoc
genere trinitas, vt vnõ aliquid generaliter di
camus quicquid corporaliũ specierũ in me
moria latet, & rursus vnũ aliquid generalem
visionẽ animi talia recordantis atq; cogitã-
tis, quorũ duorũ copulationi tertia cõiungi
tur copulatrix voluntas, vt sit hoc totũ vnũ
*Varia cogitandi. rũ. ca. 8.* quiddã ex quibusdã tribus. Sed quoniã non
potest acies animi simul omnia quæ memo
ria tenet vno aspectu contueri, alternat vicis
sim cedendo ac succedendo trinitates cogi
tationũ, atq; ita fit ista innumerabiliter nume
F rosissima trinitas, nec tñ infinita si numerus
in memoria recõditarũ rerum nõ excedatur
Ex quo enim cępit vnusquisq; sentire corpo
ra quolibet corporis sensu, etiã si posset ad-
iungere quæ oblitus est, certus ac determina
tus profecto numerus foret, quãuis innume
rabilis. Dicimus enim innumerabilia, nõ so
lũ infinita, sed etiã quæ ita finita sunt vt facul
tatẽ numerãtis excedãt. Sed hinc aduerti ali
quãto manifestius potest, aliud esse quod re
cõditũ memoria tenet, & aliud quod inde ĩ
cogitatione recordãtis exprimitur, quamuis
cum fit vtriusq; copulatio, vnũ idemque vi-
deatur. Quia meminisse nõ possumus corpo
rum species, nisi tot quot sensimus & quan-
tas sensimus, & sicut sensimus: ex corporis
enim sensu eas in memoriam combibit ani-
mus. Visiones autẽ illæ cogitationũ ex ijs q̃-
dem rebus quæ sunt in memoria, sed tamen
innumerabiliter atq; omnino infinite mul- G
tiplicãtur atq; variantur. Vnum quippe solẽ
memini, quia sicuti est vnum vidi. Si volue-
ro autem duos cogito vel tres, vel quoquot
volo, sed ex eadem memoria qua vnum me
mini, formatur acies multos cogitantis. Et
tantũ memini quantũ vidi. Si enim maiorẽ
vel minorẽ memini quã vidi, iã non memi-
ni q̃ vidi, & ideo nec memini. Quia vero me
mini, tñ memini quantũ vidi, vel maiorem
tamẽ ꝓ voluntate cogito, vel minorẽ. Et ita
memini vt vidi. Cogito autẽ sicut volo cur-
rẽtem, & vbi volo stantẽ, vnde volo & quo
volo venientem. Quadrũ etiam mihi cogita
re, in promptu est, cũ meminerim rotundũ
& cuiuslibet coloris, cum solem viridẽ nun
quam viderim, & ideo nec meminerim. At-
que vt solem, ita cętera. Hæ autẽ rerum for-
mæ quoniã corporales atq; sensibiles sunt,
errat quidẽ animus cũ eas opinatur eo mo-
do foris esse quõ intus cogitat, vel cũ iam in
terierunt foris & adhuc in memoria retinẽ-
tur, vel cũ aliter etiam quod meminimus, nõ
recordandi fide, sed cogitandi varietate for
mat. Quanquã sępissime credamus etiam
vera narrãtibus, quæ ipsi sensibus percepe-
rũt. Quæ cum in ipso auditu quando narra-
tur cogitamus, non videtur ed memoriam
retorqueri acies visionis cogitãtium: neque
enim ea nobis recordantibus, sed alio narrã
te cogitamus: atq; illa trinitas non hic vide-
tur expleri, quæ fit cum species in memoria
latens & visio recordantis tertia volũtate co H
pulantur. Non enim quod latebat in memo
ria mea, sed quod audio cogito cum aliquid
mihi narratur. Nõ ipsas voces loquentis di-
co, ne quisquã putet in illam me exisse trini
tatem, quæ foris in sensibilibus & in sensibus
agitur, sed eas cogito corporũ species, quas
narrans verbis sonisq; significat, quas vtiq;
non reminiscens, sed audiens cogito. Sed si
diligentius cõsideremus, nec tunc exceditur
memorię modus. Neq; enim vel inteligere
possem narrantẽ, si ea quæ dicit, & si cõtex-
ta tũc primũ audirem, non tamen generali-
ter singula meminissem. Qui enim mihi nar
rat,

rat, uerbi gratia aliquẽ montem sylua exutũ
& oleis indutum, ei narrat qui meminerim
species & montiũ & syluarũ, quas si oblitus
essem, quid diceret omnino nescirẽ, & ideo
narrationẽ illã cogitare nõ possem. Ita fit vt
omnis qui corporalia cogitat, siue ipse aliud
cõfingat, siue audiat, aut legat, ꝑterita narran
tẽ, vel futura prænunciantẽ, ad memoriã suã
recurrat, & ibi reperiat modũ atq; mensurã
omniũ formarũ quas cogitans intuetur. Nã
neq; colorẽ nunquã uidit neq; figurã cor-
poris, nec sonũ quem nunq̃ audiuit, nec sa-
porẽ quẽ nunquam gustauit, nec odorẽ quẽ
nunquam olfecit, nec vllam contrectationẽ
corporis quã nunquã sensit potest quisquam
omnino cogitare. At si propterea nemo ali-
quid corporale cogitat nisi quod sensit, quia
nemo meminit corporale aliquid nisi quod
sensit, sicut in corporalibus sentiendi, sic in
memoria est cogitandi modus. Sensus enim
accipit speciẽ ab eo corpore quod sentimꝰ,
& à sensu memoria, à memoria vero acies
K cogitãtis. Voluntas porro sicut adiungit sen
sum corpori, sic memoriam sensui, sic cogi
tantis aciẽ memoriȩ. Quæ autem conciliat
ista atq; coniungit, ipsa etiã disiungit, ac se-
parat, idest uoluntas. Sed à sentiẽdis corpori
bus motu corporis separat corporis sensus,
ne aliquid sentiamus, aut sentire desinamus:
veluti cũ oculos ab eo qđ videre nolumus
auertimus uel claudimus: sic aures à sonis,
sic narres ab odoribus. Ita etiam uel os clau
dẽdo, uel aliquid ex ore respuendo à sapori
bus auersamur. In tactu quoq; vel subtrahi-
mus corpus ne tangamus quod nolumus, uel
si iã tangamus abijcimus aut repellimus. Ita
motu corporis agit uoluntas, ne sensus cor-
poris rebus sensibilibus copulet̃. Et agit hoc
quantũ potest. nam cum in hac actione pro-
pter conditionem seruilis mortalitatis diffi-
cultatẽ patitur, cruciatus est consequens, ut
uoluntati nihil reliqui fiat nisi tolerãtia. Me
moriã uero à sensu uolũtas auertit, cũ ĩ aliud
intẽta non ei sinit inhærere præsentia. Quod
animaduertere facile est, cũ sæpe coram lo-
quẽtẽ nobis aliquẽ illud cogitando nõ au-
disse nobis videmur. Falsum est autẽ, audiui
mus. n. sed non meminimus, subinde per au
rium sensum labentibus uocibus, alienato
nutu voluntatis, per quẽ solent infigi memo
riȩ: uerius itaque dixerimus cũ tale aliquid
accidit, non meminimus, quam non audiui-
mus. Nã & legẽtibus euenit & mihi sæpissi- L
me, ut perlecta pagina uel epistola, nesciam
quid legerim, & repetã. In aliud quippe intẽ
to nutu uoluntatis, non sic est adhibita me-
moria sensui corporis, quomodo ipse sen-
sus adhibitus est literis. Ita & ambulãtes in-
tẽta in aliud uolũtate: nesciũt qua trãsierint:
ꝙ si non uidissent, non ambulassent, aut ma-
iore intẽtione palpãdo ambulassent, præser-
tim si per incognita pergerẽt, sed quia facile
ambulauerũt, utiq; uiderũt. Quia uero nõ si-
cut sensus oculorũ locis quacũq; pergebãt,
ita ipsi sensui memoria iũgebatur, nullo mõ
id quod uiderunt ẽt recentissimũ meminisse
potuerũt. Iã porro ab eo quod in memoria
est, animi aciẽ uelle auertere, nihil est aliud
quam non inde cogitare. In hac igitur distri
butione cũ incipimus à specie corporis, &
peruenimus usq; ad speciẽ quæ fit in cõtui-
tu cogitantis, quatuor species reperiunt̃ qua
si gradatim natæ altera ex altera. Secunda de
prima, tertia de secũda, quarta đ tertia. A spe
cie quippe corporis quod cernitur, exorit̃
ea quȩ fit in sensu cernentis, & ab hac ea q̃ M
fit in memoria, & ab hac ea quȩ fit in acie
cogitantis. Quapropter uoluntas quasi parẽ-
tem cũ prole ter copulat. Primo speciẽ cor-
poris cũ ea quã gignit in corporis sensu. &
ipsam rursus cũ ea q̃ fit ex illa in memoria,
atq; istã quoq; tertio cũ ea q̃ ex illa patit̃ in
cogitãtis intuitu. Sed media copula quæ se-
cũda est, cũ sit uicinior, non tã similis est pri
mæ q̃ tertia: uisiones enim duæ sunt, una sen
tientis, altera cogitãtis. Vt aũt possit eẽ uisio
cogitãtis, ideo fit in memoria de uisione sen
tiẽtis simile aliquid, quo se ita cõuertat in co
gitãdo acies animi, sicut se in cernẽdo cõuer
tit ad corpus acies oculorũ: propterea duas
in hoc genere Trinitates uolui cõmendare:
vnã cũ uisio sentientis formatur ex corpore
aliã cũ uisio cogitantis format̃ ex memoria.
Mediã uero nolui, quia ibi nõ solet uisio di
ci, cũ memoriȩ cõmendatur forma, q̃ fit in
sensu cernẽtis. Vbi tñ uolũtas nõ apparet nisi
copulatrix quasi parentis & prolis. Et ideo
undecunq; procedat, nec parẽs nec ꝓles di
ci põt. At. n. si nõ meminimus nisi quod sensi
mus, neq; cogitamus nisi quod meminimus
cur plerũq; falsa cogitamus, cũ ea quæ sen-
simus non utique falso meminerimus: nisi

*Species à specie vicissim gignitur. Cap. 9.*

*Etiã non visis addit imaginatio*

*quæ in aliis vidimus.* *Cap. 10.* quia voluntas illa q̃ coniunctricē ac separatricem huiuscemodi rerū iā quantum potui demonstrare curaui, formādā cogitātis aciē per abscondita memoriȩ ducit vt libitū est, & ad cogitāda ea quȩ nō meminimus, ex eis quæ meminimus, aliud hinc aliud inde, vt sumat impellit: quȩ in vnam visionem coeuntia faciunt aliquid quod ideo falsum dicatur, quia vel non est foris in rerū corporearū natura, vel non de memoria videtur expressum cum tale nihil nos sensisse meminimus. Quis enim vidit cygnū nigrum, & propterea nemo meminit, cogitare tamen quis non potest? Facile est enim illam figuram q̃ videndo cognouimus nigro colore perfun-A dere, quē nihilominus in alijs corporibus vidimus. Et quia vtrunq; sensimus, vtrunq; me-*Leuit. 11* minimus. Nec autē quadrupedem memini, *2. retra. Cap. 15.* quia non vidi. Sed phantasiam talē facillime intueor, dum alicui formȩ volatili qualē vidi adiungo alios duos pedes quales itidē vidi. Quapropter dum coniuncta cogitamus, quæ singillatim sensa meminimus, videmur non id quod meminimus cogitare, cū id agamus moderāte memoria vnde sumimus oīa quæ multipliciter ac varie pro nostra voluntate componimus. Nam neq; ipsas magnitudines corporū quas nunquam vidimus sine ope memoriæ cogitamus. Quātum enim spatij solet occupare per magnitudinem mundi noster obtutus, in tātum extendimus quaslibet corporū moles, cū eas maximas cogitamus. Et ratio quidem pergit in ampliora, sed phantasia non sequitur. Quippe cū infinitatem quoq; numeri ratio renunciat, quā nulla visio corporalia cogitantis apprehendit. Eadē ratio docet minutissima etiā corpuscula infinite diuidi, cum tamen ad eas tenuitates vel minutias peruentum fuerit, quas visas B meminimus, exiliores minutioresq; phantasias iā non possumus intueri, quanuis ratio *Numerus, pondus, mensura. Cap. 11.* non desinat persequi ac diuidere. Ita nulla corporalia nisi aut ea quæ meminimus aut ex ijs quæ meminimus cogitamus. Sed quia numerose cogitari possunt quȩ singillatim sunt impressa memoriȩ, videtur ad memoriā mensura ad visionem vero numerus pertinere. Quia licet innumerabilis sit multiplicitas talium visionum, singulis tamē in memoria præscriptus est intransgressibilis modus. Mēsura igitur in memoria in visionibus numerus apparet: sicut in ipsis corporibus visibilibus mensura quædā est, cui numerosissime coaptatur sensus videntiū & ex vno visibili multorū cernentiū formatur aspectus: ita vt etiā vnus propter duorū oculorū numerorum plerunq; vnā rem geminata specie videat, sicut supra docuimus. In his ergo rebus vnde visiones exprimuntur quædā mēsura est. In ipsis aūt visionibus numerus. Voluntas vero quæ ista cōiungit & ordinat, & quadā vnitate copulat, nec sentiendi aut cogitādi appetitum nisi in his rebus vnde visiones formantur acquiescens collocat, ponderi similis est. Quapropter hæc tria, mensuram, numerū, pondus, etiam in ceteris omnibus rebus animaduertenda prȩlibauerim. Nunc interim voluntatē copulatricem rei visibilis atq; visionis quasi parentis & prolis, siue in sentiendo, siue in cogitādo, nec parentē nec prolem dici posse quō valui & quibus valui demonstraui. Vnde tempus admonet hāc eādē Trinitatē ī interiore hoīe reqrere, atq; ab isto de quo tādiu locutus sum animali atque carnali, qui exterior dr̄ introrsus tēdere. Vbi speramus inuenire nos posse secundū Trinitatē imaginē Dei, conatus nostros illo ipso adiuuante, quē omnia, sicut res ipsæ indicāt, ita etiam sancta scriptura in mensura & numero & pondere disposuisse testatur.

## D. AVRELII AVGVSTINI De Trinitate.

## LIBER DVODECIMVS.


Age nunc videamus vbi sit quasi quoddā hoīs exterioris interiorisq; cōfinium. Quicquid enim habemus ī animo comune cū pecore, recte adhuc dr̄ ad exteriorē hominē pertinere. Nō enim solū corpus homo exterior deputabitur, sed adiuncta quadā vita sua qua cōpages corporis & oēs sensus vigent, quibus instructus est ad exteriora sentienda. Quorū sensorū imagines infixæ in memoria, cū recordando reuisuntur, res adhuc agitur ad exteriorē hoīem pertinens. Atq; in his omnibus nō distamus à pecore, nisi quod figura corporis nō proni sed erecti sumꝰ. Qua in re admonemur ab eo qui nos fecit, ne meliore nostri parte, idest animo

animo similes pecoribus simus à quib. corporis erectione distamus: nō ut in ea, q̄ sublimia sunt in corporib. animū ꝓiiciamus. Nā uel in talib. quietē uoluntatis appetere, prosternere est animū, sed sicut corpus ad ea, q̄ sunt excelsa corporū, i. ad cęlestia naturaliter erectū est, E sic animus qui substantia spiritalis est, ad ea, q̄ sunt in spiritalib. excelsa erigendus est, nō elatione superbiæ, sed pietate iustitiæ. Possunt aūt pecora & sentire ꝑ corporis sēsus extrinsecus corporalia, & ea memoriæ fixa reminisci, atq; in eis appetere cōducibilia, fugere incōmoda: uerū ea notare, ac non solū naturaliter rapta, sed ēt de industria memorię cōmēdata, retinere, & in obliuionē iamiāq; labentia recordando atq; cogitādo rursus imprimere, ut quēadmodū ex eo ꝙ gerit memoria cogitatio formatur, sic & hoc ipsum ꝙ in memoria est cogitatione firmetur. Fictas ēt uisiones hinc atq; inde recordata q̄libet sumendo, & quasi assumēdo cōponere, inspicere, quēadmodū in hoc rerū genere, quæ uerisimilia sunt discernantur à ueris, non spiritalib. sed ipsis corporalibus. Hæc atq; hmôi quāuis in sensibilib. atque in eis quæ inde animus ꝑ sensum corporis traxit agantur atq; uersentur, non sunt tñ rationis expertia, nec hoīb. pecoribusq; cōia. Sed sublimioris rationis est iudicare de istis corporalibus, secundū rationes incorporales & sempiternas. Quæ nisi supra mentē humanā essent, incōmutabiles profecto non essent, atque in his nisi subiungeretur aliquid nostrū, non secundū eas possemus iudicare de corporalibus. Iudicamus aūt de corporalibus ex ratione dimensionū atque figurarū quā incōmutabiliter manere mens nouit. Illud uero nostrū ꝙ in actione corporalium atq; tēporaliū tractandorū ita uersatur, ut non sit nobis cōe cū pecore, rationale quidē est, ex illa rationali nostræ mentis substantia, qua subhæremus intelligibili atq; incōmutabili ueritati, tanquā ductū & inferiorib. tractādis gubernandisq; deputatum est. Sicut.n. in omnibus pecoribus non inuentū est uiro adiutoriū simile illi, nisi detractū de illo in coniu- F giū formaretur: ita menti nostræ qua supernā & internam consulimus ueritatē, nullum est ad usum rerū corporaliū, quantum naturæ hominis satis est, simile adiutoriū ex animæ partibus quas cōes cum pecoribus habemus. Et ideo quidā rationale nostrū, non ad unitatis diuortiū separatū, sed in auxilium societatis quasi deriuatū, *Gen. 2.* in sui operis dispertitur officiū. Et sicut una caro est duorū in masculo & fęmina, sic intellectū nostrū, & actionē uel consiliū, & executionē uel rationem, & appetitū rationalē, uel si quo alio modo significantius dici possunt, una mentis natura cōplectitur, G ut quemadmodum de illis dictū est, Erunt duo in carne una, sic de his dici possit, duo in mente una. *Ibidem.* Cū igitur disserimus de natura mentis humanæ, de una quadam re disserimus, nec eam in hæc duo quæ commemoraui, nisi per officia geminamus. *Trinitatis similitudo & imago differūt. c. 4* Itaque cū in ea quærimus Trinitatem, in tota quærimus, non separantes actionē rationalem in tēporalibus à contēplatione æternorū, ut tertiū aliquid iā quæramus quo Trinitas impleatur. Sed in tota natura mentis ita Trinitatē reperiri opus est, ut si desit actio tēporaliū cui operi necessarium sit adiutoriū, ꝑꝑ ꝙ ad hæc inferiora administranda deriuetur aliquid mentis, in una nusquam dispertita mente Trinitas inueniatur. Et facta iam ista distributione, in eo solo ꝙ ad contēplationem pertinet æternorū, non solum Trinitas, sed ēt imago Dei. In hoc aūt quod deriuatum est in actione tēporalium, ēt si Trinitas possit, non tñ imago Dei possit inueniri. Proinde non mihi uidentur probabilē afferre sñiam, qui sic arbitrantur Trinitatem imaginis Dei in tribus personis ꝙ attinet ad humanam naturā posse reperiri, ut in coniugio masculi & fęminæ, atque in eorum prole cōpleatur. *Non statim proles est illius quod ab alio venit. c. 5.* Quod quasi uir ipse patris personam intimet, filij uero ꝙ de illo ita processit ut nasceretur, atq; ita tertiam personam uelut spiritus dicunt esse mulierem, quæ ita de uiro processit, ut non ipsa esset filius aut filia, quāuis ea concipiente proles nasceretur. *Gen. 2. Ioan. 15* Dixit.n. dñs de spiritusancto, ꝙ à patre procedat, & tñ filius nō est. In huius igit opinionis errore hoc solum probabiliter affertur, ꝙ in origine factæ fęminæ secundū sanctę scripturæ fidem satis ostenditur, H non omne ꝙ de aliqua persona ita existit, ut personam alteram faciat, filium posse dici, quandoquidē de uiri persona extitit persona mulieris, nec tamen eius filia dicta est. Cętera sanè ita sunt absurda, imo uero ita falsa, ut facillime redarguantur. Omitto enim quale sit spiritumsan-

ctum matrē filij putare & cōiugē patris, forta
sis quippe rñdeatur hæc in carnalib. habe
re offenſionē, dum corporei conceptus par-
*Ad Ti. 1* tusq; cogitantur. Quanquã & hæc ipſa caſtiſ
ſime cogitent, quib. mundis omnia munda
ſunt, immundis aūt & infidelib. quorū pollu
ta ſunt & mens & cōſcientia, ita nihil eſt mū
dū, vt quoſdã eorum ēt de virgine ſecundū
carnē natus Chriſtus offendat. Sed tñ in ſpiri
I talibus illis ſummis vbi non eſt aliquid viola
bile, aut corruptibile, nec natū ex tempore,
nec ex informi formatum, ſiqua dñr talia, ad
quorū ſimilitudinem ēt eſt inferioris creatu-
ræ genera quamuis longe remotiſsime facta
ſunt, non debent cuiuſquã ſobriam perturba
re prudentiã, ne cum vanū deuitat horrorē,
in pernitioſum incurrat errorē. Aſſueſcat in
corporibus ita ſpiritaliū reperire veſtigia, vt
cū inde ſurſum verſus duce ratione aſcēdere
cœperit, vt ad ipſam incōmutabilem veritatē
per quam ſunt facta iſta perueniat, non ſecū
ad ſumma pertrahat ꝙ cōtemnit in infimis.
Nec.n. erubuit quidã, vxorem ſibi eligere ſa
pientiã, quia nomen vxoris in prole gignen-
da corruptibilē concubitū ingerit cogitanti:
aut vero ipſa ſapientia ſexu fœminea eſt, quia
fœminini generis vocabulo & Græca & Lati
*Homo ad totius Trinitatis imaginem conditus.* na lingua enunciatur. Non ergo propterea
reſpuimus iſtam ſnīam, quia timemus ſanctã
& inuiolabilē atq; incōmutabilē charitatē,
tanquã coniugē Dei patris, de illo exiſtentē,
*Cap. 6.* ſed non ſicut prolem, ad gignendū verbū per
*Ioan. 1.* ꝙ facta ſunt oīa cogitare: ſed quia eã falſam
*Gen. 1.* diuina ſcriptura euidenter oſtendit. Dixit.n.
*1. ſen. di.* Deus. Faciamus hominē ad imaginē noſtrã:
*3. c. propo* paulopoſt aūt dictū eſt, Et fecit Deus homi-
*namus, et* nē ad imaginē Dei. Noſtrã certe, quia plura-
*ca. Hila-* lis eſt numerus oīno recte diceretur ſi homo
*rius.* ad vnius perſonæ imaginē fieret, ſiue patris,
ſiue filij, ſiue ſpirituſſancti. Sed quia fiebat ad
imaginē Trinitatis, propterea dictum eſt, ad
imaginē noſtram. Rurſus aūt ne in Trinitate
credendos arbitraremur tres Deos, cū ſit ea-
dē Trinitas vnus Deus. Et fecit, inquit, Deus
K hominē ad imaginē Dei: pro eo ac ſi diceret
ad imaginē ſuam. Sunt.n. tales vſitatæ in lite-
ris illis locutiones, quas nonnulli ēt ſi catho
licã fidē aſſerunt, non tñ diligēter aduertūt,
vt putent ita dictū. Fecit Deus hoīem ad ima
ginē Dei: quaſi diceretur, fecit pater ad ima-
ginem filij: ſic volentes aſſerere in ſcripturis
ſanctis Deū dictū ēt filiū, quaſi deſint alia ve
riſsima & manifeſtiſsima documenta, vbi nō
ſolū Deus, ſed ēt verus Deus dictus eſt filius.
In hoc.n. teſtimonio dū aliud ſoluere inten-
dunt, ſic ſe implicãt, vt expedire nō poſsint.
Si.n. pater fecit ad imaginē filij, ita vt non ſit
homo imago patris & filij, diſsimilis eſt pa-
tri filius. Si aūt pia fides docet, ſicuti docet,
filiū eſſe ad æqualitatē eſſentiæ ſimilē patri; L
ꝗ ad ſimilitudinē filij factū eſt, neceſſe eſt ēt
ad ſimilitudinē patris factū ſit. Deinde ſi ho-
minē pater non ad ſuã, ſed ad filij fecit ima-
ginē, cur non ait: Faciamus hoīem ad imagi- *Gen.*
nē & ſimilitudinē tuã, ſed ait noſtrã, niſi quia
Trinitatis imago fiebat in hoīe, vt hoc mo-
do eſſet homo imago vnius veri Dei, quia ip
ſa Trinitas vnus verus Deus eſt? Locutiones
aūt sūt innumerabiles tales in ſcripturis, ſed
has protuliſſe ſuffecerit. Eſt in Pſalmis ita di- *Pſal.*
ctū, Dñi eſt ſalus, & ſuper populū tuū bene-
dictio tua: quaſi alteri dictū ſit, nō ei de quo *Pſal.*
dixerat, Dñi eſt ſalus. Et iterum. A te inquit,
eruar à tentatione, & in Deo meo ſperās trãſ
grediar murū: quaſi alteri dixerit, à te eruar
à tentatione. Et iterū, Populi ſub te cadent, in *Pſal.*
corda inimicorū regis: ac ſi diceret, In corda
inimicorū tuorum. Ei quippe regi dixerat, i.
dño noſtro Ieſu Chriſto, populi ſub te ca-
dent: quē regē intelligi voluit cū diceret ini-
micorū regis. Rarius iſta in noui teſtamēti li
teris inueniuntur. Sed tñ ad Romanos Apo-
ſtolus, De filio ſuo inquit, qui factus eſt ei ex *Rom.*
ſemine Dauid ſecūdū carnē, qui ꝓdeſtinatus
eſt filius Dei in virtute, ſecundū ſpm̄ ſancti-
ficationis ex reſurrectione mortuorum Ieſu
Chriſti dñi noſtri, tanquã de alio ſupra dice
ret. Quid eſt.n. filius Dei ꝓdeſtinatus ex reſur
rectione mortuorū Ieſu Chriſti, niſi idē Ie-
ſus Chr̄s qui ꝓdeſtinatus eſt filius Dei in vir-
tute? Ergo quō hic cum audiuimus filius Dei
in virtute Ieſu Chr̄i, aut filius Dei ſecundum
ſpm̄ ſanctificationis Ieſu Chr̄i, aut filius Dei
ex reſurrectionē mortuorū Ieſu Chr̄i, cū di-
ci potuiſſet vſitate, in virtute ſua, aut ſecundū
ſpm̄ sãctificationis ſuæ, aut ex reſurrectionē M
mortuorū eius, vel mortuorū ſuorū, nō cogi
mur intelligere aliã perſonã, ſed vnã eãdēq; *Gen.*
ſcilicet filij Dei dñi noſtri Ieſu Chriſti: ita cū
audimus, Fecit Deus hoīem ad imaginē Dei:
quãuis poſſet vſitatius dici ad imaginē ſuã:
non tñ cogimur aliã perſonam intelligere in

Trinitate

Trinitate, sed ipsam vnā eandemq; Trinitatē, qui est vnus Deus & ad cuius imaginē fact° A est homo. Quę cū ita sint, si eandē Trinitatis imaginē non in vno, sed in tribus hominib. acceperimus, patre & matre & filio, nō erat ergo ad imaginē Dei factus homo antequā vxor ei fieret, & antequā filiū ꝓpagarent, qa nondū erat Trinitas. An dicit aliquis, Iā Trinitas erat, quia etsi nōdum forma ꝓpria, iam tñ originali natura & mulier erat in latere viri & filius in lūbis patris? Cur ergo cū scriptura dixisset, Fecit Deus hoīem ad imaginē Dei: cōtexuit dicēs, Fecit Deus eū, masculū & fęminā fecit eos, & benedixit eos? Vel si ita distinguendū est, Et fecit Deus hominē: vt deinde inferatur, ad imaginē Dei fecit illū: & tertia subiunctio fit, masculū & fęminā fecit eos. Quidam.n.timuerunt dicere, fecit eum masculū & fęminā, ne quasi mōstruosum aliquid intelligeretur sicuti sunt quos hermaphroditos vocant, cū etiā sic non mēdaciter posśit intelligi vtrūq; in numero singulari, pp id ꝙ dictū est, Duo in carne vna. Cur ergo, vt dicere cęperā, in natura hoīs ad imaginē Dei facta præter masculū & fęminā nō cōmemorat scriptura? Ad implendā quippe imaginē Trinitatis debuit addere & filiū, q̄-B uis adhuc in lūbis patris cōstitutū, sicut mulier: erat in latere. An forte iā facta erat & mulier: & scriptura breui cōplexione cōstrinxerat. qđ postea queādmodū sit factū diligentius explicaret, & propterea filius cōmemorari nō potuit, quia nondū erat [illegible]: quasi & hoc nō poterat ea breuitate cōplecti spiritus sanctus, suo loco postea natū filiū narraturus, sicut mulierē de viri latere assumptā suo postmodū loco narrauit, & tñ hic eā nominare nō prætermisit. Non itaq; ita debemus intelligere hominē factū ad imaginē summę Trinitatis, hoc est ad imaginē Dei, vt eadem imago in tribus intelligatur hominibus: pręsertim cū Apostolus virū dicat esse imaginē Dei, & propterea velamētū ei capitis demat ꝙ mulieri adhibēdū monet ita loquens, Vir quidē nō debet velare caput, cū sit imago & gloria Dei. Mulier aūt gloria viri est. Quid ergo dicemus ad hæc? Si ꝓ sua persona mulier adimplet imaginē Trinitatis, cur ea detracta de latere viri adhuc ille imago dr̄? Aut si & vna persona hoīs ex tribus pōt dici imago Dei, sicut in ipsa summa Trinitate & vnaquęq; persona Deus est, cur & mulier nō est imago Dei? Nā & ꝓpea caput velare ꝑcipit, ꝙ ille qa imago Dei est ꝓhibet. Sed videdū C est qūo non sit contrariū ꝙ dicit Apostolus, nō mulierē, sed virū eē imaginem Dei, huic quod scriptū est in Genesi, fecit Deus hominē, ad imaginē Dei fecit eū, masculū & fęminā fecit eos, & benedixit eos. Ad imaginem, Dei quippe naturam ipsam humanā factam dicit, q̄ sexus vtroq; complet, nec ab intelligēda imagine Dei separat fęminā. Dicto.n. ꝙ fecit Deus hominē ad imaginē Dei, fecit eū, inquit, masculū & fęminā vel certe alia distinctiōe, masculū & fęminā fecit eos. Qūo ergo ꝑ Apostolū audiuimus virū esse imaginē Dei vnde caput velare prohibetur, mulierē aūt non, & ideo ipsa hoc facere iubetur: nisi credo illud esse quod iā dixi, cū de natura humanæ mētis agerē, mulierē cū viro suo esse imaginem Dei, vt vna imago sit tota illa substantia? Cū aūt ad adiutoriū distribuitur, quod ad eā ipsam solā attinet, non est imago Dei, qđ aūt ad virū solū attinet, imago Dei est, tā plena atq; integra, q̄ in vnū coniuncta muliere; Sicut de natura humanæ mentis diximus, quia & si tota contēplecur veritatem, imago Dei est, & cū ex ea distribuitur aliqd D & quadā intentione deriuatur ad actionem rerū tēporaliū, nihilominus ex qua parte cō spectā cōsulit veritatē, imago Dei est, ex qua vero intenditur in agenda inferiore, non est imago Dei. Et qm̄ quantūcunq; se extenderit in id ꝙ æternū est, tanto magis inde formatur ad imaginē Dei, & propterea non est cohibenda, vt se inde cōtineat ac tēperet, & ideo vir non debet velare caput. Quia vero illi rationali actioni quæ in rebus corporalibus tēporalibusq; versatur periculosa est nimia in inferiora progresśio, debet habere potestatē super caput, ꝙ indicat velamentū quo significatur esse cohibenda. Grata est.n. sanctis angelis sacrata & pia significatio. Nā Deus nō ad tēpus videt nec aliquid noui fit ex eius visione atq; scientia, cū aliquid tēporaliter, ac transitorie geritur, sicut inde afficiūtur sensus vel carnales animalium & hominum, vel etiam cœlestes angelorum. In isto quippe manifesto sexu masculi & fœminę, Apostolus Paulus occultioris cuiusdā rei figurasse mysterium vel hinc intelligi pōt, ꝙ cū alio loco dicat, verā viduā esse

Marginal notes: Gene. 1. — Gene. 2. — Homo imago Dei quomodo. Cap. 7. — 1. Co. 11. — Ibidem. Gene. 1. — 1. Co. 11. — 1. Ti. 3.

desolatam sine filijs & nepotibus, & tñ eam
sperare debere in Deũ,& persistere in oratio
nibus nocte & die: hic indicat mulierẽ sedu
ctã in prauaricatione factã,saluã fieri p̃ filio
rũ generationẽ. Et addidit, Si permanserit in
fide dilectione & sanctificatione cũ sobrie-
tate. Quasi vero posit obesse bonæ viduæ si
vel filios nõ habuerit, vel ij quos habuerit,
in bonis operibus permanere noluerint. Sed
quia ea q̃ dicuntur opera bona, tanquã filij
E sunt vitæ nostræ,secundũ quã quæritur cuius
vitæ sit quisq;.i.quo agat hæc tẽporalia, quã
vitam Græci nõ ζωὴν, sed βίον vocant,& hęc
opera bona maxime in officijs misericordię
frequentari solent: opera vero misericordiæ
nihil prosunt, siue Paganis, siue Iudæis, qui
Christo nõ creduut, siue quibuscũq; hæreti-
cis vel schismaticis, vbi fides & dilectio & so
bria sanctificatio nõ inuenitur: manifestũ est
quid Apostolus sanctificare voluerit, iõ figu
rate ac mystice quia de velãdo mulieris capi
te loquebãt,qđ nisi ad aliquod secretũ sacri
referatur, inane remanebit. Sicut.n.nõ solum
1.Co.11. veracissima ratio, sed ẽt ipsi Apostoli decla
rat authoritas,non scđm formã corporis ho
mo factus est ad imaginẽ Dei,sed scđm ratio
nalẽ mentẽ. Cogitatio quippe turpiter vana
est, quæ opinatur Deũ mẽbrorũ corporaliũ
lineamentis circũscribi,atq; definiri. Porro
Ephe. 4. aũt nõ idẽ beatus Apostolus dicit, Renoua-
mini spũ mẽtis vestræ, & induite nouũ hoĩẽ
qui scđm Deum creatus est.& alibi apertius.
Colo. 3. Exuentes vos,inquit, veterẽ hoĩem cũ actib.
eius, & induite nouũ qui renouatur in agni
tione Dei scđm imaginẽ eius qui creauit eũ.
F Si ergo spũ mẽtis nr̃æ renouamur,& ipse est
nouus homo qui renouatur in agnitione Dei
scđm imaginẽ eius qui creauit eũ, nulli du-
biũ est,nõ scđm corpus,neq; scđm quãlibet
animi partẽ, sed secundũ rationalem mentẽ
vbi põt esse agnitio Dei, hominem factũ ad
imaginẽ eius qui creauit eũ. Secũdũ hãc igi-
tur renouationẽ efficimur etiã filij Dei per
baptismũ Christi & induentes nouũ hoĩem,
Christum vtique induimur per fidem. Quis
est ergo qui ab hoc consortio fęminas alie-
net,cum sint nobiscum gratiæ cohęredes? Et
alio loco idem Apostolus dicat, Omnes.n.
Galat. 3. filij Dei estis per fidem in Christo Iesu, Qui-
cunq; enim in Christo baptizati estis, Chri-
stum induistis, Non est Iudæus neque Græ-
cus, nõ est seruus neq; liber, nõ est masculus
neq; fęmina,oẽs enim vos vnũ estis in Chri-
sto Iesu. Nũquid nã igitur fideles fęminę se-
xũ corporis amiserũt? Sed quia ibi renouan
tur ad imaginẽ Dei, vbi sexus nullus est, ibi
factus est homo ad imaginẽ Dei, vbi sexus
nullus est in spiritu mentis suæ. Cur ergo vir
propterea nõ debet caput velare, quia ima-
go est & gloria Dei: Mulier aũt debet, quia
gloria viri est, quasi mulier nõ renouet spũ G
mentis suæ, qui renouatur in agnitione Dei
secũdũ imaginẽ eius qui creauit illũ? Sed q̃a
sexu corporis distat à viro, rite potuit in eiꝰ
corporali velamente figurari pars illa ratio-
nis,q̃ ad tẽporalia gubernanda deflectitur vt
nõ maneat imago Dei nisi ex qua parte mẽs
hoĩs æternis rationibus conspiciendis, vel
cõsulendis adhæserit,quã nõ solũ masculos,
sed ẽt fęminas habere manifestũ est. Ergo in
eorum mentibus cõis natura cognoscitur,in
eorũ vero corporibus ipsius vnius mentis di
stributio figuratur. Ascẽdentibus itaq; intror
sus quibusdã gradibus cõsiderationis per aĩę
partes, vnde incipit aliud occurrere,qđ nõ
sit nobis cõmune cũ bestijs, inde incipit rõ,
vbi homo interior iã posit agnosci. Qui ẽt
ipse si per illã rationẽ cui tẽporalium rerum
administratio delegata est, immoderato pro
gressu nimis in exteriora prolabitur cõsen-
tiente sibi capite suo, idest,non eã cohiben-
te atq; refrenante illa quæ in specula consi-
lij præsidet quasi virili portione, inueteratur
inter omnes inimicos suos, virtutis inuidos
dęmones cum suo principe diabolo,æterno
rumq; illa visio, ab ipso etiam capite cũ cõ-
iuge vetitum manducante subtrahitur, vt lu- H
men oculorũ eius nõ sit cũ illo. Ac sic ab illa
illustratione veritatis ambo nudati,atq; aper
tis oculis cõscientiæ ad videndũ quã inhone
sti atq; indecori remanserint, tanquam folia
dulciũ fructuũ,sed sine ipsis fructibus ita sine
fructu boni operis bona verba contexunt, vt
male viuentes quasi bene loquendo conte-
gant turpitudinẽ suã. Potestatẽ quippe suã di
ligens anima, à cõmuni vniuerso ad primã
patrẽ prolabitur,& Apostatica illa superbia
quod initiũ peccati dr̃, cum in vniuersitate
creaturæ Deum rectorem secuta, legibus e-
ius optime gubenari potuisset, plus aliquid
vniuerso appetens, atque in sua lege guber-
nare molita, quia nihil est amplius vniuersi-
tate,

tate, in curam partilē truditur, & sic aliquid amplius concupiscendo minuitur. Vnde & auaritia dr̄ radix omniū malorū. Totūq; il- *To.6.*
lud vbi aliquid propriū contra leges quibus vniuersitas administraī agere nititur, per cor pus propriū gerit, ꝙ partiliter possidet, atq; ita formis & motib. corporalib delectata, qa intus eas secū non habet, cū eorū imaginib. quas memoriæ fixit inuoluitur, & phātastica fornicatione turpiter inquinatur, oīa officia sua ad eos fines referēs quib. curiose corpo-
K ralia ac tēporalia per corporis sensus q̄rit, aut tumido fastu alijs animis corporeis sensibus deditis esse affectat excelsior, aut cęnoso gurgite carnalis voluptatis immergitur. Cū ergo bona volūtate ad interiora & superiora percipienda, q̄ non priuatim, sed cōiter ab omnib. qui talia diligunt sine vlla angustia vel inuidia casto possidentur amplexu, vel sibi vel alijs consulit, & si fallatur in aliquo per ignorantiā tēporaliū, quia & hoc tēporaliter gerit, & modū agendi non teneat quē debebat, humana tentatio est. Et magnū est hanc vitā sic degere, quam velut viam redeuntes carpimus, vt tentatio nos nō apprehendat nisi humana. Hoc.n. pc̄tm̄ extra corpus est, nec fornicationi deputatur, & ꝑpea facillime ignoscitur. Cū vero ꝑꝑ adipiscenda ea, quæ per corpus sentiuntur ꝑꝑ experiēdi vel excellendi vel contrectandi cupiditatē, vt in his finē boni sui ponat, aliquid agit, quicquid agit turpiter agit: & fornicatur in corpus propriū peccans, & corporearū rerū fallacia simulachra introrsus rapiens, & vana meditatione cōponens, vt ei nec diuinum aliquid placeat nisi tale videaī priuatim auara fętatur erroribus, & priuatim prodiga inanitur viribus. Nec ad tam turpem & miserabilē forninationem semel ab exordio prosili-
L ret, sed sicut scriptum est, Qui modica spernit, paulatim decidet. Qūo.n. coluber non apertis passibus, sed squamarū minutissimis nisibus repit, sic lubricus deficiendi motus negligentes minutatim occupat, & incipiens à peruerso appetitu similitudinis Dei, peruenit ad similitudinē pecorū. Inde est ꝙ nudati stola prima pelliceas tunicas mortalitate meruerunt. Honor.n. hominis uerus est imago & similitudo Dei, quæ nō custoditur nisi ad ipsum à quo imprimitur. Tanto magis itaq; inhæretur Deo, quāto minus diligitur propriū. Cupiditate uero experiendæ potestatis suæ, quodā nutu suo ad seipsum tanq̄ ad medīu proruit. Itaq; cum vult esse sicut ille sub nullo, & ab ipsa sui medietate pęnaliter ad ima propellitur, i. ad ea quib. pecora lętanī: atq; ita cū sit honor eius similitudo Dei, dedecus aūt eius similitudo pecoris, hō in honore positus nō intellexit, cōparatus est iumentis insipiētib. & similis factus est eis. Quà igitur tā longe transiret à summis ad infima, nisi per mediū sui? Cum.n. neglecta charitate sapientiæ q̄ semper eodē modo manet, concupiscit scientia ex mutabiliū tēporaliū experimento, inflat non ædificat: Ita prægrauatus aīus quasi pondere suo à beatitudine expellitur, & per illud suæ medietatis experimentū pęna sua discit, quid intersit inter bonū desertū, malumq; cōmissum, nec redire pōt effusis ac perditis uirib. nisi gratia conditoris sui ad pn̄iam vocantis & peccata donantis. Quis.n. infęlicē animā liberabit à corpore mortis huius, nisi gratia Dei per Iesum Christū dn̄m nostrū? De qua gratia, suo loco quā tū ipse ꝑstiterit disseremus. Nūc de illa parte rationis ad quā pertinet scientia, i. cognitio rerū tēporaliū atq; mutabiliū nouandis uitæ huius actionib. necessaria, susceptā considerationē quantum dn̄s adiuuat peragamus. Sicut.n. in illo manifesto coniugio duorū hominū qui primi facti sunt, non manducauit serpens de arbore uetita, sed tantūmodo mā ducandum persuasit, Mulier aūt non manducauit sola, sed uiro suo dedit, & simul manducauerunt, quamuis cum serpente sola locuta, & ab eo sola seducta sit: ita ꝙ in hoc ꝙ etiam in homine uno geritur, & dignoscitur occulto quodam secretoq; coniugio carnalis, vel ut ita dicam, qui corporis sensus intenditur sensualis animi motus, qui nobis pecoribusq; cōmunis est, seclusus est a ratione sapientiæ. Sensu quippe corporis corporalia sentiuntur: æterna vero & incommutabilia spiritalia ratione sapientiæ intelliguntur. Rationi autem scientiæ appetitus vicinus est, quādoquidem de ipsis corporalibus, quæ sensu corporis sentiūtur, ratiocinatur ea, quę sciētia dicitur actionis: si bene, ut eam notitiam referat ad finem summi boni: si autem male, ut eis fruatur tanquam bonis talibus in quibus falsa beatitudine conquiescat. Cum ergo huic intentioni mentis quæ in rebus tempo-

*Psal. 48.* — *1.cor.8.* — M — *Rom.7.* — *Vir quo solus imago Dei. Cap. 12. 2.sen. di. 24. cap. itaque.* — *Gen.3.* — *2.sen. di. 24. c. est enim. vbi supra* — A — *2.sen. di. 24. cap. itaque.*

ralibus & corporalibus pp actionis officiũ ratiocinandi viuacitate versatur, carnalis ille sensus vel animalis ingerit quandã illecebrã fruendi se, i. tanquã bono quodã priuato & proprio, non tanquã publico atq; cõi, quod est incõmutabile bonũ, tunc velut serpens alloquitur fęminã: huic aũt illecebræ consentire, de ligno prohibito mãducare est. Sed iste
Rom. 6. consensus si sola cogitationis delectatione
B contentus est, superioris vero authoritate cõsilij ita mébra retinentur, vt non exhibeantur iniquitatis arma pctõ, sic habendũ existimo
Gen. 3. velut cibũ vetitũ mulier sola comederit. Si aũt in consensione male vtendi rebus q̃ per sensum corporis sentiuntur, ita decernitur quodcunq; pctm̃, vt si potestas sit ẽt corpore cõpleatur, intelligéda est illa mulier dedisset viro suo secũ simul edendũ illicitũ cibũ. Neq. n. põt pctm̃ non solũ cogitandũ suauiter, verumẽt efficaciter perpetrandũ mente decerni, nisi & illa mentis intẽtio penes quã summa potestas est membra in opus mouendi, vel ab opere cohibendi, malæ actioni cedat & seruiat. Nec sanè cum sola cogitatione mens oblectatur illicitis, non quidem decernens esse facienda, tenens tñ & voluens libenter quæ statim vt attigerunt animum respui debuerunt, negandum non est esse peccatũ, sed longe minus quàm & si opere statuatur implendum. Et ideo de talib. quoque cogitationibus venia petenda est, pectusque percutiendũ, atq; dicendum, Dimitte nobis debita nostra: faciendum quoq; q sequitur, atq; in oratione iũgendũ, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Neque. n. sicut in illis duobus primis hominibus personã suã quisq; portabat, & ideo si sola mulier cibum edisset illicitũ, sola vtique mortis supplicio plecteretur, Ita dici potest in homine vno, si delectationibus illicitis, à quib. se continuo deberet auertere cogitatio, libenter sola pascatur, nec facienda decernantur mala, sed tãtum suauiter in recordatione teneãtur quasi mulierem sine viro posse damnari: absit hoc credere. Hęc quippe vna persona est, vnus homo est, totusq; damnabitur, nisi hæc quæ sine voluntate operandi, sed tñ cum voluntate animũ talibus oblectandi, solius cogitationis sentiuntur esse peccata, per mediatoris gratiã remittantur. Hæc itaq; disputatio qua in mente vniuscuiusq; hominis quæsiuimus

*Margin notes:* 2. sen. di. 24. c. itaque, circa medium. — Matt. 6. — C

quoddã rationale coniugiũ contẽplationis & actionis, officijs per quædã singula distributis, tñ in vtroq; mentis vnitate seruata, salua illius veritatis historia, quã de duobus primis hominib. viro, s. eiusq; muliere, de quibus propagatum est genus humanũ, diuina tradit authoritas, ad hoc tantũmodo audienda est, vt intelligatur Apostolus, imaginem D
Dei viro tantum tribuendo non ẽt fęminæ, quamuis in diuerso sexu duorũ hominum, aliquid tñ significare voluisse q in vno hoĩe quæreretur. Nec me fugit, quosdã qui fuerũt ante nos egregij defensores catholicæ fidei & diuini eloquij tractatores, cum in homine vno cuius vniuersam animã bonã quandã paradisum esse senserunt, duo ista requirerent, virum mentẽ, mulieré vero dixisse corporis sensum. Et secundũ hanc distributioné qua vir ponitur mens, sensus vero corporis mulier, videntur apte omnia cõsentire, si cõsiderata tractentur: nisi q in omnib. bestijs & volatilibus, scriptũ est, non esse inuentum viro adiutoriũ simile illi, & tunc est ei mulier facta de latere. Propter quod ego non putaui pro muliere sensum corporis esse ponendũ quẽ videmus nobis & bestijs esse cõem, sed aliquid volui q bestiæ non haberent, sensumq; corporis magis pro serpente intelligẽdum existimaui, qui legitur sapientior omnibus pecoribus terrę. In eis quippe naturalib. bonis, quæ nobis & irrationabilibus animantibus videmus esse cõia, viuacitate quadam sensus excellit: non ille de quo scriptum est in Epistola quæ est ad Hebræos, vbi legitur, perfectorum esse solidũ cibum, qui per illũ habitũ exercitatos habent sensus ad separandũ bonũ à malo: illi quippe sensus naturæ rationalis sunt ad intelligentiã pertinentes: sed iste sensus qui est quinquepertitus in corpore, per quẽ non solũ à nobis, verumetiam à bestijs corporalis species motusq; sentitur. Sed siue isto, siue illo, siue aliquo alio modo accipiendum sit, q Apostolus virũ dixit imaginem & gloriam Dei, mulierem autem gloriam viri: apparet tñ cum secundum Deum viuimus, mentem nostram in inuisibilia eius intentam, ex eius æternitate, veritate, charitate, proficienter debere formari. Quidam vero E
rationalis intentionis nostræ, hoc est, eiusdem mentis in vsum mutabilium corporaliumq; rerum sine quo hæc vita non agitur

diri-

dirigendum non vt conformemur huic secu lo finem constituendo in bonis talibus, & in ea detorquendo beatitudinis appetitum: sed vt quicquid in vsu temporaliũ rationabiliter
F facimus, æternorũ adipiscendorum contem platione faciamus, per ista transeuntes, illis inhærentes. Habet.n.& scientia modum suũ bonum, si quod in ea inflat vel inflare assolet, æternorũ charitate uincatur, quæ non inflat, sed vt scimus ædificat. Sine scientia quippe, nec uirtutes ipsæ quib. recte uiuitur possunt haberi, per quas hęc uita misera sic gubernetur, ut ad illam quæ uere beata est perueniatur æternã. Distat tñ ab æternorum con tẽplatione actio qua bene utimur temporalibus rebus, & illa sapientiæ, hæc scientiæ deputatur. Quamuis.n.& illa quæ sapientia est, possit scientia nuncupari, sicut & Apostolus loquitur, ubi dicit, Nunc scio ex parte, tunc aũt cognoscam sicut & cognitus sum: quam scientiam profecto contẽplationis Dei uult intelligi, quod sanctorũ erit premium summũ: tñ ubi dicit, Alij quidem datur per spiritum sermo sapientiæ, alij sermo scientiæ secundum eundẽ spiritum: hæc utiq; duo sine dubitatione distinguit, licet non ibi explicet quid intersit & unde possit utrunque dignosci. Verum scripturarũ sanctarum multiplicem copiam scrutatus, inueni scriptũ esse in libro Iob, eodẽ sancto viro loquente, Ecce pietas est sapientia: abstinere autem à malis est scientia. In hac differentia intelligendum est ad contemplationẽ sapientiam, ad actionẽ scientiam pertinere. Pietatem quippehoc loco posuit Dei cultum, quæ Græce dicitur θεοσέβεια. Nam hoc uerbum habet ista sñia in codicibus Græcis. Et quid est in ęternis ex cellentius q̃ Deus, cuius solius immutabilis est natura? Et quis cultus eius, nisi amor eius
G quo nunc desideramus eum uidere, credimusq; & speramus eum nos esse uisuros, & quantũ proficimus uidemus nunc per specu lũ in ænigmate. tunc aũt in manifestatione? Hoc est.n. ꝙ ait Apostolus Paulus, Facie ad faciem. Hoc ẽt ꝙ Ioannes, Dilectissimi nũc filij Dei sumus, & nondum apparuit quid erimus: scimus quia cũ apparuerit, similes ei erimus, qm̃ uidebimus eum sicuti est. De his atque huiusmodi, sermo ipse mihi ur̃ esse sermo sapientiæ. Abstinere aũt à malis, quã Iob scientiam dixit esse, rerũ proculdubio tẽporalium est. Qm̃ secũdum tp̃s in malis sumus, à quibus abstinere debemus, ut ad illa bona æterna ueniamus. Quamobrẽ quicquid prudenter, fortiter, temperãter, & iuste agimus, ad eam pertinet scientiam siue disciplinam, qua in euitandis malis bonisque appetendis actio nostra uersatur, & quicquid propter exempla uel cauenda, uel imitanda, & propter quarumque rerũ quæ nostris accõmodata sunt usibus necessaria documenta, historica cognitione colligimus. De his ergo sermo cũ sit, eum scientiæ sermonẽ puto discernendum à sermone sapientiæ, ad quam pertinent ea quæ nec fuerunt, nec futura sunt, sed sunt, & ꝑp æternitatẽ in qua sunt, & fuisse & esse & futura esse dicuntur, sine ulla mutabilitate temporũ. Non.n. sic fuerunt ut esse desinerent, aut sic futura sunt quasi nunc nõ sint, sed idipsum esse semper habuerunt, semper habitura sunt. Manent aũt non tanquam in spatijs locorũ fixa ueluti corpora, sed in H
natura incorporali sic intelligibilia præsto sunt mentis aspectibus, sicut ista in locis uisibilia uel contrectabilia corporis sensibus. Non aũt solũ rerũ sensibilium in locis positarum sine spatijs localibus manent intelligibiles incorporalesq; rationes, uerumẽt motionum in tẽporalib. transeuntium, sine tp̃ali transitu stant ẽt ipsę utiq; intelligibiles non sensibiles. Ad quas mẽtis acie peruenire paucorũ est, & cũ peruenitur quantũ fieri põt, non in eis manet ipse peruentor, sed ueluti acie ipsa reuerberata repellitur, & fit rei non transitoriæ transitoria cogitatio. Quæ tñ cogitatio transiens per disciplinas quibus eruditur animus, memoriæ cõmendatur, ut sit quo redire possit, quæ cogitur inde transire, quamuis si ad memoriã cogitatio non rediret, atque ꝙ cõmendauerat ibi inueniret, uelut rudis ad hoc sicut ducta fuerat duceretur idq; inueniret, ubi primũ inuenerat, in illa scilicet incorporea ueritate, unde rursus quasi descriptũ in memoria figeretur. Neque.n. sicut manet uerbi gratia, quadrati corporis I
incorporalis & incõmutabilis ratio, sic in ea manet hominis cogitatio, si tñ ad eam sine phantasia spatij localis potuit peruenire. Aut si alicuius artificiosi & musici soni per moras tẽporis transeuntis numerositas cõprehẽdatur, sine tp̃e stans in quodã secreto altoq; silentio, tamdiu saltem cogitari potest quãdiu

diu potest ille cantus audiri: tñ quod inde rapuerit etsi transiens mentis aspectus, & quasi glutiens in ventrem ita in memoria reposue rit, poterit recordando quodammodo rumi nare, & in disciplinam quod sic didicerit tra ijcere. Quod si fuerit omnimoda obliuione

K deletum, rursus doctrina duce ad id venietur quod penitus exciderat, & sic inuenietur vt erat. Vnde Plato ille Philosophus nobis persuadere conatus est vixisse hic animas hominum, & antequam ista corpora gererent. Et hinc esse quod ea quæ discuntur, reminiscuntur potius cognita quam cognoscuntur noua. Retulit enim puerum quendam, nescio quæ de geometria interrogatum sic respondisse, tanquam esset illius peritissimus disciplinæ. Gradatim quippe atque artificiose interrogatus, videbat quod videndum erat, dicebatq; quod viderat. Sed si recordatio hæc esset rerum antea cognitarum, non vtiq; omnes vel penè omnes cum illo modo interrogarentur, hoc possent. Non enim omnes in priore vita geometræ fuerunt, cum tam rari sint in genere humano, vt vix posit aliquis inueniri: sed potius credendum est mentis intellectualis ita conditam esse naturam, vt rebus intelligibilibus naturali ordine disponente conditore subiuncta, sic ista videat in quadam luce sui generis incorporea, quemadmodum oculus carnis videt, quæ in hac corporea luce circumadiacent, cuius lucis capax eique congruens est creatus. Nō enim & ipse ideo sine magistro alba & nigra discernit, quia ista iam nouerat antequam in hac carne crearetur. Deniq; cur de solis rebus intelligibilibus id fieri potest, vt bene interrogatus quisque respondeat, quod ad quanque pertinet disciplinam, etiam si eius ignarus est? Cur hoc facere de rebus sensibilibus nullus potest, nisi quas isto vidit in corpore constitutus, aut eis qui nouerant, in-

L dicantibus credidit, seu literis cuiusque seu verbis? Non enim acquiescēdum est eis qui Samium Pythagoram ferunt recordatū fuisse talia nonnulla quæ non fuerat expertus, cum hic alio iam fuisset in corpore: & alios nonnullos narrant alij, eiusmodi aliquid in suis mentibus passos. Quas falsas fuisse memorias, quales plerunque experimur in somnis, quando nobis videmur reminisci quasi egerimus aut viderimus, quod nec egimus

*Contra reminiscētiam Platonis & metēpsychosin Pythagoræ. Cap. 15. 1. Retr. c.4.& 7.*

*Samius Pythagoras.*

omnino nec vidimus: & eo modo affectas esse illorum mentes etiam vigilantium, instinctu spirituum malignorum atque fallacium, quibus curæ est de reuolutionibus animarum falsam opinionem, ad decipiendos homines firmare vel serere, ex hoc conijci potest, quia si vere illa recordarentur, quæ hic in alijs antea positi corporibus viderant, multis ac penè omnib. id contingeret: quandoquidem vt de viuis mortuos, ita de mortuis viuos, tanquam de vigilantibus dormientes, & de dormientibus vigilantes, sine cessatione fieri suspicantur. Si ergo hæc est sapiētiæ & scientiæ recta distinctio, vt ad sapientiam pertineat æternarum rerum cognitio intellectualis, ad scientiam vero temporalium rerum cognitio rationalis, quid cuique præponendum siue postponendum sit, non est difficile iudicare. Si autem alia est adhibenda discretio qua dignoscantur hæc duo, quæ proculdubio distare Apostolus docet dicēs, Alij datur quidem per spiritum sermo sapiētiæ, alij sermo scientiæ secundum eundem spiritum: tamen etiam istorum duorum quæ nos posuimus euidentissima differentia est, quod alia sit intellectualis cognitio æternarum rerum, alia rationalis temporalium, & huic illam præponendam esse ambigit nemo. Relinquentibus itaq; nobis ea quæ sunt exterioris hominis, & ab eis quæ communia cum pecoribus habemus introrsum ascēdere cupientibus, antequam ad cognitionē rerum intelligibilium atque summarum quę sempiternę sunt veniremus, temporalium rerum cognitio rationalis occurrit. Et iam in hac igitur inueniamus si possumus aliquam Trinitatem, sicut inueniebamus in sensibus corporis, & in ijs quę per eos in animam vel spiritum nostrum imaginabiliter intrauerunt: vt pro corporalibus rebus quas corporeo foris positas attingimus sensu, intus cor-

M

A porum similitudines haberemus impressas memoriæ, ex quibus cogitatio formaretur, tertia voluntate vtrunque iungente: sicut formabatur foris acies oculorum, quam voluntas vt visio fieret adhibebat rei visibili, & vtrunque iungebat, etiam illic ipsa se admouens tertiam. Sed non est hoc coarctandum in hunc librum, vt in eo qui sequitur si Deus adiuuerit conuenienter posit inquiri, & quod inuentum fuerit explicari.

D. AV-

D. AVRELII AVGVSTINI
De Trinitate.

## LIBER TERTIVSDECIMVS.



ffigiũ adss cogni- e spi- li. N libro superiore huius operis duodecimo satis egim⁹ discernere rationalis mẽtis officiũ in tꝑalibus rebus, vbi nõ sola cognitio, verũ & actio nr̃a versat̃ n.1. ab excellentiore eiusdẽ mentis officio, ꝙ cõtẽplando ęternis rebus impendit̃, ac sola cognitione fruit̃. Cõmodius ãt fieri puto, vt de scripturis sanctis aliquid interserã, quo facilius possit vtrunq; dignosci. Euangeliũ suũ n.1. Ioannes Euangelista sic exorsus est, In principio erat verbũ, & verbũ erat apud Deũ, & Deus erat verbũ: hoc erat in principio apud Deum oĩa ꝑ ipsum facta sunt, & sine ipso fa B ctũ est nihil. Quod factũ est in ipso vita erat, & vita erat lux hominũ, & lux in tenebris lucet, & tenebrę eã nõ cõprehenderũt: Fuit hõ missus à Deo, cui nomen erat Ioannes, hic uenit in testimonium vt testimonium perhiberet de lumine, vt oẽs crederẽt ꝑ illũ. Nõ erat ille lux sed vt testimoniũ perhiberet de lumine. Erat lux vera q̃ illuminat oẽm hoĩẽ veniẽtẽ in hũc mundũ. In mũdo erat, & mũdus ꝑ ipsũ factus est, & mũdus eũ nõ cognouit. In propria venit & sui eũ non receperũt. Quotquot aũt receperũt eũ dedit eis ꝑtãtem filios Dei fieri, ijs q̃ credũt in noĩe eius. Qui nõ ex sanguinib. neq; ex volũtate carnis, neq; ex volũtate viri, sed ex Deo nati sunt. Et verbũ caro factũ est, & habitauit ĩ nobis. Et vidimus gloriam eius gloriã quasi vnigeniti à patre plenum gr̃æ & veritatis. Hoc totũ ꝙ ex Euãgelio posui, in ꝓcedẽtib. suis partib. habet, qđ ĩmutabile: sẽpiternũ est cuius cõtẽplatio nos beatos facit. In cõsequẽtib. vero, ꝑ- ꝑrali. mixta ĩ tꝑalib. cõmemorãt̃ æterna. Ac ꝑ hoc A.c.14. aliqua ibi ad sciẽtiã ꝑtinẽt, aliqua ad sapiẽtiã sicut in lib. 12. nr̃a ꝓcessit distinctio. Nã ĩ prĩcipio erat verbũ, & verbũ erat apud Deũ, & Deus erat verbũ, hoc erat in principio apud Deũ, Oĩa ꝑ ipsum facta sunt & sine ipso factũ ẽ nihil: ꝙ factũ est in ipso vita erat, & vita erat lux hominũ, & lux in tenebris lucet, C & tenebrę eũ nõ cõpræhẽderũt. Cõtẽplatiuã vitã requirit, & intellectuali mẽte cernẽdũ est. Qua in re quãto magis quisq; ꝓfecit, tãto fiet sine dubitatione sapientior. Sed ꝓp id qđ ait, Lux lucet in tenebris, & tenebræ eã nõ cõpræhenderũt: fide vtiq; opus erat qua crederet̃ qđ nõ videt̃. Tenebras q̃ppe intelligi voluit, auersa ab hmõi luce eãq; minꝰ ido nea cõtueri corda mortaliũ: ꝓp ꝙ adiungit & dicit, Fuit hõ missus à Deo, cui nomẽ erat Ioãnes, hic venit in testimoniũ vt testimoniũ ꝑhiberet de lumine, vt oẽs crederẽt ꝑ illum. Hoc iã tẽporaliter gestũ est, & ad scientiam ꝑtinet q̃ cognitione historica cõtinetur. Hominẽ aũt Ioannẽ in phantasia cogitamus, q̃ de humanę naturæ notitia impressa est nr̃ę memoriæ. Et hoc eodẽ mõ cogitant, siue q̃ ista nõ credũt, siue q̃ credũt. Vtrisq; .n. notũ est quid sit hõ cuius exteriorẽ partẽ. i. corp⁹ ꝑ corporis lumina didicerũt, interiorẽ vero. i. animã in seipsis, quia & ipsi hoĩes sunt, D & ꝑ humanã cõuersatiõnẽ cognitã tenẽt, vt possint cogitare qđ dr̃, Fuit homo cui nõmẽ erat Ioannes, quia & nomina sciunt loquẽdo & audiendo. Qđ aũt ibi est, missus à 1 *sen. di.* Deo. fide tenent q̃ tenent. Et q̃ fide nõ tenẽt, *23. c. no-* aut dubitatione ambigũt, aut infidelitate de *tandum.* rident. Vtiq; tñ si nõ sunt ex numero nimis insipiẽtiũ, q̃ dicũt in corde suo, nõ est Deus, hęc audientes verba vtrunq; cogitant, & q̃d sit Deus, & quid sit mitti à Deo, & si nõ sicut res se habent, at certe sicut valent. Fidẽ porro ipsam quã videt quisq; in corde suo esse, si credit, vel nõ esse, si non credit aliter noui mus: nõ sicut corpora q̃ videmus oculis corporeis, & ꝑ ipsorũ imagines quas memoria tenemus, etiã absentia cogitamus, nec sicut ea q̃ nõ vidimus & ex ijs quæ vidimus cogitatione vtcũq; formamus, & memoriæ cõmẽdamus, quo recurramus cũ voluerimus, ut illic ea vel potius qualescunq; imagines eorũ quas ibi fiximus similiter recordatione cernamus: nec sicut hoĩem uiuũ, cuius animã ẽt si nõ uidemus ex nr̃a cõijcimus, & ex motibus corporalibus hoĩem uiuũ, sicut uidendo didicimus, intuemur ẽt cogitando. Non sic uidet̃ fides in corde in quo est, ab eo cui⁹ est sed eã tenet certissima scientia, clamatq; cõscientia. Cũ itaq; propterea credere iubeamur, q̃a id ꝙ credere iubemur uidere nõ pos E sumus ipsam tñ fidẽ q̃n inest ĩ nobis uidem⁹ in nobis; quia & rerũ absentiũ præsens est fides, & rerum quæ foris sunt intus est fides, & rerum q̃ non uidentur uidet̃ fides, & ip-

sa

ſa tñ tẽporaliter ſit in cordibus hominũ. Et
ſi ex fidelibus, infideles fiũt, perit ab eis. Ali-
qñ aũt rebus falſis accõmodatur fides: loqui
mur.n.ſic, vt dicamus, habita eſt ei fides &
decepit. Qualis fides, ſi tñ & ipſa dicenda eſt
fides, nõ culpabiliter de cordib. perit, qñ eã
inuenta veritas pellit: optabiliter aũt rerũ ve
rarũ in eaſdẽ res fides tranſit. Non.n.dicen-
dum eſt perit, qñ ea q̃ credebantur videntur.
Nũquid.n.adhuc fides dicenda eſt, cũ definí
Heb. 11. ta ſit in epiſtola ad Hẹbreos fides, dictumq́;
ſit eã eſſe coniũctionem rerũ q̃ non videntᷓ?
Ioan. 1. Deinde quod ſequitur, Hic venit in teſtimo
niũ: vt teſtimonium perhiberet de lumine, vt
oẽs crederent per illũ: actio, vt dixi, tempo-
ralis eſt. Temporaliter.n.teſtimoniũ perhi-
betur ẽt de re ſempiterna, quod eſt intelligi
bile lumen. De quo vt teſtimoniũ perhibe-
ret venit Ioannes, qui non erat lux, ſed vt te
Ibidem. ſtimonium perhiberet de lumine. Adiungit
enim, Erat lux vera quẹ illuminat oẽm ho-
F minem venientem in hunc mundũ, In mun
do erat, & mundus per ipſum factus eſt, &
mundus eũ non cognouit. In propria venit,
& ſui eũ nõ receperũt. Hẹc verba omnia qui
Latinam linguã ſciunt, ex rebus intelligunt
quas nouerunt. Quarũ aliquẹ nobis innotue
runt per coporis ſenſus, ſicut homo ſicut ip
ſe mundus, cuius tam euidentem magnitudi
nem cernimus, ſicut eorundẽ verborũ ſoni.
Nã & auditus ſenſus eſt corporis. Aliqua aũt
ꝑ animi rationẽ, ſicut id quod dictũ eſt, Et
ſui eum non receperunt. Intelligitur.n.nõ in
eum crediderunt. Quod quid ſit, nullo cor
poris ſenſu, ſed animi ratione cognouimus.
Ipſorũ ẽt verborũ non ſolũ ſonos ſed ſigni-
ficationes: partim per corporis ſenſum, par-
tim per animi rationẽ didicimus. Nec ea ver
ba nũc primũ audiuimus, ſed quẹ iam audie
ramus. Et non ſolũ ipſa, verũ etiã q̃ ſignifi-
carẽt cognita memoria tenebamus, & hic a-
gnouimus. Hoc.n.nomen diſyllabum cum
dicitur mũdus, qm̃ ſonus eſt, res vtiq; corpo
ralis per corpus innotuit. i. per aurem, ſed
etiã quod ſignificat per corpus innotuit. i. ꝑ
oculos carnis. Mundus quippe inquantũ no-
tus eſt, videntibus notus eſt. Ad hoc verbum
quatuor ſyllabarũ quid eſt, crediderunt, ſo-
G no ſuo qm̃ corpus ẽ, per aurẽ carnis illabitᷓ:
quod autẽ ſignificat, nullo corporis ſenſu,
ſed animi ratione cognoſcitur. Niſi.n.q̃d ſit,
crediderunt, per animũ noſſemus, nõ intel-
ligeremus quid nõ fecerint illi de quibus di-
ctũ eſt, Et ſui eũ non receperunt. Sonus ergo
verbi forinſecus inſtrepit auribus corporis,
& attingit ſenſum qui vocatur auditus. Spe-
cies quoq; hominis & in nobiſipſis notaẽ,
& forinſecus in alijs adeſt corporis ſenſibus
oculis cum videtur, auribus cũ auditur, ta-
ctui cũ tenetur & tangitur. Habet etiã in me-
moria noſtra imaginem ſuã, incorporalem
quidẽ, ſed corpori ſimilẽ, Mundi deniq; ip-
ſius mirabilis pulchritudo forinſecus prẹſto
eſt, & aſpectibus noſtris, & ei ſenſui qui dici
tur tactus ſi quid eius attingimus. Habet etiã
ipſe intus in memoria noſtra imaginẽ ſuam,
ad quã recurrimꝰ, cũ eum vel ſepti parietib.
vel etiã in tenebris cogitamꝰ. Sed de his ima
ginibus rerũ corporaliũ, incorporalibus qui
dẽ habentibus tñ ſimilitudines corporũ, &
ad vitã exterioris hominis pertinentibus, iã
ſatis in vndecimo lib. locuti ſumus. Nũc aũt
agimus de homine interiore & eius ſcientia, H
ea q̃ rerũ eſt temporaliũ & mutabiliũ: in cu-
ius intentione cũ aſſumitur aliquid, ẽt de re-
bus ad exteriorẽ hominem pertinentibus ad
hoc aſſumendũ eſt vt aliquid inde doceatur
quod rationalẽ adiuuet ſcientiã: ac per hoc
rerũ quas cões cũ animantibus irrationali-
bus habemus, rationalis vſus ad interiorẽ ho
minẽ pertinet, nec recte dici põt cũ irratio-
nalibus animantibus eum nobis eſſe cõmu-
nem. Fides vero de qua in libro aliquãto diu
tius diſputare cera diſpoſitionis noſtrẹ ra-
tione compellimur, quam qui habent fideles
vocantur, & qui nõ habent infideles, ſicut ij
qui venientẽ in propria Dei filiũ non recepe
runt, quanuis ex auditu in nobis facta ſit, nõ
tñ ad eũ ſenſum corporis pertinet qui appel
latur auditus, qm̃ non eſt ſonus, nec ad ocu
los huius carnis, qm̃ non eſt color aut cor-
poris forma, nec ad eũ qui dicitur tactꝰ, qm̃
corpulentiẹ nihil habet, nec ad vllũ ſenſum
corporis, qm̃ cordis eſt res iſta non corpo-
ris, nec foris eſt à nobis, ſed in intimis no-
ſtris, nec eã quiſquã hominũ videt in alio,
ſed vnuſquiſq; in ſemetipſo. Denique poteſt
& ſimulatione cõfingi, & putari eſſe in quo
non eſt. Suam igitur quiſque fidem apud ſe-
ipſum videt in altero autem credit eſſe eam, I
non videt, & tanto firmius credit, quãto fru
ctus eius magis nouit quos operari ſolet fides

per dilectionē. Quamobrē omnib. de quibus Euangelista subiūgit & dicit, Quotquot aūt receperunt eū dedit eis potestatem filios Dei fieri, ijs qui credunt in noīe eius, qui non ex sanguinib. neq; ex voluntate carnis, neq; ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt. Fides ista cōis est: nō sicut aliqua corporis forma cōis est ad videndū omniū oculis quib. ꝑsto est. Ex ipsa quippe vna omniū cernentiū quodā modo informatur aspectus: sed sicut dici pōt
K omnib. hominib. esse facies humana cōis. Nā hoc ita dr̄, vt tn̄ singuli suas habeant. Ex vna sanè doctrina impressam fidē credentiū cordib. singulorū qui hoc idē credunt verissime dicimus. Sed aliud sunt ea q̄ creduntur, aliud fides qua credunt̄. Illa quippe in reb. sunt, q̄ vel esse vel fuisse, vel futuræ esse dicunt̄: hæc aūt in animo credentis est, ei tantū cōspicua cuius est, quāuis sit in alijs non ipsa, sed similis. Non. n. numero est vna, sed genere, ꝑꝑ similitudinē tn̄ & nullā diuersitatē magis vnā dicimus esse, q̄ multas. Nā & duos homines simillimos cū videmus, vnam faciē dicimus & miramur amborū. Facilius itaq; dr̄ multas animas fuisse singulas vtiq; singulorū, de quib. legimus in Actibus Apostolorū, ꝙ eis fuerit anima vna: q̄ vbi dixit Apostolus, Vna fides, tot eas audet quisquam dicere quot fideles. Et tn̄ qui dicit, O mulier magna est fides tua: & alteri, Modicæ fidei quare dubitasti? suā cuiq; esse significat. Sed ita dr̄ eadem credentiū fides vna, queadmodū eadem volentium voluntas vna: cū & in ipsis qui hoc idē volunt sua voluntas sit cuiq; conspicua, alterius aūt lateat, quāuis idem velit. Et si aliquibus signis, sese indicet, creditur potius q̄ vr̄. Vnusquisque aūt sui animi conscius non credit vtiq; hanc esse suā, sed planè peruidet voluntatē. Est quædā sanè eiusdē naturæ viuentis & ratione vtentis tanta conspiratio, vt cū lateat alterū quid alter velit, nonnullæ tn̄ sint voluntates omniū ēt singulis notæ. Et cū quisq; homo nesciat quid homo alius vnus
L velit, in quibusdā reb. possit scire ꝙ omnes uelint. Vnde illa cuiusdam Mimi facetissima ꝑdicatur urbanitas, Qui cū se promisisset in theatro quid in animo haberēt, & quid uellent oēs, alijs ludis esse dicturū, atque ad diē constitutū ingenti expectatione maior multitudo conflueret, suspensis & silentibus omnibus, dixisse perhibetur, Vili vultis emere, & caro uendere. In quo dicto leuissimi scenici, omnes tn̄ conscientias inuenerunt suas, eiq; uera ante oculos omniū cōstituta, & tn̄ improuisa dicenti admirabili fauore plauserunt. Cur aūt tā magna expectatio facta est in illo promittente omniū voluntatē se esse dicturū, nisi quia latent hominē aliorū hominū uoluntates? Sed nunquid ista latuit istum? M
Nunquid quēquā latet? Qua tandē causa, nisi quia sunt quædā quæ non inconueniēter in alijs de se quisq; conijciat, cōpatiente vel cōspirante uitio seu natura. Sed aliud est uidere uoluntatē suā, aliud quāuis certissima coniectura, conijcere alienā. Nā conditā Romam tā certū habeo in reb. humanis q̄ Constantinopolim, cū Romam uiderim oculis meis, de illa uero nihil nouerim, nisi ꝙ alijs testib. credidi. Et minus quidē ille uel seipsum intuendo, uel alios quoq; experiendo, uili uelle emere, & caro uendere, omnib. id credidit esse cōe. Sed qm̄ reuera uitiū est, pōt quisq; adipisci eiusmodi iustitiā, uel alicuius alterius uitij ꝙ huic contrariū est incurrere pestilētiā, qua huic resistat & uincat. Nam scio ipse hominē, cum uenalis codex ei fuisset oblatus, pretijq; eius ignarū, & ideo quidā exiguū poscēté cerneret uenditorē, iustum pretiū ꝙ multo amplius erat, nec opinanti dedisse. Quid si ēt sit quisquā nequitia tanta possessus, ut uili uendat q̄ dimiserunt parentes, & caro emat quæ consumant libidines? Non est, ut opinor, incredibilis ista luxuries. Et si quærantur tales, & reperiantur, aut etiā non quæsiti fortasis occurrant, qui nequitia maiore q̄ theatrica propositione uel pronunciationi theatricæ insultēt, magno pretio stupra emēdo, paruo aūt rura uendēdo. Largitionis A
ēt gratia nouimus quosdā emisse frumenta carius, & uilius uēdidisse suis ciuibus. Illud ēt ꝙ uetus Poeta dixit Ennius, Oēs mortales sese laudari exoptant: profecto & de seipso & de ijs quos expertus fuerat, cōiecit in alijs & vr̄ prænunciasse hominū omnium uoluntates. Deniq; si & minus ille dixisset, Laudari oēs vultis, nemo uestrū uult uituperari: similiter ꝙ esset omniū uoluntatis dixisse uideretur. Sunt tn̄ qui uitia sua oderint, & in quib. sibi displicent ipsi, nec ab alijs se laudari uelint, gratiasq; agant obiurgantiū beneuolentiæ, cū ideo uituperantur ut corrigant̄. At si dixisset, oēs beati esse uultis, miseri esse non vultis,

*Ennius Poeta.*

vultis, dixisset aliqd ꝙ nullus in sua nō agnosceret voluntate. Quicquid.n.aliud quisquā latenter velit, ab hac voluntate q̄ omnib.hominib. satis nota est, non recedit. Mirū est autē cū capessendæ atq; retinendæ beatitudinis voluntas vna sit omniū, vnde tanta existat de ipsa beatitudine rursus varietas atq; diuersitas voluntatū, non ꝙ aliquis eā nolit, sed ꝙ non oīs eam nouit. Si.n.oēs eam nossent, nō ab alijs putaretur esse in virtute animi, alijs in corporis voluptate, alijs in vtraq;, & alijs atque alijs, alibi atque alibi. Vt.n.eos quæque res maxime delectauit, ita in ea constituerūt vitā beatam. Qūo igitur feruentissime amant

*An oēs norint & velint beate viuere. c. 4. 4. sen. di. 49. ca. solet etiam. Sup. li. 10*

B oēs, ꝙ non oēs sciunt? Quis pōt amare ꝙ nescit? sicut iā de hac re in libris superioribus disputaui. Cur ergo beatitudo amatur ab omnib. nec tñ scitur ab omnibus? An forte sciūt oēs ipsa quæ sit, sed nō omnes sciunt vbi sit, & inde contentio est? Quasi vero de aliquo mundi huius agatur loco, vbi debeat quisq; velle viuere, qui vult beate viuere, ac non ita q̄ratur vbi sit beatitudo, sicut quæritur quæ sit. Nam vtiq; si in corporis voluptate est, ille beatus est qui fruitur corporis voluptate. Si in virtute animi, ille qui hac fruitur. Si in vtraq;, ille qui fruitur vtraq;. Cum itaq; alius dicit, beate viuere ē voluptate corporis frui, alius aūt beate viuere est virtute animi frui, nonne aut ambo nesciunt quæ sit beata vita, aut non ambo sciunt? Qūo ergo ambo amāt eam, si nemo potest amare, ꝙ nescit? An forte falsum est ꝙ pro verissimo certissimoque posuimus, beate viuere omnes homines velle? Si.n.beate viuere est, verbi gratia, secundum animi virtutem viuere, qūo beate viuere vult, qui hoc non vult? Nonne verius dixerimus, homo iste non vult beate viuere, quia nō vult secundū virtutem viuere, quod solum est beate viuere? Nō igitur omnes beate viuere volunt, imo pauci hoc volunt, si nō est beate viuere, nisi secundum virtutem animi viuere, quod multi nolunt. Itane falsum erit? vnde nec ipsis Academicis cum omnia dubia sint, Academicus ille Cicero dubitauit, qui cum vellet in Hortensio dialogo ab aliqua re certa, de qua nullus ambigeret sumere disputationis exordium, Beati certe inquit, omnes esse volumus. Absit vt hoc falsum esse dicamus. Quid igitur? an dicendum est, ēt si nihil sit aliud beate viuere, q̄ secundum virtutē animi viuere, tñ & qui hoc non vult, beate vult viuere? Nimis quidem hoc vī absurdum. Tale est.n.ac si dicamus, Et qui nō vult beate viuere, beate vult viuere. Istam repugnantiam quis audiat? quis ferat? & tñ ad hanc contrudit necessitas, si & omnes beate

*4. sen. di. 49. ca. solet etiam quæri.*

C

D velle viuere verum est, & non oēs sic volunt viuere, qūo solum beate uiuitur. An forte illud est ꝙ nos ab his angustijs possit eruere, vt qm̄ diximus ibi quosq; posuisse beatam vitam ꝙ eos maxime delectauit, vt uoluptas Epicurum, virtus Zenonem, sic aliū aliquid aliud, nihil dicamus esse beate uiuere, nisi uiuere secundum delectationem suam, & ideo falsum nō esse ꝙ omnes beate viuere velint, quia omnes ita volūt ut quenq; delectat? Nā & hoc populo si pronunciatum esset in theatro, omnes id in suis uoluntatibus inuenirēt: Sed hoc quoque Cicero cū sibi ex aduerso proposuisset, ita redarguit, ut qui hoc sentiunt erubescant. Ait.n.ecce autem non Philosophi quidem sed prompti tñ ad disputandum homines aiunt esse beatos qui uiuant, ut ipsi uelint: hoc est ꝙ nos diximus, ut quosque delectat. Sed mox ille subiecit, Falsum id quidem. Velle.n.ꝙ non deceat, id ipsum miserrimū est. Nec tam miserū est non adipisci quod velis, q̄ adipisci uelle ꝙ non oporteat. Præclarissime omnino atque uerissime. Quis nanque ita sit mente cęcus, & ab omni luce decoris alienus, ac tenebris dedecoris inuolutus, ut eū qui nequiter uiuit ac turpiter, & nullo prohibente, nullo ulciscente, & nullo saltē reprehendere audente, insuper & laudantib. plurimis, qm̄ sicut ait scriptura diuina, Laudať pċtōr in desiderijs animæ suæ, & qui iniqua gerit benediciť, implet omnes suas facinorosissimas & flagitiosissimas uolūtates, ideo beatū dicat, quia uiuit ut uult: cū profecto quāuis & sic miser esset, minus tñ esset si nihil eorū quæ perperā uoluisset, habere potuisset: mala.n. uoluntate uel sola quisq; miser efficitur, sed miserior potestate qua desideriū malę uoluntatis impleť. Quapropter qm̄ uerū est, ꝙ omnes homines esse beati uelint, idq; unum ardentissimo amore

E appetant, & ꝑꝑ hoc cętera quæcunq; appetūt, nec quisquā pōt amare ꝙ omnino quid uel quale sit nescit: nec potest nescire qd sit quod uelle se scit, sequitur, ut omnes beatā uitam sciant. Omnes autem beati habēt ꝙ uolunt,

sunt, quãuis non omnes qui hñt quod volũt cõtinuo sint beati. Cõtinuo aũt miseri q̃ vel nõ habẽt quod volũt vel id habent ꝙ nõ recte volũt. Beatus igitur non nõ est nisi qui & hẽt oĩa quæ vult, & nihil vult male. Cũ ergo ex his duobus beata vita constet, atq; omnibus nota, oĩb. chara sit, q̃d putemus esse causæ, cur horũ duorũ, q̃n vtrunq; nõ possunt, magis eligãt hoĩes, vt oĩa quæ volũt habeãt, q̃ vt omnia bene velint etiã si nõ habeãt. An ipsa est prauitas generis humani, vt cum eos nõ lateat, nec illũ beatũ esse qui ꝙ vult non habet, nec illũ qui quod male vult habet, sed illũ qui & habet quæcunq; vult bona, & nulla vult mala, ex his duobus quibus beata vita perficitur, quando utrunq; nõ datur, id eliga
F tur potius, unde magis à beata uita recedit? longius quippe ab illa est quicunq; adipiscitur male concupita, quã qui nõ adipiscitur cõcupita, cũ potius eligi debuerit voluntas bona atq; præponi, etiã non adepta quæ appetit. Propinquat enim beato qui bene vult quæcunque uult, & quæ adeptus cum fuerit beatus erit. & vtique non mala, sed bona beatũ faciũt, quando faciũt quorum bonorũ habet aliquid iã, idq; nõ parui æstimãdũ, eã ipsam scilicet voluntatẽ bonã, qui de bonis quorũ capax est humana natura, non de ullius mali perpetratione uel adeptione gaudere desiderat, & bona qualia & in hac misera uita esse possunt, prudenti, tẽperãti, forti, & iusta mente sectatur, & quantũ dat assequitur, ut etiã in malis sit bonus, & finitis malis omnibus atq; impletis bonis omnib. sit beatus. Ac per hoc in ista mortali uita errorib. ærumnisq; plenissima, præcipue fides est necessaria, qua in Deũ creditur. Nõ enim quæcunq; bona, maximeq; illa quibus quisq; fit bonus, & illa quibus fiet beatus, unde nisi à Deo hominẽ in ueniant, & homini accedãt, inueniri põt. Cum aũt ex hac uita ab eo qui in his miserijs fidelis & bonus est, uentũ fuerit ad beatã, tunc erit uere ꝙ nunc esse nullo modo põt, ut sic hõ uiuat q̃uo uult, Non.n. uolet male uiuere in illa fœlicitate, aut uolet aliq̃d ꝙ deerit, aut d̃erit ꝙ uoluerit. Quicq̃d amabitur aderit, nec desiderabitur quod nõ aderit: oẽ ꝙ ibi erit, bonum erit, & summus Deus summũ bonũ erit, atq; fruendũ amantibus præsto erit, & quod est oĩno beatissimũ, ita semp fore certũ erit. Nunc uero fecerunt quidã sibi Philosophi sicut eorũ cuique placuit uitas beatas suas, ut quasi ꝓpria uirtute possent, quod cõmuni mortaliũ conditione non poterant, sic, s. viuere ut uellent. Sentiebant enim aliter beatũ esse meminem posse nisi habendo quod uellet, & nihil patiendo quod uellet. Quis aũt non qualemcunq; uitã qua delectatur, & ideo beatam uocat, uellet sic esse in sua potestate ut eam posset habere perpetuã? & tñ quis ita est? q̃s uult pati molestias quas fortiter toleret, quã uis eas uelit possitq; tolerare si patitur? Quis uelit in tormentis uiuere, et qui potest in eis per patientiã tenendo iustitiã laudabiliter ui H
uere? Transitura cogitauerunt hæc mala qui ea pertulerunt, uel cupiendo habere, uel timẽdo amittere quod amabãt, siue neq̃ter siue laudabiliter. Nã multi per trãsitoria mala ad bona permãsura fortiter tetẽderunt. Qui profecto spe beati sunt, etiam cũ sunt in trãsitorijs malis, per quæ ad bona non trãsitura perueniũt. Sed qui sic spe beatus est, nondũ beatus est. Expectat nanq; per patientiã beatitudinẽ q̃ nondũ tenet. Qui uero sine ulla spe tali sine ulla tali mercede cruciat̃, quãtãlibet adhibeat tolerantiã, nõ est beatus ueraciter, sed miser fortiter: Neq;.n. ꝓpea miser nõ est, quia miserior esset, si & impatienter miseriã sustineret. Porro si ista nõ patitur q̃ nollet pati in suo corpore, nec tũc quidẽ beatus habendus est, q̃m non uiuit ut uult. Vt.n. alia omittã quę corpore illæso ad animi pertinẽt offensiones, sine quibus uiuere uelimus, & sunt innumerabilia, uellet utique si posset I
ita saluũ & incolume habere corpus, & nullas ex eo pati molestias ut id haberet in ptãte, aut in ipsius incorruptione corporis, q̃d quia non habet, ac pendet in incerto, profecto non uiuit ut uult. Quanuis.n. per fortitudinẽ sit paratus excipere & æquo ferre aĩo q̃cq̃d aduersatis acciderit, mauult tñ ut nõ accidat, & si possit facit: atq; ita paratus ẽ in utrũq;, ut quãtũ in ipso est alterũ optet, alterũ uitet, & si q̃d uitat incurrerit, iõ uolẽs ferat, q̃a fieri non potuit ꝙ uolebat. Ne opprimat̃ ergo sustinet, sed ꝑmi nollet. Q̃uo ergo uiuit ut uult? an q̃a uolẽs fortis est ad serẽda q̃ nollet illata? Ideo igit̃ id uult ꝙ põt, q̃m ꝙ uult non potest. Hęc est tota, utrum ridenda an potius miserãda, superborũ beatitudo mortaliũ, gloriãtiũ se uiuere ut uolunt, q̃a uolẽtes

res patienter ferunt q̃ accidere sibi nolunt. Hoc.n. aiunt qđ sapienter dixit Terentius. Qm̃ non põt id fieri quod vis, id velis quod poſsis. Commode hoc dictũ eſſe quis negat? Sed cõſiliũ datũ ẽ, misero, ne eſſet miſerior. Beato aũt, quales se eſſe omnes volunt, non recte nec vere dr̃, non poteſt fieri quod vis. Si n. beatus eſt, quicquid vult fieri poteſt, q̃a non vult quod fieri nõ põt. Sed non eſt mortalitatis huius hæc vita, nec erit niſi qñ & immortalitatis erit. Quæ ſi nullo modo dari homini poſſet, fruſtra etiam beatitudo quæreretur, quia ſine immortalitate non põt eſſe.

*Hic fide ac ſpe beati ſumus. Cap. 8.*

Cum ergo beati eſſe oẽs homines volunt, ſi

K uere volũt, profecto & eſſe immortales volunt, aliter. n. beati eſſe non poſſent. Denique & de immortalitate interrogati, ſicut & de beatitudine, omnes eam ſeſe velle reſpõdẽt. Sed qualiſcunq; beatitudo, quæ potius vocetur q̃ ſit, in hac vita quæritur, immo vero fingitur, dũ immortalitas deſperatur, ſine qua vera beatitudo eſſe nõ poteſt. Ille quippe beate viuit, quod iã ſuperius diximus, & aſtruẽdo ſatis fiximus, q̃ viuit vt vult, nec male aliquid vult. Nemo aũt male vult immortalitatem, ſi eius humana capax eſt Deo donante natura, cuius ſi capax nõ eſt; nec beatitudinis capax. Vt. n. hõ beate viuat, oportet vt viuat. Quẽ porro morientẽ vita ipſa deſeri beata vita cum illo manere qũo poteſt? Cũ aũt deſerit, aut nolentẽ deſerit proculdubio, aut volẽtẽ, aut neutrũ. Si nolentẽ qũo beata vita eſt, q̃ ita eſt in voluntate vt nõ ſit in poteſtate? Cũque beatus nemo ſit aliquid volẽdo nec habendo, quanto minus eſt beatus qui nõ honore, non poſſeſsione, non qualibet alia re, ſed ipſa beata vita nolẽs deſerit, qñ ei nulla vita erit? Vnde & ſi nullus ſenſus relinquit quo ſit miſera, propterea. n. beata vita diſcedit, qm̃ tota vita diſcedit: miſer eſt tñ quandiu ſentit, quia ſcit ſe nolentẽ cõſumi, propter quod cętera & qđ præ cęteris diligit.

L Non igitur põt vita & beata eſſe, & nolentę deſerere, quia beatus nolens nemo ſit: ac per hoc quando magis nolentẽ deſerendo miſerũ facit, q̃ ſi nolẽti præſto eſſet miſerũ faceret? Si aũt volentẽ deſerit, etiã ſic qũo beata erat, quã perire voluit qui habebat, Reſtat vt dicãt neutrũ eſſe in animo beati. i. eũ deſeri à beata vita, cũ p̃ mortẽ deſerit tota vita, nec nolle nec velle, ad vtrunq;. n. parato & æquo animo cõſiſtere. Sed nec iſta beata eſt vita, quia talis eſt, vt quẽ beatũ facit, amore eiuſin digna ſit. Qũo. n. eſt beata vita q̃ non amat beatus? Aut qũo amatur, quod vtrũ vigeat, an pereat indifferenter accipitur? Niſi forte virtutes quas propter ſolã beatitudinẽ ſic amamus, perſuadere nobis audent, vt ipſam beatitudinẽ non amemus? Quod ſi faciunt, etiã ipſas vtiq; amare deſiſtimus, qñ illa propter quã ſolã iſtas amauimus, non amamus. Deinde qũo erit vera illa tã perfecta, tã examinata tã eliquata, tã certa ſententia, beatos eſſe oẽs homines velle, ſi ipſi qui iã beati ſunt, beati

M eſſe nec nolunt nec volunt? Aut ſi volũt vt veritas clamat, vt natura cõpellit, qui ſumme bonus & immutabiliter beatus creator indidit hoc, Si volunt, inquã, beati eſſe qui beati ſunt, beati vtiq; non eſſe nolunt. Si aũt beati non eſſe nolunt, proculdubio nolunt conſumi & perire quod beati ſunt, nec niſi viuentes beati eſſe poſſunt. Nolunt igitur perire q̃ viuunt. Immortales eſſe volunt, quicunq; vere beati vel ſunt vel eſſe cupiunt. Nõ aũt viuit beate, cui non adeſt quod vult. Nullo modo igit̃ eſſe poterit vita veraciter beata niſi fuerit ſempiterna. Hanc vtrũ capiat humana natura, q̃ tñ deſiderabilẽ cõfitetur, non parua quęſtio eſt. Sed ſi fides aſsit quæ ineſt eis quibus dedit poteſtatẽ Ieſus filios Dei fieri nulla q̃ſtio eſt. Humanis quippe argumentationibus hæc inuenire conãtes, vix pauci magno p̃diti ingenio, abũdãtes ocio, doctrinisque ſubtiliſsimis eruditi, ad indagãdã ſolius aĩæ immortalitatẽ peruenire potuerunt. Cui tñ animę beatã vitã non inuenerunt ſtabilẽ, i. verã. Ad miſerias eã quippe vitę hui⁹ ẽt poſt beatitudinem redire dixerunt. Et qui eorũ de hac erubuerunt ſententia, & animã purgatam in ſempiternã beatitudinẽ ſine corpore collocandam putauerunt talia de mundi retrorſus æternitate ſentiunt, vt hanc de anima ſententiam ſuã ipſi redarguant. Quod hic lõgum eſt demonſtrare, ſed in libro duodecimo de ciuitate Dei ſatis à nobis eſt quantũ arbitror explicatũ, Fides aũt iſta totũ hominẽ immortalem futurum, qui vtiq; conſtat ex anima & corpore, & ob hoc vere beatum, non argumẽtatione humana, ſed diuina authoritate promittit. Et ideo cum dictum eſſet in Euangelio, quod Ieſus dederit poteſtatem filios Dei fieri ijs qui eum receperũt,

&

& quid sit recepisse eũ, breuiter fuisse expositũ, dicendo, credentib. in noĩe eius, quoque mõ filij Dei fierẽt, esset adiunctum. Qui non ex sanguinib. neq; ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt, ne iste hoĩum q̃ videmus & gestamus infirmitas tãtã excellentiã desperaret, ilico annexũ est, Et verbũ caro factũ est, Et habitauit in nobis, vt à cõtrario suaderet qđ incredibile videbatur. Si. n. natura Dei filius, ꝑꝑ filios hominũ misericordia factus est hoĩs filius, hoc est. n. verbũ caro factũ est, & habitauit in nobis hominib. q̃to est credibilius natura filios hoĩs, B gratia Dei filios Dei fieri, & habitare ĩ Deo, in quo solo, & de quo solo esse pñt beati participes immortalitatis eius effecti, ꝑꝑ qđ ꝑsuadẽdũ Dei filius particeps nr̃æ mortalitatis effectus est. Eos itaq; qui dicunt, Itane defuit Deo mod⁹ alius quo liberaret hoĩes, à miseria mortalitatis huius vt vnigenitũ filiũ Deũ sibi coæternũ, hoĩem fieri vellet induendo humanam aĩam & carnẽ, mortaléq; factum mortem perpeti, parũ est sic refellere, vt iustũ modum quo nos per mediatorem Dei & hoĩum hoĩem Christũ Iesum Deus liberare dignat, asseramus bonũ & diuinæ cõgruũ dignitati, verumetiã vt ostẽdamus nõ aliũ modũ possibilẽ Deo defuisse cuius ptãti cuncta ęqualiter subiacent, sed sanãdæ nostræ miseriæ cõuenientiorẽ modũ aliũ non fuisse, nec esse oportuisse. Quid. n. tã necessariũ fuit ad erigendã spem nostrã, mentesq; mortalium cõditione ipsius mortalitatis abiectas, ab immortalitatis desperatione liberãdas, q̃ vt demonstraret nobis quãti nos penderet Deus, quantũq; diligeret? Quid vero huius rei tãto iusto iudicio manifestius atq; præclarius, q̃ vt Dei filius immutabiliter bonus ĩ se manẽs C qđ erat, & à nobis & pro nobis accipiẽs qđ non erat, pręter aĩe suæ naturæ detrimentũ, nostrum dignatus inire consortium, prius sine vllo malo suo merito mala nostra perferret, ac sic iam credentib. quantum nos diligat Deus, & qđ desperabamus iam sperantibus, dona in nos sua sine vllis bonis meritis nostris, immo præcedentib. & malis meritis nostris, indebita largitate conferre, quia & ea quæ dicuntur merita nostra, dona sunt eius? Vt. n. fides per dilectionem operetur, charitas Dei diffusa est in cordib. nostris per spiritumsanctum qui dotus est nobis. Tunc est autem datus, quãdo est Iesus resurrectione clarificatus. Tũc. n. eũ se missurũ esse ꝓmisit & *Ioan. 16.* misit, qa tunc sicut de illo scriptũ est, & ante prædictũ, Ascendit in altũ, captiuauit captiui *Ephe. 4.* tatẽ, dedit bona hoĩb. *Psal. 67.* Hæc dona sunt merita nostra qb. ad summum bonũ immortalitatis & beatitudinis ꝑuenimus. Commendat aũt *Rom. 5.* (inquit Apostolus) charitatẽ suam Deus in nobis, qm̃ cum adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est. Multo magis iustificati nũc in sanguine ipsius salui erimus ab ira per ipsum. Adhuc addit, & dicit, *Ibidem.* Si. n. cũ inimici essemus reconciliati sumus Deo per mortẽ filij eius, multo magis recon D ciliati salui erimus in vita ipsius. Quos pctõres dixit prius, hoc posterius inimicos Dei, quos prius iustificatos in sanguine Iesu Christi, eos posterius recõciliatos ꝑ mortem filij Dei, & quos prius saluos ab ira per ipsũ, eos postea saluos in vita ipsius. Non ergo ante istã grãm quoquo mõ peccatores, sed in talib. peccatis fuimus, vt inimici essemus Dei: Superius aũt idẽ Apostol⁹ nos pctõres, & inimicos Dei, duob. identidẽ nominib. appellauit, vno velut mitissimo, alio planè atrocissimo dicens, Si. n. Xp̃s cũ infirmi essemus ad- *Rom. 5.* huc, iuxta tp̃s pro impiis mortuus est: Quos infirmos, eosdẽ impios nũcupauit. Leue aliqd vr̃ infirmitas, sed aliqñ talis est, vt impietas nominet. Nisi tñ infirmitas esset, medicũ necessariũ non hr̃et. Qui est Hebraice Iesus, Græce σωτὴρ, nostra aũt locutione saluator. Quod verbũ Latina lingua antea non hẽbat, sed hr̃e poterat sicut potuit qñ voluit. Hæc aũt Apostoli sñia præcedens vbi ait, Adhuc *Ibidem.* cũ infirmi essemus iuxta tp̃s pro impiis mortuus est cohęret his duab. sequentib. quarum in vna dixit, peccatores, ĩ alia inimicos Dei, tanquam illis singulis reddiderit singula, peccatores ad infirmos, inimicos Dei referens ad impios. Sed quid est, iustificati in sangui- E ne ipsius? Quæ vis est sanguinis huius obsecro, vt in eo iustificentur credentes? Et quid est, reconciliati per mortẽ filij eius? Itane vero cũ irasceret nobis Deus, pater, vidit mortem filij sui pro nobis, & placatus est nobis? Nunquid ergo filius eius vsqueadeo nobis iam placatus erat, vt pro nobis ẽt dignaretur mori, pater vero vsqueadeo adhuc irascebatur, vt nisi filius pro nobis moreretur non placaretur. Et quid est quod alio loco idem

*Trinitas simul operata est redẽptionẽ hoĩem. Cap. 11.*

Rom. 8. ipse doctor gentium, Quid, inquit, ergo dice
mus ad hæc? Si Deus pro nobis, quis contra
nos? Qui proprio filio suo nō pepercit, sed
pro nobis omnib. tradidit illū, Qūo nō etiā
cū illo oīa nobis donauit? Nunqd nisi iā pla
catus esset pr̄, ꝓprio filio nō parcens ꝓ no-
bis eum traderet? Nōne vr̄ hæc illi velut ad-
uersa esse sn̄ia? In illa morit̄ pro nobis filius,
& recōciliat̄ nobis pr̄ per mortē eius. In hac
aūt tanq̄ prior nos dilexerit pr̄, ipse pp̄ nos
filio nō parcit, ipse ꝓ nobis eū tradidit ad
mortem. Sed video ꝙ & antea pr̄ dilexit nos:
nō solum antequam ꝓ nobis filius moreret̄,
sed antequam conderet mundum, ipso teste-
Ephe. 1. Apostolo qui dicit, Sicut elegit nos in ipso
F ante mundi cōstitutionem. Nec filius patre
sibi nō parcente ꝓ nobis velut inuitus est tra
Galat. 2. ditus, qa & de ipso dictū est, Qui me dilexit
3. sen. di. & tradidit semetipsum ꝓ me. Oīa ergo simul
20. ca. 1. & pr̄ & filius & amborū spūs pariter & con
post prin corditer operant̄ tn̄ iustificati sumus in Xp̄i
cipiū. Hō sanguine, & recōciliati sumus Deo per mor
qūo perit tē filij eius. Et qūo id factū sit, vt potero etiā
Cap. 12. hic q̄tum satis videbitur explicabo. Quadam
iustitia Dei in ptātem diaboli traditum est ge
nus humanum, pctō primi hoīs in omnes
a. l. comix vtriusq; sexus * communione nascentes ori-
tione. ginaliter transeunte, & parentum primo-
rum debito vniuersos posteros obligante.
Hæc traditio prius in Genesi significata est,
Gene. 3. vbi cum serpenti dictū esset, Terrā manduca
bis, homini dictū est, Terra es & in terrā ibis.
Eo qđ dictum est, in terrā ibis, mors corpo-
ris prænunciata est, quia nec ipsam fuerat ex
perturus si ꝑmansisset vt factus est rectus.
Qđ vero viuenti ait, Terra es, ostendit totū
Gene. 6. hoīem in deterius cōmutatum. Tale est enim
Terra es, quale istud, Non permanebit spūs
meus in hominib. istis, qm̄ caro sunt. Tūc er
go demōstrauit eum ei traditū, cui dictum
fuerat, terram manducabis. Apostolus autem
Ephe. 2. apertius hoc prædicat, vbi dicit, Et vos cum
essetis mortui delictis, & peccatis vestris, in
C qb. aliqn̄ ambulastis secundum seculum mū
di huius, secūdū principem potestatis aeris,
spūs huius qui nunc operat̄ in filiis diffid en-
tię, in quib. & nos omnes aliqn̄ conuersati
sumus in desideriis carnis nostræ, facientes
voluntates carnis & affectionum, & eramus
natura filij iræ, sicut & cęteri. Filij diffiden-
tiæ sunt infideles, & quis hoc non est anteq̄

fidelis fiat? Quocirca omnes hoīes ab origi-
ne sub principe sunt ptātis aeris qui operat̄
in filiis diffidētiæ. Et qđ dixi ab origine, hoc
est qđ dicit Apostolus, natura & se fuisse si-
cut cęteros, natura. s. vt est deprauata pecca-
to nō vt recta creata ab initio. Modus aūt iste
quo traditus est homo in diaboli ptātem, nō
ita debet intelligi, tāquam hoc Deus fecerit,
aut fieri iusserit, sed ꝙ tantum permiserit, iu
ste tn̄. Illo. n. deserente peccantē, peccati au-
thor illico inuasit. Nec ita sanè Deus deser-
uit creaturam suam, vt non se illi exhiberet
Deum creantē & viuificantem, & inter pœ-
nalia mala etiam bona malis multa præstan-
tem. Non enim cōtinuit in ira sua miseratio-
nes suas, nec hominem à lege suę ptātis ami-
sit, qn̄ in diaboli ptāte esse permisit, qa nec
ipse diabolus à ptāte omnipotens alienus est
sicut neq; à bonitate. Nam & maligni angeli
vn̄ qualicunq; subsisterent vita, nisi per eum
qui viuificat oīa? Si ergo commissio pecca-
torum per irā Dei iustā hoīem subdidit dia-
bolo, profecto remissio peccatorum per re-
cōciliationē Dei benignā eruit hoīem à dia
bolo. Non aūt diabolus potētia Dei, sed iusti
tia superandus fuit. Nam qd oīpotente potē
tius? Aut cuius creaturæ ptās, ptāti creatoris
comparari pōt? Sed cum diabolus vitio per
uersitatis suæ factus sit amator potentiæ, &
desertor oppugnatorque iustitiæ, sic enim &
homines eum tanto magis imitantur, quāto
magis neglecta, vel etiam perosa iustitia po-
tentię student eiusque vel adeptione lætant̄,
vel inflammantur cupiditate, placuit Deo, vt
propter eruendum hominem de diaboli po
testate, nō potentia diabolus, sed iustitia vin
ceretur, atq; ita & homines imitantes Chri-
stum, iustitia quęrerent diabolum vincere,
non potentia. Nō quòd potentia quasi mali
aliquid fugienda sit, sed ordo seruandus est
quo prior est iustitia. Nam quanta poten-
tia potest esse mortalium? Teneant ergo mor
tales iustitiam, potentia immortalib. debe-
tur, cui comparata quātalibet eorum homi-
num qui potentes vocantur in terra, ridicula
infirmitas inuenit̄, & ibi fodit̄ peccatori fo-
uea, vbi videntur mali plurimum posse. Cā-
tat autem iustus & dicit, Beatus homo quem
tu erudieris domine, & de lege tua docueris
eum. Vt mitiges ei à diebus malignis, donec
fodiatur peccatori fouea. Quoniam non re-
pellet

pellet dñs plebẽ ſuam, & hæreditatẽ ſuã non relinquet, quoadusq; iuſtitia conuertatur in iudiciũ, & qui habent eã oẽs recto ſunt corde. Hoc ergo tpe quo differtur potentia populi Dei, nõ repellet dñs plebem ſuã, & hæreditatẽ ſuam nõ derelinquet, q̃talibet acerba & indigna ipſa humilis atq; infirma patiatur, quoadusq; iuſtitia q̃ nunc habet infirmitas piorũ, conuertat̃ in iudicium, hoc eſt, iudicandi accipiat ptãtem. Quod iuſtis in fine ſeruat̃ cũ præcedentẽ iuſtitiã ordine ſuo fuerit potentia ſubſecuta. Potentia q̃ppe adiuncta iuſtitiæ, vel iuſtitia accedẽs potẽtię, iudiciariã potãtẽ facit, ptinet aũt iuſtitia ad volũtatẽ bonã. Vñ dictũ ab angelis nato Chriſto, Gloria in excelſis Deo & in terra pax hoib. bonæ volũtatis. Potentia vero ſequi dẽt iuſtitiã, nõ præire. Iõ & in reb. ſecũdis ponitur. i. proſperis, Secũdæ aũt a ſequẽdo ſunt dictæ. Cum. n. beatum faciant, ſicut ſuperius diſputauimus, duæ res, bene velle, & poſſe qđ velis, nõ debet eſſe illa p̃uerſitas, quæ in eadem diſputatione notata eſt, vt ex duab. reb. quæ faciũt btm̃, poſſe qđ velit, hõ eligat, & velle qđ oportet, negligat, cũ prius debeat hr̃e volũtatẽ bonã, magnã vero poſtea ptãtem. Bona porrò volũtas purganda eſt à vitiis, à q̃b. ſi vincitur homo, ad hoc vincitur vt male velit, & bona iam volũtas eius quomodo erit? Optandum eſt itaque vt ptãs nunc detur, ſed contra vitia, p̃p quæ vincenda potentes nolunt eſſe hoĩes, & volunt p̃p vincendos homines, vt quid hoc, niſi vt vere victi falſo vincant, ne ſint veritate, ſed opinione victores. Velit homo prudens eſſe, velit fortis, velit tẽperans, velit iuſtus, atq; vt hæc veraciter poſſit, potentia planè optat, aq; appetat vt potẽs ſit in ſeipſo, & merito modo aduerſus ſeipſũ pro ſeipſo. Cætera vero quæ bene vult, & tñ nõ põt ſicut eſt immortalitas, & vera ac plena fœlicitas, deſiderare nõ ceſſet, & patiẽter expectet. Quæ eſt igitur iuſtititia qua victus eſt diabolus? Quę niſi iuſtitia Ieſu Chriſti? Et quomodo victus eſt? Quia cum in eo nihil morte dignum inueniret, occidit eum tñ. Et vtique iuſtũ eſt vt debitores quos tenebat liberi dimittantur, in eum credentes quẽ ſine vllo debito occidit, hoc eſt, q̃ iuſtificari dicimur in Chriſti ſanguine. Sic quippe in remiſſionem peccatorum noſtrorum, innocẽs ſanguis ille effuſus eſt. Vnde ſe dicit in Pſalmis inter mortuos liberum. Solus. n. à debito mortis liber eſt mortuus. Hinc & in alio Pſalmo dicit. Quæ nõ rapui tũc exoluebã, rapinã volens intelligi pecatũ, q̃a vſurpatũ eſt cõtra licitũ. Vñ per os ẽt carnis ſuæ, ſicut in Euangelio legitur, dicit, Ecce venit princeps mundi huius, & in me nihil inueniet. i. nullũ peccatum. Sed vt ſciant oẽs, inquit, q̃a volũtatẽ patris mei facio, ſurgite eamus hinc. Et pergit inde ad paſſionẽ, vt pro debitorib. nobis qđ ipſe nõ debebat exolueret. Nunq̃d iſto iure æquiſſimo diabolus vinceret̃, ſi potentia Chriſtus cũ illo agere non iuſtitia voluiſſet? ſed poſtpoſuit qđ potuit vt prius ageret qđ oportuit. Iõ aũt illũ eſſe opus erat, & hoĩem; & Deũ. Niſi. n. hõ eſſet, non poterat occidi. Niſi & Deꝰ eſſet, nõ crederet̃ noluiſſe qđ potuit, ſed ñ potuiſſe qđ voluit. Nec ab eo iuſtitiã potẽtiæ p̃latã fuiſſe, ſed ei defuiſſe potentiã putaremꝰ. Nũc humana p̃ nobis paſſꝰ eſt, q̃a hõ erat, ſed ſi voluiſſet ẽt hoc nõ pati potuiſſet, q̃a & Deus erat. Iõ gratior facta eſt in humilitate iuſtitia q̃a poſſet ſi noluiſſet humilitatẽ nõ p̃peti tãta ĩ diuinitate potẽtia, ac ſic à moriẽte tã potẽte nobis mortalib. impotẽtib. & cõmendata eſt iuſtitia, & p̃miſſa potentia. Horũ. n. duorũ vnũ fecit moriẽdo alterũ reſurgendo. Quid. n. iuſtius, q̃ vſque ad mortẽ crucis p̃ iuſtitia peruenire? Et q̃d potentius, q̃ reſurgere à mortuis, & in cœlum cum ipſa carne in qua eſt occiſus aſcendere? Et iuſtitia ergo prius, & potentia poſtea diabolum vicit. Iuſtitia. ſ. quia nullum peccatum habuit, & ab illo iniuſtiſſime eſt occiſus, potentia vero, quia reuixit mortuus, nunquam poſtea moriturus. Sed potentia diabolum viciſſet, ẽt ſi ab illo nõ potuiſſet occidi, q̃uis maioris ſit potẽtiæ ẽt ipſam mortem vincere reſurgendo, q̃ vitare viuendo. Sed aliud eſt p̃p qđ iuſtificamur in Chriſti ſanguine, cum p̃ remiſſionẽ pc̃torum eruimur à diaboli ptãte, hoc ad id p̃tinet qđ à Chriſto iuſtitia diabolus vincitur, nõ potentia. Ex infirmitate quippe quam ſuſcepit in carne mortali, non ex immortali potentia crucifixus eſt Chriſtus, de qua tñ infirmitate ait Apoſtolus. Qđ infirmum eſt Dei, fortius eſt hominibus. Non eſt itaque difficile videre diabolum victum, quando qui ab illo occiſus eſt reſurrexit. Illud eſt maius & ad intelligendum profundius, videre diabolum vi-

K — L — [eo] 6. — [Ch]riſti [...] inde [...] be- [...] ob- — 14.

3. ſen. di. 20. cap. Si uero. — Pſal. 87. — Pſal. 68. — Ioan. 14. — M — 1. ſen. di. 20. cap. ſi uero in fi. — Mar. 15. & 16. — Rom. 6. — A — 1. Cor. 1. De eodẽ Cap. 15

ctum qñ sibi vicisse videbatur.i. qñ Christus occisus est. Tunc.n.sanguis ille, qm̃ eius erat qui nullũ habuit oĩno pctm̃, ad remissionẽ nostrorũ fusus est pctõrum, vt q̃a eos diabolus merito tenebat, quos peccati reos cõditione mortis obstrinxit, hos per eum merito admitteret, quẽ nullius peccati reũ immerito pœna mortis affecit. Hac iustitia victus & hoc vinculo vinct⁹ est fortis, vt vasa eius eri-

B perentur, q̃ apud eũ cum ipso & angelis eius fuerant vasa iræ, & in vasa misericordiæ verterent. Hęc q̃ppe verba ipsius dñi nostri Iesu

*Rom. 9.* Christi de cœlo ad se facta, cũ primũ vocat⁹ est, narrat, Apostolus Paulus. Nã inter cætera

*Act. 26.* quæ audiuit, ẽt hoc sibi dictum loquitur. Ad hoc.n.tibi apparui vt constituam te ministrũ & testem eorũ quæ à me vides, q̃b.etiam pareo tibi liberãs te de populo & de gentib. in quas ego mitto te aperire oculos cæcorũ, vt auertant à tenebris, & à potestate satanæ ad Deum, vt accipiant remissionẽ pctõrum, & sortem quæ in sanctis, & fidẽ quę in me est. Vñ & exhortans idem Apostolus credentes, & ad gratiarũ actionem Deo patri. Qui eruit

*Colo. 1.* nos, inq̃t, de ptãte tenebrarũ, & transtulit in regnũ filij charitatis suę, ĩ quo habemus redẽptionẽ in remissionẽ pctõrũ. In hac redemptionẽ tanq̃ preciũ pro nobis datus est sanguis Christi, quo accepto diabolus nõ ditat⁹ est, sed ligatus, vt nos ab eius nexib. soluere-mur, nec quenq̃ secũ eorũ quos Christus ab oĩ debito libẽter indebite fuso suo sanguine redemisset, pctõrum retib. inuolutũ traheret ad secundæ ac sempiternæ mortis exitiũ, sed hactenus morerẽtur ad Christi gratiã perti-

*1. Petr. 1* nentes, p̃cogniti & prędistinati & electi ante cõstitutionẽ mũdi quatenus p̃ illis ipse mortuus est Christus, carnis tm̃ morte non spũs. Quãuis.n. & ipsa mors carnis de pctõ primi hoĩs originaliter venerit, tñ bonus eius vsus gloriosissimos martyres fecit. Et iõ non solũ

C ipsa, sed omnia seculi huius mala dolores, la-

*Reliquiæ mortis cedũt in bonum electis. c. 16* boresq; hominum quãquam de peccatorũ, & maxime de peccati originalis meritis veniant, vñ facta est & ipsa vita vinculo mortis obstricta, tñ & remissis peccatis remanere debuerunt, cum quib. hõ pro veritate certaret, & vnde exerceret virtus fidelium, vt nouus homo per testamentum nouum inter mala huius seculi nouo seculo prępararet, miseriam quam meruit vita ista damnata sapiẽter tolerans, & quia finietur prudenter gratulans, beatitudinem vero q̃ liberata vita futura sine fine habitura est, fideliter & patienter expecans. Diabolus.n. à dñatu & à cordibus fidelium foras missus, in quorum damnatione atq; infidelitate licet damnatus ẽt ipse regnabat, tm̃ pro cõditione mortalitatis huius aduersari sinit, quantum eis expedire nouit. De quo sacræ literæ personant per os Apostolicũ, Fidelis Deus qui nõ permittit vos tẽtari supra id quod potestis, sed faciet cũ tẽtatione ẽt exitum, vt possitis sustinere. Prosunt aũt ista mala quæ fideles pie perferũt, vel ad emendanda peccata, vel ad exercẽdã probandamq; iustitiã, vel demonstrandã vitæ huius miseriã, vt illa vbi erit beatitudo vera atq; p̃petua, & desideret ardentius & instantius inquirat. Sed circa eos ista seruant, de q̃b. Apostolus dicit, Scimus qm̃ diligentib. Deũ oĩa cooperant in bonum, iis qui s̃m propositũ vocati sunt sancti, Qm̃ quos ante præsciuit, & prędestinauit cõformes fieri imaginis filij sui, vt sit ipse primogenitus in multis fratrib. Quos autẽ prædistinauit illos & vocauit, & quos vocauit, illos & iustificauit, quos aũt iustificauit, ipsos & glorificauit. Horũ prædestinatorum nemo cũ diabolo peribit, nemo vsque ad mortẽ sub diaboli ptãte remanebit. Deinde sequit quod iam supra commemoraui. Quid ergo dicemus ad hęc? Si Deus p̃ nobis quis contra nos? Qui filio proprio nõ pepercit, sed pro nobis omnib. tradidit illum, q̃uo non cũ illo omnia nobis donauit? Cur ergo non fieret mors Christi? Immo cur non prætermissis aliis innumerabilib. modis q̃b. ad nos liberandos vti posset omnipotens ipsa potissimum eligeret vt fieret, vbi nec de diuinitate eius aliquid imminutũ est, aut mutatum, & de humanitate suscepta tñ beneficij collatum est hoĩbus, vt à Dei filio sempiterno eo demque hoĩs filio mors temporalis in debita redderet, qua eos à sempiterna morte debita liberaret? Peccata nostra diabolus tenebat, & p̃ illa nos merito figebat in morte. Dimisit ea ille qui sua non habebat, & ab illo immerito est perductus ad mortem. Tantum valuit sanguis ille, vt neminem Christo indutum in æterna morte debita detinere debuerit, qui Christum morte indebita vel ad tempus occidit. Commendat ergo charitatẽ suã Deus in nobis, qm̃ cum adhuc peccatores

essemus,

essemus Christus ꝓ nobis mortuus est. Multo magis iustificati nunc in sanguine ipsius, salui erimus ab ira per ipsum. Iustificati, inquit, in sanguine ipsius. Iustificati planè in eo ꝙ à peccatis oĩb. liberati. Liberati aũt a peccatis oĩbus, qm̃ ꝓ nobis est Dei filius qui nullum habebat, occisus. Salui ergo erimus ab ira ꝑ ipsum. Ab ira vtiq; Dei, q̃ nihil est aliud q̃ iusta vindicta. Non. n. sicut hoĩs animi perturbatio est ira Dei, sed illi⁹ ira est, cui dicit alio loco sancta scriptura, Tu aũt dñe virtutũ cũ trãquillitate iudicas. Si ergo iusta diuina vindicta tale nomẽ accepit, ẽt reconciliatio Dei q̃ recte intelligitur, nisi cum talis ira finit? Nec

F inimici eramus Deo, nisi quemadmodum iustitiæ sunt inimica peccata, q̃b. remissis tales inimicitiæ finiunt, & reconciliant Deo quos ipse iustificat. Quos tñ ẽt inimicos vtiq; dilexit, qñquidẽ proprio filio nõ pepercit, sed ꝓ nobis omnib. cũ adhuc inimici essemus tradidit eũ. Recte ergo Apostolus secutus adiũxit, Si. n. cũ inimici essemus reconciliati sumus Deo per mortẽ filij eius, per q̃ facta est illa remissio pc̃torum, multo magis recõciliati salui erimus in vita ipsius. In vita salui, qui ꝑ mortẽ recõciliati. Qui. n. dubitat daturũ amicis vitã suã, ꝓ q̃b. inimicis dedit mortem suã? Non solum aũt, inquit, sed & gloriamur in Deo ꝑ dñm nostrum Iesum Christũ, per quem nũc recõciliationem accepimus. Non solũ ait, salui erimus, sed & gloriamur. Nec in nobis, sed in Deo, nec ꝑ nos, sed per dñm nostrum Iesum Christum, per quẽ nũc recõciliationem accepimus, ſm ea quę superius disputata sunt. Deinde subiungit Apostolus,

G Propter hoc sicut ꝑ vnum hoĩem peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatum mors, & ita in omnes hoĩes mors ꝑtransiit, in quo omnes peccauerunt, & cætera. In quib. prolixius de duob. hominib. disputat, vno eodemq; primo Adam per cuius peccatum in mortẽ tanq̃ hęreditariis malis posteri eius obligati sum⁹, altero aũt secũdo Adã, qui nõ homo tm̃, sed Deus est, quo pro nobis soluente quod non debebat, à debitis & paternis & propriis liberati sumus. Proinde quoniam propter vnum illum tenebat diabolus omnes per eius vitiatam carnalem cõcupiscentiã generatos, iustum est vt propter hũc vnum dimittat oẽs per ipsius immaculatam gratiam spiritalem regeneratos. Sunt & alia multa quæ in Christi incarnatione, quæ superbis displicent salubriter intuenda atque cogitanda sunt. Quorũ est vnũ qđ demõstratum est homini, quem locum haberet in reb. quas cõdidit Deus, qñquidem sic Deo coniũgi potuit humana natura, vt ex duabus substãtiis fieret vna ꝑsona, ac per hoc iam ex tribus. s. Deo, aĩa & carne, vt superbi illi maligni spũs, qui se ad decipiendum quasi ad adiuuãdum medios interponunt, non iõ se audeant homini præponere, qa non hñt carnem, & maxime qa & mori in eadem carne dignatus est filius Dei, ne iõ illi tanquam Deos se coli ꝑsuadeant, quia vident esse immortales. Deinde vt gratia Dei in nobis sine vllis præcedẽtib. meritis in hoĩe Christo cõmendaret, qa nec ipse tãta vnitate Deo vero cõiunctus vna cũ illo ꝑsona. i. ipse hõ assumptus, mox vt hõ ẽt Deus filius Dei viueret, vllis est ꝑcedẽtib. meritis assecutus. Sed ex quo hõ esse cœpit, ex illo est & Deus, vnde dictũ est, Verbum caro factum est. Etiã illud est, vt superbia hoĩs, quæ maxime ĩpedimento est, ne inhæreat Deo, per tantã Dei humilitatem redargui posset atq; sanari. discatq; homo q̃ lõge recesserit à Deo, & qđ illa valeat ad medicinalẽ dolorem, qñ per talẽ mediatorẽ dedit, q̃ hominib. & Deus diuinitate subuenit, & homo infirmitate cõuenit. Quod aũt maius obediẽtiæ nobis præberet exemplum q̃ per inobedientiam perieramus, q̃ Deo patri Deus filius obediens vsque ad mortẽ crucis? Quod præmium tantæ obedientiæ vbi ostenderetur melius, q̃ in carne tanti mediatoris, quæ ad vitam resurrexit æternam? Pertinebat etiam ad iustitiam bonitatemque creatoris, vt per eandem rationalem creaturam superaretur diabolus, quam se superasse gaudebat, & de ipso genere venientẽ quod genus origine vitiata, per vnum tenebat vniuersum. Poterat. n. vtiq; Deus hominem aliunde suscipere, in quo esset mediator Dei & hominũ, non de genere illius Adam, qui peccato suo genus obligauit humanũ, sicut ipsum quem primum creauit, non de genere creauit alicuius. Poterat ergo vel sic, vel alio quo vellet modo creare vnum alium hominem, de quo vinceretur victor prioris, sed melius iudicauit vt de ipso qđ victum fuerat genere assumeret hoĩem Deus, per quẽ generis humani vinceret inimicum. Et tñ ex virgine,

*Vtilitas incarnationis.*
*Cap. 17. 3. sen. di. 6. cap. de hoc Aug. in fine.*

H
*3. sen. di. 6. et ne de suo. circa finem.*

*Ioan. 1.*

I
*Quur ex virgine natus.*
*Cap. 18. 1. Ti. 1. 3 sen. di. 12. ca. solet etiam.*

cuius conceptum ſpiritus nō caro, fides non
libido præuenit. Nec interfuit carnis concu-
piſcentia, per q̃ ſeminanť & concipiunť cęte
ri, qui trahunt originale pc̃tm̃, ſed ea penitus
remotisſima, credendo, nō concũbendo ſan
cta eſt fœcũdata virginitas, vt illud qđ naſce
bat ex ꝓpagine primi hoīs tm̃modo generis
nō ēt criminis originē duceret. Naſcebať nã
que nō trangresſionis cōtagione vitiata, ſed
K oīum talium vitiorũ ſola medicina. Naſceba
tur, inq̃, hō nullum habēs, nullum habiturus
oīno pc̃tm̃, per quē renaſcerenť liberandi à
pc̃tō, qui naſci nō pñt ſine pec̃tō. Quanuis. n.
carnali cōcupiſcentia, q̃ ineſt genitalib. mē-
bris bene vtatur caſtitas coniugalis, habet tñ
motus nō voluntarios, qb. oſtendit vel nullã
ſe in paradiſo ante pc̃tm̃ eſſe potuiſſe, vel nō
talem fuiſſe ſi fuit, vt aliqñ reſiſteret volunta
*Rom. 7.* ti. Nunc aũt illam talem eſſe ſentimus, vt re-
pugnans legi mentis ēt ſi nulla eſt cã generã-
di, ſtimulos ingerat coeũdi, vbi ſi ei ceditur
peccando ſatieť, ſi non cediť diſſentiēdo fre
netur. Quę duo aliena fuiſſe à paradiſo ante
pc̃tm̃ dubitare quis posſit? Nam neq; illa ho
neſtas faciebat aliqd indecorũ, nec illa fœli-
citas patiebať aliqd impacatũ. Oportebat ita
que vt iſta carnalis concupiſcentia nulla ibi
eſſet oīno, qñ cōcipiebať virginis partus, in
quo nihil dignũ morte fuerat inuenturus, &
eũ tñ occiſurus author mortis, authoris vitæ
morte vincēdus. Victor primi Adã, & tenēs
genus humanum, victus à ſecundo Adam, &
amittens genus Chriſtianũ, liberatum ex hu-
mano genere ab humano crimine, per eũ q
non erat in crimine, q̃uis eſſet ex genere, vt
deceptor ille ab eo vinceret gñe, qđ vicerat
crimine. Et hoc ita geſtũ eſt vt hō non extol-
lať, ſed qui gloriatur, in dño glorieť. Qui. n.
victus eſt, homo tm̃ erat, & iō victus eſt, qa
*1. Co. 10.* ſuperbe Deus eſſe cupiebat. Qui aũt vicit, &
hō erat & Deus, & iō ſic vicit natus ex virgi
L ne, quia Deus humiliter, non q̃uo alios ſan-
*Per Xp̃m* ctos regebat illum hominē, ſed gerebat. Hæc
*à ſciã pue* tãta Dei dona, & ſi qua alia ſunt, quę de hac
*nimus ad* re nobis, & quærere nunc & diſſerere longũ
*ſapientiã.* eſt, niſi verbum caro fieret nulla eſſent. Hæc
*Cap. 19.* aũt oīa, quę pro nobis verbum caro factum
temporaliter & carnaliter fecit & pertulit, ſe
cundum diſtinctionem quam demonſtrare
ſuſcepimus, ad ſcientiam pertinent, non ad
ſapientiam. Quod aũt verbũ eſt ſine tempo-
re, ſine loco, eſt patri coæternum & vbiq; to
tum, de quo ſi qſquam pōt quantum pōt ve-
racem proferre ſermonem, ſermo ille erit ſa
pientiæ, ac per hoc verbum caro factum, qđ
eſt Chriſtus Ieſus, & ſapientię theſauros ha-
bet & ſcīæ. Nã ſcribēs Apoſtolus ad Coloſ-
ſenſes, Volo. n. vos ſcire, inquit, quãtum cer-
tñ habeam pro vobis, & pro iis qui ſunt Lao
diciæ, & quicunq; non viderunt faciem meã
in carne, vt conſolenť corda eorũ, copulati M
in charitate, & in omnib. diuitiis plenitudi-
nis intellectus ad conoſcendum myſterium
Dei, qđ eſt Chriſtus Ieſus, in quo ſunt oēs
theſauri ſapientiæ & ſciētiæ abſconditi. Qua
tenus nouerat Apoſtolus theſauros iſtos, quã
tum eorum penetrauerat, & in eis ad quanta
peruenerat, qs poteſt noſſe? Ego tñ ſecũdum
id quod ſcriptum eſt, Vnicuiq; aũt noſtrum
dať manifeſtatio ſpũs ad vtilitatem, alii qdē
dať per ſpiritum ſermo ſapientię, alij ſermo
ſcientiæ ſecundum eũdem ſpiritum, ſi inter
ſe diſtant hęc duo vt ſapientia diuinis, ſciētia
humanis attributa ſit reb. vtrunque agnoſco
in Chriſto & mecum omnes eius fideles.
Et cum lego. Verbum caro factum eſt, & ha
bitauit in nobis, in verbo intelligo verũ Dei
filium, in carne agnoſco vebum hoīs filium,
& vtrunque ſimul in vna perſona Dei & ho-
minis ineffabili gratię largitate coniunctum.
Propter quod ſequiť, & dicit, Et vidimus glo
riam eius gloriã quaſi vnigeniti à patre ple-
nũ gratiæ & veritatis. Si gratiam referamus
ad ſcientiam, veritatē ad ſapiētiam, puto nos
ab illa duarum iſtarum rerum dictione quã
commendauimus non abhorrere. In rebus
enim per tempus ortis, illa ſumma gratia, eſt
quòd homo in vnitate perſonę cōiunctus eſt
Deo, in reb. vero æternis ſumma veritas re-
cte tribuiť Dei verbo. Quòd vero idem ipſe
eſt vnigēnitus à patre plenus gratię, & verita
tis, id actum eſt, vt idem ipſe ſit in rebus pro A
nobis tp̄aliter geſtis, cui per eandem fidem
mundamur, vt eum ſtabiliter contemplemur
in rebus æternis. Illi autem pręcipui gentiũ
philoſophi, qui inuiſibilia Dei per ea quę fa
cta ſunt intellecta conſpicere potuerunt, ta-
men quia ſine mediatore, ideſt ſine homine
Chriſto philoſophati ſunt, quem nec ventu-
rum Prophetis, nec veniſſe Apoſtolis cre-
diderunt, veritatem detinuerunt, ſicut de
illis dictum eſt, in iniquitate. Non potuerunt
enim

enim in his rerũ infimis constituti, nisi quærere aliqua media per quæ ad illa quæ intellexerant sublimia peruenirẽt, atq; ita in deceptores dæmones inciderunt, per quos factũ est vt immutarent gloriam incorruptibilis Dei, in similitudinẽ imaginis corruptibilis hoĩs, & volucrũ & quadrupedũ & serpẽtiũ. In talibus.n.formis ẽt idola instituerunt, siue coluerunt. Scĩa ergo nostra Christus est, sapiẽtia quoq; nr̃a idẽ Christus est. Ipse nobis fidem de reb.tp̃alib.inserit, ipse de sempiternis exhibet veritatẽ, per ipsum pergimus ad
B ipsum, tendimus per scĩam ad sapientiã, ab vno tñ eodemq; Christo non recedimus, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & sciẽtiæ absconditi. Sed nunc de scĩa loquimur, post de sapientia, quantum ipse donauerit locuturi. Nec ista duo sic accipiamus quasi non liceat dicere, vel istam sapientiã quæ in rebus humanis est, vel illam scĩam quæ in diuinis. Loquẽdi.n.latiore cõsuetudine, vtraq; sapiẽtia, vtraq; scĩa dici põt. Nullo modo tñ scriptum esset apud Apostolum, Alij datur sermo sapientiæ, alij sermo scientiæ, nisi & proprie singulis nominib. hęc singula vocarent, de quorũ distinctione nunc agimus. Iam itaque videamꝰ q̃d sermo iste ꝓlixus effecerit, q̃d collegerit, quo peruenerit. Beatus esse se velle, oĩum hoĩum est, nec tñ oĩum est fides, qua cor mundando ad beatitudinẽ peruenit. Ita fit vt per istã q̃ non oẽs volunt ad illã tendendum sit q̃ nemo possit esse qui nolit. Beatos esse se velle oẽs in corde suo vidẽt, tãtaq; est in hac re naturæ humanæ conspiratio, vt nõ fallatur hõ qui hoc ex aĩo suo de animo coniicit alieno. Deniq; oẽs id velle nos nouimus. Multi vero immortales se esse posse desperant, cum id q̃d omnes volunt, nullus
C aliter possit, volunt tñ etiam immortales esse si possent, sed non credendo ꝙ possint, non ita viuunt vt possint. Necessaria est ergo fides vt beatitudinem cõsequamur, omnib. humanæ naturæ bonis.i.& animi & corporis. Hãc aũt fidem in Christo esse definitã, qui in carne resurrexit à mortuis, non moriturus vlterius, nec nisi ꝑ illũ quenq̃ liberari à diaboli dñatu per remissionem peccatorum, In cuius diaboli partib. necesse est miseram esse vitam eandemq; perpetuam, quę mors est potius dicẽda q̃ vita eadem fides habet. De qua & in hoc libro sicut potui pro spatio tẽporis disputaui, cum iam & in quarto libro huius operis, multa de hac re dixerim, sed ibi ꝑꝑ aliud, hic ꝑꝑ aliud Ibi. s. vt ostenderem, cur & q̃uo Christus in plenitudine temporis à patre sit missus, ꝑꝑ eos qui dicunt, eum q̃ misit, & eum q̃ missus est æquales natura esse non posse. Hic aũt ad distinguendum actiuã *Gala. 4.* scientiam à cõtemplatiua sapientia, placuit q̃ppe velut gradatim ascendentib. in vtraque requirere apud interiorem hominem quandam sui cuiusq; generis Trinitatẽ, sicut prius apud exteriorem quæsiuimus, vt ad illã Trinitatem quæ Deus est, pro nostro modulo, si
tñ vel hoc possumus, saltem in ænigmate & D per speculum contuendam exercitatiore in his inferiorib. reb. mẽte veniamus. Huius igi *1.Co. 13.* tur verba fidei q̃squis in solis vocib. memoriæ commẽdauerit, nesciens quid significẽt, sicut solent qui Græce nesciunt, græca verba tenere memoriter, vel Latina similiter, vel cuiusq; alterius linguæ, qui eius ignari sunt, nõne habent quandam in suo aĩo Trinitatem? quia & in memoria sunt illi verborum soni, etiam quando inde non cogitat, & inde formatur acies recordationis eius, quãdo de his cogitat, & voluntas recordantis atque cogitantis vtrunque coniungit. Nullo modo tamen dixerimus istum cum hoc agit, secundum Trinitatem interioris hominis agere, sed potius exterioris, quia id solum meminit & quando vult, & quãtum vult intuetur, quod ad sensum corporis pertinet, qui vocatur auditus, nec aliud quàm corporalium rerum, idest, sonorum, tali cogitatione imagines versat. Si autem quod verba illa significant, teneat & recolat, iam quidem aliquid interioris hominis agit, sed nondum dicendus vel putandus est viuere secundum interioris hominis Trinitatem, si ea non diligat quæ ibi prædicantur, præcipiuntur, promittuntur. Potest enim etiam ad hoc tenere at- E que cogitare, vt falsa esse existimãs, conetur etiam redarguere. Volũtas ergo illa, quæ ibi coniungit ea quæ memoria tenebãtur, & ea quæ ĩ acie cogitationis impressa sunt implet q̃dem aliquam Trinitatem, cum ipsa sit tertia, sed nec secundum eam viuitur, quando illa quæ cogitantur velut falsa non placent. Cum autem vera esse creduntur & quæ ibi diligenda sunt diliguntur, iam secundum Trinitatem interioris hominis viuitur,

uitur,secundum hoc. n. uiuit quisque quod
diligit.Qũo autem diligunt quæ nesciuntur,
sed tñ credunt? Iam quæstio ista tractata est
in superiorib.libris, & inuentum neminem
diligere qđ penitus ignorat,ex iis autem quę
Act. 13. nota sunt diligi, qñ diligi dñr ignota. Nunc
Gal. 5. librũ iustum ita claudimus, vt admoneamus
ꝙ iustus ex fide viuit, quæ fides per dilectio-
nem operať, ita vt virtutes quoq; ipsæ quib.
prudenter fortiter, temperanter, iusteq; viui
tur, omnes ad eandem referanť fidem. Nõ.n.
aliter poterunt veræ esse virtutes, quæ tamen
in hac vita non valent tm̃, vt aliquando non
sit hic necessaria qualiumcũq; remissio pec
catorum, quæ non fit nisi per eum, qui san-
F guine suo vicit principem peccatorum. Ex
hac fide & tali vita quæcunq; notiones sunt
in animo fidelis hominis, cum memoria cõ
tinentur, & recordatione inspiciuntur, & vo
luntati placent, reddunt quandam sui gene-
ris Trinitatem. Sed imago Dei, de qua in eius
adiutorio post loquemur, nondum in ipsa
est, quod tunc melius apparebit, cum demõ-
stratum fuerit, vbi sit, quod in futuro volumi
ne lector expectat.

D. AVRELII AVGVSTINI
Hipponensis Episcopi
De Trinitate.

LIBER QVARTVSDECIMVS.

Vera sapientia ex fide. ca. 1. 1. sen. di. 35. ca. illud etiam

NVnc de sapientia nobis est disse
rendum, non de illa Dei, quæ
proculdubio Deus est, nam sa
pientia Dei filius eius vnigeni
tur dr̃, sed loquimur de hoĩs
sapientia, vera tñ quæ secundum Deum est,
& verus ac pręcipuus cultus eius est, q̃ vno
noĩe Deo σέβεια Græce appellať. Qđ nomẽ
nostri, sicut iam commemorauimus, volen-
tes & ipsi vno nomine interprætari pietatem
dixerunt, cum pietas apud Gręcos εὐσέβεια
C vsitatius nuncupeť, θεοσέβεια vero quia vno
verbo perfecte non põt, melius duob. inter-
Supra. li. 12. c. 12. pretatur, vt dicatur potius Dei cultus. Hanc
esse hominis sapientiam, quod & in duode-
Iob. 28. cimo huiꝰ operis volumine iam posuimus,
scripturæ sanctæ authoritate demonstratur,
in libro serui Dei Iob, vbi legiť Dei sapiẽtiã
dixisse homini. Ecce pietas est sapientia, ab-
stinere autem à malis scientia. Siue etiam vt
nõnulli de Gręco ἐπιστήμην interprętati sunt
disciplinam, quæ vtiq; à discendo nomẽ ac-
cepit, vnde & scientia dici potest. Ad hoc.n.
quæq; res disciť vt sciať. Quanuis alia notio
ne in iis q̃ pro peccatis suis mala vnusquisq;
patiť vt corrigať, dici soleat disciplina. Vnde
illud est in epistola ad Hebreos, Quis.n.est fi
lius cui nõ det disciplinam eius pr̃ eius? Et il
lud euidentius in eadẽ. Oĩs. n. ad tempus di-
sciplina non gaudij vr̃ esse, sed tristitiæ, po-
stea vero fructũ pacificum iis qui per eã cer
tarũt, reddet iustitiæ. Deus ergo ipse summa
sapientia, cultus aũt Dei sapientia est hoĩs, de
qua nũc loquimur. Nam sapientia huius mũ
di stultitia est apud Deũ. Scđm hanc itaq; sa-
piẽtiã, quæ Dei cultus est, ait sãcta scriptura:
Multitudo sapientium sanitas est orbis terra
rum. Sed si de Sapientia sapientium disputa-
re est, quid agemus? Nunquid nam profiteri
audebimus sapiẽtiam, ne sit nostra de illa im
pudens disputatio? Nonne terrebimur exem
plo Pythagoræ, qui cum ausus non fuisset sa
pientiam profiteri, Philosophum potius, i.
amatorem sapiẽtiæ se esse rñdit, à quo id no
men exortum ita deinceps posteris placuit,
vt quantalibet de reb. ad sapientiam pertinen
tib. doctrina quisque vel sibi vel aliis videreť
excellere, non nisi Philolophus vocareť? An
iõ sapientem profiteri talium hominum nul-
lus audebat, quia sine vllo peccato putabant
esse sapientem? Hoc aũt nostra scriptura non
dicit, quæ dicit, Argue sapientem & amabit
te. Profecto. n. iudicat habere pc̃tm̃, quem
censet arguendum. Sed ego nec sic q̃dem sa-
pientem me audeo profiteri, satis est mihi q
ẽt ipsi negare non pñt, esse ẽt Philosophi. i.
amatoris sapientię, de sapiẽtia disputare. Nõ
enim hoc illi facere destiterunt, qui se ama-
tores sapiẽtię potius quàm sapientes esse pro
fessi sunt Disputantes autem de sapientia, de-
finierunt eam dicentes. Sapientia est rerum
humanarum diuinarumque scientia. Vñ ego
quoq; in libro superiore vtrarumq; rerum
cognitionem. i. diuinarum atq; humanarum,
& sapientiam & scientiam dici posse docui.
Verum secundum hanc distinctionem qua
dixit Apostolus, Alij datur sermo sapientiæ,
alij sermo scientiæ, ista definitio diuidenda
est, vt rerum diuinarum scientia proprie sa-
pientia nuncupetur, humanarum autẽ pro-
prie

prię ſcientiæ nomen obtineat. De qua volu-
19. mine tertiodecimo diſputaui, nõ vtiq; quic-
quid ſciri ab hoĩe põt in reb. humanis, vbi
plurimũ ſuperuacuæ vanitatis & noxiæ cu-
rioſitatis eſt, huic ſcię tribuens, ſed illud tm̃-
modo, quo fides ſaluberrima, quæ ad veram
beatitudinem ducit, gignitur, nutrit̃, defendi
tur, roborat̃, qua ſcientia non pollent fideles
plurimi, quamuis polleãt ipſa fide plurimũ.
K Aliud eſt. n. ſcire tm̃modo quid hõ credere
debeat ꝑꝑ adipiſcendam vitã beatã, quæ nõ
niſi æterna eſt, aliud aũt ſcire quemadmodũ
hoc ipſum & piis opitulet̃, & contra impios
a li. defendat̃, quam ꝓprio appellare vocabulo
1. ſcientiã vr̃ Apoſtolus. De qua prius cum lo-
querer, ipſam præcipue fidẽ commẽdare cu
raui, à tẽporalib. æterna breuiter diſtinguẽs,
atq; ibi de temporalib. diſſerens, æterna vero
in hunc librũ differens, etiam de reb. æternis
fidem temporalem q̃dem, & tpaliter in cre-
dentium cordib. habitare, neceſſariam tñ ꝑꝑ
adipiſcẽda ipſa æterna eſſe monſtraui. Fidẽ
quoq; de tpalib. reb. quas pro nobis æternus
fecit, & paſſus eſt in hoĩe, quem tpaliter geſ-
ſit, atq; ad æterna prouexit, ad eandẽ æterno-
rum adeptionem ꝓdeſſe diſſerui virtutesque
ipſas, quib. in hac temporali mortalitate pru
denter, fortiter, temperanter & iuſte viuitur,
5. niſi ad eandẽ licet temporalem fidem: quę tñ
ad æterna perducit, referantur, veras nõ eſſe
virtutes. Quapp quoniam ſicut ſcriptum eſt:
Quam diu ſumus in corpore, peregrinamur
à dño: per fidem. n. ambulamus non per ſpe-
ciem. Profecto quandiu iuſtus ex fide viuit,
q̃uis ſecundum hominem interiorem viuit,
licet per eandem temporalem fidem ad veri
tatem nitatur, & ad æterna, tñ in eiuſdem fi-
dei temporalis retentione, contemplatione,
dilectione, nondum talis eſt Trinitas, vt Dei
iam imago dicenda ſit, ne in reb. temporali-
5. bus conſtituta videatur, quæ cõſtituenda eſt
in æternis. Mens q̃ppe humana, cum fidẽ ſuã
L videt, qua credit quod non videt, non aliq̃d
ſempiternum videt. Non enim ſemper hoc
13. erit, qđ vtiq; non erit, q̃n iſta peregrinatio-
ne finita, qua peregrinamur à domino, vt
per fidem ambulare neceſſe ſit, ſpecies illa
ſuccedet, per quã videbimus facie ad faciẽ:
ſicut modo non videntes, tñ quia credimus,
videre merebimur, atq; ad ſpeciem nos per
fidem perductos eſſe gaudebimus. Neque. n.
iam fides erit, quã credantur quæ non viden-
tur, ſed ſpecies qua videant̃ quæ credebant̃.
Tunc ergo & ſi vitę huius mortalis tranſactę
meminerimus, & crediſſe nos aliq̃n quæ
non videbamus, memoriter recoluerimus, ĩ
præteritis atque tranſactis deputabitur fides
iſta nõ in pręſentib. reb. ſemperq; manentib.
ac per hoc etiam Trinitas iſta, quæ nunc eiuſ
dẽ fidei præſentis ac manentis memoria cõ-
tuitu, dilectione cõſiſtit, tunc trãſacta & prę M
terita reperiet̃ eſſe, non permanens. Ex quo
colligitur, vt ſi iam imago Dei eſt iſta Trini-
nitas, etiam ipſa non in eis quæ ſemper ſunt,
ſed in rebus ſit habenda tranſeuntibus. Abſit *In qua aĩ parte ſit vera Trinitatis imago. Cap. 3.*
autem vt cum animæ natura ſit immortalis,
nec ab initio quo creata eſt, vnquã deinceps
eſſe deſiſtat, id quod nihil melius habet, non
cum eius immortalitate perduret. Quid ve-
ro melius in eius natura creatum eſt, q̃ ꝙ ad
ſui creatoris imaginẽ facta eſt? Nõ igitur in fi
dei retentione, contemplatione, dilectione,
quæ non erit ſemper, ſed in eo quod ſemper
erit, inuenienda eſt, q̃ dici oporteat imagi-
nem Dei. An adhuc vtrum ita ſe res habeat,
aliq̃n diligentius atq; obſtruſius perſcrutabi
mur? Dici. n. poteſt non perire iſtam Trinita
tem, ẽt cum fides ipſa tranſierit, q̃a ſicut nũc
eã & memoria tenemus, & cogitatione cer-
nimus, & voluntate diligimus, ita ẽt nunc cũ
eam nos habuiſſe memoria tenebimus & re
colemus, & hoc vtrunq; tertia voluntate iun
gemus, eadem Trinitas permanebit. Qm̃ ſi
nullum in nobis quaſi veſtigium tranſiens re
liquerit, ꝓfecto nec in memoria noſtra eius
aliq̃d habebimus quò recurramus, eam præ-
teritam recordantes, atque id vtrunque intẽ-
tione tertia copulantes, & quod erat ſcilicet
in memoria, non inde cogitantib. nobis, &
quod inde cognitione format̃. Sed qui hoc
dicit, non diſcernit aliam nunc eſſe Trinita-
tem, quando præſentem fidem tenemus, vi-
demus, amamus in nobis, aliam tunc futu-
ram, quando non ipſam, ſed eius velut ima- A
ginarium veſtigium in memoria reconditũ,
recordatione contuebimur, & duo hæc, id-
eſt quod erat in memoria retinẽtis, & quod
inde imprimitur in acie recordantis, tertia
voluntate iungemus. Quod vt poſſit intel-
ligi, ſumamus exemplum de corporalibus
rebus, de quibus in libro vndecimo ſatis lo-
cuti ſumus. Nempe ab inferioribus ad ſu-
periora

periora aſcendentes, vel ab exterioribus ad interiora ingredientes, primam reperimus Trinitatem in corpore quod vr̃, & acie vidētis, quæ cum videt, inde formatur, & in volūtatis intentione, quæ vtrunq; coniungit. huic Trinitati ſimilem cōſtituamus, cū fides quæ nunc ineſt nobis, tanq̃ corpus illud in loco ita in noſtra memoria conſtituta eſt, de qua informatur cogitatio recordantis, ſicut ex illo corpore acies intuentis. Quib. duobus vt Trinitas impleatur, annumerat̃ tertia voluntas, q̃ fidem in memoria cōſtitutā, & quandā eius effigiē contuitu recordationis impreſsā connectit & cōiungit, ſicut in illa corporalis Trinitate viſionis, formā corporis qđ vr̃, & conformationem quæ fit in cernētis aſpectu, coniungit intentio voluntatis. Faciamus ergo corpus illud qđ cernebat̃ intereſſe di-
B lapſum, nec eius remāſiſſe aliquid in vllo loco, ad qđ videndum recurrat aſpectus. Nunquid q͂a imago rei corporalis iā tranſactæ atque præteritæ remanet in memoria vnde informatur recordātis obtutus, atq; id vtrunq; tertia volūtate iungatur, eadem Trinitas eſſe dicenda eſt, quę fuerat qn̄ ſpecies in loco poſiti corporis videbat̃? Non vtiq;, ſed prorſus alia nam præter qđ illa erat extrinſecus, ſed hæc intrinſecus, illā profectò faciebat ſpēs pręſentis corporis, hāc imago præteriti. Sic & in hac re, de qua nunc agimus, & ꝑꝑ q̃ putauimus adhibendum illud exemplum, fides quæ nūc in aīo noſtro eſt, velut illud corpus in loco dum̃ tenet̃, aſpicit̃, amat̃, q̃dā efficit Trinitatem, ſed nō ipſa erit, qn̄ fides hæc in aīo ſicut corpus illud in loco iā nō erit. Quę vero tūc erit, qn̄ eam recordabimur in nobis fuiſſe nō eſſe, alia profecto erit. Hanc. n. quæ nūc eſt facit res ipſa præſens, & in aīo credētis affixa, at illā quæ tunc erit, faciet rei pręteritę imaginatio in recordantis memoria derelicta. Nec illa igitur Trinitas, quę nūc non
C eſt, imago Dei erit, nec iſta imago Dei eſt, q̃ nunc nō erit, ſed ea eſt inuenienda in anima hominis, i. rōnali, ſiue intellectuali, imago creatoris, quæ immortaliter immortalitati eius eſt inſita. Nam ſicut ipſa immortalitas

*Etiam in aĭa ĭpiorū eſt aliqua Dei imago. Cap. 4.*

aīæ ſecundum quendam modum dr̃. Habet quippe & aīa mortem ſuam, cum vita beata caret, quę vera aīæ vita dicenda eſt. Sed immortalitas iō nuncupat̃ qm̄ qualicunq; vita, etiā ſi miſerrima nunq̃ deſinit viuere. Ita quāuis ratio vel intellectus nūc in ea ſit ſopitus, nūc paruus, nunc magnus appareat, nunq̃ niſi rōnalis & intellectualis eſt aīa humana, ac per hoc ſi ſecundum hoc facta eſt ad imaginem Dei, qđ vti rōne atq; intellectu ad intelligēdum & conſpiciendū Deū pōt, profecto ab initio quo eſſe cœpit iſta tam magna & mira natura, ſiue obſoleta ſit hæc imago, vt penè nulla ſit, ſiue obſcura atq; deformis, ſiue clara & pulchra ſit ſemper eſt. Deniq; deformitatē dignitatis eius miſerās diuina ſcriptura, Quanq̃, inquit, in imagine Dei ambulat hō, tn̄ vane conturbat̃: Theſaurizat, & neſcit cui congregabit ea. Nō itaq; imagini Dei vanitatem tribueret, niſi deformem cerneret factā, nec tm̄ valere illam deformitatē, vt auferat quod imago Dei eſt, ſatis oſtendit dicendo, Quanquam in imagine Dei ambulat homo. Quapropter ex vtraque parte veraciter pronunciari poteſt iſta ſnīa, vt quemadmodum dictum eſt, Quanq̃ in imagine Dei ambulat homo, tn̄ vane conturbat̃, ita dicatur, Quanquā vane cōturbat̃ homo, tn̄ in imagine Dei ambulat. Quanquam. n. magna natura ſit, tn̄ vitiari potuit, q͂a ſumma non eſt, & quanquā vitiari potuerit, quia ſumma non eſt, tn̄ quia ſummæ naturæ capax eſt, & eē particeps poteſt magna natura eſt. Quæramus igit̃ in hac imagine Dei quandam ſui generis Trinitatē, adiuuante ipſo qui nos fecit ad imaginem ſuam. Non. n. aliter poſſumus hæc ſalubriter inueſtigare, & ſecundum ſapientiam, quę ab illo eſt, aliquid inuenire, ſed ea quæ in ſuperiorib. libris & maxime in decimo, de anima humana vel mentem diximus, ſi lectoris vel memoria teneantur atq; recolantur, vel diligentia in eiuſdē locis, in quib. cōſcripta ſūt, recenſeant̃, non hic deſiderabit prolixiorem de rei tantę inquiſitione ſermonem. Inter cætera ergo in libro decimo diximus Hominis mentem noſſe ſemetipſam. Nihil enim tam nouit mens, quàm id qđ ſibi pręſto eſt, nec menti magis quicquam præſto eſt, q̃ ipſa ſibi. Et alia ſatis, quantum viſum eſt, adhibuimus, documenta, quibus hoc certiſſime probaremus. Quid itaque dicendum eſt de infantis mente, ita adhuc paruuli, & in tam magna demerſi rerum ignorantia, vt illius mentis tenebras, mens hominis quæ aliquid nouit exhorreat? An etiam ipſa ſe noſſe credenda eſt, ſed intenta nimis in eas res, quas

per

per corporis ſenſus tãto maiore, quanto no-
uiore cœpit delectatione ſentire, nõ ignora
re ſe poteſt, ſed cogitare ſe nõ poteſt? Quãta
porrò intentione in iſta q̃ foris ſunt ſenſibi-
lia feratẽ, vel hinc ſolum conciici poteſt, ꝙ
lucis huius hauriendę ſic auida eſt, vt ſi quiſ
quam minus caut⁹ aut neſciẽs q̇d inde poſſit
accidere, nocturnũ lumẽ poſuerit vbi iacet
infans, in ea parte ad q̃ iacẽtis oculi poſſint
retorqueri, nec ceruix poſſit inflecti, ſic eius
inde nõ remoueatur aſpectus, vt nõnullos ex
hoc ẽt Strabones fieri nouerimus, eam for-
mã tenentib. oculis, q̃ teneris & mollib. con
ſuetudo quodammodo infixit. Ita & in alios
corporis ſenſus, q̃tum ſinit illa ętas, intentio
ne ſe quaſi coarctant aĩę paruulorum, vt q̇c
quid ꝑ carnẽ offendit aut allicit, hoc ſolum
abhorreant vehemẽter aut appetãt, ſua vero
interiora nõ cogitent, nec poſſint admoneri
vt hoc faciant, quia nondum admonentis ſi-
gna nouerunt, vbi pręcipuum locum verba
obtinent, q̃ ſicut alia prorſus neſciunt. Quod
aũt aliud ſit non ſe noſſe, aliud non ſe cogita
re, iam in eodẽ volumine oſtendimus. Sed
hanc ętatem omittamus quę nec interrogari
põt q̇d in ſe agatẽ, & noſipſi eius valde obliti
ſumus. Hinc tm̃ certos nos eſſe ſuffecerit, ꝙ
cum hõ de aĩ ſui natura cogitare potuerit,
atq; inuenire q̇d̃ verum eſt, alibi non inue-
niet, q̃ penes ſeipſum. Inueniet aũt non quod
neſciebat, ſed vñ non cogitabat. Quod.n. ſci-
mus, ſi quod eſt in noſtra mente neſcimus,
cum omnia q̃ ſcimus, non niſi mente ſcire
poſſimus? Tãta eſt tñ cogitationis vis, vt nec
ipſa mens quodammodo ſe in cõſpectu ſuo
ponat, niſi qñ ſe cogitat, ac per hoc ita nihil
in cõſpectu mentis eſt, niſi vñ cogitatẽ, vt nec
ipſa mens, qua cogitatẽ q̇cquid cogitatẽ, aliter
poſſit eſſe in cõſpectu ſuo, niſi ſeipſam cogi
tando. Qũo aũt qñ ſe non cogitat in cõſpectu
ſuo nõ ſit, cũ ſine ſeipſa nunq̃ eſſe poſſit, qua
ſi aliud ſit ipſa, aliud conſpectus eius, inueni
re nõ poſſum. Hoc q̇ppe de oculo corporis
non abſurde dr̃, Ipſe q̇ppe oculus loco ſuo
fixus eſt in corpore, aſpectus autem ei⁹ in ea
quę extra ſunt tenditur, & vſque in ſydera ex
tenditur. Nec eſt oculus in conſpectu ſuo,
qñquidem non conſpicit ſeipſum, niſi ip ſpe
culo obiecto, vnde iam locuti ſumus. Quod
non fit vtiq;, qñ ſe mens in ſuo cõſpectu ſui
cogitatione cõſtituit. Nunquid ergo alia ſui
parte aliam partem ſuam videt, cum ſe con-
ſpicit cogitando ſicut aliis membris noſtris,
qui ſunt oculi, alia membra noſtra cõſpici-
mus, q̃ in noſtro pñt eſſe conſpectu? Quid di
ci abſurdius vel ſentiri põt? Vnde igitur aufer
tur mens, niſi à ſeipſa, & vbi ponitẽ in conſpe
ctu ſuo niſi ante ſeipſam? Non ergo ibi erit
vbi erat, qñ in cõſpectu ſuo non erat, q̇a hic
poſita, inde ſublata eſt. Sed ſi conſpicienda
migrabit, cõſpectura vbi manebit? An quaſi
geminatur, vt & illic ſit & hic. i. & vbi cõſpi
cere, & vbi cõſpici poſſit, vt in ſe ſit conſpi-
ciens, ante ſe conſpicua? Nihil horum nobis
ueritas conſulta reſpõdet, qm̃ qñ iſto modo H
cogitamus, non niſi corporũ fictas imagines
cogitamus, q̇d̃ mentem non eſſe paucis cer-
tiſſimum eſt mentib. à q̇b. põt de hac re ueri
tas conſuli. Proinde reſtat, ut aliq̇d pertinens
ad eius naturam ſit cõſpectus eius, & in eam
qñ ſe cogitat, non quaſi per loci ſpatiũ, ſed
incorporea conuerſione reuocetẽ. Cum uero
nõ ſe cogitat, non ſit q̇dem in cõſpectu ſuo,
nec de illa ſuus formetẽ obtutus, ſed tñ noue
rit ſe tanq̃ ipſa ſit ſibi memoria ſui: Sicut mul
tarum diſciplinarum peritus ea quę nouit,
eius memoria continentẽ, nec eſt inde aliq̇d
in coſpectu mentis eius, niſi uñ cogitat, cęte
ra in arcana quadã notitia ſunt recõdita, quę
memoria nuncupatẽ. Ideo Trinitatem ſic cõ-
mendabamus, ut illud unde formatur cogitã
tis obtutus in memoria poneremus, ipſam
uero conformatione in tanquam imaginem
quę inde imprimitẽ, & illud quo utrunq; cõ
iungitur amorem ſeu uoluntatem. Mens igitẽ
qñ cogitatione ſe cõſpicit, intelligit ſe & re-
cognoſcit, gignit ergo intellectũ hunc, & co
gnitionem ſuam. Res q̇ppe incorporea in-
tellecta conſpicitẽ, & intelligẽdo cognoſcitẽ.
Nec ita ſane gignit iſtam notitiam ſuã mẽs,
qñ cogitando intellectam ſe conſpicit, tan- I
quam ſibi ante incognita fuerit. Sed ita ſi-
bi nota erat, quemadmodum notę ſunt res
quę memoria continentur, etiam ſi non co-
gitentur, quoniam dicimus hominem noſſe
literas, etiam cum de aliis rebus non de lite-
ris cogitat. Hęc aũt duo gignens & genitũ,
dilectione tertia copulantur, quę nihil eſt
aliud q̃ uoluntas fruendum aliquid appetẽs
uel tenens. Ideoq; etiam illis tribus nomini-
bus inſinuandam mentis putauimus Trinita-
tẽ, memoria, intelligentia, uoluntate. Sed qm̃
mentem

mentem semp̃ sui meminisse, semperq; seip
sam intelligere & amare, q̃uis non semp̃ se
cogiatre discretã ab eis q̃ non sunt qđ ipsa
est, circa eiusdẽ libri decimi finem diximus,
*Supra li. 10.c.11.* quærendũ est quonã modo ad cogitationem
p̃tineat intellectus, notitia vero cuiusq; rei,
q̃ inest menti, ẽt qñ non de ipsa cogitat̃, ad
solam dicat̃ memoriam p̃tinere. Si.n. hoc ita
est, nõ habebat hæc tria, vt & sui meminisset,
& se intelligeret, & amaret, sed meminerat
tm̃ sui, & postea cũ cogitare se cœpit, tũc se
*Habitus est in aïo,* intellexit atq; dilexit. Quapp̃ diligẽtius illud
consideremus exẽplũ qđ adhibuibus, vt ostẽ
L deret aliud esse rẽ q̃ que nõ nosse, aliud non
*ẽt si desit actus. c.7* cogitare, fieriq; posse: vt nouerit hõ aliquid
qđ non cogitat, qñ aliũde non inde cogitat.
*Supra li. 10. ca.6.* Duarum ergo vel plurium disciplinarũ peri
tus, qñ vnã cogitat, aliam vel alias ẽt si nõ co
gitat nouit tñ. Sed nunqd recte possumus di-
cere, iste musicus nouit quidem Musicã, sed
nunc eam nõ intelligit, qa eam nõ cogitat, in
telligit aũt nunc Geometriã, hanc.n. non co
gitat? Absurda est quantum apparet ista s̃nia.
Quid etiã illa, si dicamus, iste musicus amat
q̃dem Musicã, sed nunc eam nõ amat qñ eã
nõ cogitat, amat aũt nunc Geometriam, qm̃
nũc ipsã cogitat, nõne similiter absurda est?
Rectissime vero dicim⁹. Iste quẽ p̃spicis de
Geometria disputantẽ, ẽt perfectus est musi-
cus: nam & meminit disciplinę eius & intel-
ligit eam & diligit, sed quamuis eam nouerit
& amat, nunc illam non cogitat, qm̃ Geome
triam de qua disputat cogitat. Hinc admoue
mur esse nobis in abdito mentis quarundam
rerũ quasdam notitias, & tũc quodãmodo
p̃cedere in mediũ, atq; in conspectu mentis
velut apertius cõstitui, qñ cogitant̃. Tunc.n.
seipsa mens, & meminisse, & intelligere, &
amare inuenit, ẽt vñ non cogitabat, qñ aliud
M cogitabat. Sed vñ diu nõ cogitauerimus, &
vñ cogitare nisi commoniti non valemus id
nos nescio quo eodemq; miro modo, si põt
dici, scire nescimus. Deniq; recte ab eo qui
cõmemorat, ei cui cõmemorat dr̃: Scis hoc,
sed scire te nescis. Cõmemorabo & inuenies
te scientẽ quod te nescire putaueras. Id agũt
& literæ q̃ de his rebus cõscriptæ sunt, quas
res duce ratione veras esse inuenit lector, nõ
quas veras esse credit ei qui scripsit, sicut le
gitur historia, sed quas veras esse etiam ipse
inuenit, siue apud se siue in ipsa mentis luce
veritate. Qui vero nec admonitus valet ista
contueri, magna cæcitate cordis, tenebris
ignorantiæ demersus est altius, & mirabilio-
re diuina ope indiget, vt possit ad veram sa-
pientiam peruenire. Propter hoc itaq; volui
de cogitatione adhibere qualecunq; docu-
mentum, quo posset ostendi qũo ex iis quæ
memoria continent̃ recordantis acies infor-
met̃, & tale aliquid gignat̃ vbi homo cogit,
quale in illo erat vbi ante cogitationem me-
minerat, quia facilius dignoscit̃ quod tp̃e ac
cedit, & vbi parens prolem spatio tp̃is ante-
cedit. Nam si nos referamus ad interiorem
mentis memoriã qua sui meminit, & interio
rem intelligentiam qua se intelligit, & inte- A
riorem volũtatem qua se diligit, vbi hęc tria
simul sunt, & simul semper fuerũt ex quo eẽ
cœperunt, siue cogitarent̃, siue nõ cogitaren
tur, videbitur quidem imago illius trinita-
tis & ad solam memoriam pertineret. Sed qa
ibi verum esse sine cogitatione non potest;
Cogitamus.n. omne quod dicimus, etiã illo
interiore verbo qđ ad nullius gẽtis pertinet
linguã: in trib. potius illis imago ista cogno-
scitur, memoria scilicet, intelligentia, volun
tate. Hanc aũt nunc dico intelligentiam qua
intelligimus cogitantes, id est quando eis re
pertis q̃ memoriæ præsto fuerant, sed nõ co-
gitabantur, cogitatio nostra formatur: & eã
uoluntatem, siue amorem, vel dilectionẽ, q̃
istam prolem parentemq; cõiungit, & quo-
dãmodo utriq; cõis est. Hinc factũ est vt etiã
per exteriora sensibilia q̃ p̃ oculos carnis ui
dentur, legentiũ ducerẽ tarditatem, in unde-
cimo.s. libro: atque inde cum eis ingrederer
ad hominis interioris eam potentiam quã
ratiocinat̃ de tẽporibus rebus, differens illã
principaliter dominantẽ qua cõtemplamur
æternas: atq; id duob. uoluminibus egi, duo-
decimo utrũq; discernẽs, quorũ unum est B
superius alterum inferius, qđ superiori esse
subditũ debet. Tertiodecimo aũt de mune-
re inferioris qua humanarũ rerũ scientia sa-
lubris continetur ut in hac temporali uita id
agamus quo consequamur æternam, quãta
potui ueritate ac breuitate disserui; quando-
quidem rẽ tam multiplicẽ atque copiosam,
multorum atq; magnorum disputationibus
multis magnisq; celebratã, uno strictã uolu
mine inclusi, ostendens etiam in ipsa Trini-
tatem, sed nondum q̃ Dei sit imago dicẽda.
Nunc

Nunc vero ad eam iam peruenimus disputationem, vbi principale mentis humanæ, quo nouit Deũ vel pôt nosse, considerandum suscepimus, vt in eo reperiamus imaginẽ Dei. Quamuis.n. mens humana non sit eius naturę cuius est Deus, imago tñ naturæ eius natura melior nulla est, ibi quærenda & inueniẽda est in nobis, quo ẽt natura nihil habet melius, sed prius mens in seipsa consideranda est anteq̃ sit particeps Dei & in ea reperiẽda est imago eius. Dixim⁹.n. eam etsi amissa Dei participatione absolutam, atq; deformẽ, Dei tñ imaginẽ permanere. Eo quippe ipso ima-
C go eius est, quo eius capax est, eiusque particeps esse pôt, qđ tam magnum bonum nisi per hoc q̃ imago eius est, intelligi nõ potest. Ecce ergo mens meminit sui intelligit se, diligit se, hoc si cernimus, cernimus Trinitatẽ, nõdũ qđẽ Deũ sed iã imaginẽ Dei. Nõ forinsecus accepit memoria qđ teneret, nec foris inuenit qđ aspiceret intellectus, sicut corporis oculus. Nec ista duo velut formã corporis, & eã quæ inde facta est in acie contuentis voluntas foris iunxit, nec imaginẽ rei quæ foris visa est, quodãmodo raptam & in memoria reconditam cogitatio cũ ad eam conuerteret, inuenit & inde formatus est recordantis obtutus, iungente vtrunq; tertia volũtate, sicut in eis ostendebamus Trinitatib. fieri, quę in reb. corporalib. reperiebantur, vel ex corporib. per sensum corporis introrsus quodammodo trahebant, de quib. omnib. in libro vndecimo disseruim⁹. Nec sicut fiebat vel apparebat, qñ de illa sciã disserebamus, iam in hoĩs interioris operib. cõstituta, quæ distinguenda fuit à sapientia. Vnde quę sciũtur, velut aduẽtitia sunt in animo, siue cognitione historica illata, vt sunt facta & dicta, quæ tempore peraguntur & transeunt, vel in natura rerum suis locis & regionib. consti-
D tuta sunt, siue in ipso homine quę non erant oriuntur, aut aliis docẽtib. aut cogitationib. propriis sicut fides quam plurimum in libro decimotertio commendauimus, sicut virtutes, quib. si verę sunt in hac mortalitate, ideo bene viuitur, vt beate in illa quæ diuinitus ꝓmittitur immortalitate viuatur. Hæc atq; huiusmodi habent in tempore ordinem suum, in quo nobis Trinitas memoriæ visionis & amoris facilius apparebat: nam quædam eorum pręueniunt cognitionem discentium. Sunt.n. cognoscibilia, & antequam cognoscantur, suiq; cognitionem in discentib. gignunt. Sunt aũt vel in locis suis, vel quæ tempore præterierunt, quamuis quę præterierunt, non ipsa sint, sed eorũ quædã signa præteritorum, quib. visis vel auditis, cognoscantur fuisse atq; trãsisse. Quæ signa vel in locis sita sunt, sicut monumẽta mortuorũ, & quęcũq; similia, vel in literis fide dignis, sicut est oĩs grauis & approbãdæ authoritatis historia, vel in eis eorum, qui ea iã nouerũt, eis qp pe iam nota & aliis vtiq; sunt noscibilia, quorum sciam præuenerunt, & qui ea nosse illis qb. nota sunt docentib. põt. Quæ omnia qñ
E discunt, quandam faciunt Trinitatem, specie sua quę noscibilis fuit, ẽt anteq̃ nosceretur, eiq; adiuncta cognitione discentis, quæ tunc esse incipit qñ discit, ac tertia voluntate quę vtrunq; coniungit. Et cũ cognita fuerint, alia Trinitas, dum recolunt, fit iam interius in ipso aĩo, ex iis imagnib. quæ cum discerentur sunt impressa in memoria, & informatione cogitationis ad ea conuerso recordãtis aspectu, & ex volũtate quæ tertia duo ista coniungit. Ea vero quæ oriunt in aĩo vbi nõ fuerũt, sicut fides, & cætera hmõi, & si aduentitia videntur, cum doctrina inferunt, non tñ foris posita vel foris peracta sunt, sicut illa quę credunt, sed intus oĩno in ipso aĩo esse cęperũt. Fides.n. nõ est qđ creditur, sed qua creditur, & illud quod creditur, illa conspicitur. Tamen quia esse cœpit in animo, qui iam erat animus antequam ista esse cœpisset, aduentitium quiddam videtur, & in præteritis habebitur, qñ succedẽte specie iam esse destiterit: aliamq; nunc Trinitatẽ facit per suã pręsentiam, retentar conspecta, dilecta, aliam tunc faciet per quoddam sui vestigiũ, quod in memoria præteriens dereliquerit, sicut iam supradictum est. Vtrum autem tunc etiam vir-
F tutes, quibus hac mortalitate bene viuitur, quia & ipsę incipiũt esse in animo, qui cum sine illis prius esse, tamen animus erat, desinant esse cum ad æterna perduxerint, nonnulla quæstio est. Quibusdam enim visum est desituras, & de tribus quidem, prudentia, fortitudine, temperantia, cum hoc dicitur, nonnihil dici videtur. Iustitia vero immortalis est, & magis tunc perficietur in nobis, quàm esse cessabit. De omnib. tamẽ quatuor magnus author eloquentię Tullius in Hortensio

*3. sen. di. 33. c. 1. An et cæteræ virtutes desinãt in futura vita Cap. 9.*

tensio dialogo disputans: Si nobis, inquit, cũ ex hac vita migrauerimus, in beatorum insulis immortale æuum, vt fabulæ ferunt, degere liceret, quid opus esset eloquentia, cũ iudicia nulla fierẽt, aut ipsis etiam virtutibus nec. n. fortitudinis egeremus, nullo ꝓposito aut labore aut periculo, nec iustitia, cũ esset nihil quod appeteret alieni, nec temperãtia quæ regeret eas q̃ nullæ essent libidines, nec prudentia q̃dẽ egeremus nullo delectu proposito bonorũ & malorũ. Vna igit̃ essemus beati cognitione naturæ & sciã, qua sola etiã deorũ est vita laudãda. Ex quo intelligi põt, cætera necessitatis esse, vnũ hoc volũtatis. Ita ille tãt⁹ Orator, cũ Philosophiã prædicaret, recolẽs ea q̃ à Philosophis acceperat, & pręclare ac suauiter explicãs, in hac tñ vita q̃ videmus erũnis & errorib. plenã, oẽs quatuor necessarias dixit esse virtutes, nullã uero earũ cũ ex hac vita emigrauerimus, si liceat ibi viuere vbi viuit̃ beate, sed bonos aĩos sola beatos esse cognitione & sciã, hoc est contẽplatione naturæ, qua nihil est melius & amabilius, ea est natura q̃ creauit omes cæteras, instituitq; naturas. Cui regenti esse subditũ, si iustitiæ est, immortalis est oĩno iustitia, nec in illa esse beatitudine desinit, sed talis ac tãta erit, vt ꝑfectior & maior esse nõ possit. Fortassis & aliæ tres virtutes, prudẽtia sine vllo iã periculo erroris, fortitudo sine molestia tolerandorũ malorũ, temperantia siue repugnatione libidinũ, erunt in illa fœlicitate, vt prudentiæ sit nullũ bonũ Deo ꝑponere vel ęquare, fortitudinis ei firmissime cohęrere, tẽperãtię nullo defectu noxio delectari. Nũc aũt q̃d agit iustitia in subueniẽdo miseris, q̃d prudẽtia in præcauendis insidiis, q̃d fortitudo in ꝑferẽdis molestiis, q̃d temperantia in coercendis delectationib. prauis, nõ ibi erit, vbi nihil oĩno mali erit, ac per hoc ista virtutum opera, quæ huic mortali vitæ sunt necessaria, sicut fides ad quam referenda sunt, in præteritis habebuntur, & aliam nunc faciunt Trinitatem, cũ ea præsentia tenemus, aspicimus, amamus, aliam tunc factura sunt, cũ ea non esse, sed fuisse per quædam eorũ vestigia, quæ prætereundo in memoria derelinquent, reperiemus, quia & tunc Trinitas erit cũ illud qualecunq; vestigium & memoriter retinebitur, & agnoscetur veraciter, & hoc vtrunq; tertia uolũtate iungetur. In omnium istarum, quas commemorauimus, temporalium rerum sciã, quædam cognoscibilia cognitionem interpositione tp̃is antecedunt, sicut sunt ea sensibilia, quæ iam erãt in reb. anteq̃ cognoscerent̃, vel ea omnia, quæ ꝑ historiã cognoscunt̃. Quædam vero simul esse incipiũt, velut si aliquid visibile, quod oĩno nõ erat, ante nostros oculos oriatur, cognitionem nostram non præcedit, aut si aliquis sonet, vbi adest auditor, simul profecto incipiunt esse, simulq; desinunt, & sonus & eius auditus. Veruntñ siue tp̃e præcedẽtia, siue simul esse incipiẽtia cognoscibilia cognitionem gignunt, non cognitione gignuntur. Cognitione vero facta, cũ ea quæ cognouimus ꝓposita in memoria recordatione reuisunt̃, quis nõ videat priorem esse tp̃e in memoria retentionem, q̃ in recordatione uisionem, & huius vtriusq; tertia voluntate iunctionẽ? Porro aũt in mente non sic est, neq; .n. aduentitia sibi ipsa est, quasi ad seipsam q̃ iam erat, venerit aliunde eadem ipsa quę nõ erat, aut nõ aliũde venerit, sed in seipsa quæ iã erat, nata sit ea ipsa quæ non erat, sicut in ipso hoĩe quæ non erant oriuntur, aut aliis docentib. aut cogitationib. propriis, sicut fides, sicut virtutes, sicut in mente, quæ iã erat, oritur fides quæ non erat. Aut post cognitionem sui recordando seipsam velut in memoria sua constitutã videt, quasi non ibi fuerit anteq̃ seipsã cognosceret, cũ ꝓfecto ex quo esse cępit nunq̃ se amare destiterit, sicut iam ostendimus, ac per hoc qñ ad seipsam cognitione conuertit̃, fit trinitas, in qua iam & verbum possit intelligi. Format̃ quippe ex ipsa cognitio volũtate vtrunq; iungente. Ibi ergo magis agnoscenda est imago q̃ quærimus. Sed dicet aliquis: Non est ista memoria, qua mens sui meminisse perhibet̃, quæ sibi semꝑ est pręsens. Memoria. n. præteritorũ est, non præsentiũ: nã q̃dam cũ de virtutib. agerent, in quib. est etiam Tullius, in tria ista prudentiam diuiserunt, memoriam, intelligentiam, prouidentiam: Memoriam. s. præteritis, intelligentiam præsentibus, prouidentiam rebus tribuentes futuris, quam non habent certam, nisi præscii futurorum, quæ nõ est munus hominum, nisi det̃ desuper, vt Prophetis. Vnde scriptura sapientiæ de hoĩbus aiẽs, Cogitationes, inquit, mortalium timidæ, & incertæ prouidentiæ nostrę. Memoria vero

de

G

H

I

K

*1. sen. di. 13. ca. 1. 3. sen. di. 33. ca. 1. 3. sen. di. 33. cap. post prædicta. Q̃uo in futura uita quatuor, illæ uirtutes cardinales perficientur.*

de præteritis, & intelligētia de prçsentib. certa est, sed præsentib. vtiq; corporalib. reb. nã corporales corporaliũ p̄sentes sũt aspectib. oculorũ. Sed q̄ dicit memoriam non esse p̄sentium, attendat quemadmodũ dictum sit in ipsis secularib. literis, vbi maioris fuit curæ verborũ integritas q̃ veritas rerũ. Nec talia passus Vlysses oblitusve sui est Ithacus, discrimine tanto. Virgilius. n. cũ sui non oblitũ diceret Vlyssem, q̄d aliud intelligi voluit, nisi q̄ meminerit sui? Cum ergo sibi prçsens esset, nullo modo sui meminisset nisi ad res præsentes memoria pertineret. Quap̄p̄ sicut in reb. prçteritis ea memoria dr̄, qua fit vt va-
I leat recoli & recordari, sic in re præsenti q̄d sibi est mens, memoria sine absurditate dicēda est, qua sibi præsto est vt sua cogitatione possit & vtrunq; sui amore coniungi. Hæc igitur Trinitas mentis nõ p̄pea Dei est imago, quia sui meminit mens & intelligit ac diligit se, sed quia põt ēt meminisse & intelligere & amare à quo facta est. Quod cum facit, sapiens ipsa fit. Si aũt non facit, ēt cum sui meminit, seseq; intelligit ac diligit stulta est. Meminerit itaq; Dei sui ad cuius imaginem facta est, eũq; intelligat atq; diligat. Quod vt breuius dicam, colat Deum non factũ, cuius ab eo capax est facta, & cuius particeps esse potest p̄p̄ quod scriptum est, Ecce Dei cultꝰ est sapientia, & non sua luce sed summæ illiꝰ lucis participatione sapiens erit atq; vbi çterna ibi beata regnabit. Sic. n. dr̄ ista hoīs sapiētia vt ēt Dei sit. Tunc. n. vera est, nam si humana est, vana est. Verũ non ita Dei, qua sapiens est Deus, neque enim participatione sui sapiens est, sicut mens participatione Dei. Sed quemadmodum dr̄ iustitia Dei, non solum qua ipse iustus est, sed quam dat homini cũ iustificat impium. quam commendans Apo-
M stolus, ait de q̄busdam, Ignorantes. n. Dei iustitiam, & suam iustitiã volentes cõstituere, iustitiæ Dei non sunt subiecti, sic etiam dici potest de q̄busdam: Ignorantes Dei sapientiam, & suã volentes constituere, sapientiæ Dei non sunt subiecti. Est igiť natura non facta, quæ fecit oẽs cæteras magnas paruasque naturas eis quas fecit sine dubitatione prçstãtior, ac per hoc etiam de qua loquimur rõnali & intellectuali, quç hominis mẽs est ad eius qui eam fecit imaginem facta. Illa autem cæteris natura præstantior Deus est. Et quidē nõ lõge positus ab vnoquoq; nostrum, sicut Apostolus dicit adiũgens: In illo. n. viuimus & mouemur & sumus. Quod si secundũ corpus diceret, ēt de isto corporeo mundo posset intelligi. Nam & in illo secũdum corpus viuimus mouemur & sumus. Vnde secũdum mentem quæ facta est ad eius imaginem, debet hoc accipi excellentiore quodam, eodēque non visibili, sed intelligibili mõ. Nã q̄d nõ est in ipso de quo diuinè scriptũ est: Q̄m ex ipso & per ipsum & in ipso sunt oĩa? Proinde si in ipso sunt omnia, in quo tãdem p̄nt viuere q̃ viuunt, & moueri q̃ mouentur, nisi in quo sunt? Nõ tñ oẽs cum illo sunt eo modo quo ei dictum est: Ego semper tecũ. Nec ipse cum omnib. eo modo quo dicimꝰ: Dñs vobiscum. Magna itaque hoīs miseria est cũ illo non esse, sine quo nõ potest esse. In quo. n. est, proculdubio sine illo non est, & tñ si eius non meminit, eumq; non intelligit, nec diligit, cum illo non est. Quod aũt quisq; penitus obliuiscit̃, nec commoneri eius vtique põt. De visibilib. reb. ad hãc rẽ sumamus exẽplũ. Dicit tibi q̄spiam quē non recognoscis: Nosti me, & vt commoneat, dicit vbi, q̄n, q̃uo tibi innotuerit, omnibusq; adhibitis signis quib. in memoriam reuoceris, si non recognoscis, ita iã oblitus es, vt omnis illa notitia penitus deleta sit animo, nihilque aliud restat nisi vt credas ei qui tibi hoc dicit, q̄ aliq̄n eum noueras, aut nec hoc quidē, si fide dignus tibi esse qui loquitur non videtur. Si autem reminisceris, profecto redis in memoriam tuam, & in ea inuenis quod nõ fuerat penitus obliuione deletum. Redeamꝰ ad illud propter quod adhibuimus humanæ cõuersationis exemplum. Inter cætera Psalmus nonus: Conuertantur, inquit, peccatores in infernum, omnes gentes quæ obliuiscuntur Deum. Porrò autem vicesimus primus: Cõmemorabuntur, inquit, & conuertentur ad dominum vniuersi fines terræ. Non igitur sic erant oblitæ istæ gentes Deum, vt eius nec commemoratæ recordarentur. Obliuiscendo autem Deum tanquam obliuiscendo vitam suam, conuersæ fuerant in mortem, hoc est, in infernum. Commemoratæ vero conuertuntur ad dominum tanquam reminiscentes reminiscendo vitam suam cuius eas habebat obliuio. i. cuius oblitç fuerãt. Item legiť in nonagesimotertio: Intelligite

Acto. 17
Rom. 11.
Psal. 72.
A
Q̃uo Dei reminisci mur. c. 13
B

gite nunc qui insipientes estis in populo, & Psal. 93. stulti aliqñ sapite. Qui plantauit aurẽ, nõ audiet? & cætera. Eis. n. dictum est, q̃ Deum nõ intelligendo, de illo vana dixerunt. De dilectione aũt Dei plura reperiunt in diuinis elo quis testimonia. Ibi. n. & illa duo cõsequẽter intelligunt, quia nemo diligit cuius non meminit, & quod penitus nescit. Vnde illud est notissimum præcipuumq; præceptum. Diliges dñm Deũ tuũ. Sic itaq; condita est mens humana, vt nunq̃ sui non meminerit, nunq̃ se non intelligat, nunq̃ se nõ diligat. Sed qm̃ qui odit aliquẽ, nocere illi studet, nõ immerito & mens hoïs, qñ sibi nocet, odisse se dr̃. Nesciens. n. sibi vult male, dum non putat sibi obesse quod vult, sed tñ male sibi vult, qñ id vult qđ obsit sibi. Vnde illud scriptum est. Qui diligit iniquitatem, odit animam suam.

Quo beatæ aïæ no rũt se ipsas. c. 14.

Deut. 6.

B Psal. 10. Qui ergo se diligere nouit, Deum diligit, qui uero nõ diligit Deũ etiam si se diligit, qđ ei naturaliter inditũ est, tñ non inconuenienter odisse se dr̃, cum id agit quod sibi aduersat, & seipsum tanq̃ suus inimicus insequit. Qui profecto est error horrendus, vt cũ sibi oẽs prodesse velint, multi non sapiant, nisi quod eis perniciosissimum est. Similem morbum Aeneid. 3 mutorum animalium cũ Poeta describeret:

» Dij, inquit, meliora piis, erroremq; hostib.
» illum: Discissos nudis laniabãt dentib. artus.

» Cum morb. ille corporis fuerit, cur dixit errorem, nisi quia omne aĩal cum sibi natura conciliatum sit, vt se custodiat quantum potest, talis ille erat morb. vt ea quorum salutẽ appetebant, sua membra laniarent? Cum aũt Deum diligit mens, & sicut dictum est, consequenter eius meminit, eũq; intelligit, recte illi de proximo suo pręcipitur, vt eũ sicut se diligat. Iam. n. se non diligit peruerse, recte, cũ Deũ diligit, cuius participatione imago illa non solũ est, verumetiam ex vetustate renouat, ex deformitate reformatur, ex infœlicitate beatificat.

C Quanuis. n. se ita diligat, vt si alterutrum proponatur, malit omnia quę infra se diligit perdere, q̃ perire, tñ superiorem deserendo, ad quem solum possit custodire fortudinem suam, eoq; frui lumine suo, cur Psal. 58. canitur in Psalmo. Fortitudinem meam ad te Psal. 33. custodiam, & alio, Accedite ad eum, & illuminamini, sic infirma & tenebrosa facta est, vt à se quoque ipsa, in ea quæ nõ sunt quod ipsa, & q̃b. superior est ipsa, infœlicius laberetur per amores, quos non valet vincere, & errores à q̃b. non videt qua redire. Vnde iam Deo miserante pœnitens clamat in Psalmis: Deseruit me foriitudo mea, & lumen oculorum meorum non est mecũ. Psal. Non sane in his tãtis ĩfirmitatis & erroris malis amittere potuit naturalem memoriã, intellectũ & amorẽ sui, p̃p quod merito dici potuit qđ supra cõmemoraui. Quanquã in imagine Dei ambulat homo, tñ vane conturbat: Thesaurizat & Psal. nescit cui congregabit ea. Cur. n thesaurizat, nisi quia fortitudo eius deseruit eum, per q̃ Deum habẽs, rei nullius indigeret? Et cur nescit cui congregabit ea nisi quia lumen oculorum eius non est cum eo? Et iõ non videt quod veritas ait: Stulte hac nocte aĩam tuam repetunt abs te, hæc quæ p̃parasti cuius erũt? Luc.

D Veruntñ quia ẽt talis in imagine ambulat homo, & habet memoriam & intellectum, & amorem sui hoïs mens, si ei manifestaretur q vtrunque hr̃e nõ posset, & vnum e duob. permitteret eligere, alterum perditurus, aut thesauros quos congregauit, aut mentem, q̃s vsqueadeo non habet mentem, vt thesauros mallet hr̃e quàm mentem? Thesauri. n. mentem pñt plerunque subuertere, at mens quæ non thesauris subuertitur, sine vllis thesauris facilius & expedit⁹ põt viuere. Quis vero vllos thesauros, nisi per mentem poterit possidere? Si. n. puer infans, quanuis ditissimus natus, cum sit dñs omnium quæ iure sunt eius, nihil possidet mente sopita, quonam tãdem modo quisquam quicquam mente possidebit amissa? Sed de thesauris quid loquor, q̃ eis quilibet hominum, si talis optio proponatur, mavult carere q̃ mente, cum eos nemo præponat, nemo comparet luminib. corporis, q̃b. non vt aurum rarus quisq; homo, sed omnis homo possidet cœlum, per lumina enim corporis q̃sque possidet q̃cquid libenter videt.

E Quis ergo si tenere vtrunq; nõ possit, & alterutrum cogatur amittere, non thesauros q̃ oculos malit, & tñ si ab eo simili conditione quæratur, vtrum oculos malit amittere, an mentem, quis mente non videat eum oculos malle q̃ mentem? Mens quippe sine oculis carnis humana est, oculi autem carnis sine mente beluini sunt. Quis porrò nõ hominem se malit esse etiam carne cęcũ q̃ beluam videntem? Hæc dixi, vt etiam tardiores, quanuis breuiter commonerentur à

me,

me, in quorũ oculos vel aures hæ literæ peruenerũt, quantũ mens diligat ſeipſam, etiam infirma & errãs, male diligendo atq; ſectã-

F do quæ ſunt intra ipſam. Diligere porro ſeipſam nõ poſſet, ſi ſe oĩno neſciret. i. ſi ſui non meminiſſet nec ſe intelligeret quia in ſe imagine Dei tã potens eſt, ut ei cuius imago eſt ualeat hærere. Sic. n. ordinata eſt naturarũ ordine, nõ locorũ, ut ſupra illã nõ ſit niſi ille.

6. Deniq; cum illi penitus adhæſerit, unus erit ſpiritus. Cui rei atteſtatur Apoſtolus dicens, Qui aũt adhæret dño, unus ſpũs eſt: accedẽte quidẽ iſta ad participationẽ naturę ueritatis & beatitudinis illius, nõ tñ creſcente illo in natura, ueritate & beatitudine ſua. In illa itaq; natura cũ fęliciter adhæſerit, immutabiliter uiuet & immutabile uidebit oẽ qđ uiderit. Tũc ſicut ei diuina ſcriptura ꝓmittit ſatiabiť in bonis deſideriũ eius, bonis immutabilibus, ipſa Trinitate Deo ſuo cuiꝰ imago eſt: & ne uſpiã deinceps uioletur, erit in abſcondito uultus eius, tanta ubertate eius impleta, ut eã nunq̃ peccare delectet. Seipsã uero nũc qñ uidet, nõ aliq̃d immutabile uidet. Qđ ideo certe nõ dubitat, qm̃ miſera eſt, & beata eſſe deſiderat. Nec ob aliud fieri ſperat hoc poſſe, niſi q̃a eſt mutabilis. Nã ſi mutabilis nõ eſſet, ſicut ex beata uita miſera, ſic ex miſera beata eẽ nõ poſſet. Et quid eã feciſſet miſeram ſub oĩpotente & bono dño, niſi pc̃tm̃ ſuũ, & iuſtitia dñi ſui? Et quid eã faciet beatã niſi meritũ ſuũ & pręmiũ dñi ſui? Sed & meritũ eius gratia eſt illius, cuius pręmiũ erit beatitudo eius. Iuſtitiã quippe dare ſibi non poteſt, quã perditã non habet. Hanc. n. cum homo conderetur accepit: & peccando utiq; perdidit. Accepit ergo iuſtitiã, propter quam beatitudinẽ accipere mereretur. Vnde ueraciter ei dicitur ab Apoſtolo, quaſi de ſuo bono ſuperbire incipiẽti, Quid enim habes quod nõ accepiſti? Si aũt accepiſti, q̃d gloriaris quaſi non acceperis? Qñ aũt bene recordatur domini ſui, ſpiritu eius accepto ſentit oĩno, q̃a hoc diſcit intimo magiſterio nõ niſi eius gratuito affectu poſſe ſe ſurgere, nõ niſi ſuo uolũtario defectu cadere potuiſſe. Nõ ſanè reminiſcitur beatitudinis ſuę: fuit quippe illa & nõ eſt, eiusq; iſta penitus oblita eſt, ideoq; nec cõmemorari poteſt. Credit aũt de illa fide dignis literis Dei ſui per eius Prophetam conſcriptis narrantibus de fęlicitate paradiſi, & illud primũ & bonum hominis & malũ hiſtorica traditione indicãtibus: domini aũt Dei ſui reminiſciť. Ille q̃ppe ſemper eſt, nec fuit & non eſt, nec eſt & non fuit, ſed ſicut nunquã non erit, ita nunq̃ H non erat, & ubiq; totus eſt. Propter ꝙ iſta in in illo & uiuit & mouetur & eſt, & ideo reminiſci eius põt. *Act. 17.* Nõ quia hoc recordatur ꝙ eum nouerat ĩ Adã, aut alibi alicubi ante huius corporis uitam, aut cũ primũ facta eſt ut inſereret huic corpori, Nihil. n. horũ omnino reminiſciť: quicquid horũ eſt, obliuione deletũ eſt. Sed cũ memoratur ut cõuertať ad dominũ tanquã ad eã lucẽ qua iã cũ ab illo auerteretur, quodãmodo tãgebatur, Nã hinc eſt ꝙ ẽt impij cogitant ęternitatẽ & multa recte reprehendũt, recteq; laudãt in hominũ moribus. Quibus ea tandẽ regulis iudicant, niſi in quibus uident, quẽadmodũ quiſq; uiuere debeat, etiã ſi nec ipſi eodẽ mõ uiuant? Vbi eas uident? Neq;. n. in ſua natura, cũ proculdubio mẽte iſta uideãtur, eorumq; mentes conſtet eſſe mutabiles, has uero regulas immutabiles uideat, quiſquis in eis & hoc uidere potuerũt: nec in habitu ſuæ mentis, cũ illæ regulæ ſint iuſtitiæ, mentes uero eorum conſtet eſſe iniuſtas. Vbinã ſunt iſtę regulæ ſcriptæ, ubi q̃d ſit iuſtũ, & iniuſtus agnoſcit, ubi cernit habendum eſſe ꝙ ipſe non habet? I Vbi ergo ſcriptę ſunt niſi in libro lucis illius, quæ ueritas dicitur, unde omnis lex iuſta deſcribitur, & in cor hominis qui operatur iuſtitiã, nõ migrando, ſed tanquã imprimẽdo transfertur, ſicut imago ex annulo & in ceram tranſit, & annulum non relinquit? Qui uero nõ operatur, & tñ uidet q̃d operãdũ ſit, ipſe eſt qui ab illa luce auertitur, à qua tñ tangitur. Qui aũt nec uidet quẽadmodũ ſit uiuendũ, excuſabilius quidẽ peccat, quia nõ eſt trangreſſor cognitę legis. Sed etiam ipſe ſplendore aliquoties vbiq; præſentis ueritatis attingitur, quando admonitus confitetur.

*Imago Dei quomodo reformatũ in homine. Cap. 16. Rom. 12. Ephe. 4.*

Qui uero cõmemorati cõuertuntur ad dñm ab ea deformitate, qua per cupiditates ſeculares cõformabãtur huic ſeculo, reformanť ex illo, audientes Apoſtolũ dicentẽ, Nolite conformari huic ſeculo, ſed reformamini in nouitate mentis ueſtrę, ut incipiat illa imago ab illo reformari, à quo formata eſt. Nõ enim reformare ſeipſam poteſt, ſicut potuit deformare. Dicit etiam alibi, Renouamini

ſpiritu mentis veſtrę,& induite nouũ hoiem
eum qui ſcd̃m Deũ creatus eſt in iuſtitia &
ſanctitate veritatis. Qđ ait, Scd̃m Deũ crea-
*Gene. 3.* tũ:hoc alio loco dr̃, ad imaginem Dei. Sed
peccando iuſtitiã & ſanctitatẽ veritatis ami
ſit, pp q̃ hæc imago deformis & decolor fa
cta eſt, hãc recipit cũ reformat̃ & renouat̃.
Quod aũt ait, Spũ mẽtis veſtræ: non ibi duas
res intelligi voluit, quaſi aliud ſit mens, aliud
ſpiritus mẽtis: ſed quia omnis mens ſpiritus
*Ioan. 4.* eſt, non aũt omnis ſpiritus mens. Eſt.n.ſpiri-
tus & Deus qui renouari nõ põt, quia nec ve
teraſcere poteſt. Dicit̃ ẽt ſpũs in hoĩe, q̃ mẽs
non ſit, ad quẽ pertinent imaginationes ſimi
*1.Co.14.* les corporum. De quo dicit ad Corinthios,
vbi dicit, Si autem orauero lingua, ſpiri-
tus meus orat, mens autem mea infructuo-
ſa eſt. Hoc enim ait, quando id quod dici-
tur, non intelligitur: quia nec dici poteſt, niſi
corporaliũ vocũ imagines ſonũ oris ſpiritus
*Ioan.19.* cogitatione præueniant. Dicitur & hominis
anima ſpũs. Vñ eſt in Euãgelio. Et inclinato
L capite tradidit ſpm̃: quo ſignificata eſt mors
corporis, anima exeunte de corpore. Dicit̃
*Eccle. 3.* ſpiritus ẽt pecoris, quod in Eccleſiaſte libro
Salomonis apertiſsime ſcriptum eſt, vbi ait,
Quis ſcit ſpiritus filiorum hominum ſi aſcẽ-
det ipſe ſurſum, & ſpiritus pecoris ſi deſcen
dat ipſe deorſum in terram? Scriptum eſt e-
tiam in Geneſi, vbi dicit diluuio mortuam
*Gene. 7.* vniuerſam carnem, quę habebat in ſe ſpiri-
tum vitæ. Dicitur ſpiritus etiã vẽtus, res aper-
*Pſ. 148.* tiſsime corporalis. Vnde illud in Pſalmis,
Ignis, grando, nix, glacies, ſpiritus, ſpiritum
mentis dicere voluit eum ſpiritum, quę mẽs
vocatur. Sicut ait etiam idẽ Apoſtolus, In
expoliatione corporis carnis. Nõ duas vtiq;
intelligi voluit, quaſi aliud ſit caro, aliud cor
*Colo. 3.* pus carnis, ſed quia copus multarũ rerũ no-
men eſt, quarum nulla caro eſt: nam multa
ſunt excepta carne corpora cęleſtia, & cor-
*1. Co. 15.* pora terreſtria: corpus carnis dixit, corpus
q̃ caro eſt. Sic itaq; ſpm̃ mentis eum ſpm̃ q̃
*1. ſen. di. 15. ca. 1.* mens eſt: alibi quoq; apertius etiam imaginẽ
nominauit. ſ. alijs verbis idipſum præcipiẽs,
*Colo. 3.* Expoliantes vos, inquit, veterem hominem,
cũ actibus eius, induite nouum hominẽ, qui
renouatur in agnitione Dei ſcd̃m imaginem
M eius qui creauit eum. Quod ergo ibi legitur
Induite nouum hominem, qui ſecundũ Deũ
creatus eſt, hoc iſto loco, Induite nouum ho

minẽ, qui renouatur ſcd̃m imaginẽ eius qui
creauit eum. Ibi autẽ ait, ſecundũ Deum: hic
vero, ſcd̃m imaginẽ eius qui creauit eũ. Pro
eo vero quod ibi poſuit, In iuſtitia & ſancti- *Ephe. 4.*
tate veritatis: hoc poſuit hic, In agnitiõe Dei *Colo. 3.*
Fit ergo iſta renouatio reformatioq; mentis
ſcd̃m Deũ, vel ſecundũ imaginem Dei, Sed
ideo dicitur, ſecundũ Deum: ne ſecundũ a-
liam creaturã fieri putet̃. Ideo aũt ſcd̃m ima
ginẽ Dei: vt in ea re intelligatur fieri hæc re-
nouatio, vbi eſt imago Dei, ideſt in mente.
Quẽadmodũ dicimus ſcd̃m corpus mor-
tuũ, nõ ſcd̃m ſpiritum, eũ qui de corpore fi-
delis & iuſtus abſcedit. Quid.n.dicimus ſe-
cundũ corpus mortuum: niſi corpore vel in
corpore non anima vel in anima mortuum?
Aut ſi dicamus, ſecundũ corpus eſt pulcher
aut ſcd̃m corpus fortis, nõ ſcd̃m animũ: qđ
eſt aliud q̃ corpore, nõ ĩ aĩo pulcher aut for
tis eſt? Et innumerabiliter ita loquimur. Non
itaq; ſic intelligamus, ſcd̃m imaginẽ eius q
creauit eũ, quaſi ſit imago, ſecundũ quã re-
nouatur, nõ ipſa quę renouatur. Sanè iſta re-
nouatio non momẽto vno fit ipſius conuer-
ſionis, ſicut momento vno fit illa in baptiſ-
mo renouatio remiſsione omniũ peccatorũ
neq; enim vel vnũ quantulumcũq; remanet
quod non remittatur: ſed quẽadmodũ aliud
eſt carere fębribus, aliud ab infirmitate, quæ
febribus facta eſt, reualeſcere: itemque aliud
eſt infixũ telũ de corpore demere, aliud vul-
nus quod eo factũ eſt ſcd̃a curatione ſanare:
ita prima curatio eſt cauſam remouere lan-
guoris, quod p̃ omniũ fit indulgentiam pec
catorũ, ſecunda ipſum ſanare languorẽ, qđ
fit paulatim proficiẽdo in renouatione hu-
imaginis. Quę duo demonſtrant in Pſalmo
vbi legitur: Qui propitius fit in omnibus ini
quitatibus tuis: quod fit in baptiſmo. Deinde
ſequitur. Qui ſanat omnes languores tuos: q
fit quotidianis acceſsibus, cũ hęc imago re-
nouatur. De qua re Apoſtolus apertiſsime lo
cutus eſt, dicens: Et ſi exterior homo noſter
corrũpitur, ſed interior renouatur de die in
diẽ. Renouatur aũt in agnitione Dei hoc eſt
iuſtitia & ſanctitate veritatis: ſicut ſeſe habẽt
Apoſtolica teſtimonia quæ pauloante cõme
moraui. In agnitione igit̃ Dei, iuſtitiaq; & ſã
ctitate veritatis qui de die in diẽ proficiẽdo
renouatur, transfert amorẽ à temporalibus
ad æterna, à uiſibilibus ad intelligibilia, à

carna-

carnalibus ad ſpiritalia, atq; ab iſtis cupidita té frenare atq; minuere, illiſq; ſe charitate al ligare diligenter inſiſtit. Tm̄ aũt facit, quantũ diuinitus adiuuatur. Dei quippe ſnĩa eſt. Sine me nihil poteſtis facere. In quo profectu & acceſſu tenenté mediatoris fidé, cũ dies uitæ huius vltimus quenq; cópererit, perducendus ad Deũ qué coluit, & ab eo perficiendus excipietur ab angelis ſanctis, incorruptibile corpus in fine ſeculi, non ad pęnã ſed ad gloriã recepturus. In hac quippe imagine tunc perfecta erit Dei ſimilitudo, qñ Dei perfecta erit uiſio. De qua dicit Apoſtolus Paulus: Videmus nunc per ſpeculũ in ænigmate, tunc aũt facie ad faciẽ. Itẽ dicit: Nos aũt reuelata facie gloriã dñi contẽplantes, in eandẽ imaginẽ transformamur de gloria in gloriã, tanquam à dñi ſpiritu: hoc eſt ꝙ fit de die in diẽ bene proficientibus. Apoſtolus aũt Ioannes, dilectiſsimi, inquit, nunc filij Dei ſumus, & nódũ apparuit quid erimus. Scimus aũt quia cũ apparuerit ſimiles ei erimus, qm̃ uidebimus eũ ſicuti eſt. Hinc apparet tũc in iſta imagine Dei fieri eius plenã ſimilitudinẽ, qñ eius plenam perceperit uiſionẽ. Quanquã poſsit hoc à Ioanne Apoſtolo ẽt de immortalitate corporis dictũ uideri: Et in hac quippe ſimiles erimus Deo, ſed tantũmodo filio, quia ſolus in Trinitate corpus accepit, in quo mortuus reſurrexit, atq; id ad ſuperna peruexit. Nã dr̃ ẽt iſta imago filij Dei, in qua ſicut ille immortale corpus habebimus, cóformes facti in hac parte, nó patris imaginis aut ſpiritusſancti, ſed tantũmodo filij, quia de hoc ſolo legitur, & fide ſanctiſsima accipitur: Verbum caro factum eſt. Propter ꝙ Apoſtolus: Quos aũt, inquit, præſciuit & prædeſtinauit cóformes fieri imaginis filij ſui, ut ſit ipſe primogenitus in multis fratribus. Primogenitus vtiq; à mortuis ſecundũ eundẽ Apoſtolum, qua morte ſeminata eſt caro eius in cõtumelia, reſurrexit in gloria. Secundũ hanc imaginẽ filij, cui per immortalitatẽ cóformamur in corpore, ẽt illud agimus ꝙ dicit idẽ Apoſtolus: Sicut portauimꝰ imaginẽ terreni, portemus & imaginẽ eius qui de cęlo eſt, ut, ſ. q ſcd̃m Adã mortales fuimus, ſcd̃m Chriſtum immortales nos futuros fide uera & ſpe certa, firmaq; teneamus. Sic.n. nunc eandẽ imaginẽ portare poſſumus, nódũ in uiſione, ſed in fide, nondũ in re, ſed in ſpe. De corporis quippe reſurrectione tunc loquebatur Apoſtolus, cũ hæc diceret. At uero illa imago de qua dictũ eſt: Faciamus hominẽ ad imaginẽ & ſimilitudinẽ noſtrã: quia nó dictum eſt, ad meã uel ad tuã, ad imaginẽ Trinitatis factũ hominẽ credimus, & quãta potuimus inueſtigatione cóprehẽdimus. Et ideo ſcd̃m hãc potius & illud intelligendũ eſt, ꝙ ait Apoſtolus Ioãnes: Similes ei erimus, qm̃ uidebimus eũ ſicuti eſt: q̃a de illo dixit de quo dixerat, Filij Dei ſumus. Et immortalitas carnis illo perficietur momento reſurrectionis de quo ait Apoſtolus Paulus: In ictu oculi, in nouiſſima tuba, & mortui reſurgẽt incorrupti, & nos immutabimur. In ipſo nanq; ictu oculi ante iudiciũ reſurget in virtute, in incorruptione, in gloria corpus ſpiritale, ꝙ nũc ſeminatur in infirmitate, corruptione, cõtumelia corpus aĩale. Imago vero q̃ renouatur in ſpiritu mentis in agnitione Dei, nó exterius, ſed interius de die in diẽ ipſa perficiet uiſione, q̃ tunc erit poſt iudiciũ, facie ad faciem, nunc aũt proficit per ſpeculũ in ænigmate. Propter huius perfectionẽ dictũ intelligendũ eſt: Similes ei erimus qm̃ uidebimus eum ſicuti eſt. Hoc.n. donũ tunc nobis dabit, cũ dictũ fuerit: Venite benedicti patris mei, poſſidete paratum uobis regnum. Tunc quippe tolletur impius ut non uideat claritatẽ dñi, qñ ibunt ſiniſtri in ſupplicium æternũ, euntibus dextris in uitã æternam. Hæc eſt aũt, ſicut ait ueritas, uita æterna, ut cognoſcant te, inquit, unum uerum Deũ, & quem miſiſti Ieſum Chriſtũ. Hanc contemplatiuã ſapientiã quam proprie puto in literis ſanctis à ſcientia diſtinctã, ſapientiam nuncupari duntaxat hominis, q̃ quidem illi non eſt, niſi ab illo cuius participatione uere ſapiens fieri mens rationalis & intellectualis poteſt. Cicero commẽdãs in fine dialogi Hortenſij: Quæ nobis, inquit, dies noctesq; conſiderantib. acuentibusq; intelligentiã q̃ eſt mentis acies, cauẽtibusq; neqñ illa hebeſcat, i. in Philoſophia uiuentibus magna ſpes eſt, aut ſi hoc ꝙ ſentimus & ſapimus mortale & caducũ eſt, iucũdũ nobis perfunctis munerib. humanis occaſum, neq; moleſtã extinctionẽ, & quaſi quietem uitæ fore, aut ſi ut antiquis Philoſophis hiſque maximis lógeq; clariſsimis placuit, æternos aĩos ac diuinos habemus, ſic exiſtimãdũ eſt quo magis hi fuerint ſemper ĩ ſuo

Gen. 1. Qua ſuã parte hõ ad imaginẽ Dei factus ſit, ad quam proficiendo renouatur. Cap. 19.
1. Ioan. 3
1. Co. 15.
E
1. Co. 13.
1. Ioan. 3
Matt. 25
Eſa. 26.
Ioan. 17.
F

cursu, i. in ratione & inuestigādi cupiditate, & quo minus se admiscuerint atq; implicuerint hominū vitijs & errorib. hoc his faciliorē ascensum & reditū in cęlum fore. Deinde addens hanc ipsam clausulā, repetēdoq; sermonē finiens. Quapp inquit, vt aliqñ terminetur oratio, si aut extingui tranquille volumus cum his artib. vixerimus, aut si ex hac in

G aliā haud paulo meliorē domum sine mora demigrare, in his studijs nobis omnis opera & cura ponenda est. Hic miror hominē tanti ingenij, perfunctis munerib. humanis, hominib. in philosophia viuentibus, q̄ contemplatione veritatis beatos facit, iucundū promittere occasum, si hoc ꝙ sentimus & sapimus mortale & caducū est: quasi hoc moriať & intercidat ꝙ non diligebamus, vel potius ꝙ atrociter oderamus: vt iucundus nobis sit eius occasus. Verū hoc non didicerat à Philosophis quos magnis laudib. prædicat, sed ex illa noua Academia, vbi ei dubitare ēt de rebus manifestisimis placuit, ista sñia redolebat. A Philosophis aūt sicut ipse confitetur maximis lōgeq; clarissimis, æternos animos esse acceperat. Aeterni quippe animi non incōuenienter hac exhortatione excitantur, vt in suo cursu reperiantur, cū venerit vitæ huius extremū, i. in ratione & inuestigandi cupiditate, minusq; se admisceāt atq; implicēt hominū vitijs & errorib. vt eis facilior sit regressus ad Deū. Sed iste cursus qui constituiť in amore atq; inuestigatione veritatis, nō suf fecit miseris, i. hoīb. cū ista sola ratione mortalib. sine fide mediatoris. Quod in libris superiorib. huius operis, maxime in quarto & tertiodēcimo, quātū potui dmōstrare curaui.

H

## D. AVRELII AVGVSTINI De Trinitate.

## LIBER QVINTVSDECIMVS.

*Sup. mente Deus. Cap. 1.*



Olentes in rebus quæ factæ sūt ad cognoscendū eū à quo factæ sunt exercere lectorē, iam peruenimus ad eius imaginē, ꝙ est homo, in eo quo cęteris animalibus antecellit, i. ratione vel intelligētia, quicquid aliud de anima rationali vel intellectuali dici pōt, ꝙ pertineat ad eam rem quæ mens vocatur vel animus. Quo nomine nonnulli authores linguæ Latinæ, id ꝙ excellit in homine, & non est in pecore, ab anima q̄ inest & pecori, suo quodā loquendi more distinguunt. Supra hanc ergo naturā si quærimus aliquid & verū quærimus, Deus est, natura, s. nō creata, sed creatrix. Quæ vtrum sit Trinitas, non solū credentib. diuinæ scripturæ authoritati, verumēt intelligētibus aliqua I si possumus ratione iā demōstrare debemus. Cur aūt si possumus dixerim, res ipsa cū q̄ri disputando cęperit, melius indicabit. Deus quippe ipse quē quærimus adiuuabit, vt spero, ne sit infructuosus labor noster, & intelligamus quemadmodū dictū sit in Psalmo sacro: Lætetur cor quærentiū dñm, q̄rite dñm, & confirmamini, q̄rite faciē eius semper. Vr enim ꝙ semper quæritur, nunquā inueniri; & qūo iam lætabitur, & nō potius contristabitur cor quærentium, si non potuerint inuenire ꝙ quæritur? Non. n. ait: Lætetur cor inuenientium, sed quærentium dñm, & tñ dñm Deum inueniri posse dum quæritur, testatur Esaias Propheta, dum dicit: Quærite dñm, & mox vt inueneritis inuocate eum: Et cum appropinquauerit vobis, derelinquat impius vias suas, & vir iniquus cogitationes suas. Si ergo quæsitus inueniri potest, cur dictū est: Quærite faciem eius semper? An & inuentus forte quærendus est? Sic. n. sunt incōprehensibilia requirēda, ne se existimet nihil inuenisse, qui q̄ sit incōprehensibile ꝙ quærebat, potuerit inuenire. Cur ergo sic quærit si incomprehensibile cōprehendit esse quod quærit, nisi quia cessandum non est quandiu in ipsa cōprehensibilium rerū inquisitione proficitur, & melior meliorq; sit quærens tam magnum bonum, ꝙ & inueniendū quæritur, & quærendum inuenitur? Nam & quæritur vt inueniatur dulcius, & inuenitur vt quæratur auidius. Secundum hoc accipi potest, quod dictum est in libro Ecclesiastico, dicere sapiētiam: Qui me manducant adhuc esurient, & qui bibunt me adhuc sitient. Manducant. n. & bibunt quia inueniunt, & quia esuriunt ac sitiunt adhuc quærūt. Fides quærit, intellectus inuenit, propter quod ait Propheta: Nisi credideritis, nō intelligetis. Et rursus intellectus eum quē inuenit adhuc quærit. Deus. n. respexit super filios hominum, sicut in Psalmo sacro canitur, vt videat si est intelligens aut requirens Deū. Ad hoc ergo debet homo esse intelli-

intelligens vt requirat Deũ. Satis itaq; reme-
morati fuimus in ijs quæ Deus fecit, vt ꝑ ea
cognosceretur ipse qui fecit: Inuisibilia.n.
eius per ea quæ facta sunt intellecta conspi-
ciunt. Vñ arguuntur in libro Sapientiæ, qui
de ijs quę videntur bona nõ potuerũt scire
eũ qui est: neq; operibus attendentes agnoue
runt artificẽ, sed aut ignẽ, aut spiritũ, aut cita
tum aerẽ, aut gyrũ stellarũ, aut violentiã a-
quarũ, aut luminaria cęli rectores orbis ter
rarũ Deos putauerũt, quorũ quidẽ si specie
delectati hæc Deos putauerunt, sciant quan-
to dñator eorũ meliorẽ. Speciei.n. generator
ea creauit. Aut si virtutẽ & operationẽ eorũ
mirati sunt intelligant ab eis quanto qui hæc
L cõstituit fortior est. A magnitudine.n. speciei
& creaturæ cognoscibiliter poterat creator
videri. Hęc de libro Sapientiæ ꝓpea posui,
ne me fideliũ quispiã frustra, & inaniter exi
stimet in creatura prius per quasdã sui gene
ris Trinitates quodãmõ gradatim, donec ad
mẽtẽ hominis ꝑuenirẽ, quæsisse indicia sum
mæ illius Trinitatis, quã quęrimus cũ Deum
q̃rimus. Sed qm̃ differẽdi & rõcinandi ne-
cessitas per quatuordecim libros multa nos
dicere cõpulit, quæ cũcta simul aspicere nõ
valemus, vt ad id quod apprehendere volu-
mus, e a celeri cogitatione referamus: faciã
quantũ dño adiuuante potuero, vt quicquid
in singulis voluminibus ad cogitationẽ di-
sputatione ꝑduxi, remota disputatione bre
uiter congeram, & tanq̃ sub vno mẽtis aspe-
ctu, non queẽadmodũ res quęq; persuasit, sed
ipsa, q̃ persuasa sunt ponã: ne tam longe sint
à ꝓcedentibus cõsequentia, vt obliuionẽ prę
cedentiũ faciat inspectio consequentiũ: aut
certe si fecerit, cito possit ꝙ exciderit rele-
gẽdo recolligi. In primo libro ſm scriptu-
ras sacras vnitas & ęqualitas sũmæ illius Tri
nitatis ostẽditur. In secũdo & tertio & quar
to eadẽ: sed de filij missione, & spiritussancti
diligẽter quæstio pertractata, tres libros fe-
cit Demõstratũq; est nõ ideo minorẽ mittẽ
te q̃ missus est, quia ille misit, hic missus est,
cum Trinitas quæ per omnia æqualis est, pa-
riter quoque in sua natura immutabilis, &
M inuisibilis, & vbiq; præsens inseparabiliter
operetur. In quinto propter eos quib. ideo
videtur non eandem patris & filij esse substã
tiam, quia omne quod de Deo dicitur, secũ
dum substantiam dici putant, & propterea
gignere & gigni, vel genitũ eẽ & ingenitũ,
qm̃ diuersa sunt, contendunt substantias esse
diuersas, demõstratur non oẽ quod de Deo
dicitur ſcd̃m substantiã dici, sicut secundũ
substantiã dicitur bonus & magnus, & si q̇d
aliud ad se dicitur: sed dici etiã relatiue.i. nõ
ad se sed ad aliquid quod ipse non est: sicut
pater ad filiũ dicitur, vel dñs ad creaturã sibi
seruientẽ: vbi siquid relatiue, idest ad aliquid
q̇d ipse non est, etiã ex tẽpore dicitur, sicuti
est: Domine refugiũ factus es nobis, nihil ei
accidere quo mutetur, sed omnino ipsum *Psal. 86.*
in natura vel essentia sua immutabilẽ perma
nere. In sexto quomodo dictus si: Christus
ore Apostolico, Dei virtus & Dei sapientia, *1. Cor. 1.*
sic disputatur, vt differatur eadẽ quęstio dili A
gẽtius retractãda: vtrũ à quo est genitus Chri
stus, nõ sit ipse sapiẽtia, sed tm̃ sapientię suæ
pater, an sapientia sapientiam genuerit. Sed
quodlibet horũ esset, ẽt in hoc libro appa-
ruit Trinitatis æqualitas, & nõ Deus triplex
sed Trinitas: nec quasi aliq̇d duplũ esse patrẽ
& filiũ ad simplũ spũmsanctum, vbi nec tria
plus aliquid sunt q̃ vnũ horum. Disputatum
est etiã q̃uo possit intelligi quod ait Hilarius *Supra li-*
Episcopus. Aeternitas in patre, species ĩ ima *bro 6. ca.*
gine, vsus in munere. In septimo quæstio q̃ *10.*
dilata fuerat explicatur, ita vt Deus qui ge- *1. sen. di.*
nuit filiũ, non solũ sit pater virtutis & sapien *31. cap.*
tię suæ, sed ẽt ipse virtus atq; sapientia: sic & *non est.*
spũssanctus. Nec tñ simul tres sunt virtutes
aut tres sapientiæ, sed vna virtus & vna sapiẽ
tia, sicut vnus Deus & vna essentia. Deinde
quęsitum est, q̃uo dicantur vna essentia tres *Sap. li. 7.*
personæ, vel à quibusdam Gręcis vna essen- *Cap. 4.*
tia, tres substantiæ, & inuentũ est elocutionis
necessitate dici, vt aliquo vno nomine enun
ciarent, cũ q̃ritur, quid tres sint, quos tres es
se veraciter cõfitemur, patrẽ.s. & filiũ & spi-
ritumsanctũ. In octauo ratione etiã reddita
intellligentibus clarum est, in substantia ve-
ritatis non solum patrem filio non esse ma-
iorẽ, sed nec ambos simul aliquid esse mai⁹
quã solũ spiritumsanctũ, aut quoslibet duos
in eadem Trinitate maius esse aliquid q̃ vnũ
aut oẽs simul tres maius aliquid esse q̃ singu B
los. Deinde ꝑ ueritatẽ quæ intellecta conspi *Rom. 1.*
citur, & per bonũ summum à quo est oẽ bo
nũ, & per iustitiam propter quam diligitur
animus iustus, ab animo etiã nondũ iusto,
vt natura non solum incorporalis, uerum

etiam incommutabilis quod est Deus, quantũ fieri potest, intelligeretur admonui: ꝙ ꝑ charitatẽ q̃ in scripturis sanctis Deus dicta est, & ꝑ quã cępit vtcunq; ẽt Trinitas intelligẽtibus apparere, sicut amãs, & quod amat̃, & amor. In nono ad imaginẽ Dei, ꝙ est homo scd̃m mentẽ ꝑuenit disputatio: & in ea q̃dã Trinitas inuenitur. i. mens & notitia qua se nouit, & amor quo se notitiãq; suam diligit & hæc tria æqualia inter se, & vnius oñduntur essentiæ. In decimo hoc idem diligẽtius subtiliusq; tractatũ est, atq; ad id perductũ, vt inueniret̃ in mẽte euidentior Trinitas eius, in memoria. s. & intelligẽtia & volũtate.
C Sed qm̃ & hoc cõpertũ est ꝙ nũq̃ esse ita potuerit, vt mẽs non sui meminisset, nõ se intelligeret & diligeret, quãuis non semper se cogitaret, cũ autẽ se cogitaret, nõ à se corporalibus reb. eadẽ cogitatione discerneret, dilata est de Trinitate cuius hæc imago est disputatio, vt in ipsis etiã corporalibus visis inueniretur Trinitas, & distinctius in eo lectoris exerceretur intẽtio. In vndecimo ergo electus est sensus oculorũ, in quo id inuentũ est etiã in cęteris quatuor sensibus corporis & non dictũ posset agnosci: atq; ita exterioris hominis Trinitas, primo in ijs quæ cernũtur extrinsecus, ex corpore scilicet quod videtur, & forma, quę inde in acie cernentis ĩprimitur, & vtrunq; copulantis intẽtione voluntatis apparuit: Sed hæc tria nõ inter se æqualia, nec vnius eẽ substantiæ claruerũt. Deinde in ipso animo, ab ijs quę extrinsecus sẽsa sunt velut introducta inuenta est altera Trinitas, vbi apparerent eadẽ tria vnius eẽ substãtiæ, imaginatio corporis, q̃ in memoria est, & inde informatio cum ad eã conuertit̃ acies cogitantis & vtrũq: coniungens intẽtio voluntatis. Sed ideo Trinitas ad exteriorẽ hominẽ reperta est pertinere, quia de corpori-
D bus illata est quę sentiunt̃ extrinsec⁹. In duodecimo discernẽda visa est scientia à sapiẽtia & in ea q̃ ꝓprie sciẽtia nũcupat̃, q̃a inferior est, prius quædã sui generis Trinitas inquirẽda. Quæ licet ad interiorẽ hominẽ iã ꝑtineat nõdũ tñ imago Dei vel appellãda sit vel putãda. Et hoc agit̃ in tertiodecimo ꝑ cõmẽdationẽ fidei Christianę: In quartodecimo aũt de sapientia hominis vera. i. de munere eius in ipsius Dei participatione donata, q̃ à sciẽtia distincta est, disputatur. Et eo ꝑuenit disputatio, vt Trinitas appareret in imagine Dei, quod est homo scd̃m mentẽ, quæ renotur in agnitione Dei, scd̃m imaginẽ eius qui creauit hominẽ ad imaginẽ suã, & si percipit sapientiã vbi cõtẽplatio est æternorũ. Iã ergo in ipsis rebus æternis incorporalibus & incõmutabilibus, in quarũ perfecta cõtẽplatione nobis beata, q̃ nõ nisi æterna est, vita ꝑmittitur, Trinitatẽ quæ Deus est inquiramus. Neq; .n. in diuinorum librorũ tãtũmodo authoritas esse Deũ prædicat, sed omnis q̃ nos circũstat, ad quã nos ẽt pertinemus, vniuersa ipsa rerũ natura ꝓclamat, habere se p̃stantissimũ conditorẽ, qui nobis mẽtẽ rationeq; naturalẽ dedit, qua viuẽtia nõ uiuẽtib. sensu ꝑędita non sentientibus, intelligentia nõ intelligẽtibus, immortalia mortalibus, impotẽtib. potẽtia, iniustis iusta, speciosa deformibus, bona malis, incorruptibilia corruptibilibus, immutabilia mutabilibus, inuisibilia visibilibus, incorporalia corporalibus, beata miseris præferẽda videamus. Ac ꝑ hoc qm̃ rebus creatis creatorẽ sine dubitatione præponimus, oportet vt est & summe viuere & cuncta sentire atq; intelligere, & mori, corrumpi, mutariq; non posse, nec corpus esse, sed spiritũ omniũ potẽtissimũ, iustissimum, speciosissimũ, optimũ, beatissimumq; fateamur. Sed hæc omnia, quę dixi, & quæcunq; alia simili more locutionis humanæ digne de Deo dici videntur, & vniuersę Trinitati q̃ est vnus Deus, & personis singulis ĩ eadẽ Trinitate cõueniunt. Quis enim vel vnum Deũ, quod est ipsa Trinitas, vel patrẽ, vel filiũ, vel spiritumsanctũ audeat dicere, aut non viuentem, aut nihil sentientẽ vel intelligẽtẽ, aut in ea natura qua inter se prædicantur æquales quenquã esse eorũ mortalẽ, siue corruptibilẽ, siue mutabilẽ, siue corporeũ: aut quisquã ibi neget aliquẽ potentissimũ, iustissimũ, speciosissimũ, optimũ, beatissimũ? Si ergo hæc atq; hmõi omnia, & ipsa Trinitas, & in ea singuli dici possunt, vbi aut quomodo Trinitas apparebit? Redigamus itaq; prius hęc plurima ad aliq̃ paucitatẽ. Quæ uita. n. dr̃ in Deo ipsa est essentia eius atq; natura. Non itaque Deus uiuit nisi vita, qđ ipse sibi est. Hæc autẽ vita nõ talis est qualis inest arbori, vbi nullus est intellectus, nullus est sensus: nec talis qualis inest pecori, habet. n. vita pecoris sensum quinquepertitum, sed intellectũ habet nullum.

nullum. At illa vita quæ Deus est sentit atque
intelligit omnia,& sentit mente nō corpore,
4. quia spūs est Deus. Non aūt sicut animalia q̄
habent corpora,per corpus sentit Deus. Nō
enim ex aīa constat & corpore. Ac per hoc
simplex illa natura sicut intelligit sentit, sicut
sentit intelligit:idemq; sensus qui intellectus
est illi. Nec ita vt aliqn̄ esse desistat aut cępe-
6 rit: Immortalis est.n. Nec frustra de illo di-
ctū est, ꝙ solus habeat immortalitatē. Nam
immortalitas eius vere immortalitas est, in
cuius natura nulla est cōmutatio. Ipsa est ēt
G vera æternitas, qua est immutabilis Deus, si-
ne initio, siue fine, cōsequenter & incorrupti
bilis. Vna ergo eademq; res dr̄, siue dicatur
æternus Deus, siue immortalis, siue incorru-
ptibilis, siue immutabilis Itemq; cum dr̄, vi-
uens & intelligens ꝙ est vtiq; sapiēs, hoc idē
dr̄: Non.n.percipit sapientiā q̄ua fit sapiens,
sed ipse sapientia est. Et hæc vita eademque
virtus siue potētia eadēq; species, qua potēs
8 atq; speciosus dr̄. Quid.n.potētius & specio-
sius sapientia, q̄ attingit a fine vsq; ad finē for
titer,& disponit oīa suauiter? Bonitas et atq;
iustitia, nunquid inter se in natura Dei, sicut
in eius operib. distāt, tanquā duæ diuersæ sint
qualitates Dei, vna bonitas, alia iustitia? Non
vtiq;. Sed quę iustitia ipsa bonitas, & q̄ boni-
tas ipsa beatitudo. Incorporalis aūt vel in-
corporeus ideo dr̄ Deus, vt spūs credatur vel
intelligatur esse, nō corpus. Proinde si dica-
mus, æternus, immortalis, incorruptibilis,
immutabilis, viuus, sapiēs, potens, speciosus,
iustus, bonus, beatus spiritus, horū omnium
nouissimū ꝙ posui quasi tātūmodo vr̄ signi-
ficare substantiā, cętera vero huius substātiæ
qualitates: sed non ita est in illa ineffabili sim
pliciq; natura. Quicquid.n.secundū qualita-
tes illic dici vr̄, secundū substantiam vel essē
tiam est intelligendum. Absit.n.vt spūs secun
dum substantiā dicatur Deus,& bonus secū-
dum qualitatē, sed vtrunq; secundum substā
tiam. Sic oīa cętera quæ cōmemorauimus,
vnde in superioribus libris multa iam dixi-
H mus. De quatuor igitur primis quæ modo a
nobis enumerata atq; digesta sunt, i. æternus,
immortalis, incorruptibilis, immutabilis, v-
nū aliquid eligamus, quia vnum quatuor ista
significant, sicut iā disserui, ne per multa di-
stendatur intentio,& illud potius ꝙ positum
est prius, i. æternus hoc faciamus & de qua-
tuor secundis, quæ sunt viuus, sapiens, potēs,
speciosus. Et qm̄ vita qualiscunq; inest & pe
cori cui sapientia non inest, duo vero ista, sa
pientia, s. atq; potentia, ita sunt inter se in ho
mine cōparata, vt sancta scriptura diceret:
Melior est sapiens quā fortis. Speciosa por- Sapien. 6
ro ēt corpora dici solent: vnū ex his quatuor
ꝙ eligimus, sapiens eligatur, quāuis hæc qua
tuor in Deo non inæqualia dicenda sint. No
mina.n. quatuor, res aūt vna est. De tertijs ve
ro vltimis quatuor, quāuis in Deo idē sit iu- I
stū esse, ꝙ bonū ꝙ beatū, idemq; spiritū esse,
ꝙ iustū & bonū & beatū esse: tn̄ quia in ho-
minib. pōt esse spūs non beatus, pōt & iustus
& bonus, nondū beatus: qui vero beatus est,
ꝓfecto & iustus & bonus & spiritus est, hoc
potius eligamus ꝙ nec in hominib. esse sine
illis tribus pōt, ꝙ est beatus. Nunc igitur cū Qūo in ipsa simplicitate Dei sit Trinitas. c. 6.
dicimus, æternus, sapiens, beatus, hæc tria sūt
Trinitas, quæ appellatur Deus. Redegimus
quidē illa duodecim in istā paucitatē trium,
sed eo modo forsitan possumus & hæc tria
in vnū aliquod horū. Nam si vna eademque
res in Dei natura pōt esse sapientia & poten
tia, aut vita & sapientia, cur non vna eadēq;
res esse possit in Dei natura, æternitas & sa-
piētia, aut beatitudo & sapientia? Ac per hoc
sicut nihil intererat vtrum illa duodecim, an
ista tria diceremus, qn̄ illa multa in istā redi-
gimus paucitatē: ita nihil interest vtrum tria
ista dicamus, an illud vnū in cuius singulari
tatē duo cętera similiter redigi posse mōstra
uimus. Quis itaq; disputandi modus, quænā
tandē vis intelligendi atq; potentia, quæ viua
citas rationis, q̄ acies cogitationis ostēderet,
vt alia iā taceam, hoc vnum ꝙ sapientia dr̄
Deus, qūo sit Trinitas. Neq;.n. sicut nos de il- 1. sen. di.
lo percipimus sapientiā, ita Deus de aliquo, 29. ca. ii.
sed sua est ipse sapientia, quia non est aliud
sapiētia eius, aliud essentia, cui hoc est esse ꝙ
sapientē esse. Dr̄ quidē in scripturis sanctis:
Christus Dei virtus,& Dei sapiētia. Sed quē- 1. Cor. 1.
admodum sit intelligēdum, ne patrem filius
videatur facere sapientem, in libro septimo
disputatum est. Et ad id ratio peruenit, sic sit
filius sapientia de sapientia, quēadmodū lu-
men de lumine, Deus de Deo. Nec aliud po
tuimus inuenire spm̄ sanctum, nisi & ipsum K
esse sapientiam, & simul omnes vnā sapien-
tiam, sicut vnū Deū, vnam essentiam. Hanc
ergo sapientiam ꝙ est Deus, qūo intelligi-

 mus

mus esse Trinitatem non dixi, sed quō credimus: nā hoc inter fideles non debet habere qōnem, sed si aliquo modo per intelligentiā possumus videre ꝙ credimus, quis iste erit modus? Si.n. recolamus vbi nostro intellectu cœperit in his libris Trinitas apparere, octauus occurrit. Ibi quippe vt potuimus, disputando erigere tentauimus mentis intentionē ad intelligendā illā præstantissimā immutabilemq; naturā, ꝙ nostra mens non est. Quā

L tū sic intuebamur, vt nec longe à nobis esset, & supra nos esset, non loco, sed ipsa sui venerabili, mirabiliq; præstantia, ita vt apud nos esse suo pñti lumine videretur. In qua tñ nobis adhuc nulla Trinitas apparebat, quia nō ad eā quærendā in fulgore illo firmā mentis aciē tenebamus: tm̄ quia non erat aliqua moles, vbi credi oporteret magnitudinē duorū vel triū plus esse q̄ vnius, cernebamus vtcūque. Sed vbi ventū est ad charitatē, q̄ in sancta scriptura Deus dicta est, eluxit paululum

1. Ioan. 4 Trinitas, i. amās, & ꝙ amatur & amor. Sed quia lux illa ineffabilis nostrū reuerberat obtutū, & ei nondū posse cōtemperari nostræ mentis quodāmodo conuincebatur infirmitas, ad ipsius nostræ mentis secundū quā factus est homo ad imaginē Dei, velut familiariorē considerationē, reficiendæ laborantis intētionis causa, iter cœptū dispositumq; reflexímus. Et inde in creatura ꝙ nos sumus, vt

Rom. 1. inuisibilia Dei per ea quæ facta sunt cōspicere intellecta possemus, immorati sumus à nono vsq; ad quartūdecimū librū. Et ecce iam quantū necesse fuerat, aut forte plusquam necesse fuerat, exercitata in inferiorib. intelligētia, ad summā Trinitatē quæ Deus est cōspiciendā nos erigere volumus, nec valemus. Num.n. sicut certissimas videmus Trinitates,

M siue quæ forinsecus de reb. corporalib. fiūt: siue cū ea ipsa quę forinsecus sensa sunt cogitantur: siue cū illa quæ oriūtur in animo, nec pertinēt ad corporis sensus, sicut fides, sicut virtutes q̄ sunt artes agendæ vitæ, manifesta rōne cernuntur & scientia continentur: siue cū mens ipsa qua nouimus quicquid nosse nos veraciter dicimus, sibi cognita est vel se cogitat, siue cū aliquid ꝙ ipsa non est æternū atq; incōmutabile conspicit. Nū ergo sicut in his omnib. certissimas videmus Trinitates, q̄a in nobis fiunt vel in nobis sunt, cum ista meminimus, aspicimus, volumus, ita videmus ēt Trinitatē Deū: quia & illic intelligendo cōspicimus tanquā dicentē, & verbū eius, i. patrē & filiū, atq; inde procedentem charitatē vtriq; cōem, s. spm̄sanctum? An Trinitates istas ad sensus nostros vel ad animos pertinentes videmus potius quā credimus, Deū vero esse Trinitatē credimus potius q̄ videmus? Quod si ita est, profecto aut inuisi- Ibid.

bilia eius per ea quæ facta sunt nulla intellecta conspicimus: aut si illa cōspicimus, non in eis conspicimus Trinitatem, & est illic ꝙ conspiciamus, est ꝙ ēt non conspectū crede- A

re debeamus. Conspicere aūt nos immutabile bonū, ꝙ nos nō sumus, liber octauus ostēdit, & quartusdecimus cū de sapientia q̄ homini ex Deo est loqueremur, admonuit. Cur itaq; ibi non agnoscimus Trinitatē? An hæc sapientia q̄ Deus dr̄ non se intelligit, nō se diligit? Quis hoc dixerit, aut quis est qui nō videat, vbi nulla scientia est nullo modo esse sapientiā? Aut vero putandū est sapientiā quæ Deus est, scire alia & nescire seipsam, vel diligere alia, nec diligere seipsam? q̄ si dici siue credi stultū & impiū est, ecce ergo Trinitas, sapientia, s. & notitia sui & dilectio sui. Sic.n. & in hoīe inuenimus Trinitatē, i. mentem & notitiā qua se nouit, & dilectionē qua se diligit. Sed hæc tria ita sunt in hoīe, vt non ipsa sint homo. Homo est.n. vt veteres definierūt animal rationale mortale. Illa ergo excellūt in homine, non ipsa sunt homo. Et vna persona, i. singulus quisq; homo, habet illa tria in mente. Quod si ēt definiamus hominē, vt dicamus, Homo est substantia rationalis constans ex anima & corpore, non est dubiū hominē habere animā quæ non est corpus, habere corpus ꝙ nō est anima. Ac per hoc illa tria non homo sunt, sed hominis sunt vel in homine sunt. Detracto ēt corpore, si sola anima cogitetur aliquid eius est mens tanquam caput eius vel oculus vel facies, sed non hęc vt corpora cogitanda sunt. Non igitur aīa, sed ꝙ excellit in anima mens vocatur. Nunquid aūt possumus dicere Trinitatē sic esse in Deo, vt aliqd Dei sit, nec ipsa sit Deus? Quapp singulus quisq; hō, qui non secundū oīa

B q̄ ad naturā pertinent eius, sed secundū solā mentē imago Dei dr̄, vna persona est, & imago est Trinitatis in mente. Trinitas vero illa cuius imago est, nihil aliud est tota q̄ Deus, nihil est aliud tota q̄ Trinitas. Nec aliquid ad

ad

ad naturã Dei pertinet, ꝙ ad illã non pertineat Trinitatẽ, & tres personæ sunt vnius essentiæ, non sicut singulus quisque homo vna persona. Itemq; in hoc magna distantia est, ꝙ siue mentẽ dicamus in hoĩe, eiusq; notitiã & dilectionẽ, siue memoriã, intelligẽtiã, voluntatẽ, nihil mentis meminimus nisi per memoriã, nec intelligimus nisi per intelligẽtiam, nec amamus nisi per voluntatẽ. At vero in illa Trinitate quis audeat dicere patrẽ, nec seipsum, nec filiũ nec spm̃sanctũ intelligere nisi per filiũ, vel diligere nisi per spiritumsanctũ, per se aũt meminisse tantũmodo vel sui vel filij vel spiritussancti: eodemq; modo filiũ nec sui nec patris meminisse nisi per patrẽ, nec diligere nisi per spm̃sanctũ, per se autẽ non nisi intelligere & patrẽ & seipsum & spm̃sanctũ: similiter & spiritũsanctum per patrẽ meminisse, & patris & filij & sui, & per filiũ intelligere & patrẽ & filium & seipsum per se aũt non nisi diligere & se & patrẽ & filiũ: tanquã memoria sit pater & sua & filij & spiritussancti, filius aũt intelligentia & sua & patris & spũssancti, spiritus vero sanctus charitas & sua & patris & filij: quis hæc in illa Trinitate opinari vel affirmare pręsumat? Si.n. solus sibi filius intelligit, ut intelligentia sit & sibi & patri & spirituisancto, ad illã reditur absurditatẽ, ut pater non sit sapiens de seipso, sed de filio, nec sapientia sapientiã genuerit, sed ea sapientia pater dicatur sapiens esse quã genuit. Vbi.n. non est intelligentia, nec sapientia potest esse, ac per hoc si pater non intelligit ipse sibi, sed filius intelligit patri profecto filius patrẽ sapientem esse facit. Et si hoc est Deo esse ꝙ sapere, & ea illi essentia est quæ sapientia, non filius à patre quod verum est, sed à filio potius habet pater essentiam, ꝙ absurdissimum atq; falsissimum est. Hãc absurditatẽ nos in libro septimo discussisse, conuicisse, abiecisse certissimũ est. Est ergo Deus pater sapiens, ea qua ipse sua est sapientia, & filius sapientia patris de sapientia ꝙ est pater, de quo genitus est filius. Quocirca cõsequenter est & intelligens pater ea qua ipse est intelligentia, neq;.n. esset sapiẽs, qui non esset intelligens: filius aũt intelligentia patris de intelligentia genitus ꝙ est pater. Hoc & de memoria non inconuenienter dici põt. Qũo est.n. sapiens qui nihil meminit, vel sui non meminit? Proinde quia sapientia pater, sapientia filius, sicut sibi meminit pater, ita filius: & sicut sui & filij meminit pater, memoria nõ filij, sed sua, ita sui & patris meminit filius, memoria nõ patris, sed sua. Dilectio quoq; ubi nulla est, quis ullã dicat esse sapientiã? Ex quo colligitur ita esse patri dilectionẽ suã, ut intelligentiã & memoriam suã. Ecce ergo tria illa, i. memoria, intelligentia, dilectio siue uolũtas in illa summa & immutabili essentia, ꝙ est Deus, non pater & filius & spũssanctus sunt sed pater solus. Et qa filius quoq; sapientia est genita de sapientia, sicut nec pater ei, nec spiritussanctus ei intelligit, sed ipse sibi, ita nec pater ei meminit, nec spiritussanctus ei diligit, sed ipse sibi: sua enim est & ipse memoria, sua intelligentia, sua dilectio, sed ita se habere, de patre illi est de quo natus est, Spiritus ẽt sanctus, quia sapientia est procedens de sapientia, nõ patrẽ habet memoriã, & filiũ intelligentiã, & se dilectionẽ, neq;.n. sapientia esset si alius ei meminisset, eiq; alius intelligeret, ac tantũmodo sibi ipse diligeret: sed ipse habet hæc tria & ea sic habet, ut hæc ipsa ipse sit. Verumtñ ut ita sit, inde illi est unde procedit. Quis ergo hominũ potest istã sapientiam qua nouit Deus omnia, ita ut nec ea q̃ dicuntur præterita, ibi prætereant, nec ea quæ dñr futura, quasi desint, expectentur ut ueniãt, sed & pręterita & futura cũ præsentib. sint cuncta pręsentia, nec singula cogitentur, & ab alijs ad alia cogitando transeatur, sed in uno conspectu simul præsto sint uniuersa: quis, inquam, hominũ cõprehendit istã sapientiam, eandemq; prudentiam, eandemq; scientiã, qñquidem à nobis nec nostra cõprehenduntur? Ea quippe quæ uel sensib. uel intelligentiæ nostræ assunt, possumus utcunq; conspicere. Ea uero quæ absunt, & tñ affuerunt, per memoriã nouimus q̃ obliti non sumus. Nec ex futuris præterita, sed futura ex præteritis, non tñ firma cognitione conijcimus. Nam quasdã cogitationes nostras quas futuras uelut manifestius atque certius proximas quasi prospicimus, memoria faciente, id agimus, cũ agere ualemus quãtũ ualemus quæ ad eã non uidentur quæ futura sunt, sed ad præterita pertinere. Quod licet experiri in eis dictis uel canticis, quorũ seriẽ memoriter reddimus. Nisi.n. præuideremus cogitatione ꝙ sequitur, non utique diceremus. Et tñ ut præuideamus,

uideamus, non prouidentia nos instruit, sed memoria. Nā donec finiatur oē ꝙ dicimus, siue canimus, nihil est ꝙ non prouisum, pro spectumq; proferatur. Et tñ cum id agimus, non dicimur prouidenter, sed memoriter canere vel dicere: & qui hoc in multis ita proferendis valent plurimū, non solet eorū prouidētia, sed memoria prædicari. Fieri ista in animo vel ab animo nostro nouimus & certissimi sumus, qūo aūt fiant, quanto attētius voluerimus aduertere, tanto magis noster & sermo succūbit, & ipsa non perdurat inten-
G tio vt ad liquidū aliquid nostra intelligentia, & si non lingua, perueniat. Et putamus nos vtrū Dei prouidentia eadē sit quæ memoria & intelligentia, qui nō singula cogitādo aspicit, sed vna æterna & immutabili atq; ineffabili visione, cōplectitur cuncta quæ nouit, tāta mentis infirmitate posse cōprehendere? In
Ps. 138. hac igitur difficultate & angustia, libet exclamare ad Deū viuum: Mirifica est scientia tua ex me, inualuit, & non potero ad illā. Ex me quippe intelligo, quam sit mirabilis & incōprehensibilis scientia tua, qua me fecisti, qñ nec meipsum cōprehendere valeo quem fecisti: & tamē in meditatione mea exardescit
Psal. 38. & 104. ignis vt quæram faciē tuam semper. Incorporalē substantiā scio esse sapientiam, & lumen
De speculo in quo Deus videtur. c. 8 esse in quo videntur quæ oculis carnalib. nō videntur: & tñ vir tantus tamq; spiritalis: Videmus nunc, inquit, per speculū in ænigma-
1. Co. 13 te, tunc aūt facie ad faciē. Quale sit & quod sit hoc speculum si quæramus profecto illud occurrit quod in speculo nisi imago nō cernitur. Hoc ergo facere conati sumus, vt per imaginē hanc ꝙ nos sumus, videremus vtcūque à quo facti sumus, tanquā per speculū.
2. Cor. 3. Hoc significat ēt illud ꝙ ait idē Apostolus: Nos aūt reuelata facie gloriā dñi speculātes. in eandē imaginē transformamur de gloria in gloriā tanquam à dñi spiritu. Speculantes dixit, per speculum videntes, nō de specula prospicientes. Quod in Græca lingua non est ambiguū, vnde in Latinā translatæ sunt Apostolicæ literæ. Ibi quippe speculū vbi apparent imagines rerum, à specula de cuius altitudine longius aliquid intuemur, ēt sono ver-
H bi distat omnino, satisq; apparet Apostolum à speculo, non à specula dixisse, gloriam dñi
Ibidem. speculantes. Quod vero ait, In eandē imaginē transformamur: vtiq; imaginem Dei vult intelligi, eandē dicens, istā ipsam, s. idest quā speculamur: quia eadem imago est & gloria Dei, sicut alibi dicit, Vir quidē non debet velare caput suum, cū sit imago & gloria Dei. De quib. verbis iā in libro duodecimo disseruimus. Transformamur ergo dicit, de forma in formā, mutamur atq; transimus de forma obscura in formā lucidā, quia & ipsa obscura imago Dei est, & si imago profecto ēt gloria, in qua homines creati sumus præstantes cęteris animalibus. De ipsa quippe natura humana dictū est, Vir quidē non debet velare caput, cū sit imago & gloria Dei. Quæ natura in reb. creatis excellentissima, cum à suo creatore ab impietate iustificatur, à deformi forma formosam transfertur in formam. Est quippe & in ipsa impietate, quāto magis damnabile vitiū, tanto certius natura laudabilis. Et propter hoc addidit, De gloria in gloriā: de gloria creationis, in gloriā iustificationis. Quāuis possit hoc & alijs modis intelligi, ꝙ dictum est, De gloria in gloriam: de gloria fidei in gloriam speciei, de gloria qua filij Dei sumus, in gloriam qua similes ei erimus, qm̄ videbimus eū sicuti est. Quod vero adiunxit, Tanquam à dñi spiritu: ostendit gratia Dei nobis conferri tam optabilis transformationis bonum Hęc dicta sunt propter quod ait Apostolus, nunc per speculum nos videre. Quia vero addidit, in ænigmate: multis hoc incognitum est qui eas literas nesciunt, in quib. est doctrina quædam de locutionū modis, quos Græci tropos vocāt, eoq; Græco vocabulo ēt nos vtimur pro Latino. Sicut. n. schemata vsitatius dicimus quam figuras, ita vsitatius dicimus tropos quam modos. Singulorum autē modorum siue troporū nomina, vt singula singulis referantur, difficillimum est & insolentissimū Latine enunciare. Vnde quidam interpretes nostri, quod ait Apostolus, quæ sunt in allegoria, nolentes Græcum vocabulum ponere, circumloquendo interpretati sunt dicentes, quæ sunt aliud ex alio significantia. Huius autem tropi, idest allegoriæ, plures sunt species, in quibus est etiā quod dicitur ænigma. Definitio aūt ipsius nominis generalis, oēs etiam species complectatur necesse est. Ac per hoc sicut omnis equus animal est, non oē animal equus est: ita omne ænigma allegoria est, nō omnis allegoria ænigma est. Quid ergo est allegoria,

allegoria, nisi tropus, vbi ex alio aliud intel-
5. ligitur, quale illud est ad Thessalonicenses:
Itaq; nō dormiamus sicut & cęteri, sed vigile
mus & sobrij simus? Nā qui dormiunt nocte
dormiūt, & qui inebriātur nocte ebrij sunt:
Nos aūt qui diei sumus sobrij simus. Sed hęc
allagoria non est ęnigma. Nā si multū tardis
30. iste sensus i promptu ē. Aenigma est aūt vt bre
uiter explicē, obscura allegoria, sicuti est: Sā
guisugę erāt tres filiæ: & quæcunq; similia.
4. Sed vbi allegoriā nominauit Apostolus, nō
in verbis eā reperit, sed in facto, cū ē duob.
filijs Abrahę, vno de ancilla altero de libera,
quod nō dictū sed etiā factū fuit, duo testa-
L menta intelligenda mōstrauit: quod antequā
exponeret obscurū fuit, proinde allegoria ta
lis quod est generale nomen posset speciali
ter ænigma nominari. Sed quia non soli qui
eas literas nesciūt quibus discuntur tropi, q̄-
runt quid dixerit Apostolus, nūc in ænigma
te nos videre, verūetiā qui sciunt, tamen qđ
sit illud ænigma vbi nunc videmus nosse de-
siderant, ex vtroq; inuenienda vna est senten
tia: & ex illo scilicet quod ait, Videmus nūc
per speculū: & ex isto quod addidit, in ænig-
mate. Vna est enim cū tota sic dicitur, Vide-
mus nunc per speculū in ænigmate. Proinde
quantū mihi videtur, sicut nomine speculi
imaginē voluit intelligi, ita nomine ænigma
tis quanuis similitudinē, tamen obscurā, &
ad perspiciendū difficilem. Cum igitur spe-
culi & ęnigmatis nomine quæcunq; simili-
tudines ab Apostolo significatæ intelligi pos
sint, quæ accōmodatæ sunt ad intelligedum
Deū, eo modo quo potest, nihil tñ est accō-
modatius, quā id quod imago eius non fru-
stra dicitur. Nemo itaq; miretur etiā in isto
modo videndi qui concessus est huic vitæ
ꝑ speculū scilicet in ęnigmate laborare nos
vt quomodocunq; videamus. Nomen quip-
pe hic non sonaret ænigmatis, si esset facili-
tas visionis. Et ꝙ est grādius ænigma, vt nō
M videamus quod non videre non possumus.
Quis enim non videt cogitationē suam? Et
quis videt cogitationē suam, non oculis car
nalibus dico, sed ipso interiore conspectu?
Quis non eam uidet? & quis eā videt? quādo-
quidē cogitatio visio est animi quædā, siue
adsint ea quæ oculis quoq; corporalibus vi-
deantur, vel cęteris sentiātur sensibus: siue nō
adsint, & eorū similitudines cogitatione cer
nantur, quæ nec corporalia sunt, nec corpo-
raliū similitudines: sicut & virtutes & vitia, *Et cogitatio & nutus, & literæ verba sūt & verbi diuini habēt imaginem.*
sicut ipsa deniq; cogitatio cogitatur: siue il-
la quæ per disciplinas traduntur liberalesq;
doctrinas, siue istorū omniū causæ superio-
res atq; rationes in natura immutabili cogi
tentur, siue etiā mala & vana ac falsa cogite
mus, uel non consentiente sensu, uel errante
consensu. Sed nūc de ijs loquamur quæ nota
cogitamus & habemus in notitia etiā si non *Cap. 10.*
cogitemus, siue ad contemplatiuam scien- *cap. 1. &*
tiam pertineāt, quā proprie sapientiā dici- *cap. 20.*
mus, siue ad actiuam, quā proprie scientiam A
nuncupandā esse disseruimus. Simul enim v-
trunq; mentis est vnius, & imago Dei una.
Cū uero de inferiore distinctius & seorsum
agitur, tunc non est uocanda imago Dei quā
uis & tunc in ea non nulla reperiatur simili-
tudo illius Trinitatis, quod in tertiodecimo
uolumine ostendimus. Nūc simul de uniuer *Ca. 1. &*
sa scientia hominis loquimur, qua nobis *cap. 20.*
nota sunt quęcunque sunt nota, quę utiq;
uera sunt alioquin nota non essent. Nemo
enim falsa nouit, nisi cū falsa esse nouit. Qđ
si nouit uerū nouit. Verū est enim quod illa
falsa sint. De his ergo nūc disseruimus q̄ no-
ta cogitamus, & nota sunt nobis ēt si nō co-
gitentur à nobis. Sed certe si ea dicere uelī-
mus, nisi cogitata nō possumus. Nā & si uer *Sapiē. 2.*
ba nō sonēt, corde suo dicit utiq; q. cogitat.
Vñ illud est in libro sapientiæ. Dixerūt apud
se cogitantes nō recte. Exposuit enim ꝙ sit,
dixerunt apud se, cū addidit, cogitātes. Huic
simile est in Euangelio, quod quidam Scribę
cum audissent à domino dictū paralytico: *Matt. 9.*
Confide fili, remittuntur tibi peccata tua: di
xerunt intra se, Hic blasphemat. Quid est.n.
dixerunt intra se, nisi cogitādo? Deniq; seq̄t:
Et cū uidisset Iesus cogitationes eorū, dixit:
Vt quid cogitatis mala in cordibus uestris?
Sic Matthęus. Lucas aūt hoc idem ita narrat; *Luc. 5.*
Cęperūt cogitare Scribę & Pharisęi, dicen- B
tes. Quis est hic qui loquitur blasphemias?
Quis pōt dimittere peccata, nisi solus Deus?
ut cognouit aūt cogitationes eorū Iesus, rñ
dens dixit ad illos. Quid cogitatis in cordi-
bus uestris? Quale est in libro sapientiæ, di- *Sapien.*
xerunt cogitantes tale hic est cogitauerunt
dicentes. Et illic enim & hic ostenditur intra
se atque in corde suo dicere .i. cogitando di-
cere. Dixerunt qppe intra se, & dictū est eis:

Quid

Quid cogitatis? Et de illo diuite cuius vberes
*Luc. 12.* fructus ager attulit, ait ipse dñs. Et cogitabat
*Mat. 15.* intra se dicens. Quædã ergo cogitationes lo
cutiones sunt cordis, vbi & os eius esse dñs
ostendit, cũ ait: Non quod intrat in os coin-
quinat hominẽ, sed quod procedit ex ore,
hoc coinquinat hominẽ. Vna sententia, duo
quædã hominis ora cõplexus est, vnum cor-
poris, alterũ cordis. Nam vtiq; vnde illi ho-
minẽ putauerũt inquinari, in os intrat corpo
ris. Vnde aũt dñs dixit inquinari hominem,
de cordis ore procedit. Ita quippe expo-
*Ibidem.* suit ipse quod dixerat. Nam paulo post de
C hac re discipulis suis, Adhuc & vos, inquit,
sine intellectu estis? Non intelligitis, quia oẽ
quod in os intrat in ventrẽ vadit & in seces-
sum emittitur? Hic certe apertissime demõ-
strauit os corporis. At in eo quod sequit̃ os
*Ibidem.* cordis ostendens: Quæ aũt, inquit, procedũt
de ore, de corde exeunt, & ea coinquinant
hominẽ. De corde.n. exeũt cogitationes ma-
læ, &c. Quid hac expositione lucidius? Nec
tñ quia dicimus locutiones cordis esse cogi
tationes, ideo non sunt ẽt visiones exortæ de
notitiæ visionibus, qñ veræ sunt. Foris.n. cũ
ꝑ corpus hæc fiũt, aliud est locutio, aliud vi
sio. Intus aũt cũ cogitamus, vtrunq; vnũ est.
Sicut auditio visio duo quędam sunt inter se
distãtia in sensibus corporis, in animo autẽ
non est aliud atq; aliud videre & audire: ac
ꝑ hoc cũ locutio foris non videat̃, sed poti⁹
audiat̃ locutiones tñ interiores, hoc est co-
gitationes visas dixit à dño sanctũ Euange-
liũ non auditas. Dixerũt, inquit, intra se, hic
*Mat. 9.* blasphemat, Deinde subiunxit: Et cũ vidisset
Iesus cogitationes eorũ. Vidit ergo ꝙ dixe-
rũt. Vidit.n. cogitatione sua cogitationes eo
rũ, quas illi solos se putabant videre. Quisq̃s
igit̃ põt intelligere verbũ non solum ante-
D quã sonet, verumetiam antequã sonorũ eius
imagines cogitatione voluant̃, hoc.n. est qđ
ad nullã pertinet linguã earum.s. quæ linguę
appellantur gentiũ, quarũ nostra lingua La-
tina est, Quisquis, inquã, hoc intelligere põt
iam põt videre ꝑ hoc speculum atq; in hoc
ęnigmate aliquã verbi illius similitudinem,
de quo dictũ est, In principio erat verbũ &
*Ioan. 1.* verbũ erat apud Deũ, & Deus erat verbum.
Necesse est.n. cũ verbũ loquimur.i. cũ scim⁹
loquimur, ex ipsa scientia quã memoria te-
nemus, nascatur verbũ quod eiusmodi sit om
nino cuiusmodi est illa scientia de qua nasci
tur. Formata quippe cogitatio ab ea re quã
scimus, verbũ est quod in corde dicimus, ꝙ
nec Græcũ est nec Latinũ, nec linguę alicu-
ius alterius, sed cũ id opus est in eorũ quib.
loquimur perferre notitiã, aliquod signum
quo significetur assumitur. Et plerũq; sonus,
aliqñ etiã nutus, ille auribus, ille oculis exhi
betur, vt per signa corporalia etiã corpo-
ris sensibus verbũ quod mente gerimus inno
tescat, Nam & inuenire quid est nisi quodã-
modo visibiliter dicere? Est in scripturis san
ctis huius sententię testimoniũ. Nam in Euã
gelio secundũ Ioannem ita legitur. Amen a-
mẽ dico vobis, quia vnus ex vobis tradet me.
Aspiciebant ergo adinuicem discipuli, hæ-
sitantes de quo diceret. Erat ergo vnus ex di
scipulis eius in sinu Iesu, quem diligebat Ie-
sus. Innuit ergo huic Simon Petrus, & dicit
ei. Quis est de quo dicit? Ecce innuendo di-
xit, quod sonando dicere non audebat. Sed
hæc atq; huiusmodi signa corporalia siue au
ribus siue oculis præsentibus quibus loqui-
mur exhibemus, inuentæ sunt etiã literæ per
quas possemus & cum absentibus colloqui,
sed ista signa sunt vocum, cũ ipsæ voces in
sermone nostro earũ quas cogitamus signa
sint rerũ. Proinde verbũ quod foris sonat, si-
gnũ est verbi quod intus lucet, cui magis ver
bi cõpetit nomen. Nã illud quod profertur
carnis ore, vox verbi est: verbumq; & ipsum
dicitur propter illud à quo vt foris appare-
ret assumptũ est. Ita enim verbũ nostrũ vox
quodammodo corporis fit, assumendo eã
in qua manifestetur sensibus hominũ: sicut
verbũ Dei caro factum est, assumendo eã in
qua & ipsum manifestaretur sensibus homi-
nũ. Et sicut verbũ nrm̃ fit vox nec mutatur in
vocẽ; ita verbũ Dei caro quidẽ factum est,
sed absit vt mutaretur in carnẽ. Assumendo
quippe illã, nõ in eã se cõsumendo, & hoc
nostrũ vox fit, & illud caro factũ est. Quaꝓ-
pter quicunq; cupit ad qualencunq; simili-
tudinẽ Dei verbi quanuis per multa dissimi-
milẽ, peruenire, non intueatur verbũ nostrũ
quod sonat in auribus, nec quando voce ꝓ-
fertur, nec quando silentio cogitatur. Om-
niũ nanq; sonantium verba linguarum etiã
in silentio cogitantur, & carmina ꝓcurrun-
tur animo, tacente ore corporis. Nec solum
numeri syllabarũ, verũetiã modi cãtilenarũ
cum

cum sint corporales, & ad eū qui vocatur au ditus sensum corporis pertinētes, per incorporeas quasdā imagines suas præsto sunt co gitantibus, & tacite cūcta ista voluentib. Sed transeunda sunt hæc, vt ad illud perueniatur hoīs verbū, per cuius qualēcunq; similitudi nē sicut in ænigmate videatur vtcunque Dei
G verbū. Non illud ꝙ factū est ad illū vel ad illum Prophetā, & de quo dictū est: Verbum aūt dñi crescebat & multiplicabatur. Et de quo iterū dictū est, Igitur fides ex auditu, auditus aūt per verbū Christi. Et iterū, Cū accepissetis à nobis verbū auditus Dei, accepistis non vt verbū hominū, sed sicuti est vere verbū Dei. Et innumerabilia similiter in scripturis dicūtur de Dei verbo, ꝙ in sonis multarū diuersarūq; linguarū per corda & ora disseminatur humana. Ideo aūt verbū Dei dr̄ quia doctrina diuina traditur, non humana. Sed illud verbū Dei quærimus qualitercūq; per hanc similitudinē nunc videre, de quo dictū est, Deus erat verbū: de quo dictū est, Omnia per ipsum facta sunt. de quo dictum est, Verbū caro factū est, de quo dictum est, Fons sapientiæ verbū Dei in excelsis. Perueniendū est ergo ad illud verbum hominis, ad verbū rationalis animantis, ad verbū non de Deo natæ, sed à Deo factæ imaginis Dei, ꝙ neq; prolatiuū est in sono, neq; cogitatiuum in similitudine soni, ꝙ alicuius linguæ esse necesse sit, sed ꝙ omnia quibus significatur signa, præcedit, & gignitur de scientia q̄ manet in animo, qn̄ eadem scientia intus dr̄ sicu ti est: simillima est.n. visio cogitationis, visio ni scientiæ. Nam qn̄ per sonū dr̄, vel per aliquod corporale signum, nō dr̄ sicuti est, sed sicut potest videri audirive per corpus. Qn̄ ergo ꝙ in notitia est, hoc est in verbo, tunc est verum verbū & veritas: qualis expectatur ab homine, vt quod est in ista, hoc sit & in il-
H lo, quod non est in ista, non sit & in illo: hic agnoscitur, est est, non non. Sic accedit quan tum potest ista similitudo imaginis factæ ad illā similitudinē imaginis natæ, qua Deus filius patri per omnia substantialiter similis p̄dicatur. Animaduertenda est in hoc ænigma te ēt ista verbi Dei similitudo, ꝙ sicut de illo verbū dictū est: Omnia per ipsum facta sunt, vbi Deus per vnigenitū verbū suum p̄dicatur vniuersa fecisse: ita hominis opera nulla sunt, quæ non prius dn̄r in corde. Vnde scriptū est, Initium omnis operis verbum: sed ēt hic cū verum verbū est, tunc est initiū boni *Eccl. 37.* operis. Verum aūt verbū est, cum de scientia bene operandi gignitur, vt ēt ibi seruetur, est est, non non: vt si est in ea scientia qua viuendū est, sit & in verbo per ꝙ operandū est, si non non: alioquin mendaciū erit uerbū tale, non veritas, & inde pc̄tm̄, non opus rectum. Est & hæc in ista similitudine verbi nostri similitudo verbi Dei, quia potest esse verbum *I* nostrum ꝙ non sequatur opus, opus aūt esse non potest, nisi præcedat verbū: sic & verbū Dei potuit esse nulla existente creatura, creatura vero nulla esse pōt, nisi per ipsum per ꝙ facta sunt omnia. Ideoq; non Deus pater, nō *Ioan. 1.* Spiritussanctus, non ipsa Trinitas, sed solus Deus filius ꝙ est verbum Dei caro factū est, quamuis Trinitate faciente, vt sequente atq; imitante uerbo nostro eius exemplum, recte uiueremus: hoc est nullum habentes in uerbi nostri uel contēplatióne uel operatione mēdacium. Verū hæc huius imaginis est qn̄que futura perfectio. Ad hanc consequendā nos erudit magister bonus fide Christiana, pieta tisq; doctrina, ut reuelata facie, a legis uela- *2. Cor. 3.* mine ꝙ est umbra futurorum, gloriā dñi spe culantes, per speculum, s. intuentes, in eandē imaginē transformemur de gloria in gloriā tanquam a dñi spiritu, secundū superiorem de his uerbis disputationem. Cum ergo hac *1. Ioan. 3* transformatione ad perfectū fuerit hæc imago renouata similes Deo erimus, qn̄ uidebi mus eū, non per speculū sed sicuti est: ꝙ dixit Apostolus Paulus, Facie ad faciem. Nunc ue *1. Co. 13* ro in hoc speculo, in hoc ænigmate, in hac qualicunq; similitudine, quanta sit ēt dissimi litudo, quis potest explicare? Attingam tn̄ ali qua ut ualeo, quib. id possit aduerti. Primo *Verbum hominis quatenus verum. Cap. 12.* ipsa scientia de qua ueraciter cogitatio nostra formatur, qn̄ quæ scimus loquimur, qua lis aut quāta potest homini prouenire, quālibet peritissimo atq; doctissimo? Exceptis enim quæ in animū ueniunt a sensib. corporis, in quib. tam multa aliter sunt q̄ uidentur, *K* ut eorū uerisimilitudine nimium constipatus, sanus sibi esse uideatur qui insanit. vnde Academica philosophia sic inualuit, ut de *Academica philosophia.* omnibus dubitans multo miserius insaniret: his ergo exceptis quæ a corporis sensibus in animum ueniunt, quantum rerū remanet, ꝙ ita sciamus, sicut nos uiuere scimus: in quo,

prorsus

prorſus non metuimus, ne aliqua veriſimili-
litudine forte fallamur, qm̄ certum eſt ẽt eũ
qui fallitur viuere, nec in eis viſis hæc haben
tur, quæ obijciuntur extrinſecus, vt in eo ſic
fallatur oculus, quẽadmodum fallitur cũ in
aqua remus vr̄ infractus, & nauigantib. tur-
res moueri, & alia ſexcenta quæ aliter ſunt q̃
videntur, quia nec per oculũ carnis hoc cer-
L nitur. Intima ſcientia eſt qua nos viuere ſci-
mus, vbi ne illud quidẽ Academicus dicere
poteſt, fortaſſe dormis & neſcis, & in ſomnis
vides. Viſa quippe ſomniantium ſimillima eſ
ſe viſis vigilantiũ quis ignorat? Sed qui certus
eſt de vitæ ſuæ ſcientia, non in ea dicit, ſcio
me vigilare, ſed ſcio me viuere: ſiue ergo dor
miat, ſiue vigilet, viuit. Nec in ea ſcientia per
ſomnia falli pōt, quia & dormire & in ſom-
nis videre, viuentis eſt. Nec illud pōt Acade-
micus aduerſus iſtam ſcientiam dicere, furis
fortaſsis & neſcis, quia ſanorũ viſis ſimilli-
ma ſunt ẽt viſa furentiũ, ſed qui furit viuit.
Nec contra Academicos dicit. Scio me non
furere, ſed ſcio me viuere. Nunquã ergo fal-
li nec mentiri pōt, qui ſe viuere dixerit ſcire.
Mille itaq; fallaciũ viſorum genera obijcian
tur ei qui dicit, ſcio me viuere, nihil horum
timebit, qñ & qui fallitur viuit. Sed ſi talia ſo
la pertinent ad humanã ſcientiam perpauca
ſunt, quia niſi in vnoquoq; genere ita multi-
plicantur, vt non ſolũ pauca non ſint, verum
ẽt reperiantur per infinitũ numerum tende-
re. Qui.n.dicit, ſcio me viuere, vnũ aliquid
ſcire ſe dicit. Proinde ſi dicat, ſcio me ſcire
viuere, duo ſunt iã, hoc vero ꝙ ſcit hæc duo
tertiũ ſcire eſt: ſic pōt addere & quartum &
quintũ, & innumerabilia ſi ſufficiat. Sed quia
innumerabilẽ numerũ vel cõprehendere ſin
gula addendo, vel dicere innumerabiliter nō
pōt, hoc ipſum certiſsime comprehendit ac
dicit, & verũ hoc eſſe & tam innumerabile,
vt vere eius infinitũ numerum non poſsit cō
M prehendere ac dicere. Hoc & in volũtate cer
ta ſimiliter aduerti pōt. Quis eſt.n.cui nō im-
pudenter reſpondeatur, forte falleris, dicẽti
volo beatus eſſe? Et ſi dicat, ſcio me hoc vel-
le & hoc me ſcire ſcio, iã his duob. & tertiũ
pōt addere, ꝙ hęc duo ſciat, & quartũ ꝙ hęc
duo ſcire ſe ſciat, & ſimiliter in infinitum nu
merũ pergere. Itẽ ſi quiſpiã dicat, errare no-
lo, nonne ſiue erret ſiue non erret, errare tñ
eum nolle verum erit? Quis eſt qui huic non
impudentiſsime dicat, forſitan falleris, cum
profecto vbicunque fallatur, falli ſe tñ nolle
nō fallitur? Et ſi hoc ſcire ſe dicat, addit quã-
tum vult rerum numerũ cognitarũ, & nume
rum eſſe perſpicit infinitum. Qui.n.dicit, no
lo me falli, & hoc me nolle ſcio, & hoc me
ſcire ſcio, iam & ſi non commoda locutione
pōt, hic infinitum numerũ oſtendere: & alia
reperiuntur q̃ aduerſus Academicos valeãt, A
qui nihil ab homine ſciri poſſe contendunt.
Sed modus adhibẽdus eſt, præſertim quia in
opere iſto non hoc ſuſcepimus. Sunt inde li-
bri tres noſtri, primo noſtræ conuerſionis tẽ
pore conſcripti, quos qui potuerit & volue-
rit legere lectoſq; intellexerit, nihil.n.profe-
cto q̃ ab eis contra perceptionẽ veritatis ar-
gumenta multa inuenta ſunt, permouebunt.
Cum.n. duo ſint genera rerũ quæ ſciuntur,
vnum earũ quæ per ſenſus corporis percipit
animus, alterũ earũ quę per ſeipſum, multa il
la Philoſophi garrierunt cõtra corporis ſen-
ſus: animi aũt quaſdam firmiſsimas per ſeip-
ſum perceptiones rerum verarũ, quale illud
eſt ꝙ dixi, ſcio me viuere, nequaquam in du
bium vocare potuerunt. Sed abſit à nobis vt
ea ꝑ per ſenſus corporis didicimus vera eſſe
dubitemus: per eos quippe didicimus cęlum
& terram, & ea quæ in eis nota ſunt nobis,
quantũ ille qui & nos & ipſa condidit, inno
teſcere nobis voluit. Abſit ẽt vt ſcire nos ne-
gemus quæ teſtimonio didicimus aliorum,
alioquin eſſe neſcimus Oceanum. Neſcimus
eſſe terras atq; vrbes quas celeberrima fama
cõmẽdat. Neſcimus fuiſſe hoĩes & opera eo-
rũ quæ hiſtorica lectione didicimus. Neſci-
mus quæ quotidie vndecunq; nunciant̄, &
indicijs cõſonis cõteſtantibusq; firmantur.
Poſtremo neſcimus in quib. locis vel ex qui
bus hominib. fuerimus exorti, quia hæc om-
nia teſtimonijs credidimus aliorum. Quod ſi
abſurdiſsimũ eſt dicere, non ſolũ noſtrorũ,
verumẽt & alienorũ corporũ ſenſus pluri-
mũ addidiſſe nr̄æ ſcientiæ cõfitendũ eſt. Hæc B
igit̄ omnia & q̃ per ſeipſum, & q̃ per ſenſus
ſui corporis, & q̃ teſtimonis aliorũ percepta
ſcita aĩus humanus, theſauro memoriæ cō-
dita tenet, ex quib. gignitur verbũ verũ, qñ ꝙ
ſcimus loquimur, ſed verbũ ante omnem ſo
num, ante omnem cogitationẽ ſoni. Tunc.n.
eſt verbum ſimillimum rei notæ de qua gi-
gnit̄ & imago eius, qui de viſione ſcientiæ vi-

ſio

sio cogitationis exoritur, quod est verbũ lin
guę nullius, verbũ verum de re vera, nihil de
suo habẽs, sed totũ de illa scientia de qua na
scitur. Nec interest qñ id didicerit, qui quod
scit loquitur, aliqñ. n. statim vt discit hoc di
cit, dũ tñ verbũ sit verũ. i. de rebus notis exor
tiæ ibil tũ. Sed nunquid Deus pater de quo natum est
verbũ de Deo Deus, nunquid ergo Deus pa
Alius lib. ter in illa sapientia quod est ipse sibi, alia di-
dicit per sensum corporis sui, alia per seip-
13. sum? Quis hoc dicat, qui non animal rationa
le. sed supra animã rationalẽ Deum cogitat,
quantũ ab eis cogitari potest qui eũ omnib.
C animalibus & omnibus animis præferunt,
quãuis per speculũ & in ęnigmate conijciẽ-
do videant nondũ facie ad faciem sicuti est?
Nunquid Deus pater ea ipsa quæ non ꝑ cor-
di. sed pus, ꝗ est ei nullũ, sed per seipsum scit aliun
de ab aliquo discit, aut nuncijs vel testibus vt
ea sciret indiguit? Non vtiq;. Ad oĩa quippe
scienda q̃ scit, sufficit sibi illa perfectio. Ha-
bet quidẽ nuncios, idest angelos, non tñ qui
ei quę nescit annuncient, nõ. n. sunt vlla quæ
nesciat, sed bonũ eorum est de operibus suis
eius cõsulere veritatẽ: & hoc est qđ ei dicun
tur nõnulla nunciare, nõ vt ipse ab eis discat
sed vt ab illo ipsi, per verbũ eius sine corpo-
rali sono nunciẽt quod voluerit, ab eo missi
ad quos voluerit totũ ab illo per verbũ eius
6. di. audientes. i. in eius veritate inuenientes quid
11. sibi faciendũ, quid, quibus, & quando nun-
dis. ciandum sit. Nã & nos oramus eũ, nec tamẽ
sed. necessitates nostras docemus eũ. Nouit. n. ait
di. verbũ eius pater vester quid vobis necessa-
ca.1. rium sit priusquã petatis ab eo. Nec ista ex
hac aliquo tempore cognouit vt nosset, sed futu
ra oĩa tẽporalia atq; in eis etiã quid, & quan
do ab illo petituri fueramus, & quos & de
quibus rebus vel exauditurus vel non exaudi
turus esset, sine initio ante pręsciuit. Vniuer
D sas aũt creaturas suas & spiritaliter & corpo
rales, nõ quia sunt ideo sunt quia nouit. Nõ
enim nesciuit quę fuerat creaturus. Quia er-
go sciuit creauit, non quia creauit sciuit. Nec
aliter ea sciuit creata, quam creãda. Non. n.
eius sapientiæ aliquid accessit ex eis, sed illis
existentibus sicut oportebat & qñ oportebat
illa mãsit vt erat. Ita & scriptum est in libro
13. Ecclesiastico, Antequam crearentur omnia
nota sunt illi, sic & postquam consummata
sunt. Sic, inquit, nõ aliter: & antequã crearen
tur, & postquã cõsummata sunt, sic ei nota
sunt. Longe est ergo huic sciẽtię, sciẽtia nr̃a 1. sen. di.
dissimilis. Quę aũt sciẽtia Dei est, ipsa & sa 36. ca. 1.
pientia, & quæ sapiẽtia, ipsa essentia siue sub
stantia. Quia in illius naturę simplicitate mi
rabili, nõ est aliud sapere q̃ esse, sed ꝗ est sa-
pere, hoc est & esse, sicut & superiorib. libris
de sapientia diximus. Nr̃a vero scientia in re
bus plurimis ꝓpterea & amissibilis est & re
ceptibilis, quia nõ hoc est nobis esse quod
scire vel sapere, qm̃ eẽ possumus etiã si ne- E
sciamus, neq; sapiamus ea quæ aliunde didi- 1. sen. di.
cimus. Propter hoc sicut nostra scientia illi 5. c. ostẽ-
scientiæ Dei, sic nr̃um verbũ quod nascitur ditur.
de nr̃a scientia dissimile est illi verbo Dei, ꝗ Verbum
natũ est de patris essentia. Tale est autem ac si ꝑ omnia
dicerẽ, de patris sciẽtia, de patris sapiẽtia vel æquale pa
ꝗ est expressius, de patre scientia, de patre tri & ꝑ
sapientia. Verbũ ergo Dei patris vnigenitus menti.
Dei filius, ꝑ omnia patri similis & æqualis, Cap. 14.
Deus de Deo lumen de lumine, sapientia de 1. sen. di.
sapientia, essentia de essentia, est hoc oĩno ꝗ 39. ca. 1.
pr̃, nõ tñ pater, quia iste filius, ille pater. Ac
ꝑ hoc nouit omnia q̃ nouit pater, sed ei nos
se de patre est sicut esse. Nosse. n. & esse illi
vnũ est. Et iõ patri sicut esse nõ est à filio, ita
nec nosse, Proinde tanquã seipsum dicens,
pater genuit verbũ sibi æquale per omnia.
Non. n. seipsum integre perfecteq; dixisset, si
aliqd minus, aut amplius esset in eius verbo,
q̃ in ipso. Ibi summe illud agnoscitur, est est,
non nõ: & ideo verbo hoc vere veritas est,
qm̃ quicquid in ea scientia, de qua genitum
est in ipso est. Quod aũt in ea nõ est, nec ĩ ip
so est. Et falsum habere aliquid hoc verbum 2. Cor. 1.
nunquã potest, quia immutabiliter sic se ha-
bet vt se habet de quo est. Non. n. põt filius à
se facere quicquam, nisi qđ viderit patrẽ fa-
cientem. Potenter hoc nõ potest, nec est in- Ioan. 5.
firmitas ista, sed infirmitas, qua falsa esse non
potest veritas. Nouit itaq; omnia Deus pater
in seipso, nouit in filio Sed in seipso tãquam F
seipsum, in filio tãquã verbũ suum, quod est
de his omnibus quæ sunt in seipso. Omnia
similiter nouit & filius, in se scilicet tanq̃ ea
quæ nata sunt de ijs quæ pater nouit in se-
ipso. In patre autẽ tanquã eo de quibus nata
sunt quæ ipse filius nouit in seipso. Sciunt
ergo inuicẽ pater & filius, sed ille gignẽdo,
ille nascẽdo. Et oĩa q̃ sunt in eorũ sciẽtia, ĩ eo
rũ sapiẽtia, in eorũ essentia, vnusquisq; eorũ
simul

simul videt: nõ particulatim, aut singillatim velut alternante conspectu, hinc illuc, & inde huc, & rursus inde vel inde, in aliud atq; aliud vt aliqua videre nõ possit nisi non videns alia: sed vt dixi, simul omnia videt quorũ nullũ est quod non semper videt. Verbũ aũt nostrum illud quod nõ habet sonũ neq; cogitationẽ, sed eius rei quã videndo intus dicimus, & ideo nullius linguę est atq; inde vtcunq; simile est in hoc ænigmate illi verbo Dei quod etiã Deus est, qm̃ sic & hoc de nostra nascitur, quemadmodum & illud de scientia patris natũ est. Nostrũ ergo tale verbũ quod inuenimus esse vtcunq; illi simile, quantũ sit ẽt dissimile, sicut à nobis dici nõ potuerit, non pigeat intueri. Nunquid verbũ nostrũ de sola sciẽtia nr̃a nascitur? Nonne multa dicimus ẽt q̃ nescimus? Nec dubitãtes ea dicimus, sed vera esse arbitrãtes: quę forte si vera sunt, in ipsis rebus de quibus loquimur non in verbo nr̃o vera sunt, q̃a verbũ verũ non est, nisi quod de re q̃ scitur, gignit. Falsum est ergo isto modo verbũ nr̃m non cũ mẽtimur, sed cũ fallimur. Cum aũt dubitamus, nõdũ est verbũ de re de qua dubitamus, sed de dubitatione verbũ est. Quanuis.n. non nouerimus an verũ sit vnde dubitamus, tñ dubitare nos nouimus: ac p̃ hoc cũ hoc dicimus verũ verbũ est, qm̃ quod nouimus dicimus. Quid quod ẽt mentiri possumus? Qđ cũ facimus, vtiq; volentes scientes falsum verbũ habemus, vbi verũ est mentiri nos, hoc.n. scimus. Et eum mentitos nos esse confitemur, verum dicimus, quod scimus.n. dicimus. Scimus nanq; nos esse mẽtitos. Verbum aũt ꝙ est Deus & potentius est nobis, hoc nõ põt. Nõ.n. põt facere quicquã, nisi ꝙ viderit patrẽ facientẽ: & non à seipso loquitur, sed à patre illi est omne quod loquitur, cum ipsum pater vnice loquitur: & magna illius verbi potẽtia est, non posse mentiri, q̃a non potest esse illic, est, & non, sed est est, nõ non. At.n. nec verbũ dicendũ est, quod verũ non est. Sit ita libens assentior. Quid cum verum est verbum nr̃m, & ideo recte verbum vocatur? nunquid sicut dici potest vel visio de visione, vel scientia de sciẽtia, ita dici potest essentia de essentia, sicut illud Dei verbũ maxime dicitur maximeque dicendum est. Quid ita? quia non hoc est nobis esse, quod est nosse. Multa quippe nouimus quæ per memoriã quodammodo viuunt ita & obliuione quodammodo moriuntur: atq; ideo cũ illa iã non sint in notitia nostra, nos tñ sumus. Et cũ scientia nostra animo lapsa perierit à nobis nos tñ viuimus. Illa etiam quæ ita sciuntur vt nunquã excidere possint, qm̃ p̃sentia sunt, & ad ipsius animi naturã pertinent vt est illud quod nos viuere scimus manet.n. hoc quãdiu animus manet, & q̃a semper manet animus, & hoc semper manet, id ergo & si qua reperiuntur similia, in quibus imago Dei potius intuenda est, ẽt si semper sciuntur, tñ quia nõ semper etiam cogitantur, q̃uo de his dicatur verbũ sempiternũ, cũ verbũ nostrũ nostra cogitatione dicatur, inuenire difficile est. Sempiternũ est.n. animo viuere sempiternũ est scire quod viuit: nec tñ sempiternũ est cogitare vitã suã, vel cogitare scientiã vitæ suæ: qm̃ cũ aliud atq; aliud cęperit, hoc desinit cogitare, quanuis non desinat scire. Ex quo fit vt si potest esse in animo aliqua sciẽtia sempiterna, & sempiterna esse non potest eiusdẽ scientiæ cogitatio, & verbũ verũ nostrũ intimum nisi nostra cogitatione non dicit, solus Deus intelligatur habere verbũ sempiteruũ sibiq: coęternũ. Nisi forte dicendũ est, ipsam possibilitatẽ cogitationis, quoniam id quod scitur, etiam qñ nõ cogitatur, põt tñ veraciter cogitari, verbum esse tam perpetuum, q̃ scientia ipsa perpetua est. Sed q̃uo est verbũ, quod nondũ in cogitationis visione formatũ est? Q̃uo erit simile scientiæ de qua nascitur, si eius nõ habet formam, & ideo iã vocatvr verbum quia potest habere? Tale est.n. ac si dicatur, ideo iã vocandum esse verbũ, quia potest esse uerbum. Sed quid est quod potest esse uerbũ, & ideo iam dignũ est uerbi nomine? Quid est, inquã, hoc formabile nõdumq; formatũ, nisi quiddam mentis nostræ, qđ hac atq; hac uolubili quadam motione iactamus, cũ à nobis nũc hoc nunc illud sicut inuentum fuerit uel occurrerit cogitatur? Et tunc fit verum uerbum, quãdo illud quod nos diximus uolubili motione iactare, ad id quod scimus peruenerit, atque inde formatur eius omnimodam similitudinem capiens, ut q̃uo res quęque scitur, sic etiam cogitetur, sine uoce sine uocis cogitatione, quæ profecto alicuius linguæ ẽ si in corde dicitur. Ac per hoc ẽt si concedamus, ne de controuersia uocabuli laborare uidea-

*1. sen. di. 39. ca. 1. in med.*

*G*

*Verbum æternum quale. Cap. 15.*

*Ioan. 5.*

*2. sen. di. quæritur & ca. sed sunt alia.*

*2. Cor. 1.*

*H*

*I*

*K*

videamur, iã vocandũ esse verbũ quiddam
illud mẽtis nr̃æ quod de nostra scientia, for-
mari põt, & priusquã formatũ sit: quia iã, vt
ita dicã, formabile est, quis nõ videat quãta
hic sit dissimilitudo ab illo Dei verbo qđ in
forma Dei sic est, vt nõ antea fuerit formabi
le priusquã formatũ, nec aliqñ esse possit in
forme, sed sit forma simplex & simpliciter
æqualis ei de quo est, & cui mirabiliter coę
terna est. Quapropter ita dr̃ illud Dei verbũ
vt Dei cogitatio non dicatur, ne aliquid esse
quasi volubile credat̃ in Deo, qđ nũc acci-
piat, nunc recipiat formã, vt verbũ sit eamq;
possit amittere atq; informiter quodãmodo
volutari. Bene quippe nouerat & vim cogita
L tionis inspexerat locutor egregius q̃ dixit in
carmine, Secũq; volutat euẽt⁹ belli varios. i.
cogitat. Nõ ergo ille Dei filius cogitatio Dei
sed verbũ Dei dr̃. Cogitatio q̃ppe nr̃a perue-
niẽs ad id ꝙ scimus, atq; inde formata verbũ
nr̃um verũ est. Et ideo verbũ Dei, sine cogita
tione Dei debet intelligi, vt forma ipsa sim-
plex intelligatur, nõ habens aliquid formabi
le qđ esse etiã possit informe. Dicũr quidẽ etiã
in scripturis sanctis cogitationes Dei, sed eo
locutionis mõ, quo ibi & obliuio Dei dr̃, q̃
vtiq; ad ꝓprietatẽ in Deo nulla est. Quãobrẽ
cũ tãta sit nũc ĩ isto ænigmate dissimilitudo
Dei, & verbi Dei, in qua tñ nõnulla similitu-
do cõperta est, illud quoq; fatendũ est, ꝙ ẽt
cũ similes ei erimus qñ videbimus eũ sicuti
est, quod vtiq; qui dixit, hanc proculdubio
quæ nunc est dissimilitudinem attendit, nec
tũc natura illi erimus æquales. Semper enim
natura minor est faciẽte quæ facta est. Et tũc
quidẽ verbũ nostrũ nõ erit falsum, quia neq;
M mẽtiemur, neq; fallemur. Fortassis ẽt volubi
les nõ erũt nostrę cogitationes ab alijs in a-
lias eũtes atq; redeũtes, sed oẽm scientiã no
strã vno simul conspectu videbimus. Tñ cũ
& hoc fuerit, si & hoc fuerit, formata erit
creatura q̃ formabilis fuit vt nihil iã desit ei⁹
formę, ad q̃ peruenire deberet. Sed tñ coę-
quãda nõ erit illi simplicitati, vbi nõ forma
bile aliquid formatũ vel reformatũ ẽ, sed for
ma neq; informis neq; formata ipsa ibi ęter
na ẽ immutabilisq; substãtia. Satis de pr̃e &
filio quantũ per hoc speculũ atq; in hoc ę-
nigmate videre potuimus locuti sumus. Nũc
de spũsancto quantũ Deo donante videre cõ
ceditur disserendũ est, qui spũssanctus, secũ
dum scripturas sanctas nec patris solius est,
nec filij solius, sed amborũ, & ideo cõmunẽ *1 sen. di.*
qua inuicẽ se diligũt pater & filius, nobis in *10. ca. 1.*
sinuat charitatẽ. Vt aũt nos exerceret sermo
diuinus, nõ eas in prõptu sitas, sed in abdito
scrutãdas, & ex abdito eruendas, maiore stu
dio fecit inq̃ri. Nõ itaq; dixit scriptura, spũs *1. sen. di.*
sanctus charitas est: quod si dixisset, nõ par- *10. c. Ioã*
uã partem q̃onis istius abstulisset: sed dixit, *nes. 1.*
Deus charitas est. vt incertũ sit & ideo requi- *Ioan. 4.*
rendũ, vtrũ Deus pater sit charitas, an Deus
filius, an Deus spũsſctũs, an Deus ipsa Trini-
tas. Neq;.n. dicturi sum⁹ nõ ꝓpea Deũ dictũ *1. sen. di.*
esse charitatẽ, ꝙ ipsa charitas nulla sit substã *17. c. sed*
tia, quæ Dei digna sit noĩe, sed ꝙ donũ Dei *ne forte.*
sit. sicut dictum est Deo, Qm̃ tu es patientia *Psal. 70.*
mea. Neq; n. propterea dictum est, quia Dei A
substantia est nostra patiẽtia, sed ꝙ ab ipso
nobis est, sicut alibi legitur, qm̃ ab ipso ẽ pa-
tientia mea. Hũc quippe sensum facile resel
lit scripturarũ ipsa locutio. Tale est enim tu *Psal. 61.*
es patiẽtia mea: quale est, tu es dñe spes mea: *Psal. 70.*
& Deus meus misericodia mea, & multa si-
milia. Non est aũt dictum dñe charitas mea: *Psal. 58.*
aut tu es charitas mea: aut, De⁹ charitas mea:
sed ita dictũ est; Deus charitas est: sicut dictũ
est Deus spũs ẽ. Hoc qui non discernit, intel *1. Ioan. 4*
lectũ à domino, nõ expositionẽ quærat a no *Ioan. 4.*
bis. Nõ.n apertius quicquã possumus dicere
Deus ergo charitas est. Vtrũ aũt pater, an fili⁹ *1. sen. di.*
an spũssanctus, an ipsa Trinitas, quia & ipsa *10. c. Ioã.*
non tres dij, sed vnus Deus, hic q̃ritur. Sed
iam in libro superius disputaui, nõ sic acci- *Supra eodem.*
piendã esse Trinitatem, quę Deus est, ex illis *Cap. 7.*
tribus quæ in Trinitate nostræ mentis osten
dimus, vt tanquã memoria sit omniũ trium
pater, & intelligentia omnium trium filius,
& charitas omniũ trium spiritussanctus: qua
si pater nec intelligat sibi nec diligat, sed ei B
filius intelligat, & spiritussanctus ei diligat,
ipse autem sibi & illi tantum meminerit. Et
filius nec meminerit nec diligat sibi, sed me-
minerit ei pater, & diligat ei spiritussanctus,
ipse autem & sibi & illis tantummodo intel
ligat. Itemq; spiritussanctus nec meminerit
nec intelligat sibi, sed meminerit ei pater, &
intelligat ei filius, ipse autem & sibi & illis
non nisi diligat. Sed sic potius vt omnia tria,
& omnes & singuli habeant in sua quisque
natura. Nec distent in eis ista, sicut in nobis
aliud est memoria, aliud est intelligentia,

aliud dilectio siue charitas: sed vnū aliquid
sit quod omnia valeat, sicut sapientia, & sic
habeatur in vniuscuiusq; natura, vt qui habet, hoc sit qđ habet sicut immutabilis simplexq; substantia. Si ergo hæc intellecta sunt
& quantū nobis in rebus tantis videre & cō
iectare concessum est, vera esse claruerunt,
nescio cur nō sicut sapiētia & pater dr̄ & fi-
1. sen. di. lius & spiritussanctus, & simul omnes non
10. c. Ioā. tres, sed vna sapientia, ita & charitas & pr̄ di
catur & filius & spiritussanctus & simul om
C nes vna charitas. Si enim & pater Deus, &
1. sen. di. filius Deus, & spiritussanctus Deus, & simul
32. c. nūc oēs vnus Deus. Et tñ nō frustra in hac Trini-
tractādū tate non dr̄ verbū Dei nisi filius, nec donum
Dei nisi spūssanctus: nec de quo genitum est
verbū nec de quo procedit principaliter spi
ritussanctus nisi Deus pr̄. Ideo aūt addidi, prī
cipaliter, quia & de filio spūssanctus proce
dere reperitur. Sed hoc quoque illi pater de
dit non iā existenti nondū habenti, sed quic-
quid vnigenito verbo dedit, gignendo dedit.
Sic ergo eū genuit, vt ēt de illo donū cōmu-
ne procederet, & spūssanctus, spūs esset am-
borū. Non est igit̄ accipienda transeunter,
sed diligenter intuēda inseparabilis Trinita-
tis ista distinctio. Hinc .n. factū est vt proprie
Dei verbū etiā Dei sapientia diceretur, cū sit
sapientia & pater & spūssanctus. Si ergo pro
1. sen. di. prie aliqđ horū triū charitas nuncupāda est,
10. c. si er quid aptius q̃ vt hoc sit spiritussanctus? Vt .s.
go ꝓprie. in illa Trinitatis simplici summaq; natura,
non sit aliud substantia, & aliud charitas, sed
substantia ipsa sit charitas, & charitas ipsa sit
substantia, siue ī patre, siue in filio, siue in spi
ritusancto, & tñ proprie spiritussanctus cha
1. sen. di. ritas nuncupetur. Sicut legis nomine aliqñ
10. c. plu simul omnia veteris instrumēti sanctarū scri
ribus. n. pturarū significantur eloquia. Nā ex prophe
Esa. 28. ta Esaia testimonium ponens Apostolus vbi
1. Co. 14. ait, In alijs linguis & in alijs loquar populo
Ioan. 15. huic: præmisit tamen, in lege scriptum est. Et
D ipse dominus, In lege, inquit, eorū scriptum
est, quia oderunt me gratis: cum hoc legatur
Psal. 34. in psalmo. Aliquando autem proprie voca-
Mat. 11. tur lex quę data est per Moysen, secundum
quod dictum, Lex & prophetæ vsque ad Io
annem: Et, in his duobus præceptis tota lex
Mat. 22. pēdet & Prophetæ. Hic vtique proprie lex
appellata est, de monte Sina. Prophetarum
autem nomine etiam Psalmi significati sunt,

& tamen alio loco ipse saluator, Oportebat, inquit, impleri omnia quæ scripta sunt in lege & prophetis & psalmis de me. Hic rursus prophetarū nomē exceptis psalmis intelligi voluit. Dicitur ergo lex vniuersaliter cū prophetis & psalmis: dicitur & proprie quę per Moysen data est. Itē dicuntur cōmuniter prophetæ simul cū psalmis, dicuntur & proprie præter psalmos. Et multis alijs exēplis doceri pñt multarū rerum vocabula, & vniuersaliter poni, & proprie quibusdā rebus adhiberi, nisi in re aperta vitanda sit longitudo sermonis. Hęc ideo eixi, nequisquā ꝓpea nos inconuenienter existimet charitatē appellare spiritumsanctum, quia & Deus pater & Deus filius potest charitas nuncupari? Sicut ergo vnicū Dei verbū proprie vocamus nomine sapientię, cum sit vniuersaliter spiritussanctus & pater ipse sapiētia: ita spūssanctus proprie nuncupatur vocabulo charitatis, cū sit vniuersaliter charitas & pater & filius. Sed Dei verbū, id est, vnigenitus Dei filius aperte dictus est Dei sapientia, ore Apostolico vbi ait, Christū Dei virtutem & Dei Sapientiam. Spiritus autē sanctus vbi sit dictus charitas inuenimus, si diligenter Ioannis Apostoli scrutemur eloquium. Qui cū dixisset, Dilectissimi diligamus inuicem, quia dilectio ex Deo est: secutus adiūxit, Et oīs q̄ diligit, ex Deo natus est. Qui non diligit, non cognouit Deum: quia Deus dilectio est. Hic manifestauit eam se dixisse dilectionē Deū, quam dixit ex Deo. Deus ergo ex Deo est dilectio. Sed quia & filius ex Deo patre natus est, & spiritussanctus ex Deo patre ꝓcedit, quem potius eorum hic debeamus accipere dictum esse dilectionem Deum merito quæritur. pater enim solus ita Deus est, vt nō sit ex Deo, ac per hoc dilectio quæ ita Deus est, vt ex Deo sit, aut filius est, aut spūssctūs. Sed in consequentibus cū Dei dilectionē cōmemorasset, nō qua nos eū, sed qua ipse dilexit nos, & misit filiū suū liberatorē * ꝓ peccatis nostris, & hinc exhortatus esset, vt & nos inuicē diligamus, atq; ita in nobis Deus maneat, quia vtiq; dilectionem Deum dixerat, statim volens de hac re apertius aliquid eloqui, In hoc, inquit, cognoscimus quia in ipso manemus & ipse in nobis, qa de spū suo dedit nobis. Spūs itaq; sanctus de quo dedit nobis, facit nos in Deo manere & ipsum in nobis,

nobis, hoc autẽ facit dilectio. Ipse est igitur Deus dilectio. Deniq; paulopost cũ hoc ipsum repetisset atq; dixisset, Deus dilectio est: continuo subiecit & qui manet in dilectione in Deo manet, & Deus manet in eo. Vnde supra dixerat, In hoc cognoscimus quia in ipso manemus & ipse in nobis, quia de spiritu suo dedit nobis. Ipse ergo significatur vbi legitur, Deus dilectio est. Deus igitur spiritus

G sanctus qui procedit ex Deo, cũ datus fuerit homini accendit eum in dilectionem Dei & proximi, & ipse dilectio est. Non.n.habet homo vnde Deũ diligat, nisi ex Deo. Propter ꝙ paulopost dicit, Nos diligamus, quia ipse prior dilexit nos. Apostolus quoq; Paulus, Dilectio, inquit, Dei diffusa est in cordib. nostris, per spiritumsanctũ qui datus est nobis. Nullũ est isto Dei dono excellentius. Solum est ꝙ diuidit inter filios regni æterni & filios perditionis æternæ. Dãtur & alia per spiritumsanctũ munera, sed sine charitate nihil prosunt. Nisi ergo tantũ impertiatur cuique spiritussanctus, vt eũ Dei & proximi faciat amatorẽ, à sinistra non transfertur ad dexteram. Nec spiritus proprie dr̃ donum nisi ꝓp dilectionẽ, quam qui non habuerit, si linguis hominũ loquatur & angelorũ, sonans æramentum est, & cymbalũ tinniens. Et si habuerit prophetiã, & scierit omnia sacra, & omnem sciẽtiam, & si habuerit omnem fidem, ita vt montes transferat, nihil est. Et si distribuerit omnem substantiã suam, & si tradiderit corpus suum vt ardeat, nihil ei prodest. Quantũ ergo bonũ est, sine quo ad æternam vitã neminem bona tanta perducunt? Ipsa vero dilectio siue charitas, nã vnius rei est vtrũque nomen, si habeat eam qui non loquitur linguis, nec habet prophetiam, nec omnia scit sacra, omnemq; sciẽtiam, nec distribuit oĩa sua pauperibus, vel nõ habendo ꝙ distribuat, vel aliqua necessitate prohibitus, nec tradit corpus suũ vt ardeat, si talis passionis

H nulla tentatio est, perducit ad regnum, ita vt ipsam fidem non faciat vtilem nisi charitas. Sine charitate quippe fides potest quidẽ esse sed non & prodesse. Propter ꝙ & Apostolus Paulus, In Christo, inquit, Iesu neque circuncisio, neq; præputium aliquid valet, sed fides quæ per dilectionem operat̃, Sic eam discernens ab ea fide, qua & dęmones credunt & contremiscunt. Dilectio igitur quæ ex Deo est & Deus est, proprie spiritussanctus est, per quẽ diffunditur in cordibus nostris Dei charitas per quã nos tota inhabitat Trinitas. Quocirca rectissime spiritussanctus cum sit Deus, vocatur ẽt donum Dei. Quod donum proprie quid nisi charitas intelligẽda est, quæ perducit ad Deum, & sine qua quodlibet aliud donũ Dei non perducit ad Deũ; An & hoc probandũ est, Dei donum dictũ esse in sacris literis spiritumsanctum? Si & hoc expectatur, habemus in Euangelio secundũ Ioannem, dñi Iesu Christi verba dicẽtis, Si quis sitit, veniat ad me & bibat. Qui credit in me, sicut dicit scriptura, Flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Porro Euangelista secutus adiunxit. Hoc aũt dixit de spiritu quẽ accepturi erant credentes in eum. Vnde dicit ẽt Paulus Apostolus. Et omnes vnum spm̃ potauimus. Vtrum aũt donũ Dei sit appellata aqua ista, ꝙ & spiritus sanctus, hoc quæritur. Sed sicut hic inuenimus hanc aquã spiritumsanctũ esse, ita inuenimus alibi in ipso Euangelio, hanc aquã donum Dei appellatam. Nam dñs idem qñ cũ muliere Samaritana ad puteũ loquebatur, cui dixerat, Da mihi bibere, cũ illa respondisset, ꝙ Iudęi non coutuntur Samaritanis, respondit Iesus & dixit ei, Si scires donum Dei, & quis est qui dicit tibi, da mihi bibere, tu forsitan petisses ab eo, & dedisset tibi aquam viuam. Dixit ei mulier, Domine neq; in quo haurias habes, & puteus altus est, vnde ergo habes aquam viuam? & cętera. Respondit Iesus & dixit ei, Omnis qui biberit ex hac aqua, sitiet iterum: qui aũt biberit ex aqua quam ego dabo ei, non sitiet in æternum, sed aqua quã ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam. Quia ergo hæc aqua viua, sicut Euãgelista exposuit, spiritus est sanctus, proculdubio spiritus donũ Dei est. De quo hic dñs ait, Si scires donum Dei, & quis est qui dicit tibi, da mihi bibere, tu forsitan petisses ab eo & dedisset tibi aquam viuam. Nam ꝙ ibi ait, Flumina de ventre eius fluent aquæ viuę: hoc isto loco, Fiet in eo, inquit, fons aquæ salientis in vitam æternam. Paulus quoq; Apostolus, Vnicuique, inquit, nostrum datur gratia secundum mẽsuram donationis Christi. Atque vt donationem Christi spiritumsanctum ostenderet, secutus adiunxit: Propter quod dicit, Ascendit in altum, captiuauit

I

*Spiritusſanctus quõ dicit donum.*

*Cap. 19.* *Ioan. 7.* *1. Co. 10.*

*Ioan. 4.*

*Ibidem.*

K

*Ioan. 7.* *Ioan. 4.*

*Eph. ſ. 4.*

*Ibidem.*

captiuitatem,dedit dona hominibus.Notissi
mũ est aũt dñm Iesum cum post resurrectio
nẽ à mortuis ascendisset in cęlũ, dedisse spi-
ritumsanctũ quo impleti qui crediderãt,lin-
Psal. 67. Ephes. 4. guis omniũ gentiũ loquebãtur. Nec moueat
ꝙ ait,dona, non donum : Id.n.testimonium
ex Psalmo posuit,Hoc aũt in Psalmo ita legi
tur,Ascendisti in altum,captiuasti captiuita-
L tẽ,accepisti dona in hominibus.Sic.n.plures
codices habẽt, & maxime Græci, & ex He-
bręo sic interpretatum habemus. Dona itaq;
Psal. 67. dixit Apostolus quemadmodũ Propheta,nõ
donum.Sed cũ Propheta dixerit,accepisti in
hominibus: Apostolus maluit dicere, dedit
hominib. vt ex vtroq;,s.verbo vno Prophe-
tico, Apostolico altero, quia in vtroque est
diuini sermonis authoritas, sensus plenissi-
mus redderetur.Vtrũq;.n.verum est, & quia
dedit hominib. & quia accepit in hominib.
Dedit hominib. tanquã caput membris suis.
Accepit in hominib.idem ipse vtiq; in mem
bris suis, propter quæ membra sua clamauit
de cęlo,Saule Saule quid me persequeris? Et
Acto. 9. quib. membris suis ait, Quod vni ex mini-
Mat. 25. mis meis fecistis, mihi fecistis. Ipse ergo
1. sen. di. Christus,& dedit de cęlo, & accepit in ter-
18. c. 1. ra.Porro autẽ,dona,ob hoc ambo dixerunt,
& Propheta & Apostolus, quia per donum,
quod est spiritussanctus,in cõe omnibus mẽ
bris Christi multa dona,quæ sunt quibusque
propria,diuiduntur.Non enim singuli quiq;
habent omnia,sed hi illa, & alij alia : quãuis
ipsum donum à quo cuique propria diuidũ-
1. Co. 12 tur omnes habeant, i. spiritumsanctum. Nã
& alibi cũ multa dona cõmemorasset, Om-
nia,inquit,hæc operatur vnus atq; idem spi-
ritus, diuidens propria vnicuiq; prout vult.
Heb. 2. Quod verbũ & in epistola quæ ad Hebręos
est, inuenitur,vbi scriptum est,Attestãte Deo
signis & ostentis & varijs virtutibus, & spiri-
Ephes. 4. tussancti distributionibus. Et hic cum dixis-
set, Ascendit in altum, captiuauit captiuita-
tem, dedit dona hominibus: Quod autem
ascendit,ait,quid est nisi quia & descendit in
M inferiores partes terræ? Qui descẽdit ipse est
& qui ascendit super omnes cęlos vt adim-
pleret omnia. Et ipse dedit quosdam qui-
dem Apostolos, quosdam autem Prophetas,
quosdam vero Euangelistas, quosdam autẽ
pastores & doctores. Ecce quare dicta sunt
dona,quia sicut alibi dicit, Nunquid omnes
Apostoli?nunquid omnes Prophetę,&c.Hic
autem adiunxit, Ad consummationẽ sancto- 1. Co.
rum in opus ministerij, in ædificationẽ cor- Ephes.
poris Christi.Hæc est domus quæ sicut Psal-
mus canit,ædificatur post captiuitatem: qm̃
qui sunt à diabolo eruti, à quo captiui tene-
bantur,de his ædificatur domus Christi,quę Ibidem
domus appellatur Ecclesia. Hanc aũt capti-
uitatem ipse captiuauit, qui diabolum vicit.
Et ne illa quæ futura erant sancti capitis mẽ-
bra in æternum supplicium secum traheret, A
eum iustitiæ prius, deinde potentiæ vinculis
alligauit.Ipse itaq; diabolus est appellata ca- Psal.
ptiuitas, quem captiuauit qui ascendit in al-
tum & dedit dona hominibus, vel accepit in
hominibus. Petrus autem Apostolus sicut in
eo libro Canonico legitur vbi scripti sunt
Actus Apostolorum, loquens de Christo,cõ Acto.
motis corde Iudęis & dicentibus, Quid er-
go faciemus fratres, monstrate nobis : dixit
ad eos:Agite pęnitentiam & baptizetur vnus
quisque vestrũ in nomine dñi Iesu Christi in
remissionem peccatorum, & accipietis do-
num spiritussancti. Itemq; in eodem libro le
gitur. Simonem magum Apostolis dare vo-
luisse pecuniam, vt ab eis acciperet potesta-
tem, ꝙ per impositionem manus eius daret Acto.
spiritussanctus.Cui Petrus idem,Pecunia,in-
quit,tua tecum sit in perditionem, quia do-
nũ Dei æstimasti te per pecunias possidere.
Et alio eiusdẽ libri loco,cum Petrus Corne- Acto.
lio & eis qui cum eo fuerant loqueretur, an-
nuncians & prædicans Christum, ait scriptu
ra,Adhuc loquente Petro verba hæc,cecidit
spiritussanctus super oẽs qui audiebant ver-
bum, & obstupuerunt qui ex circuncisione
fideles simul cum Petro venerant, quia & in
nationes donum spiritussancti effusum est.
Audiebant.n.illos loquentes linguis, & ma-
gnificantes Deum. De quo facto suo ꝙ incir
cuncisos baptizauerat, quia priusquam ba-
ptizarentur, vt nodum quæstionis huius au-
ferret,in eos venerat spiritussanctus, cum Pe
trus postea redderet rationẽ fratrib. qui erãt B
Hierosolymis,& hac re audita mouebantur,
ait post cętera, Cum cępissem autem loqui Acto.
ad illos, cecidit spiritussanctus in illos sicut
& in nos in initio. Memoratusq; sum verbi
dñi sicut dicebat, quia Ioannes quidem ba-
ptizauit aqua, vos aũt baptizabimini spiritu-
sancto. Si igitur æquale donum dedit illis,

sicut & nobis qui credidimus in dñm Iesum
Christum: ego quis erã qui possem prohibe-
re Deum non dare illis spiritumsanctum? Et
multa alia sunt testimonia scripturarũ, quæ
concorditer attestantur donũ Dei esse spm̃-
sanctum, in quantum datur eis qui per eum
C diligunt Deũ. Sed nimis longũ est cuncta col-
ligere. Et quid eis satis est, quibus hæc quæ di-
ximus satis non sunt? Sanè aũt monendi sunt,
qñquidem donũ Dei iam vident dictum spi-
ritumsanctũ, vt cum audiunt donũ spiritus-
sancti, illud genus locutionis agnoscant, quo
dictũ est, in expoliatione corporis carnis. Si-
cut.n. corpus carnis nihil est aliud q̃ caro, sic
donũ spiritussancti nihil est aliud q̃ spiritus-
sanctus. Intantũ ergo donũ Dei est, inquan-
tũ datur eis quib. datur. Apud se aũt Deus est,
& si nemini detur, quia Deus erat patri & fi-
lio coæternus antequã cuiquã daretur. Nec
quia illi dant ipse datur, ideo minor est illis.
Ita.n. datur sicut donũ Dei, vt ẽt seipsum det
sicut Deus. Non.n. dici põt non esse suæ ptã-
tis, de quo dictum est, Spiritus vbi vult spi-
rat. Et illud Apostolicũ ꝙ iam supra cõme-
moraui, Omnia hæc operatur vnus atq; idẽ
spiritus, diuidens propria vnicuique prout
vult. Non est illic conditio dati, & dñatio dã-
tium, sed concordia dati & dantium. Quapp
si sãcta scriptura proclamat, Deus charitas
est: illa quæ ex Deo est, & in nobis id agit vt
in Deo maneamus, & ipse in nobis, & hoc
inde cognoscimus, quia de spiritu suo dedit
nobis, ipse spiritus eius est, Deus charitas. De-
inde si in donis Dei nihil maius est charitate,
& nullum est maius donum Dei quam spiri-
tussanctus, quid consequentius quam vt ipse
sit charitas, qui dr̃ & Deus & ex Deo? Et si
charitas qua pater diligit filium, & patrẽ dili-
git filius, ineffabiliter cõionem demonstrat
amborũ, quid conuenientius quam vt ille di-
D catur charitas proprie, qui spiritus est cõis
ambobus? Hoc.n. sanius creditur vel intelligi-
tur, vt non solus spiritussanctus charitas sit
in illa Trinitate, sed non frustra proprie cha-
ritas nũcupetur, pp illa quæ dicta sunt. Sicut
non solus est in illa Trinitate, vel spiritus vel
sanctus, quia & pater spiritus, & filius spiri-
tus, & pater sanctus, & filius sanctus, ꝙ non
ambigit pietas, & tñ iste non frustra proprie
dr̃ spiritussanctus. Quia est.n. cõis ambobus,
id vocat̃ ipse proprie ꝙ ambo cõiter. Alio-
quin si in illa Trinitate solus spiritussanctus
est charitas, profecto & filius non solius pa- 1.sen. di.
tris, verumẽt spiritussancti filius inuenitur. 10. c. hic
Ita.n. locis innumerabilibus dr̃ & legitur fi- notandũ.
lius vnigenitus Dei patris: vt tñ & illud verũ
sit ꝙ Apostolus ait de Deo patre, Qui eruit Colo. 3.
nos de potestate tenebrarum, & transtulit in
regnum filij charitatis suæ. Nõ dixit, filij sui: E
ꝙ si diceret, verissime diceret, quemadmo-
dum quia sæpe dixit verissime dixit, sed ait
filij charitatis suæ. Filius ergo est etiam spiri-
tussancti, si non est in illa Trinitate charitas
Dei, nisi spiritussanctus. Quod si absurdissi-
mũ est, restat vt non solus ibi sit charitas spi-
ritussanctus, sed pp illa de quibus satis disse-
rui proprie sic vocetur. Quod aũt dictũ est, 1.sen. di.
Filij charitatis suæ: nihil aliud intelligatur q̃ 5. c dicit
filij sui dilecti, quam filij postremo substan- quoque.
tiæ suæ. Charitas quippe patris quæ in natu-
ra eius est ineffabiliter simplici, nihil ẽ aliud
q̃ eius ipsa natura atq; substantia, vt sæpe iam
diximus, & sæpe iterare nõ piget. Ac per hoc
filius charitas eius nullus est alius, quam qui
de substantia eius est genitus. Quocirca ridẽ-
da est dialectica Eunomij, à quo Eunomiani Contra Eunomiũ
hæretici exorti sunt. Qui cum non potuisset Cap. 20.
intelligere, nec credere voluisset, vnigenitũ 1.sen. di.
Dei verbum, per quod facta sunt omnia, fi- 6.cap. 1.
lium Dei esse natura, hoc est, de substãtia pa- Ioan. 1.
tris genitum: non naturæ vel substantiæ suæ
siue essentiæ dixit esse filium, sed filium vo-
luntatis Dei, accidentem scilicet Deo volens
asserere voluntatem qua gigneret filium, vi-
delicet ideo quia nos aliquid aliquando vo-
lumus quod antea non volebamus, quasi nõ
propter ista mutabilis intelligatur nostra na-
tura, quod absit vt in Deo esse credamus. Ne- Heb. 19
que.n. ob aliud scriptum, Multæ cogitatio-
nes in corde viri, consilium aũt dñi manet
in æternum: nisi vt intelligamus siue creda-
mus, sicut æternum Deum, ita æternum eius
esse consilium, ac per hoc immutabile sicut
ipse est. Quod autem cogitationibus, hoc ẽt F
de voluntatibus verissime dici potest. Mul-
tæ voluntates in corde viri, voluntas autem Pro. 19
domini manet in æternum. Quidam filium
consilij vel voluntatis Dei dicerent vnigeni-
tum verbum, ipsum consilium seu volunta-
tem patris idem verbum esse dixerunt. Sed
melius quantum existimo dicitur consilium
de consilio, & voluntas de voluntate, sicut

substantia de substantia, sapientia de sapientia, absurditate illa quam iam refellimus, filius dicatur patrem facere sapientem vel volentem, si non habet pater in substātia sua cō filium vel voluntatem. Acute sanè quidam respondit hæretico versutissime interroganti, vtrum Deus filium volens an nolens genuerit: vt si diceret nolens, absurdissima Dei miseria sequeretur: si aūt volens, continuo ꝙ intendebat velut inuicta ratione concluderet, non naturæ esse filium, sed voluntatis. At ille vigilātissime vicissim quæsiuit ab eo, vtrū Deus pater volens an nolens sit Deus, vt si responderet nolens, sequeretur illa misera quā de Deo credere magna insania est: Si autem diceret volens, responderet ei, ergo & ipse Deus est sua voluntate, non natura. Quid ergo restabat, nisi vt obtumesceret, & sua interrogatione obligatū insolubili vinculo se videret? Sed voluntas Dei si & propriè dicēda est aliqua in Trinitate persona, magis hoc nomen spirituisancto cōpetit, sicut charitas. Nā quid est aliud charitas, quàm volūtas? Video me de spiritusancto in isto libro secundum scripturas sanctas hoc disputasse, quod fidelibus sufficit scientibus iam Deum esse spiritumsanctū, nec alterius substantiæ, nec minorē quàm est pater & filius, ꝙ in superioribus libris secundum easdem scripturas verum esse docuimus. De creatura etiam quam fecit Deus quantum valuimus admonuimus eos, qui rationem de rebus talibus poscunt, vt inuisibilia eius per ea quæ facta sunt, sicut possent intellecta conspicerent, & maxime per rationalem vel intellectualem creaturā, quæ facta est ad imaginem Dei, per quam velut per speculum quantū possent, si possent, Trinitatem cernerent Deum, in nostra memoria, intelligentia, voluntate. Quæ tria in sua mēte naturaliter diuinitus instituta quisquis viuaciter perspicit, & q̃ magnum sit in ea, vnde potest ēt sempiterna immutabilisq; natura recoli, conspici, amplecti, concupisci, reminiscitur per memoriam, intuetur per intelligentiam, amplectitur per dilectionē, profecto reperit illius summæ Trinitatis imaginē. Ad quā summam Trinitatem reminiscendā, videndam, diligendā, vt eā recordetur, eam contēpletur, ea delectetur, totum debet referre ꝙ viuit. Verum ne hanc imaginem ab eadem Trinitate factam & suo vitio in deterius cōmutatam, ita eidem Trinitati vt omnimōdo existimet similem, sed potius in qualicūque ista similitudine, magnam quoq; dissimilitudinem cernat, quantū esse satis videbatur admonui. Sanè Deum patrem, & Deum filium, i. Deū genitorem qui omnia quę substantialiter habet in coęterno sibi verbo suo dixit quodammodo, & ipsum verbum eius Deum qui nec plus nec minus aliquid habet etiam ipse substantialiter, quam ꝙ est in illo qui verbum non mendaciter, sed veraciter genuit, quemadmodum potuit, non vt illud iam facie ad faciem, sed per hanc similitudinem in ænigmate quantulumcunque conijciendo videretur in memoria & intelligētia mentis nostræ significare curaui, memoriæ tribuens omne quod scimus, etiam si non inde cogitemus, intelligētiæ vero proprio quodam modo cogitationis informationem. Cogitando.n. quod verum inuenimus, hoc maxime intelligere dicimur, & hoc quidem in memoria rursus relinquimus. Sed illa est abstrusior ꝓfunditas nostræ memoriæ, vbi hoc etiam primum cū cogitaremus inuenimus, & gignitur intimum verbū quod nullius linguæ sit, tanquam scientia de scientia, & visio de visione, & intelligentia quæ apparet in cogitatione de intelligentia quæ in memoria iā fuerat, sed latebat: quanquam & ipsa cogitatio quandam suam memoriam nisi haberet, non reuerteretur ad ea, quæ in memoria reliquerat, cum alia cogitaret. De spiritu autem sancto nihil in hoc ænigmate quod ei simile videretur ostendi, nisi voluntatem nostram vel amorem, seu dilectionē quæ valentior est voluntas: quoniā voluntas nostra quæ nobis naturaliter inest, sicut ei res adiacuerint, vel occurrerint quib. allicimur aut offendimur, ita varias affectiones habet. Quid ergo est? Nunquid dicturi sumus voluntatem nostrā, qn̄ recta est nescire quid appetat, quid euitet? Porro si scit, profecto inest ei sua quædā scientia, quæ sine memoria & intelligētia esse non possit. An vero audiendus est quispiā dicens, Charitatem nescire quid agat, quę nō agit perperam? Sicut ergo inest intelligentia, inest dilectio illi memoriæ principali in qua inuenimus paratum & reconditum ad quod cogitando possumus peruenire: quia & duo ista inuenimus ibi, quādo nos cogitando inuenimus, & intelligere aliquid, & amare,

quæ

Margin notes: 1. sen. di. 5. c. prædictus āt. — 1. sen. di. 6. c. 1. & c. prædicta tamē. — G — Epilogus. — Rom. 1. — 1. sen. di. 3. ca. Sed iā vidēdū — H — 1. sen. di. 3. c. verū tamē capeat. — I — K — 1. Cor. 13

quæ ibi erant, & qñ inde nõ cogitabamus, & sicut inest memoria, inest dilectio huic intelligentiç quæ cogitatione formatur: qđ verbũ verũ sine vllius gentis lingua intus discimus, qñ quod nouimus dicimus: nã nisi reminiscendo non redit ad aliqd, & nisi amando redire non curat nostrę cogitationis intuitus; ita dilectio, quæ visionẽ in memoria constitutã, & visionẽ cogitationis inde formatã
L quod parentẽ prolẽq; coniungit, nisi haberet appetendi scientiam, quę sine memoria & intelligẽtia nõ potest esse, quid recte diligeret ignoraret. Verũ hæc qñ in vna sunt persona, sicut est homo, põt nobis quispiã dicere, tria ista memoria, intellectus, & amor, mea sunt nõ sua, nec sibi sed mihi agunt qđ agunt, immo ego per illa. Ego.n.me memini per memoriã, intelligo per intelligentiam, amo per amorẽ: & qñ ad memoriã meã aciẽ cogitationis aduerto, ac sic in corde meo dico ꝙ scio, verbũq; verũ de scientia mea gignitur, vtrunq; meũ est, & scientia vtique & verbũ. Ego.n.scio, ego dico in meo corde ꝙ scio: & quando in memoria mea cogitando inuenio, iã me intelligere, iã me amare aliquid, qui intellectus & amor ibi erant, & antequã inde cogitarẽ, intellectũ meũ & amorẽ meũ inuenio in memoria mea, quo ego amo non ipsa. Itẽ quando cogitatio mea memor est, & vult redire ad ea quæ in memoria reliquerat, eaq; intellecta conspicere atque intus dicere, mea memoria memor est, & mea vult voluntate non sua. Ipse quoque amor meus cũ meminit atq; intelligit quid appetere debeat, quid vitare, per meã nõ per
M suam memoriã meminit, & per intelligentiã meã non per suã, quicquid intelligenter amat intelligit. Quod breuiter dici potest. Ego per omnia tria illa memini, ego intelligo, ego diligo, qui nec memoria sum, nec intelligentia, nec dilectio, sed hęc habeo. Ista ergo dici possunt ab vna persona, quæ habet hæc tria, non ipsa est hęc tria. In illius vero summę simplicitate naturæ q̃ Deus est, quanuis vnus sit Deus tres tñ personæ sunt, pater & filius, & spiritussanctus. Aliud est itaque Trinitas res ipsa, aliud imago Trinitatis in re alia, ꝓpter quã imaginẽ simul & illud in quo sunt hęc tria imago dicitur: sicut imago dicitur simul & tabula & quod in ea dictũ est, sed propter picturã quæ in ea est, simul & tabula nomine imaginis appellatur. Verum in illa summa Trinitate quæ incõparabiliter rebus omnibus antecellit, tanta est inseparabilitas, vt cũ Trinitas hominũ non possit dici vnus homo, in illa vnus Deus & dicatur & sit, nec in vno Deo sit illa Trinitas, sed vnus Deus. Nec rursus quẽadmodũ ista imago ꝙ est homo habens illa tria una persona est, ita illa est Trinitas, sed tres personę sunt pater filij, & filius patris, & spiritus patris & filij.

*Quã vera in Dei Trinitate vnitas, & quã veræ in eiusdẽ vnitate sit Trinitas. Cap. 23.*

A Quanuis enim memoria hominis & maxime illa quã pecora non habent .i. qua res intelligibiles ita cõtinentur ut nõ in eã per sensus corporis uenerint, habeat pro modulo suo in hac imagine Trinitatis incorporaliter quidẽ imparẽ, sed tñ qualẽcũq; similitudinẽ patris. Itẽq; intelligentia hominis quæ per intentionẽ cogitationis inde formatur, qñ quod scitur dicitur, & nullius linguæ cordis uerbũ est, habeat in sua magna disparalitate nõnullã similitudinẽ filij: & amor hoĩs de scientia procedens, & memoriã intelligẽtiamq; coniungens, tanq̃ parẽti proliq; cõmunis, unde nec parẽs intelligitur esse, nec proles habeat in hac imagine aliquam licet ualde imparẽ similitudinẽ spiritussancti: nõ tñ sicut in ista imagine Trinitatis, non hæc tria unus hõ, sed unius hominis sunt, ita in ipsa summa Trinitate cuius hæc imago est, unius Dei sunt illa tria, sed unus Deus est, & tres sunt illę non una persona. Quod sanè mirabiliter ineffabile est, uel ineffabiliter mirabile, cũ sit vna persona hæc imago Trinitatis, ipsa uero sũma Trinitas tres personæ sint insebarabilior est illa Trinitas ꝑsonarũ triũ, q̃ hæc unius. Ille q̃ppe in natura diuinitatis siue id melius dicat deitas, ꝙ est, hoc est, atq; incõmutabiliter inter se ac semꝑ æqualis est. Nec aliqñ non fuit aut aliter fuit: nec aliqñ
B non erit, aut aliter erit. Ista uero tria quæ sũt in impari imagine, & si non locis qm̃ non sunt corpora, tamen inter se nunc in ista uita magnitudinibus separantur. Neq;.n.quia moles nullæ ibi sunt, ideo non uidemus in alio maiorẽ esse memoriã quã intelligentiã. In alio autẽ contra, in alio duo hęc amoris magnitudine superari, siue sint ipsa duo inter se æqualia siue non sint: atque ita à singulis bina, & à binis singula, & à singulis singula, à maioribus minora uincuntur: & qñ inter se æqualia fuerint ab omni languore

ſanata, nec tunc ęquabitur rei natura immutabili, ea res quæ per gratiā non mutabitur: quia non æquatur creatura creatori etiā qn̄ *C* ab omni languore ſanabitur. Sed hanc non *1.Co.13.* ſolū incorporalē, verūetiā ſumme inſeparabilē vereq; immutabilē Trinitatem, cū venerit viſio quæ facie ad faciē repromittitur nobis, multa clarius certiusq; videbimus, q̄ nūc eius imaginē quod nos ſumus: per quod tamen ſpeculum & in quo ænigmate qui vident ſicut in hac vita videre conceſſum eſt, non illi ſunt qui ea quæ digeſsimus & commendauimus in ſua mente conſpiciunt: ſed illi qui eā tanquā imaginē vident, vt poſſint ad eū cuius imago eſt qūocunq; referre quod vident, & per imaginē quā conſpiciēdo vident etiam illud videre conijciendo, qm̄ nondū poſſunt facie ad faciē. Non enim ait Apoſtolus videmus nunc ſpeculū, ſed videmus nunc per ſpeculum. *Ibidem.* Qui ergo vident ſuam mentē qūo videri poteſt, & in ea Trinitatē iſtā de qua multis modis vt potui diſputaui, nec tamen eam credunt vel intelligunt eſſe imaginē Dei: ſpeculū quidē vident, ſed vſque adeo non vident per ſpeculum eum qui eſt per ſpeculum nunc videndus, vt nec ipſum ſpeculum, quod vident ſciant eſſe ſpeculū, ideſt, imaginē. *Humanæ mētis cæcutiētia. Cap. 24.* Quod ſi ſcirent, *D* fortaſsis, & eū cuius eſt hoc ſpeculū, p hoc quærendū & per hoc vtcunq; interim vidēdum eſſe ſentirent, fide non ficta corda mūdante, vt facie ad faciē poſsit videri, qui per ſpeculum nunc videtur. *1.Tim.1.* Qua fide cordium mundatrice contēpta, quid agunt intelligendo quæ de natura mentis humanæ ſubtiliſsime diſputantur, niſi vt ipſa quoq; intelligentia ſua teſte dānētur? In qua vtique nō laborarent, & vix ad certū aliquid peruenirent, niſi pęnalibus tenebris inuoluti & onerati corpore corruptibili quod aggrauat animam. *Sapiē. 9.* Quo tandem merito inflicto malo iſto niſi peccati? Vnde tanti mali magnitudine admoniti, ſequi deberent agnum qui tollit peccatū mundi. *Ioan. 1.* Ad eū nanq; pertinentes etiā longe iſtis ingenio tardiores quando fine huius vitæ reſoluuntur à corpore, ius in eis retinēdis non habent inuidæ poteſtates. *Mundo corde cernunt iſta Cap. 25.* Quas ille agnus ſine vllo ab eis peccati debito occiſus, nō potentia poteſtatis prius quā iuſtitia ſanguinis vicit. *1. Ti. 2.* Proinde liberi à diaboli poteſtate, ſuſcipiūtur ab angelis ſanctis, à malis omnibus liberati per mediatorē Dei & hominū hominē Ieſum Chriſtū. quoniam conſonantibus diuinis ſcripturis, & veteribus & nouis, & per quas prænunciatus, & per quas annunciatus eſt Chriſtus, non eſt aliud nomē *E* ſub cęlo, in quo oportet homines ſaluos fieri. *Act. 4.* Conſtituuntur autē purgati ab omni cogitatione corruptionis, in placidis ſedibus, donec recipiant corpora ſua, ſed iā incorruptibilia, quæ ornent nō onerent. Hoc enim placuit optimo & ſapientiſsimo creatori, vt ſpiritus hominis Deo pie ſubditus, habeat fęliciter ſubditū corpus, & ſine fine pmaneat iſta fęlicitas. Ibi veritatē ſine vlla difficultate videbimus, eaq; chariſsima & certiſsima pfruemur. Nec aliquid q̄remus mēte ratiocinãte, ſed cōtemplante cernemus, quare non ſit filius ſpirituſſanctus, cū ꝺ̄ patre procedat. In illa luce nulla erit quæſtio: hic vero ipſa experientia tā mihi apparuit eſſe difficilis, quod & illis qui hæc diligenter atq; intelligenter legent, proculdubio ſimiliter apparebit, vt cum me in ſecūdo huius operis libro alio loco inde dicturū eſſe promiſerim, quotienſcunq; in ea creatura quę nos ſumus aliquid illi rei ſimile oſtendere volui, qualecūque eloquium meū ſufficiens elocutio ſecuta nō fuerit: quāuis & in ipſo intellectu conatū me ſenſerim magis habuiſſe q̄ effectum: *Supra 2. c. 3. fine.* & in vna quidē perſona quod eſt homo inueniſſe imaginē ſummæ illius Trinitatis, & *F* in re mutabili tria illa vt facilius ītelligi poſſent, etiā per tēporalia interualla maxime in libro nono monſtrare voluiſſe. Sed tria vni⁹ perſonæ, non ſicut humana poſcit intentio, tribus illis perſonis conuenire potuerūt, ſicut in hoc libro quintodecimo demonſtrauimus. Deinde in illa ſumma Trinitate quæ Deus eſt interualla temporū nulla ſunt, per quæ poſsit oſtendi aut ſaltē requiri, vtrum prius de patre natus ſit filius, & poſtea de ambobus proceſſerit ſpirituſſanctus: qm̄ ſcriptura ſancta ſpiritū eū dicit amborū. *Interu… la tēp… diuinæ Trinit… tis n… ſunt. Cap. …* Ipſe eſt.n. de quo dicit Apoſtolus, Qm̄ aūt eſtis filij, miſit Deus ſpiritū filij ſui in corda veſtra. Et ipſe eſt de quo dicit idē filius, Non enim vos eſtis qui loquimini, ſed ſpiritus patris veſtri qui loquitur in vobis. Et multis alijs diuinorū eloquiorū teſtimonijs cōprobatur patris & filij eſſe ſpm̄, qui proprie dicitur in Trinitate ſpūſſanctus. *Galat. … Mat. 1…* De quo itē dicit ipſe filius,

Quem

Quem ego mittã vobis à patre. Et alio loco,
19. Qué mittet pater in nomine meo. De vtroq;
14. aũt procedere, sic docetur, q̃a ipse filius ait,
De patre procedit. Et cũ resurrexisset à mor
tuis & apparuisset discipulis suis, insufflauit
& ait, Accipite spm̃ sanctũ, vt eũ etiã de se ꝓ
15. cedere ostñderet. Et ipse est virtus q̃ de illo
20. exibat, sicut legitur in Euangelio, & sanabat
6. oés. Quid vero fuerit vt post resurrectioné
H suã, & in terra prius daret, & de cęlo postea
mitteret spm̃ sanctũ, hoc ego existimo, q̃a ꝑ
ipsum donũ diffunditur charitas in cordib.
11. nostris, qua diligimus Deũ & proximũ, secũ
dũ duo illa ꝓcepta, in quibus tota lex pédet
& Prophetę. Hęc significans dñs Iesus, bis
dedit spiritumsanctũ, semel in terra ꝓꝑ dile-
ctioné proximi, & iterũ de cęlo propter di
lectionem Dei: & si forte alia ratio reddatur
de spiritusancto bis dato, eundé tamen spiri
20. tumsanctũ datũ, cũ insufflasset Iesus, de quo
28. mox ait, Ite baptizare omnes gétes in noĩe
patris & filij & spiritussancti: vbi maxime
cõmendatur hęc Trinitas, ambigere nõ de-
bemus. Ipse est igitur qui de cęlo etiã datus
est die pentecostes, idest, post dies decé quã
dominus ascendit in cęlũ. Quomodo ergo
Deus non est qui dat spiritumsanctũ? Immo
quantus Deus est qui dat Deũ? Neq; enim ali
quis discipulorũ eius dedit spiritumsanctũ.
Orabant quippe vt veniret in eos quibus ma
F nũ imponebant, nõ ipsi eum dabãt. Qué mo
8. ré in suis præpositis etiã nũc seruat Ecclesia.
Deniq; & Simon magus offerens Apostolis
pecuniã, non ait, date & mihi hanc potesta-
té vt dem spiritumsanctũ: sed cuicunq;, in-
quit, imposuero manus vt accipiat spiritum
sanctũ, quia neq; scriptura superius dixerat,
I videns aũt Simon quod Apostoli darent spi
ritũsanctũ: sed dixerat videns auté Simon ꝙ
per impositioné manuum Apostolorũ dare
tur spũssanctus. Propter hoc & dominus ip-
se Iesus spiritumsanctum, nõ solum dedit vt
Deus, sed ẽt accepit vt homo, propterea di-
ctus est plenus gratia. Et manifestius de illo
10. scriptũ est in actibus Apostolorũ, Quoniã
vnxit eũ Deus spiritusancto. Non vtiq; oleo
visibili, sed dono gratiæ, quod visibili signifi
catur vnguento quo baptizatos vngit Eccle
sia. Nec sane tunc vnctus est Christus spiri-
tusancto, quãdo super eũ baptizatũ velut co
3. lũba descendit. Tunc.n. corpus suũ, idest, Ec-
clesiã suã præfigurare dignatus est, in qua ꝓ-
cipue baptizati accipiunt spiritumsanctum:
sed ista mystica & inuisibili vnctione tũc in-
telligendus est vnctus, qñ verbũ Dei caro fa-
ctũ est, idest, quãdo humana natura sine vl-
lis præcedẽtibus bonorũ operũ meritis Dei Ioan. 1.
verbo est in vtero virginis copulata, ita vt cũ
illo fieret vna persona: ob hoc eũ cofitemur
natũ de spiritusancto, & virgine Maria. Ab-
surdissimũ est enim vt credamus eũ cũ iã tri K
ginta esset annorũ, eius enim ætatis à Ioãne
baptizatus est, accepisse spiritũsanctũ, sed ve
nisse illũ ad baptisma, sicut sine vllo omnino
peccato, ita non sine spiritusancto. Si enim
de famulo eius & pręcursore ipso Ioãne scri Ioan. 3.
ptũ est, Spiritusancto replebitur iam inde ab
vtero matris suæ, qm̃ quamuis seminatus à Lucæ. 1.
patre, tamen spiritumsanctũ in vtero forma
tus accepit, quid de homine Christo intelli-
gendum est vel credendũ cuius carnis con-
ceptio nõ carnalis sed spiritalis fuit? in eo ẽt
quod de illo scriptũ est, quod acceperit à pa
tre promissioné spiritussancti & effuderit,
vtraq; natura monstrata est, & humana.s.&
diuina, & accepit quippe vt homo, effudit vt
Deus, Nos aũt accipere quidé hoc donũ pos
sumus pro modulo nostro, effundere auté su
per alios nõ vtiq; possumus, sed vt hoc fiat,
Deũ super eos à quo hoc efficitur inuoca-
mus. Nunquid ergo possumus quærere vtrũ
iã processerat de patre spiritussanctus quan-
do natus est filius, an nõdũ processerat, & il-
lo nato de vtroq; processerat, & illo nato de
vtroq; processit vbi nulla sunt tẽpora: sicut
potuimus quærere vbi inuenimus tẽpora, vo
luntaté prius de humana mente procedere, L
ut quæratur quod inuentum proles vocetur
Quia iã parta seu genita uoluntas illa perfi-
citur, eo fine requiescens, vt qui fuerat appe
titus quærentis, fit amor fruentis, qui iam de
vtroq; idest, de gignente mente, & de genita
notione tanquã de parente ac prole proce-
dat? Nõ possunt prorsus ista quæri vbi nihil
ex tẽpore inchoatur, ut consequenti perfi- 1. sen. di. 12. c. his & hmõi.
ciatur in tempore. Quapropter qui potest
intelligere sine tempore generationem filij
de patre, intelligat sine tempore processio-
nem spiritussancti de utroque. Et qui potest Ioan. 5.
intelligere in eo quod ait filius, Sicut habet
pater uitam in semetipso, non sine uita exi-
stenti iam filio uitã dedisse, sed ita eũ sine tẽ-
pore

pore genuisse, vt vita quã pater filio gignen-
1. *sen. di.* do dedit, coæterna sit vitæ patris q dedit, in-
13. *c. for* telligat sicut habet pater in semetipso vt de
*te etiam.* illo procedat spũssanctus, sic dedisse filio de
illo procedat idẽ spiritussanctus, & vtrunq;
sine tẽpore, atq; ita dictũ spiritumsanctũ de
*Ioan.* 15. patre procedere, vt intelligatur, quod ẽt pro
cedit de filio, de patre esse & filio. Si. n. q cqd
habet de patre habet filius, de patre habet vti
que vt de illo ꝓcedat spiritussanctus. Sed nul
M la ibi tẽpora cogitentur quę habent prius &
posterius, quia omnino nulla ibi sunt. Qũo
1. *sen. di.* ergo non absurdissime filius dicetur ambo-
13. *ca.* 1. rũ, cũ sicut filio præstat essentiã sine initio tẽ
poris, sine vlla mutabilitate naturæ de patre
generatio, ita spirituisancto pstat essẽtiã sine
initio sine vlla mutabilitate naturę de vtro-
1. *sen. di.* que processio. Ideo enim cũ spiritũsanctum
28. *ca. &* genitũ nõ dicamus, dicere tñ nõ audemus in
*notandũ.* genitũ, ne in hoc vel vocabulo vel duos pa-
tres in illa Trinitate, vel duos qui non sunt. ď
1. *sen. di.* alio quispiã suspicet. Pater enim solus non
13. *c. nũc* est de alio, ideo solus appellatur ingenitus,
*considerã* nõ quidẽ in scripturis, sed in cõsuetudine di
*dum.* sputantiũ, & de re tãta sermonẽ qualẽ value-
rint proferentiũ. Filius autem de patre natus
est: & spiritussanctus de patre principaliter,
& ipso sine vllo temporis interuallo dan-
te, cõmuniter de vtroq; procedit. Diceretur
aũt filius patris & filij, si quod abhorret ab
1. *sen. di.* omniũ sanorũ sensibus eũ ambo genuissẽt.
13. *ca.* 1. Non igitur ab vtroq; est genitus, sed proce-
*Spũs cur* dit ab vtroq; amborũ spiritus Verũ quia in
*non dicatur* illa coęterna, coæquali & incorporali & in-
*genitus,* effabiliter immutabili atq; inseparabili Trini
*& cur so* tate difficillimũ est generationẽ à processio
*lus pater* sione distinguere, sufficiat interim eis qui ex
*ingenitus* tendi non valent in amplius, id quod de hac
*cap.* 27. re in sermone quodã proferẽdo ad aures po
1. *sen. di.* puli Christiani diximus, dictumq; cõscripsi
12. *c. for* mus. Inter cętera enim cũ per scripturarum
*te etiam.* sanctarũ testimonia docuissem, de vtroq; ꝓ-
A cedere spm sanctũ: si ergo, inquã, & de patre
& de filio procedit spiritussanctus, cur filius
dixit, de pre procedit? cur putas, nisi quẽad-
modũ solet ad eũ referre & quod ipsius est,
*Ioan.* 7. de quo & ipse est? Vnde & illud est quod ait,
Mea doctrina nõ est mea. sed eius qui me mi
sit: Si igitur hic intelligitur eius doctrina quã
tamen dixit nõ suã sed patris, quãto magis
illic intelligendus est, & de ipso procedere
spũssanctus, vbi sic ait, De patre ꝓcedit: vt nõ
diceret de me nõ ꝓcedit? A quo aũt habet fi-
lius vt sit Deus, est. n. de Deo Deus, ab illo ha-
bet vtiq; vt de illo ẽt ꝓcedat spiritussanctus:
ac per hoc spũssanctus vt ẽt de illo procedat
sicut procedit de patre ab ipso habet patre.
Hic vtcunq; ẽt illud intelligitur, quãtũ à tali
bus quales nos sumus intelligi potest cur nõ
dicatur natus esse, sed potius procedere spũs
sanctus, qm si & ipse filius diceretur, ambo- B
rũ vtiq; filius diceretur: ꝙ absurdissimũ est.
Filius quippe nullus est duorũ, nisi patris &
mřis. Absit aũt vt inter Deũ patrẽ, & Deũ filiũ
aliqd tale suspicemur, qa nec filius hominũ
simul ex matre & patre ꝓcedit sed cũ in ma-
trẽ procedit ex patre, nõ tũc ꝓcedit ex matre
& cũ in hanc lucẽ procedit ex matre, nõ tũc
procedit ex patre. Spiritus aũt sanctus nõ de
patre procedit in filiũ, & de filio procedit
ad sanctificandã creaturã, sed simul de vtro-
que procedit: quanuis hoc pater filio dederit
vt quemadmodũ de se, ita de illo quoq; pro
cedat. Neq; enim possumus dicere quod nõ
sit vita spiritussanctus, cũ vita pater, vita sit fi
lius: ac per hoc sicut pater cũ habeat vitã in
semetipso, dedit & filio vitã habere in semet-
ipso, sic ei dedit vitã procedere de illo, sicut
& procedit de ipso. Hoc de illo sermone in
hunc librũ transtuli, sed fidelibus non infide
libus loquens. Verũ si ad hanc imaginẽ con-
tuendã, & ad videnda ista quã vera sint, quę
in eorũ mente sunt, nec tria sic sunt vt tres p
sonę sint, sed omnia tria hominis sunt quæ
vna persona est, minus idonei sunt: cur non
de illa summa Trinitate quę Deus est credũt
potius quod in sacris literis inuenitur, quã
poscunt liquidissimam reddi sibi rationẽ, q̃
ab humana mente tarda scilicet infirmaque
non capitur? Et certe cum inconcusse cre-
diderint scripturis sanctis tanquam veracis-
simis testibus, agant orando & quærendo & C
bene videndo vt intelligant, idest, vt quan-
tum videri potest videatur mente quod te-
netur fide. Quis hoc probibeat, immo ve-
ro ad hoc quis non hortetur? Si autem pro-
pterea negandum putant ista esse, qui ea nõ
valent cęcis mentibus cernere, debent & il-
li qui ex natiuitate sua cęci sunt, esse solem
negare. Lux ergo lucet in tenebris. Quod
si eam tenebræ non comprehendunt, il-
luminentur Dei dono prius vt sint fide-
les,

les, & incipiant esse lux in cõparatione infi-
1. delium: atq; hoc p̃misso fundamento ædifi-
centur ad uidenda quæ credunt, vt aliqñ pos-
sint videre. Sunt.n. quæ ita creduntur, vt vide
ri iam omnino non possint. Non.n. Christus
iterum in cruce uidendus est: sed nisi hoc cre
datur ꝙ ita factum atque uisum est, ut futurũ
ac uidendum iã non speretur, non perueni-
tur ad Christũ, qualis sine fine uidendus est.
Quantũ uero attinet ad illam summã ineffa-
D bilẽ incorporalem immutabilemq; naturam
per intelligentiã utcunq; cernẽdam, nusquã
se melius regente duntaxat fidei regula acies
humanæ mẽtis exercet, q̃ in eo ꝙ ipse homo
in sua natura melius cęteris animalibus, me-
lius ẽt cęteris animæ suæ partibus habet, ꝙ
est ipsa mens. Cui quidam rerum inuisibiliũ
tributus est uisus, & cui tanquam in loco su-
periore atque interiore honorabiliter præsi-
denti, iudicanda omnia nunciant ẽt corpo-
ris sensus, & qua non est superior cui subdi-
ta regenda est nisi Deus. Verum inter hæc q̃
multa iam dixi, & nihil illius summæ Trini-
tatis ineffabilitate dignum me dixisse audeo
profiteri, sed confiteri potius mirificatã sciẽ
tiam eius ex me inualuisse, nec posse me ad
8. illam. O tu anima mea vbi te esse sentis, ubi
iaces, ubi stas, donec ab eo qui propitius fa-
ctus est omnib. inquinamentis tuis sanentur
2. omnes languores tui? Agnoscis te certe in il-
lo esse stabulo, quo Samaritanus ille perdu-
10. xit eũ quẽ reperit à multis latronib. inflictis
vulneribus semiuiuum. Et tñ multa uera uidi
sti, non his oculis quib. uidentur corpora co
lorata, sed eis pro quib. orabat qui dicebat,
Oculi mei uideant æquitatẽ. Nẽpe ergo mul
16. ta uera uidisti, eaque discreuisti ab illa luce
qua tibi ea lucente uidisti: attolle oculos in
ipsam lucẽ, & eos in eã fige si potes. Sic.n. ui-
debis quid distet natiuitas uerbi Dei à proces
sione doni Dei, pp̃ ꝙ filius unigenitus nõ de
patre genitum, alioquin frater eius esset, sed
procedere dixit spm̃sanctũ. Vnde cũ sit cõio
E quædã consubstantialis patris & filij, ambo-
rũ spũs, non amborum, ꝙ absit, dictus est fi-
lius. Sed ad hoc dilucide perspicueq; cernen
dum, non potes ibi aciẽ figere, scio quia nõ
potes. Verũ dico, mihi dico, quid non possũ
scio. Ipsa tñ tibi ostẽdit in te tria illa, in quib.
te summæ ipsius, quam fixis oculis contẽpla-
ri nondum uales, imaginem Trinitatis agno-
scas. Ipsa ostendit tibi uerbum uerum esse in
te, qñ de scientia tua gignitur, i. qñ quod sci-
mus dicimus: quãuis nullius gentis lingua si-
gnificantem uocẽ uel proferamus uel cogi-
temus, sed ex illo ꝙ nouimus cogitatio no-
stra formetur: sitq; in acie cogitantis imago
simillima cogitationis eius quã memoria cõ
tinebat, ista duo, s. uelut parentem ac prolem F
tertia uolũtate siue dilectione iungente. Quã
quidem uolũtatẽ de cogitatione procedere:
nemo.n. uult, ꝙ omnino q̃d uel quale sit ne-
scit, non tñ esse cogitationis imaginẽ, & ideo
quandam in hac re intelligibili natiuitatis &
processionis insinuari distantiã, qm̃ nõ hoc
est cogitatione conspicere ꝙ appetere, uel
ẽt perfrui uoluntate, cernat discernatq; qui
potest. Potuisti & tu, quãuis non potueris ne Ps. 101.
que possis explicare sufficienti eloquio, ꝙ
inter nubila similitudinũ corporalium, quæ
cogitationibus humanis occursare non desi-
nunt, uix uidisti. Sed illa lux quæ nõ est ꝙ tu,
& hoc tibi ostendit, aliud esse illas incorpo-
reas similitudines corporũ, & aliud esse ue-
rum, ꝙ eis reprobatis intelligentia contue-
mur: hęc & alia similiter certa oculis tuis in-
terioribus lux ille mõstrauit. Quæ igitur cau
sa est cur acie fixa ipsam uidere non possis,
nisi utiq; infirmitas? Et quid tibi eã fecit nisi
iniquitas? Quis ergo sanat oẽs lãguores tuos,
nisi qui propitius fit omnib. iniquitatib. tuis?

*Conclusio libri cũ p̃catione et excusatione de multiloquio. Cap. 28.*

Librum itaq; istũ iam tandem aliqn precatio
ne melius q̃ disputatione concludam. Dñe
Deus noster, credimus in te patrem, & filiũ
& spiritumsanctum. Neq;.n. diceret ueritas,
Ite baptizate omnes gentes in nomine patris
& filij & spiritussãcti, nisi Trinitas esses. Nec
baptizari nos iuberes dñe Deus in eius no-
mine qui non est dñs Deus. Neque diceretur
uoce diuina, Audi Israel, dñs Deus tuus Deus
unus est: nisi Trinitas ita esses, ut unus dñs
Deus esses. Et si tu Deus pater ipse esses, & fi-
lius uerbũ tuum Iesus Christus ipse esses, &
donũ uestrũ spiritussanctus, non legeremus
in literis ueritatis, Misit Deus filium suum. G
Nec tu, ò unigenite, diceres de spiritusancto.
Quem mittet pater in nomine meo, & quem
ego mittam uobis à patre. Ad hanc regulam
fidei dirigens intentionem meam quantum
potui, quantum me posse fecisti, quæsiui te
& desideraui intellectu uidere quod credidi
& multum disputaui & laboraui. Dñe Deus
meus,

meus, vna spes mea, exaudi me ne fatigatus
nolim te quærere, sed quæram faciem tuam
semper ardenter. Tu da quęrendi vires qui
inuenire te fecisti, & magis magisque inue-
Ps. 104. niendi te spem dedisti. Coram te est firmi-
tas, & infirmitas mea: Illam serua, istam sa-
na. Coram te est scientia & ignorantia mea.
Vbi mihi aperuisti, suscipe intrantem. Vbi
H clausisti, aperi pulsanti. Meminerim tui, in-
telligam te, diligam te. Auge in me ista, do-
nec me reformes ad integrum. Scio scriptũ
Prou. 10 esse, In multiloquio non effugietur peccatũ.
Sed vtinam prædicando verbum tuum, &
laudando te tantummodo loquerer: non so-
lum fugerem peccatum, sed meritum bonũ
2. Ti. 4. acquirerem, quamlibet multũ sic loquerer.
Neque.n. homo de te beatus, peccatum præ-
ciperet germano in fide filio suo, cui scripsit
dicens, Prædica verbum, insta opportune,
importune. Nunquid dicendum est istum
non multum locutum, qui non solum op-
portune, verumetiam importune verbum
tuum domine non tacebat? Sed ideo non
erat multum, quia tantum erat necessarium.
Libera me Deus à multiloquio quod patior
intus in anima mea misera in conspectu tuo,
& confugientem ad misericordiam tuam.
Non enim cogitationibus taceo, etiam ta-
cens vocibus. Et si quidem non cogitarem,
nisi quod placeret tibi, non vtique rogarem,
vt me ab hoc multiloquio liberares. Sed mul
tæ sunt cogitationes meæ, tales quales nosti,
cogitationes hominum quoniam vanę sunt.
Psal. 93. Dona mihi non eis consentire, & si quando
me delectant, eas nihilominus improbare,
nec in eis velut dormitando immorari. Nec
intantum valeant apud me, vt aliquid in ope
ra mea procedat ex illis, sed ab eis mea saltẽ
I sit tuta sententia, tuta conscientia, te tuente.
Sapiens quidam cum de te loqueretur in li-
Eccl. 43. bro suo qui Ecclesiasticus proprio nomine
iam vocatur, Multa, inquit, dicimus & non
peruenimus, & consummatio sermonũ vni-
uersa est ipse. Cũ ergo peruenerimus ad te,
cessabunt multa ista quæ dicimus, & non
peruenimus, & manebis vnus omnia in om-
nibus: & sine fine dicemus vnum, laudan-
tes te in vnum, & in te facti etiam nos vnum.
1. Co. 15. Domine Deus vnus, Deus Trinitas, quæcun-
que dixi in his libris de tuo agnoscant & tui:
si qua de meo, & tu ignosce & tui. Amen.

## D. AVRELII AVGVSTINI de Genesi ad literam imperfectus.

## LIBER VNVS.



E obscuris naturalium rerum,
quę omnipotenti Deo artifice
facta sentimus, non affirman- C
do, sed quærendo tractandum
est, in libris maxime quos no-
bis cõmendat authoritas, in quib. temeritas
asserendæ incertæ, dubiæq; opinionis, diffi-
cile sacrilegij crimen euitat: ea tñ quærendi K
dubitatio catholicæ fidei metas non debet
excedere. Et qm̃ multi ad suam sñiam, quæ
præter fidem est catholicæ disciplinę, exposi
tionem scripturarum diuinarũ trahere con-
sueuerunt, ante tractationẽ huius libri catho
lica fides explicanda est. Est aũt hæc, Deum
patrem omnipotentẽ vniuersam creaturam
fecisse atq; constituisse per filium suum vni-
genitum, i. sapientiam & virtutem suam con
substantialẽ sibi & coęternam in vnitate spi-
ritussancti, & ipsius consubstantialis & co-
æterni. Hanc ergo Trinitatẽ dici vnũ Deum,
eumq; fecisse & creasse omnia quæ sunt, in-
quantũ sunt, catholica disciplina dici iubet,
ita vt iubet: ita vt creatura omnis siue intelle-
ctualis siue corporalis, vel ꝙ breuius dici po
test, secundum verba diuinarum scriptura-
rum, siue inuisibilis siue visibilis, non de Dei
natura,* sed à Deo sit facta de nihilo, nihilq;
in ea esse ꝙ ad Trinitatem pertineat, nisi ꝙ
Trinitas condidit, ista condita est. Quapro-
pter creaturam vniuersam neque consubstã
tialem Deo, neq; coęternam fas est dicere at
que credere. Esse aũt omnia quæ fecit bona
valde, mala vero nõ esse naturalia, sed omne
ꝙ dr̃ malum, aut peccatũ esse, aut pęnã pec-
cati, Nec esse peccatum nisi prauũ liberæ vo
luntatis assensum, cũ inclinamur ad ea q̃ iu-
stitia vetat, & vnde liberũ est abstinere, i. nõ
in rebus istis, sed in vsu earum legitimo. Vsus
aũt rerum est legitimus, vt anima in lege Dei
maneat, & vni Deo plenissima dilectione
subiecta sit, & cętera sibi subiecta sine cupidi
tate aut libidine ministret, i. scd̃m pceptum L
Dei. Ita.n. sine difficultate & miseria, & cũ
sũma fęlicitate & beatitudine administrabit.
Pęna vero pcti est, cũ ipsis creaturis non sibi
seruientib. cruciatꝰ aĩa, cũ Deo ipsa nõ seruit,
quæ

quæ creatura illi obtẽperabat, cũ ipsa obtẽpe-
rabat Deo. Itaq; nõ esse ignẽ malũ, quia crea
tura Dei est, sed tñ vri eo imbecillitatem no-
strã ex merito peccati. Dici aũt peccata natu
ralia, quæ necesse est cõmitti ante misericor-
diã Dei, postquã in hanc vitã per peccatũ li-
C beri arbitrij lapsi sumus: renouari hominem
per Iesum Christũ dñm nostrum, cũ ipsa in-
effabilis, ac incõmutabilis Dei sapientia ple-
nũ totumq; hominẽ suscipere dignata est, &
nasci de spiritusancto & virgine Maria, cru-
cifigi, sepeliri & resurgere, & ascẽdere in cę-
lum, ꝙ iam factũ est: & venire ad iudicandos
viuos & mortuos in fine seculi, & resurre-
ctionẽ mortuorũ in carne, ꝙ adhuc futurũ
prædicatur: datum esse spm̃sanctum, creden-
tib. in eo, constitutã ab illo matrẽ Ecclesiam
q̃ catholica dr̃, ex eo quia vniuersaliter per-
fecta est, & in nullo claudicat, & per totum
orbẽ diffusa est: remissa esse pęnitentib. prio-
ra peccata, & vitã ęternam cęlorumq; regnũ
promissum. Secundũ hanc fidẽ quæ possunt
in hoc libro quæri & disputari, cõsiderandũ
est. In principio fecit Deus cęlum & terrã.
Quatuor modi à quibusdã scripturarum tra
ctatorib. traduntur legis exponendæ, secun-
dum historiã, secundũ allegoriam, secundũ
analogiã, secundũ etymologiam, Historia:
est, cum siue diuinitus siue humanitus res ge
sta cõmemoratur. Allegoria, cũ figurate di-
cta intelliguntur. Analogia, cũ veteris & no-
ui testõrum congruentia demonstratur. Ety-
mologia, cũ dictorũ factorumq; causæ red-
duntur. Hoc ergo ꝙ scriptum est, In princi-
pio fecit Deus cęlum & terrã: quæri potest,
vtrum tantũmodo secundũ historiam acci-
piendũ sit, an ẽt figurate aliquid significet, &
quõ congruat Euangelio, & qua causa liber
iste sic inchoatus sit. Secundum historiam au
tẽ quæritur, quid sit in principio, i. vtrum in
principio tẽporis, an in principio: in ipsa sa-
pientia Dei, quia & ipse Dei filius principiũ
se dixit, qñ ei dictum est, Tu quis es: & dixit,
Principiũ ꝙ & loquor vobis. Est.n. princi-
pium sine principio, & est principiũ cũ alio
D principio. Principiũ sine principio solus pa
ter est, ideo ex vno principio esse omnia cre
dimus. Filius aũt ita principium est, vt de pa-
tre sit. Ipsa ẽt prima creatura intellectualis,
potest dici principiũ ijs quibus caput est, q̃
fecit Deus. Cum.n. recte appelletur princi-
piũ caput, in illa gradatione Apostolus mu-
lierem tñ non dixit caput alicuius. Nam & *Gradatio Græce κλῖμαξ figura quũ verbo sequenti, verbũ prius excipitur.*
virũ dixit caput mulieris, & caput viri Chri-
stum, & caput Christi Deũ, ita creatori crea-
tura subnectitur. An ideo in principio dictũ
est, quia primum factum est? An non potuit
inter creaturas primũ fieri cęlum & terra, si
angeli, & omnes intellectuales potestates pri
mum factæ sunt? Quia & angelos creaturam
Dei & ab eo factos credamus necesse est. Nã
& angelos enumerauit Propheta in 148. Psal *Psal. 32. & 148.*
mo, cũ dixit, Ipse iussit & facta sunt, ipse mã
dauit & creata sunt. Sed si primũ facti sunt an
geli, quæri potest, vtrum in tẽpore facti sunt,
an ante omne tp̃s, an in exordio temporis. Si
in tp̃e iam erat tp̃s antequam angeli fierent.
Et qm̃ etiam tp̃s ipsum creatura est, incipit
necesse esse vt aliquid prius q̃ angelos factũ
accipiamus. Si aũt in exordio tẽporis factos E
dicimus, vt cum ipsis cęperit tp̃s, dicendum
est falsum esse quod quidam volunt, ante cę-
lum & terram tp̃s esse cępisse. Si autem prius
quam tp̃s angeli facti sunt, quærendum est
quõ dictũ sit in consequentib. Et dixit Deus,
fiant luminaria in firmamento cęli, vt luceãt
super terram, & diuidant inter noctẽ & diẽ,
& sint in signa & tempora & dies & annos.
Hinc.n. potest videri, tunc cępta esse tẽpora
cum cœlũ & luminaria cœli ordinatis itine
ribus currere cœpissent: ꝙ si verum est, quõ
poterunt dies esse, antequam tp̃s esset si a cur
su luminarium tp̃s exorsum est, quæ quarto
die dicuntur esse facta? An ista dierum dige-
stio secundum consuetudinẽ humanæ fragi-
litatis ordinata est lege narrandi, & humili-
bus humiliter insinuandi sublimia, qua & ip
se sermo narrantis non potest nisi aliqua ha-
bere & prima & media & vltima? An in tem F
porib. istis dictũ est vt essent luminaria, quæ
tẽpora homines interuallis morarum in cor
poris motione metiuntur? Hæc.n. tempora
si nullus motus corporum esset, nulla essent,
& ipsa sunt hominibus manifestiora. Quod
si admittimus quærendum est, vtrum præter
motũ corporum possit esse tp̃s in motu in-
corporeæ creaturæ, veluti est anima vel ipsa
mens: quæ vtiq; in cogitationibus mouetur,
& ipso motu aliud habet prius, aliud poste-
rius, ꝙ sine interuallo tẽporis intelligi non
potest. Quod si accipimus, ẽt ante cęlum &
terram potest intelligi tp̃s fuisse, si ante cęlũ
& ter-

& terram facti sunt angeli. Erat.n.iam crea-
tura quæ motibus incorporeis tps ageret, Et
recte intelligitur cum illa etiam tps esse, vt
in anima q̃ per corporeos sensus corporeis
motibus assuefacta est. Sed fortasse non est in
principib.& creaturis supereminētibus. Sed
quoquo modo hoc se habeat: res.n.secretis-
sima est, & humanis coniecturis impenetra-
bilis: illud certe accipiendum est in fide, etiā
si modū nostræ cogitationis excedit, omnē
G creaturā habere initiū, tempusq; ipsum crea
turā esse, ac per hoc ipsum habere initium,
nec coæternum esse creatori. Potest.n.cælum
& terra pro vniuersa creatura positum vide-
ri, vt & hoc visibile æthereum firmamentū,
cœlū appellatum sit, & illa creatura inuisibi
lis supereminentiū potestatum, rursusq; ter-
ra omnis inferior pars mundi cū animalibus
quibus inhabitatur. An cœlum omnis creatu
ra sublimis atq; inuisibilis dicta est, terra ve-
ro omne visibile, vt ēt sic possit hoc quod di
ctum est, In principio fecit Deus cœlum &
terram, vniuersa creatura intelligi? Fortasse
quippe non incongrue in cōparatione inui-
sibilis creaturæ, omne visibile terra dr̄, vt illa
cœli nomine nūcupetur. Qm̄ & anima quæ
inuisibilis est, cum rerum inuisibilium amo-
re tumesceret, & earum adeptione extollere
tur, terra dicta est, sicut scriptū est. Quid su-
perbis terra & cinis? Sed quæri potest, vtrum
iā distincta & cōposita omnia dixerit cœlū
& terrā, an ipsam primo informem vniuer-
sitatis materiem, quæ in has formatas & spe-
ciosas naturas Deo ineffabiliter iubente dige
sta est, cœli & terræ nomine nuncupauerit?
Quanquā.n.scriptum legerimus. Qui fecisti
mundū de informi materia, tñ etiam ipsam
materiam cuiusmodicunque sit, non possu-
mus dicere non ab eo factam, ex quo omnia
H confitemur & credimus. Vt ēt ipsa digestio
& ordinatio singularum quarumq; rerū for
matarū & distinctarū mundus vocetur: ipsa
vero materies cœlum & terra, veluti semen
cœli appellata sit, quasi cōfusum atque per-
mixtum ab artifice Deo accipiendis formis
idoneū. Hactenus de hoc quæsitū sit quod di
ctum est, in principio fecit Deus cœlum &
terram: nihil.n.horum temere affirmari po-
tuit. Terra aūt erat inuisibilis & incōposita,
& tenebræ erant super abyssum, & spiritus
Dei ferebatur super aquam. Ab hæreticis qui

*Aīa terra dicitur Eccl. 10.*

*Terra inuisibilis. Cap. 4.*

veteri testō aduersātur, moueri calūnia huic
loco solet, cum dicunt. Qūo in principio fe-
cit Deus cœlū & terrā, si iam terra erat? Non
intelligentes hoc esse subiectum, vt expone-
retur qualis terra fuerit de qua iā dictū est,
Fecit Deus cœlum & terram. Hæc aūt terra
quā Deus fecit, inuisibilis erat & incōposita,
donec ab eodē ipso discerneretur, & ex con
fusione in rerum certo ordine constitueret.
An sic melius intelligitur, vt in hac executio
ne rursus eadem rerum materies cōmenda- I
retur quæ superius cœli & terræ nomine nū
cupata est; vt iste sit sensus: In principio fecit
Deus cœlum & terram, hoc autem quod cæ
lum & terra dictum est, terra erat inuisibilis
& incōposita, & tenebræ super abyssum, i. ꝙ
cœlum & terram appellatū est, materies erat
confusa quædā, de qua mundus, qui duabus
maxime partibus cœlo, s. & terra constat, di
gestis elementis & accepta forma fabricare-
tur. Quæ confusio materiæ sic potuit insinua
ri populari intelligētiæ, si diceretur terra in-
uisibilis vel incōposita vel inordinata vel im
parata, & tenebræ super abyssum, idest super
profunditatem vastissimam: quæ rursus pro-
funditas ex eo fortasse nominata est, quia nul
lius intelligentia propter ipsam informitatē
penetrari potest. Et tenebræ erant super faciē
abyssi. Vtrum subter abyssus erat & supra te-
nebræ quasi iam loca distincta essent? An qm̄
materiæ adhuc confusio exponitur, ꝙ iam
χάος Græce dicitur, ideo dictū est, tenebræ
erant super abyssum, quia lux non erat: quæ
si esset vtiq; supra esset, quia esset eminētior,
& ea quæ sibi subiecta erant, illuminaret? Et
reuera qui diligenter considerat quid sint te-
nebræ, nihil aliud inuenit quam lucis absen-
tiam. Ita igitur dictum est, Tenebræ erant su- K
per abyssum: ac si dictum esset, non erat lux
super abyssum. Quapropter hæc materies q̃
consequenti operatione Dei, in rerū formas
ordinata distinguitur, appellata est terra inui
sibilis & incomposita, & profunditas carens
luce, quæ appellata est superius nomine cœ
li & terræ. Si tamen non cœlum & terram
dicendo, vniuersitatem prius proponere vo-
luit, vt postea, insinuata materia, mundi par-
tes exequeretur. Et spūs Dei ferebatur super
aquā: Nusquā dixerat aquam fecit, nec tñ vl-
lo modo credendū est aquā Deū nō fecisse,
& eam iam fuisse antequā ille aliquid cōsti-
tuisset:

fuiſſet: etenim ille eſt ex quo oĩa, ꝑ quẽ omnia, ſicut Apoſtolus dicit. Ergo & aquã Deus fecit aliter credere magnus error ẽ. Cur igiť
11. non dictũ eſt ꝙ aquã Deus fecerit? An rurſus eandẽ materiam quam vel cęli & terræ vel inuiſibilis & incompoſitæ atq; abyſsi nomine nuncupauerat, ẽt aquam voluit appellare; Cur.n.non & aqua appellareť ſi terra potuit, cũ adhuc neq; aqua diſtincta atq; formata, neq; terra eſſet, neq; aliquid aliud? Sed primo fortaſſe cęlũ & terra appellata eſt, ſecũdo terra incõpoſita, & abyſſus carens luce, tertio aqua nõ incongrue: vt primo ipſius vniuerſitatis propter quam facta eſt materies
L de omnino nihilo, cęli & terræ nomine vocaretur: ſecundo terrę incompoſitę atq; abyſſi nomine inſinuaretur informitas, q̃a inter omnia elementa terra eſt informior & minus relucens q̃ cętera: tertio aquæ nomine ſignificaretur materia ſubiecta operi artificis aqua.n.nobilior eſt quam terra. Et ideo propter operãdi facilitatẽ & motum facilioreẽ, ſubiecta materies artifici, aqua magis vocanda erat q̃ terra, Et aer quidẽ mobilior eſt q̃ aqua ęther autẽ mobilior ipſo aere, non abſurde creditur aut ſentitur, Sed aeris vel æther is noĩe minus conuenienter appellareť materies. Magis.n.hæc elemenra vim credũtur habere faciendi, terra vera & aqua patiendi. Quod ſi occultũ eſt, vel certe apertiſsimum puto, quod aquam ventus mouet, & nonnulla terrena: ventus aũt eſt aer motus & quaſi fluctuãs. Ergo cũ aer aquã moueat manifeſte vnde autẽ ipſe moueatur, vt ſit ventus occultũ ſit, quis dubitet congruentius aquę nomimine materiam vocari quia mouetur, q̃ aeris qui mouet? Moueri aũt pati eſt, mouere facere. Huc accedit, ꝙ ea quæ terra gignit aqua
K irrigantur, vt naſci & profici poſsint, ita vt prope videatur in hæc ipſa naſcentia eadẽ aqua cõuerti. Quocirca cõgruentius aquæ nomine appellaretur materies, cũ ſubdita operi artificis inſinuaretur propter mobilitatem
M & cõuerſionẽ in quæq; naſcentia corpora, q̃ nomine aeris in quo ſola mobilitas poſſet animaduerti: cętera vero quibus materia expreſsius ſignificareť, defuiſſent, vt totus iſte ſit ſenſus, In principio fecit Deus cęlũ & terrã.i. materiã quæ cęli & terrę formã capere poſſet. q̃ materia terra inuiſibilis & incõpoſita erat.i.informis & luce carẽs ꝓfunditas: q̃ tamen qm̃ mouenti & operanti artifici ſubiecta eſſet, propter hoc ipſum ꝙ cedit operãti, aqua ẽt nominata eſt. In hac igitur materiæ ſignificatione prius inſinuatus eſt finis eius, ideſt propter quid facta ſit, ſcd̃o ipſa informitas, tertio ſeruitus ſub artifice atq; ſubiectio. In primo, cęlũ & terra: propter hoc enim facta materies. Secũdo terra inuiſibilis & incõpoſita, & tenebrę ſuper abyſſum.i. ipſa informitas ſiue lumine. Tertio aqua ſubiecta ſpiritui ad habitandũ formasq; capiẽdas: ideo ſuper aquã ferebatur ſpiritus Dei, vt ſpiritũ operantem, aquam vero vnde operare- A
tur intelligamus.i. materiam fabricabilem. Cum.n. iſta tria dicimus vnius rei nomina, materia mundi, materia informis, materia fabricabilis, horum primo nomini bene adiũgitur cęlũ & terra: ſecundo obſcuritas, confuſio, profunditas, tenebræ: tertio cedẽdi facilitas, cui iã ad operandũ ſpiritus ſuper ferretur artificis. Et ſpiritus Dei ſuperferebatur ſuper aquã. Nõ ita ſuper ferebatur ſicut oleum aquæ, vel aqua terræ.i. quaſi contineret. Sed ſi ad hoc de viſibilibus exẽpla capiẽda ſunt ſicut ſuperfertur lux iſta Solis aut Lunæ his corporibus quę illuminat in terra: non.n.cõtinetur illis, ſed cũ cęlo contineatur iſtis ſuperfertur. Item cauendum eſt, ne quaſi locorũ ſpatijs Dei ſpiritũ ſuperferri materiæ putemus. ſed vi quadam effectoria & fabricatoria, vt illud cui ſuperfertur efficiatur & fabricetur. Sicut ſuperfertur voluntas artificis ligno, vel cuiq; rei ſubiectæ ad operandum, vel ẽt ipſis mẽbris corporis ſui quæ ad operandũ mouet. Et hæc ſimilitudo cũ iã ſit omni corpore excellentior, parua eſt tamẽ & ꝓpẽ nihil ad intelligendã ſuperlationẽ ſpiritus Dei, ſubiecta ſibi ad operandum mundi materia. Sed nõ inuenimus euidentiorẽ ſimilitudinẽ & propinquiorẽ rei de qua loquimur in ijs rebus, q̃ ab hominib. quomodocũ- B
que capi poſſunt. Quapꝓ in hm̃oi cogitatione optime illud ꝓceptũ tenebit, ꝙ ſcriptũ ẽ, Benedicentes Deũ, exaltate illũ quantũcũq; potueritis, ſuperabit & adhuc. Hoc autẽ dictũ ſit, ſi hoc loco ſpũs Dei ſpũſſanctus, quẽ in ipſa ineffabili & incommutabili Trinitate veneramur, accipitur. Poteſt autem & aliter intelligi, vt ſpm̃ Dei, vitalem creaturam, qua vniuerſus viſibilis mũdus atque omnia corporea cõtinenť & mouenť, intelligamus: cui

*Similitudo de ſpiritu ſuper aquas.*

*Eccleſiaſtici. 43.*

Deus

Deus omnipotens tribuit vim quandam sibi seruiendi ad operandũ in ijs quæ gignũtur. Qui spiritus cum sit omni corpore æthereo melior, quia omnẽ visibilem creaturã omnis inuisibilis creatura antecedit, nõ absurde spiritus Dei dr̃. Quid. n. nõ est Dei ex ijs quę condidit, cũ etiã de ipsa terra dictũ sit, Domini est terra & plenitudo eius: & illud vniuersali cõplexione quod scriptũ est, Qm̃ tua sunt omnia dñe qui animas amas? Sed tunc põt ille spiritus sic intelligi, si quod dictum est, In principio fecit Deus cęlum & terrã, tm̃ de visibili creatura dictũ sentiamus, vt super materiã rerũ visibiliũ, ĩ exordio fabricationis eorũ superferretur inuisibilis spiritus qui tñ ẽt ipse creatura esset. i. nõ Deus, sed ĩ Deo facta atq; instituta natura. Si aũt vniuersæ creaturæ. i. intellectualis & animalis & corporalis materia creditur illo aquæ vocabulo enũciata, nullo modo hoc loco spirit⁹ Dei põt, nisi ille incõmutabilis & sanctus intelligi, qui ferebatur super materiã omniũ rerũ quas fecit & condidit Deus. Tertia opinio de hoc spiritu oriri potest vt credatr̃ spiritus noie, aeris elementũ enunciatũ: vt vita quatuor elemẽta insinuata sint, quibus mundus iste visibilis surgit, cęlũ. s. & terra & aqua & aer, Nõ quia iã erant distincta & ordinata, sed quia in illius materiæ quanuis informi cõfusione, tñ exortura pręsignabantur, q̃ informis confusio tenebrarũ & abyssi noĩe cõmendata est. Sed quælibet snĩarum istarũ vera sit, omniũ rerũ quæ ortæ sunt, quę vidẽtur, & quæ non videntur, non quantũ ad vitia quæ contra naturã sunt, sed quantũ ad ipsas naturas attinet, Deũ esse authorẽ & cõditorẽ credendum est. Nullamq; omnino esse creaturã quæ non ab ipso initiũ perfectionẽq; habeat generis & substantię suę, Et dixit Deus, Fiat lux, & facta est lux. Deũ dixisse, fiat lux, non voce de pulmonibus ędita, nec lingua, & dẽtib. accipere debemus. Carnaliũ sunt istę cogitationes, secundũ aũt carnẽ sapere mors est. Sed ineffabiliter dictũ ẽ, fiat lux. Vtrũ aũt hoc quod dictũ est, filio vnigenito dictũ est, an idipsum quod dictũ est, filius vnigenitus est, quod dictũ Dei verbum dicitur per quod facta sunt omnia, quæri potest dum tamẽn illa absit impietas, vt verbũ Dei vnigenitũ filium quasi vocem prolatã, sicut à nobis fit, esse credamus. Verbum aũt Dei per quod facta sunt omnia, nec cępit esse, nec desinet, sed sine inchoatione natũ patri coæternũ est. Quare hoc quod dictũ est, fiat lux, si cępit & destitit dici, magis filio dictũ est hoc verbũ, q̃ ipsum est filius. Et tñ ẽt hoc ineffabiliter. Nec carnalis imago subrepat in animũ, & intellectũ pium spiritalem cõturbet, quia & incipere aliquid & desinere in natura Dei si proprie accipiatur, temeraria & præceps opinio est: carnalibus tñ & paruulis, non tanquã in ea mansuris, sed tãquã inde resurrecturis humanissime concedẽda est. Quicquid tamen incipere & desinere Deus dicitur, nullo modo in ipsius natura, sed in eius creatura quæ illi miris modis optẽperat, intelligendũ est. Et dixit Deus, Fiat lux. Vtrũ ea lux quæ his carnalib. oculis patet, an aliqua occulta quã nobis per hoc corpus videre non datũ est? Et si occulta, vtrũ corporea quę per locorũ spatia tenditur fortasse ĩ sublimib. partibus mundi: an incorporea qualis in anima est, ad quam vitandi & appetendi refertur examen à sensibus corporis, qua non carent ẽt animæ bestiarũ? An ea quę superior ratiocinãdo apparet, ex qua incipit oẽ quod creatum est? Quamlibet. n. lucẽ significet, factã tamen & creatã debemus accipere, non illã qua fulget ipsa Dei sapiẽtia quæ nõ creata est sed natura, ne sine luce Deus fuisse putetur priusquã istã de qua nũc agitur condidisset. De hac. n. sicut ipsa verba satis docent, hoc cõmendatur quod facta sit, Et dixit, inquit, Fiat lux, & facta est lux. Alia est lux de Deo natura, & alia lux quam fecit Deus *natura de Deo luxẽ ipsa Dei sapiẽtia, facta vero lux est q̃libet mutabilis siue corporea siue ĩcorporea. Mouere aũt solet, q̃ũo lux corporea esse potuerit antequã cęlũ esset & cęli luminaria, quę post istã exponuntur, quasi vero facile hoc ab homine percipi potest, aut omnino vllo modo potest, vtrũ sit aliqua lux præter cęlũ, q̃ tamen spatijs locorũ distincta atq; diffusa sit, mundũq; amplectatur. Sed cũ liceat hic & incorpoream lucẽ intelligere, si non visibilẽ tantũ creaturam in hoc libro sed omnem creaturã expositam dicimus quid opus est in hac controuersia remorari: & fortasse quod quęrũt homines, & quando angeli facti sunt, ipsi significãtur hac luce, breuissime quidẽ, sed tñ cõuenientissime & decentissime. Et vidit lu-

Psal. 23. Sapiẽ. 11

Gen. 1.

C

Fiat lux Cap. 5.

D

Rom. 8.

E

F

cem,

cem, quia bona est. Ista sententia non quasi insoliti beneuolentiam, sed approbationem operis significare oportet intelligi. Quid.n. conuenientius de Deo dr̄, quãtum inter hoĩes dici potest, q̄ cum ita ponit, dixit, factũ est, placuit, ita vt in eo ꝙ dixit, imperium eius intelligat̄, in eo ꝙ factum est, potẽtia, in eo qđ placuit benignitas, sicut ineffabilia per hoĩem hoĩbus, ita vt omnib. prodessent, dici debuerunt. Et diuisit Deus inter lucẽ & tenebras. Hinc intelligi licet quãta diuini operis facilitate ista dicant̄ effecta. Non. n. quisquam est qui sic ęstimet lucem factam vt esset confusa
G cum tenebris, & ob hoc postea separationis indigeret. Sed eoipso quo lux facta est consecuta est etiam diuisio inter lucẽ & tenebras. Quæ.n. societas lucis cũ tenebris? Deus ergo diuisit inter lucẽ & tenebras, quia lucẽ fecit, cuius absentia tenebræ vocant̄. Interest aũt ĩter lucem & tenebras, sicut interest inter vestimẽtum & nuditatem, aut plenum & inane & similia. Iã quod modis possit intelligi lux, supra dictum est, qb. contrariæ priuationes pñt tenebræ nominari. Alia est. n. lux quę vr̄ his oculis corporeis etiam ipsa corporea, vt solis & lunę & stellarum, & si quid h̃mõi est, cui contrariæ sunt tenebræ, cum aliquis loc⁹ ea luce caret. Alia aũt lux est vita sentiens, & valens discernere quæ ꝑ corpus ad aĩe iudicium referunt̄, i. alba & nigra, canora & rauca, suaue olentia, & putentia, dulcia & amara, calida & frigida, &c. huiusmodi. Alia est enim lux quæ sentitur oculis, alia qua per oculos agitur vt sentiatur. Illa enim in corpore, hæc aũt quanuis per corpus ea, quę sentit percipiat, inanimata tñ est. Huic cõtrariæ sunt tenebræ insensibilitas quędam, vel si melius insensualitas dr̄. i. nõ sentire, quanuis inferantur quæ sentiri possent si esset in illa vita lux ista vnde sentitur. Neque cum hoc ministeria desunt corporis, sicut in cęcis aut surdis. Nã in istorum animis est ista lux de qua nunc agimus, sed instrumenta corporis desunt. Neque illo modo quo in silẽtio vox nõ audit̄, cum & ista lux est in anima, & assunt corporis instrumenta, sed nihil quod sentiat̄ infertur. Non ergo qui iis causis non sentit, caret ista luce. Sed cum talis potentia non est in aĩa, quæ iam nec aĩa dici solet, sed tñ vita, qualis perhibet̄ esse vitis & arboris, & quarumcunque stirpium. si tñ eas vel talem hr̄e persuaderi vllo modo põt, quas nonnulli nimis errantes hæretici, non solum sentire per corpus. i. videre, audire, & calorẽ ignemque discernere, sed ẽt intelligere rõnem & cogitatiões nostras nosse arbitrant̄. Sed de his alia qõ est. Insensibilitas ergo tenebrę huius lucis qua q̄cquid sentit̄, cum ipsam vim sentiendi non habet vita quęlibet, conuenienter aũt lucem hanc dici concedit, q̄squis concedit recte dici lucem, qua res quæq; manifesta est. Cum aũt dicimus manifestũ est hoc canorũ esse manifestum est hoc dulce eẽ, manifestũ est hoc dulce frigidum esse, & qđ forte hui⁹ I
generis ꝑ corporales sensus attingimus, hęc lux qua ista manifesta sunt, vtiq; intus in aĩa est, quanuis per corpus inferãtur quæ ita sentiuntur. Tertium lucis genus in creaturis intelligi potest, quo rõcinamur. Huic cõtrariæ *Lux rationis.*
tenebræ sũt irrationabilitas, sicut sunt animæ bestiarũ. Siue ergo lucẽ ęthereã, siue sensualem, cuius aĩalia participant, siue rõnalem q̄ angeli & hoĩes habent, a Deo factam primitus in rerum natura, hac sñia vult intelligi, diuisisse Deum inter lucẽ & tenebras, eoipso quo lux facta est oportet accipi, ꝙ aliud est lux, aliud illæ priuationes lucis quas in cõtrariis tenebris ordinauit Deus Non enim Deũ fecisse tenebras dictum est, qm̃ species ipsas Deus fecit, nõ priuationes quæ ad nihilum pertinẽt, vnde ab artifice Deo facta sunt oĩa, quas tñ ab eo ordinatas intelligimus, cum dr̄, Et diuisit Deus inter lucẽ & tenebras, ne vel ipsæ priuationes non haberent ordinem suum, Deo cuncta regente atq; adminstrãte. Sicut in cantando interpositiones silentiorum certis moderatisque interuallis, quanuis vocum priuationes sint, bene tamen ordinantur ab iis qui cantare sciunt, & suauitati vniuersæ cantilenæ aliquid conferũt. Et vmbræ K
in picturis eminentiora quæq; distinguunt, ac non specie, sed ordine placent. Nam & vitiorum nostrorum non est author Deus, sed tamen ordinator est, cum eo loco peccatores constituit, & ea perpeti cogit quę merentur. Ad hoc valet quod oues ponuntur ad dexteram, hædi autem ad sinistram. Quæ- *Mat. 25.*
dam ergo & facit Deus & ordinat, quædam vero tantum ordinat. Iustos & facit & ordinat. peccatores autem inquantum peccatores sunt non facit, sed ordinat tantum. Quippe cum illos ad dexteram, illos ad si-

nistram constituit, & ꝙ in ignem æternum iubet ire ad meritorum ordinem valet, ita species naturasque ipsas & facit, & ordinat, Priuationes autem specierum defectusque naturarum nõ facit, sed ordinat tñ. Dixit itaque, Fiat lux, Et facta est lux. Non dixit, fiant tenebræ, & factæ sunt tenebræ. Horum ergo vnum fecit, alterũ nõ fecit, vtrunq; tñ ordinauit, cum diuidit Deus inter lucẽ & tenebras. Ita & ipso faciẽte pulchra sunt singula, & ipso ordinãte pulcra sunt oĩa. Et vocauit Deus lucem diẽ, & tenebras vocauit noctem. Cum & lux nomen alicuius rei, & dies rursum, & tenebræ, & nox vtrunq; sit nomen, vtrunque ita dici oportuit nomina reb. imposita esse, vt illa res cui nomen impositum est, vtique alio quoq; noĩe, non. n. aliter poterat enumerare. Et ita dictũ est, Vocauit Deus lucẽ, diẽ, vt indifferenter ẽt dici cõuerse posset. Vocauit Deus diem lucẽ, & vocauit noctem tenebras. Quid ei rñdebimus siqs à nobis ita quærit, luci nomẽ impositum est dies, an diei nomen impositum est lux, quia hęc duo vtique inquantum ad res significandas articulata voce enunciant, nomina sunt? Hoc modo etiã de aliis duob. quæri potest, tenebris nomen impositum est nox, an nocti impositum est nomen tenebræ? Et q̃dem vt scriptura describit, manifestum est, lucis nomen dictum esse & tenebrarum nomen dictum esse noctem. Quia cũ diceret Deus, fecit lucem, & diuisit inter lucẽ & tenebras, nondum de vocabulis agebat, postea adhibita sunt vocabula, dies & nox, cum & illa sine dubio vocabula sint, lux & tenebrę, res aliquas significantia, sicut dies & nox. Ergo hoc ita accipiẽdum est, q̃a enunciari aliter non posset res quæ nomẽ acceperit, nisi aliquo noĩe. An poti⁹ ista vocatio accipienda est ipsa distinctio? Non. n. omnis lux dies, aut omnes tenebræ nox. Sed lux & tenebræ certis inter se vocib. ordinatę aque distinctæ, diei, & noctis nominib. appellant. Omne quippe vocabulum ad distinctionẽ valet. Vnde etiam nomen quod rem notat, appellatum est quasi notñ. Notet autem. i. distinguat & doctitanter ad discernendum adiuuet. Fortasse ergo ipsũ diuisisse inter lucẽ, & tenberas, hoc est vocasse lucẽ diem, & tenebras noctem, vt hoc sit ordinasse ista qđ vocasse. An ista vocabula significare nobis volũt, quam lucem dixerit, & quas tenebras? Tanquam diceret, Fecit Deus lucem & diuisit inter lucem & tenebras, lucem autem dico diẽ, & tenebras dico noctem, ne aliq̃ aliã lucem intelligas, q̃ non sit dies, & ne aliquas alias tenebras intelligas, quæ non sint nox. Nam si oĩs lux dies posset intelligi, & omnes tenebræ noctis nomine cẽserent, fortasse nõ opus esset dicere, Et uocauit Deus lucẽ diẽ, & tenebras vocauit noctem. Item quæri põt, quem diem dicat & q̃ noctẽ. Si istũ diẽ vult accipi quẽ solis ortus incohat & claudit occasus, & istam noctẽ quæ à solis occasu vsq; in ortum tendit, nõ inuenio qũo esse potuerint antequam cœli luminaria facta essent. An ipsa spatia horarum & temporum, etiam sine discrimine fulgoris atq; vmbræ, iam ita vocari potuerunt? Et qũo in illam lucẽ rõnalem, si hęc significata est, aut sensualem cadit hęc vicissitudo quæ nomine diei & noctis significatur? an secundum quod euenit, & secundum quod potest euenire, ista insinuata sunt, quia & rationi potest error succedere, & sensui quędam stoliditas? Et facta est vespera, & factum est mane dies vnus, non eodem modo nunc appellatur dies quo cum diceretur, Et vocauit Deus lucem diem, sed eo modo quo dicimus, verbi gratia, triginta dies hr̃e mensem. Hic. n. nomine diei noctes quoq; includimus, superius autem ita dictus est dies, vt à nocte seiungeretur. Itaque cum illa operatio diei per lucem gesta insinuaretur, consequenter factam dr̃ esse vesperam, & factum esse mane diem vnum, vt. s. sit vnus dies à cœpto die vsque ad cœptum diem, id est, à mane vsque ad mane quales dies annumeratis, vt dixi, noctibus appellamus. Sed quomodo facta est vespera, & factum est mane? An tanta mora temporis fecit lucem Deus, & diuisit inter lucem, & tenebras, quãta mora tenditur dies lucens, idest, non annumerata nocte? Et vbi est quod scriptum est, Subest enim tibi cum voles posse, si opus est Deo productione temporis vt aliquid proficiat? An omnia quidem tanquam in arte atque ratione perfecta sunt Deo, non in productione temporis, sed in ipsa vi qua illas etiam res quas nõ stare, sed transire cernimus, stabiliter efficit? Non enim & in sermone nostro cum verba alia transeant, & alia succedant, credibile est ita fieri in ipsa arte, qua operante stabiliter artificiosa

Marginal notes: *Lux, dies, tenebræ, nox. c. 6. Gene. 1.* — L — M — *Quid sit nomen.* — A — B — *Sapiẽ. 11*

occurrit

occurrit oratio. Quanquam ergo sine produ
ctione tpis faciat Deus cui subest posse cum
volet, ipsæ tñ naturæ tpales, motus suos tpa-
liter peragunt. Ita ergo fortasse dictum est, &
facta est vespera, & factū est mane dies vnus,
sicut rōne prospicit, ita fieri debere aut pos-
se, nō ita vt fit temporalib. tractib. Nam in ip
sa rōne operationem contēplatus est in spū-
(lesia-) sancto qui dixit, Qui manet in æternum com
(i. 18.) pleuit omnia simul. Sed commodissime in il
lo libro quasi morarum per interualla facta
rum à Deo rerum digesta narratio est, vt ipsa
dispositio, quæ ab infirmiorib. aīs cōtempla
tione stabili videri non poterat per hmōi or
dinē sermonis exposita quasi istis oculis cer
C neret. Et dixit Deus. Fiat firmamentum in me
(Diuisio) dio aquæ, & sit diuidens inter aquam & aq̄.
(aris.) Et sic factum est, Et fecit Deus firmamentum
(1. 8.) & diuisit inter aquam quæ erat sub firmamē
(ne. 1.) to, & inter aquam quę erat supra firmamen-
tum. Vtrum aquæ tales sint supra firmamētū
quales sub firmamento istæ visibiles, an quia
illam aquam vr̄ significare super quam spūs
ferebať, & eā intelligebamus esse ipsam mū-
di materiam, hæc ēt hoc loco firmamēto in-
terposito discreta credenda est, vt inferior sit
materia corporalis superior aīalis? hoc. n. fir
mamentum dicit, quod cœlum postea voca
uit. Cœlesti aūt corpore nihil est in corpori
bus melius. Alia q̄ppe corpora cœlestia alia
terrestria. Et vtiq; cœlestia meliora, quorum
naturā q̄cquid transit, nescio quemadmodū
iam corpus possit vocari. Sed est fortasse vis
quædā subiecta rōni, qua rōne Deus veritas-
que cognoscit, quę naturam, q̄a formabilis
est virtute atque prudētia, cuius vigore cohi
beť eius fluctuatio atq; constringiť & obie-
(ab hoc) ctio * quasi materialis apparet, recte aqua di
uinitus appellata est, nō locorum spatio, sed
merito naturæ in corpore cęli corporei am
bitum excedens. Et qm̄ cœlum firmamentū
vocauit, non absurde intelligitur quicquid
D infra ęthereum cœlū est, in quo pacata atq;
firmata sunt omnia, mutabilius esse & disso-
lubilius. Quod genus corporalis materiæ an
te acceptā speciem distinctionemq; forma-
rum, aqua firmamētum noīatum est, fuerunt
qui crederent has visibiles aquas & frigidas
superficiem cęli super amplecti. Et documē
tum hr̄e conati sunt de tarditate stellæ vnius
de septem vacantibus, quæ superior cæteris

& à Græcis φαέθων dr̄, & triginta annis pe-
ragit signiferum circulum, vt ob hoc tarda *Saturnus planeta.*
sit, q̄a est frigidis aquis vicinior, quæ supra
cœlū sunt. Quæ opinio nescio quemadmo-
dū possit apud eos defendi q̄ subtilissime ista
q̄sierunt. Nihil aūt horū temere affirmandū,
sed caute oīa modesteque sunt tractanda. Et
dixit Deus, Fiat firmamētum in medio aquę
& sit diuidens inter aq̄ & aquam, & sic factū
est. Postq̄ dixit, sic factū est, quid opus erat
rursum addere, Et fecit Deus firmamentum,
& diuisit inter aquā quæ erat sub firmamen-
to, & aq̄ quæ erat supra firmamētū? Nam cū
dixisset superius, Et dixit Deus, fiat lux, & fa-
cta est lux, non addidit rursum, & fecit Deus
lucem, hic aūt posteaq̄ dixit Deus, fiat & sic E
factū est, additum est, & fecit Deus. An hinc
apparet non oportere lucē illā intelligi cor-
poralē, ne eam aliqua creatura interposita
fecisse Deus videatur? Deum aūt trinitatē di-
co hoc vero firmamentū cœli, quia corpo-
reū est, per incorporeā creaturam accepisse
spēm formamq; crediť, vt prius incorporeæ
naturę rōnabiliter à veritate ipressū sit quod
corporaliter imprimereť, vt cęli fieret firma
mentū. Et iō positū est, & dixit Deus, fiat, &
sic factum est, in ipsa rōnali natura prius fa-
cta est fortasse vñ iprimereť corpori species.
Cum aūt additum est, Et fecit Deus firmamē
tum, & diuisit inter aq̄ quæ erat sub firmamē *Varietas sermonis.*
to, & aquam quæ erat supra firmamentū, & *Cap. 9.*
ipsa corporatio in illa materia vt corpus cę
li fieret significať. An forte varietatis cā vt tex
tus sermonis in fastidium non veniret, & su-
pra non est positum quod infra positum est,
& non oportet scrupulose omnia rimari? Eli
gat quis quod pōt, tm̄ ne aliquid temere atq;
incognitum pro cognito asserat, meminerit-
que se hoīem de diuinis operibus quantum
permittitur quærere. Et vocauit Deus firma-
mentum cœlum, quod de vocatione supe-
rius tractatum est, hic quoq; cōsiderari po
test. Non enim omne firmamentum cœlum F
est. Et vidit Deus q̄ bonum est. Et de hoc su-
perius quomodo tractatum est, retractareť,
nisi quod non eundem ordinem video. Nā
superius, Et vidit Deus lucem q̄a bona est, &
post deinde subiiciť. Diuisit Deus inter lucē
& tenebras, & vocauit Deus lucem diem, &
tenebras vocauit noctem. Hic autem post-
quam factum enarratum est, quod factum

dicebatur, & posteaquam vocatũ est firmamentum cœlum, tum dr̃, Et vidit Deus quia bonum: Quod si non fastidij euitandi gratia ita narratum est, illud certe intelligere cogimur qđ dictum est, Et fecit Deus oĩa simul. Quare.n. primo ibi vidit, quia bonum est, & postea nomẽ imposuit, hic aũt primo nomẽ imposuit, & postea vidit q̃a bonum est? nisi q̃a illa differentia significat, morarum interualla non esse in operatione Dei, q̃uis in ipsis inueniat operibus. Secundum aũt morarum interuallum, prius aliquid & postea efficit, sine q̃b. narratio factorum non potest esse, q̃uis sine his Deus ista efficere potuerit. Et facta est vespera & factum est mane dies secundus. Iam hinc superius tractatum est, & easdẽ rõnes hic quoq; valere arbitror. Et dixit Deus, Cõgregent aquæ quæ sub cœlo sũt

G in cõgregationẽ vnam, & appareat arida, & sic factũ est. Hinc ꝓbabilius credi põt aquã dictam esse superius, sicut arbitramur, ipsam mundi materiã. Nam si vniuersum aqua oppletũ erat, vñ vel quo potuit congregari? Si.n. q̃dam confusionem materialem aquæ nomine appellauerat, hæc congregatio appellãda * est ipsa formatio, vt talis esset aquę spẽs, qualem non esse cernimus. Et ipsum, appareat arida, qđ positum est, terræ formatio intelligi potest vt hanc hr̃et speciem terra quã cernimus. Inuisibilis.n. & incomposita dicta erat, cum adhuc materiæ spẽs deesset. Dixit ergo Deus, Congreget aqua quę sub cœlo est. i. in formã redigat materies corporalis, vt aqua ista sit q̃ sentimus, in congregationẽ vnam. Vis ipsa formę commendat nomine vnitatis, hoc est enim vere formari, in vnum aliquid redigi, qm̃ summe vnum est oĩs formæ principium. Et appareat arida, i. speciem visibilem accipiat, atque à confusione distinctam. Et bene aqua congregatur vt appareat arida. i. cohibet quod fluitet mare, vt quod

H obscurum est illustret. Et sic factum est. Etiã hoc fortasse in rationib. intellectualis naturæ prius factum est, vt postea quod dr̃, Et cõgregata est aqua in congregationem vnam, & apparuit arida, non superfluo additum videatur, cum iam dictum esset, Et sic factum est, sed vt post rõnalem & incorpoream operationem intelligeremus etiam corporalem secutam. Et vocauit Deus aridam terram, Congregationem aquæ, mare vocauit. Adhuc nobiscum facit illa causa vocabulorum, nõ.n. omnis aqua mare, aut omne aridum, terra. Ergo quæ aqua esset, & quæ arida, vocabulis segregandum fuit. Ipsam aũt distinctionem atque formationem fuisse vocationem Dei, non absurde adhuc intelligi potest. Et vidit Deus quia bonum est. Et hic ipse ordo seruatus est, quare huic etiam illa, quæ modo tractata sunt conferantur. Et dixit Deus, Germinet terra herbam pabuli, ferentem semen ₰m genus suum & similitudinem, & lignum fructiferum faciens fructum, cuius semen sit in se secundum suam similitudinem. Postquã facta sunt terra & mare, & vocata & approbata, quod sæpe diximus non morarum interuallis accipiendum esse, ne ineffabilem operantis Dei facultatem tarditas aliqua cõsequatur, non statim sicut duob. dieb. præcedentib. subiicitur, Facta est vespera, & factũ est mane dies tertius, Sed adiungit alia operatio vt germinet terra herbam pabuli, ferentem semen ₰m genus suum & similitudinẽ, & lignum fructiferum faciẽs fructum, cuius semen sit in se secundum suam similitudinẽ. Quod de luce illa & firmamento & aquis & arida dictum non est, nõ.n. habet lux successionis propaginem, aut cœlum de alio cœlo nascit, aut terra aut mare alia maria & alias terras gignũt, quæ succedant. Hic ergo dicẽdum fuit, Ferentem semen secundum genus suum & similitudinem, & cuius semen sit in se secundum suam similitudinem, vbi similitudo nascentium prætereuntis similitudinẽ seruat. Hæc aũt omnia ita supra terram sunt, vt ipsi terræ radicitus cohæreant, & ei contineant, & rursum queadmodum separentur, propterea huius naturæ significationẽ in ista narrõne seruatam arbitror, q̃a & eodẽ die facta sunt, quo terra apparuit, & tñ iterũ dixit Deus vt terra germinaret, & iterum dictum est, & sic factum est. Deinde secundum superiorem regulam, postquam dictum est sic factum est subiungitur ipsa executio. Et dedit terra herbã pabuli, ferentem semen ₰m genus suum, & lignum fructifectum faciens fructũ cuius semen in se ₰m suam similitudinem. Et iterum dicit, Vidit Deus q̃a bonum est, itaq; & vno die ista iunguntur, & iteratis Dei verbis distinguunt ab inuicem. Quod de terra & mari ꝑpea puto non esse factum, q̃a magis harum rerum est discernenda natura, K quæ

*Congregatio aquarũ.c.10.*

*a.l. accipienda.*

*Germinatio herbarum. Cap.*

I

*Luminaria. 12.*

I

quę cum oriantur & occidant, seminis successione propagant. An q̃a terra & mare simul fieri potuerint, nõ solũ in rõnib. creaturę spiritalis, vbi simul oĩa facta sunt, sed ẽt in ipsa corporali motione, arbores vero & q̃q; stirpes nasci nõ possent, nisi terra in qua germinarent, p̃cessisset. p̃pea & repetendũ erat iussum Dei, vt & facta significarent distãtia, tñ nõ alio die facieda, pp quod radicib. terrę affigunt & cõtinuant. Sed quęri põt, cur istis Deus nõ imposuerit noĩa. An prętermissum est, q̃a multitudo eorum nõ sinebat? Verum hæc q̃ó melius postea considerabit, cũ aĩaduertemus alia, q̃ non vocauit Deus sicut vocauit lucẽ & cœlũ & terrã & mare. Et factũ est vespera, & factũ est mane dies tertius. Et dixit Deus, Fiant luminaria in firmamẽto cęli, vt luceant sup terrã, & diuidant inter diẽ & noctẽ, & sint in signis & tp̃ib. & in dieb. & annis, & sint in splẽdorẽ in firmamẽto cęli, vt luceant super terrã. Quarto die luminaria facta sunt, de quib. dicitur, Et sint in diebus. Quid ergo volunt tres dies transacti sine luminaribus? Aut cur ista erunt in dieb. si ẽt sine istis dies esse potuerũt? An q̃a euidentius productio illa tp̃is & morarum interuallũ motu istorũ luminarium distingui ab hominib. potest? An ista dierum, & noctium enumeratio ad distinctionem valet inter illam naturam, quæ facta nõ est, & eas quæ factæ sunt, vt mane nominaret pp earum speciem factarum, vespera vero pp priuationem, quæ quãtum attinet, ad illum à quo facta sunt, speciosa atq; formosa sunt, quantum autem in ipsis est, p̃nt deficere, q̃a de nihilo facta sunt: & inquãtum non deficiunt, non est eorum materię quæ ex nihilo est, sed eius qui summe est, & illa facit esse in genere & ordine suo. Et dixit Deus, Fiãt in firmamẽto cœli luminaria vt luceant. vtrum de fixis tm̃ dictum est syderib. an etiam de vagis? Sed duo luminaria maius & minus inter vaga sydera numerant. q̃uo ergo facta sunt omnia, cum singulos suos vel globos vel circulos vaga singula quæq; possideãt? An q̃m in scripturis & cęlos multos legimus & cœlum, sicuti in hoc loco, cum d̃r firmamentũ cœlũ, intelligendum est omnem istam æthereã machinam dici, quæ omnia substantia continet, sub qua puri & tranquilli aeris serenitas viget, sub qua item iste aer turbulentus & procellosus agitatur? Vt luceãt super terram, & diuidant inter diem & noctẽ. Nõne ẽt Deus diuiserat inter lucem & tenebras, & uocauerat lucem diẽ, & tenebras vocauerat noctẽ? Ex quo apparet eum ĩter diem & noctẽ diuisisse. Quid sibi nũc vult, quod dicitur de luminaribus, Et diuidant inter diem & noctẽ? An ita nunc fit ista diuisio per luminaria, vt hominibus nota sit ẽt solis carnalibus oculis ad rerum istarum contemplationẽ utentibus? Ita vero Deus eã facit ante circumitũ luminarium, vt videri nisi à paucis sano spũ & serena rõne non possit? An inter aliũ diẽ & aliã noctẽ diuisit Deus, idest inter speciẽ, q̃ imprimebat illi informitati: & ĩformitatẽ, quę adhuc formãda restabat? Alius uero est iste dies, & alia nox quorũ uoluente cœlo uicissitudo animaduertit, quæ fieri nõ posset, nisi solis ortu & occasu. Et sint in signis & temporibus, & in diebus & ĩ annis. Videtur mihi hoc quod dixit, In signis: plenũ fecisse illud quod dixit, Et in tẽporibus: ne aliud acciperent signa, & aliud tp̃a. Hæc. n. nunc dixit tp̃a, q̃ interuallorũ distinctione ęternitatẽ incommutabilẽ supra se manere significant, vt signum. i. quasi vestigium æternitatis tp̃s appareat. Itẽ cũ adiungit, Et in dieb. & in annis, ostendit, quæ dixerit tempora, vt dies fiant cõuersione fixorũ syderũ, anni vero manifesti, cũ sol signiferum circulum peragit, obscuriores aũt cum ad vnũ quodq; vagorũ syderũ in suis orbib. facit. Non. n. dixit, & mensib. q̃a fortasse mẽsis annus est lunæ sicut duodecim lunæ anni, annus est eius syderis quod φαέθοντα Gręci vocant, & triginta solis anni annus est eius syderis quod φαίνό d̃r. Et fortasse ita cũ oĩa sydera ad diem redierint, annus magnus peragitur, de quo multi multa dixerunt. An in signis dixit quibus certum iter significatur nauigandi, in temporibus autem, velut est vernum tempus, & æstas & autumnus & hyems, quia & ista circumactu syderum variantur suasque vices atque ordinem seruant, in diebus autem & in annis, sicut expositum iã est accipiendum? Et sint in splendore & in firmamento cœli, vt luceant super terram: Cur putamus esse repetitum? An queadmodum est de stirpibus vt ferant semen, & sit in eis semẽ secũdũ genus suum & similitudinem, ita econtrario dictũ est de luminaribus, Fiant & sint, idest, fiant & non gignant, sed ipsa sint,

Margin notes: L — Luminaria. 12. — M — A — Signa dierũ, & tẽporũ. c. 13 Gene. 1. — Annus magnus, quẽ vulgo Platonis vocãt. — B

& sic factum est? Ordo ille seruatur, Et fecit Deus duo luminaria, Luminare maius initiũ diei, & luminare minus initiũ noctis & stellas. Quid dicat initiũ diei: & initiũ noctis: mox apparebit. Et stellas vero ꝙ addidit, vtrũ ꝑtineat ad initiũ noctis, an non, ambiguum est. Quidã aũt volunt hic significari lunã plenam esse primitus factam, ꝙ plena luna initio noctis assurgit. i. mox post solis occasũ. *Cõfutatio opinionis.* Sed illud absurdũ est, vt nõ à prima, sed à sextadecima vel quintadecima numerãdi sumamus exordiũ. Nec illud moueat ꝙ perfectũ fieri debuerit luminare qđ factũ est, Omni .n. die ꝑfecta est, sed ei⁹ ꝑfectio ab hominib. non vr̃, nisi cũ ex cõtraria parte soli opposi- C ta fuerit. Nam ẽt cum illo cõstituta, qm̃ sub illo est, vr̃ finiri. Sed ẽt tunc plena est, qa ex alia parte illustrat̃, nec videri põt ab iis qui subter sunt, i. terrã incolunt. Quod non paucis verbis, sed subtilib. dissertionib. & quarũdam figurarum visib lium demonstratione doceri põt. Et posuit illa Deus in firmamẽto cœli vt luceant super terrã. Qũo dixit, fiant in firmamẽto, &c. qũo nunc dicit, fecit Deus luminaria & posuit in firmamento, quasi extra sint facta, & post ibi posita, cum iam dictum sit vt ibi fierent? An hinc ẽt atque ẽt significet̃, non ita Deũ fecisse vt hoĩes solent, sed ita narrat̃, vt hominib. potuit. s. vt apud homines aliud sit fecit, aliud posuit, apud Deum aũt vtrunq; idem sit qui faciendo ponit, & ponendo facit? Et præsint diei ac nocti & diuidant inter diem & noctẽ. Dictum erat initium diei, & initium noctis, quod hic exponit, dicendo, præsint diei, & nocti. Ergo D initium illud, principatum intelligere debemus, quia, & in die nihil est inter illa quæ videntur sole excellentius, & in nocte nihil luna vel stellis, Vñ ẽt illa ambiguitas iã nõ moueat, & credamus stellas sic positas, vt ad initiũ noctis. i. principatum pertineant, Et vidit Deus qa bonum est. Idẽ ordo seruat̃: Meminerimus sanè ꝙ etiam ista Deus non vocaue- *Gene. 1.* rit, cum dici potuerit. Et vocauit Deus luminaria sydera, qa non omne luminare sydus est. Et facta est vespera, & factũ est mane dies quartus. Si dies istos consideres quos ortus solis occasusque distinguit, nõ iste quartus, sed fortasse primus est dies, vt eo tp̃e putem⁹ ortũ esse solẽ quo factus est, & donec cætera sydera fierent occidisse. Sed qui intelligit & solẽ alibi esse, cũ apud nos nox est, & noctẽ alibi esse, cum sol apud nos est, dierũ istorũ enumerationẽ sublimius indagabit. Et dixit *Aquæ Cap.* Deus, Eiiciant aquę reptilia aiarũ viuarũ, & volatilia viuentia super terrã sub firmamento cœli, & sic factũ est. Et q̃ natantia sunt aĩalia reptilia sunt appellata, quia pedib. nõ ambulabant. *Gen.* An quia sunt alia, quæ sub aqua in terra repũt? An sunt pẽnata in aq̃s, sicut pisces squamas habẽt, vel alij q̃ nõ habent, sed tñ pẽnis nitunt̃? Qui vtrũ inter volatilia hoc loco numerãdi sint dubitari põt. Nã & ipsa volatilia cur aq̃s tribuerit, non aeri, nõnulla qõ est. Non .n. has aues tm̃ accipere possum⁹, q̃b. aquæ familiares sunt quales mergi & anates & q̃cunq; hm̃oi. E Nã si de his tm̃ dixisset, nõ prætermitteret alio loco de aliis auib. dicere. Inter quas nonnullæ vsqueadeo ab aq̃s remotæ sunt, vt ne bibant q̃dẽ. Nisi forte istũ aerẽ terris cõtiguũ, qm̃ se humidũ ẽt serenissimis noctib. rore testatur, aquã vocauit, qui & in nubã cogit̃. Nubes aũt aqua est, qđ oẽs sentiũt: q̃b. cõtingit in mõtib. inter nubila, vel ẽt in campis inter nebulas ambulare. In hoc q̃ppe aere volare aues dr̃. Nã in illo subliniore atq; puriore, q̃ vere aer ab oĩb. appellatus est, nequeunt, nõ .n. earũ põdus tenuitate sua sustinet. In illo aũt, neq; nubes cõcrescere asserunt̃, neq; aliquid procellosum existere. Quippe vbi ventus adeo nullus est vt in vertice Olympi montis, qui spatia huius humidi aeris excedere dr̃, quædã literæ in puluere solere fieri perhibeantur, & post annũ integræ atq; illęsæ inueniri ab iis qui solenniter memoratum montem ascendebãt. Quapropter non absurde existimari potest firma- F mentum cœli, in diuinis scripturis vsque ad hæc spatia vocari, vt & ille aer tranquillissimus & syncerissimus ad firmamentum pertinere credatur. Hoc enim nomine firmamenti, ipsa tranquillitas & magna pars rerum significari põt. Vñ etiã illud dici pluribus locis in Psalmis existimo: Et veritas tua vsque ad nubes. Nihil est enim firmius & serenius veritate. *Psal. 35.* Nubes autem sub ista syncerissimi aeris regione concrescunt, quod quanquam figurate dictum accipiatur, ex his tamen reb. scriptum est quæ habent ad hæc quandam similitudinem, vt corporea creatura constãtior & purior quę à summitate cęli vsque ad nubes est, veritatis figuram recte habere videatur,

deatur,i.vsque ad aerem caliginosum & procellosum & humidū. Ergo volatilia volantia super terrā sub firmamento cœli, conuenienter sunt aq̄s tributa, q̄a non incōuenieter aer iste aqua nominat̄. Hinc etiam intelligi dat̄ de aere nihil dictum esse qūo vel q̄n sit fact⁹, quia iste aer noīe aquarum tenet̄, ille autem noīe firmamenti, atq; ita nullum elementum ꝑtermissum est. Sed fortasse q̄s dicat. Si eo ꝙ dictū est. Congreget̄ aqua intelligimus aquā esse factam ex illa confusione materiæ, hanc aūt congregationem mare appellauit, qūo ibi possumus hūc aerem intelligere factum, q̄d mare non dr̄ etiam si aqua dici pōt? Quā obrem mihi vr̄ ī eo q̄d dictum est, appareat arida, non solum sp̄em terræ, sed ēt huius aeris crassioris esse insinuatam. Per hunc.n.terra illuminat̄, vt perspicua nobis fit. In vno ergo verbo quo dictum est, appareat, intimata sunt omnia sine q̄b. apparere nō pōt. i. & sp̄es eius, & nudatio ab aq̄s, & aeris superfusio, ꝑ quem in ea nomen à superiore mundi parte transmittit̄. An potius in eo q̄d scriptum est, Congreget̄ aqua, sp̄es huius aeris commēdatur? quia cū iste aer condensat̄, hanc aquam vr̄ efficere. Coactionem itaq; in densitatem cōgregationem aquę fortasse appellauit, vt mare fieret, vt id q̄d non congregatum. i. nō spissatum superfert̄, aqua sit, quæ aues volantes possit sustinere, vtriq; nomini accommodata, vt vocari possit & aqua subtilior, & aer crassior. Sed q̄n quęrit̄, cur sit iste factus, non dr̄. An forte verum est ꝙ q̄dam volunt, humidis exhalationib. maris & terræ has auras efficí, ita crassiores aere illo superiore ac liquido, vt gestandis volatib. auium sint accōmodatæ? Ita porrò teneriores iis aq̄s, q̄b. corpus abluit̄, vt earum comparatione siccæ atq; aeriæ sentiant̄. Et quia de terra & mari iam dictum erat, q̄d opus erat dicere de exhalationib. earum. i. aquis auium, cū illum aerē purissimum & tranquillissimum firmamento attributum intellexeris? Nam neq; de fontib. & fluminib. dictum est qūo facta sint. Qui.n. scrupulosius ista quęrūt & disserunt, æthereo superlapsu de mari dulcē inuisibiliter dicunt extrahi vaporem, his videlicet ascensionib. quas nullo modo sentire possumus, inde cōglobari nubes, atq; ita terram imbrib. madefactam antris occultiorib. instillare atque insudare tm̄, quantum coactum & per diuersos tramites lapsum erumpat in fontes, siue paruos, siue gignendis fluminib. idoneos. Cuius rei documenta esse volunt, ꝙ marinarū aquarū decoctarū vapor, sinuato cooperculo exceptus, humorē dulcē gustātib. exhibet. Et omnib. fere manifestū est, diminutos fontes inopiā sentire pluuiarū. Attestat̄ & diuina historia cū Helias tp̄e ariditatis imbrē posceret, iussit.n. cū ipse oraret vt puer suus ad mare attenderet, vnde cū videret oriri perparuā nubeculā, pluuiā ei solicito adesse nūciauit, qua mox ēt fugiens irrigatus est. Et Dauid dicit: Dn̄e qui aduocas aquā maris, & effundis eam super faciem terræ? Quapp mari nominato, de aliis aq̄s superflue diceret, siue istis roriferis, quæ tenuitate auras volantib. auib. præbent, siue fontiū ac fluminū, si & illę exhalationib. fiūt, & istæ reciprocis imbribus, quos terra sorbet, emanat. Eiiciant aquæ reptilia aīarum viuarum. Cur additum est viuarū? An pōt esse aīæ, nisi viuant? An istam manifestiorē vitā commendare voluit, quæ inest aīalib. sentientib. q̄m stipites ea carent? Et volatilia volantia sup terrā sub firmamēto cęli. Si volatilia nō volant in illo purissimo aere, vbi nulla nubila oriunt̄, hinc manifestum est ad firmamentū eū pertinere, q̄a sub firmamēto cœli dictū est volatilia volare super terrā. Et sic factū est. Ordo ille seruat̄. Ideoq; subiūgit̄ sicut in cęteris, excepta luce quæ prior facta est. Et fecit Deus cetos magnos, & oēm aīam aīalium repentium, quæ eiecerūt aquæ sm̄ genus eorum, & oē volatile pennatum secundum genus suum. Meminerimus sanè secundum suum genus, de iis creaturis dici, quæ seminali propagine reparantur: nam de herbis iā hoc, & de arboribus dictum est. Et omne volatile pennatum. Cur additum est pennatum? An potest esse volatile quod pennas non habeat? Sed si potest, nunquid hoc genus fecit Deus, quandoquidem non inuenitur vt sit factum? an omnino potest quicquam volare sine pennis? Nam & vespertiliones, & locustæ, & muscæ, & si quid huiusmodi est quod plumis careat, pennis non caret, sed pennarum additū est, ne solas aues intelligeremus, q̄m pisces pēnati sunt, & sup terram volant infra aquas, ideo non dictum est aues, sed volantia generaliter, & volatile pennatum. Et vidit Deus quia bonum est: Et hic sicut in cæteris locis intelligendum.

Margin notes: G; H; I; K; 1. Re. 18.; Volatilia reptilia. Cap. 15.

dum.Et benedixit ea dicens, Crescite & mul
tiplicamini,& implete aquas maris,& vola-
tilia multiplicent super terram. Benedictio-
nem ad fœcunditatem valere voluit, quæ in
successione prolis apparet, vt ea benedictio
ne,qua infima & mortalia creata sunt,genus
suum nascendo custodiāt.Sed cum ēt stirpes
nascendo teneant similitudinem prætereun-
*Sensus rationi vicinus.* tium,cur eas non benedixit?An q̄a sensu ca-
rent,qui rõni vicinus est? Non.n.vacat fortas
se,q̄ secunda persona vtitur Deus in benedi-
cendo,vt hæc aïantia compellat quodammo
do tanq̄ audientia dicendo.Crescite & mul-
tiplicamini , & implete aquas maris , nec tñ
in eadem persona vsq; ad finem benedictio
nis venit,sequit enim.Et volatilia multiplicē
tur super terram . Nisi forte hoc ipso signifi-
L cat,sensum aïantium non adeo vicinum es-
se rõni,vt forte possit accipere compellētē,
sicut quæ intelligunt,atque vti rationi pñt.Et
factum est sic.Hic planè quiuis tardus iā eui
gilare debet,intelligat quales isti dies enume
rentur,cum.n.certos seminū numeros aïan-
tib.dederit seruantes miram certo ordine cō
stantiam , vt certo dierum numero pro suo
quoq; genere & cōcepta vtero gerāt , & ædi
ta oua calefaciāt,cuius naturę institutio Dei
sapientia conseruat , quæ tendit à fine vsque
*Sapien. 8* ad finē fortiter , & disponit omnia suauiter,
qūo vno die potuerunt concipere & vtero
grauescere,& parta fouere atq; nutrire,& ī-
plere aquas maris & multiplicari super ter-
ram?Ita.n.subiūgit,& sic factum est,ante ve-
sperę aduentum . Sed nimirum cū dicit facta
est vespera,materiam informem commemo
rat,cum aūt dicit,factum est mane , speciem
quæ ipsa operatione īpressa est materiæ, ma
ne.n.post operationem transactum diē con-
cludit.Nō tñ dixit Deus, fiat vespera,fiat ma
ne , commemoratio est enim rerum factarū
breuissima , significata per vesperā & mane
M materia & specie quæ vtique Deum fecisse
iam dictum erat, cū ipsum defectum tamē.i.
cum de specie ad materiam & ad nihilum in
tenditur,si hoc noctis nomine recte insinua-
tum putamus non dixit factum, sed tñ ordi-
natum à Deo,cum ait superius. Diuisit Deus
inter lucem & tenebras , vt vesperę vocabu-
lo significet informis materia q̃ quanuis ex
nihilo facta est,est tñ & habet capacitatē spe
cierum atque formarum . Accipi etiā potest
tenebrarum nomine ipsum omnino nihilū,
quod non fecit Deus & vnde fecit quæcunq;
facere ꝓ sua ineffabili bonitate dignatus est,
cum sit omnipotens,qui etiam de nihilo tā-
ta fecit.Et facta est vespera , & factum est ma
ne dies q̄ntus.Hic postq̄ dixerat , & sic factū
est nō subdidit sicut solet executionem.quasi
iterum facta sint,iam.n.dictum erat . Nec ea
benedictione quæ ad gignendam prolē ꝑti-
net aliqua natura fabricat, sed quę facta erāt
per successionem conseruabant.Et ideo nec
illud dictum est,Et vidit Deus q̄a bonum est:
Iam.n.res ipsa placuerat,quæ tantum seruan
da erat in fœtib. Nihil hic itaq; repetitū est,
nisi quod ait,Et factum est sic.Statimq; subie
ctum de vespera & mane,q̄b.nominatis, trā
sacta opera informi materia & spē quæ im-
ponit,significari dictum est. Nihil forte ali- A
quid melius atque sublimius occurrerit quæ
rentibus.Et dixit Deus,Eiiciat terra aïam vi- *Gene. 1*
uam s̄m suum genus, quadrupedū,& serpē-
tium,& bestiarum terræ secundum genus,&
pecora s̄m genus . Et de solita conclusione
qua dr̄,Et factum est , sicut superius tractatū
est cōsideranda & accipienda sunt. Cum aūt *Bestiæ*
in latina lingua nomine bestiarum omne ir-
rõnale aïal generaliter significetur,hic tñ di-
stinguēdę sunt species,vt quadrupedes acci-
piamus omnia iumenta,& serpentes,oïa re-
pentia,bestias vel feras,oïa quadrupedia in-
domita,pecora vero quadrupedia,q̄ nō ope
rando adiuuant,sed dant aliquem fructū pa-
scentib.Et fecit Deus bestias terræ secundum *Bestiæ*
genus,& pecora s̄m genus, & omnia serpen *secundum*
tia terræ secundum genus.Hæc iteratio q̄ di *nus.c.*
ctum est,Et fecit Deus , cum iam dictum es- *Pecora*
set,& factum est sic, secūdum priorem regu
lam consideret . Sanè hic pecorum nomine
oïa puto significata esse quadrupedia quæ
sub cura hominum viuunt. Et vidit Deus q̄a
bonum est solite accipiendū . Et dixit Deus, *Gene. 1*
Faciamus hoïem ad imaginem & similitudi B
nem nostrā.Et hic aïaduertenda quædam,&
coniunctio & discretio animantium. Nā eo
dem die factū hominem quo bestias, sunt.n.
simul omnia terrena animantia,& tamen ꝓ-
pter excellentiam rõnis,secundum q̄ ad ima
ginem Dei & similitudinem efficitur homo,
separatim de illo dicitur,postquam de cæte-
ris terrenis animantibus solide conclusum
est,dicendo,Et vidit Deus , quia bonum est.
Consi-

Considerandum etiam illud quod in cęteris non dixit Deus, faciamus, vt hoc quoq; mō voluerit spūssanctus humanæ naturæ insinuare pręstantiam. Cui aūt nunc dictum est, faciamus, nisi cui dicebat in cæteris, fiat? Oīa .n. per ipsum facta sunt, & sine ipso factū est nihil. Sed q̄d putamus aliter dictū esse, fiat, nisi vt ipse faceret iussu patris, & aliter, faciamus nisi vt ambo pariter, facerent? An omnia quæ facit pater, p̄ filiū facit, & ideo nūc Faciamus dictum est, vt ipsi homini propter quem scriptura ipsa facta est, ita in seipso demonstraret, ea quæ filius dicente patre facit, ét ipsum patrem facere, vt q̄d in cæteris dicebat fiat, & factum est, hic exponat, non separatim fuisse distinctionē, & separatim esse ctionem, sed vtrunq; simul cum hic dr̄, faciamus? Et dixit Deus, Faciamus hoīem ad imaginē & similitudinem nostrā. Oīs imago similis est ei cuius imago est, nec tñ omne q̄d simile est alicui, ét imago est eius sicut in speculo vel pictura, quia imagines sunt, ét similes sunt, tñ si alter ex altero natus nō est, nullus eorum imago alterius dici pōt. Imago .n. tunc est, cum de aliquo exprimit. Cur ergo cum dictū esset, ad imaginem, additum est & similitudinē quasi possit esse imago dissimilis? Sufficeret ergo ad imaginem dicere. An aliud est simile, aliud similitudo sicut aliud est castus, aliud est castitas, aliud fortis, aliud fortitudo, vt quemadmodum quæcūq; sunt fortia, fortitudine sunt fortia, & quæcunque casta castitate sunt casta, ita quæcunq; sunt similia similitudine sint similia? Non aūt imago nostra satis proprie dr̄ similitudo nostra esse cum tñ proprie dicatur similis nobis eē vt ibi sit ea similitudo qua similia sunt quæcunque similia, vbi est & castitas, qua casta sunt, quęcunq; sunt casta. Castitas aūt nullius participatione casta est, sed eius participatione sunt casta, quæcunq; casta sunt. Quę vtiq; in Deo est, vbi est etiam illa sapientia quę nō participando sapiens est, sed cuius participatione sapiens est anima quæcunque sapiens est. Quapropter etiam similitudo Dei, per q̄ facta sunt omnia proprie dr̄ similitudo, q̄a non participatione alicuius similitudinis similis est, sed ipsa prima similitudo, cuius participatione similia sunt quęcunque per illam fecit Deus. Expositio ergo fortasse est, cum additum esset, ad imaginem, vt ostenderetur eam quæ imago dicta est, nō ita similem esse Deo, quasi alicuius similitudinis participātem, sed hāc ipsam esse similitudinem cuius participarent omnia quæ dicuntur esse similia. Sicut ibi & est castitas, cuius participatione castę sunt aīæ, & sapientia cuius participatione sapientes sunt aīæ, & pulchritudo, cuius participatione pulchra sunt quæcunque pulchra sunt. Si .n. tm̄ similitudinem diceret, non significaret ab ipso esse genitam, si aūt tātummodo imaginem diceret, significaret ab ipso quidem genitam, sed nō significaret ita similē, vt non tm̄ similis, sed ipsa similitudo esset. Vt aūt nihil castius ipsa castitate, & nihil sapiētius ipsa sapientia, & nihil pulchrius ipsa pulchritudine, ita nihil simili⁹ ipsa similitudine dici, aut cogitari, aut esse oīno pōt. Vnde intelligit ita patri esse similem similitudinem suam vt eius naturam plenissime p̄fectissimeq; impleat. Quantum aūt ad spē̄m reb. imponendam valeat Dei similitudo, per q̄ facta sunt omnia, quanquam humanas cogitationes altissime superet, licet tñ vtcunq; arbitrari, si consideremus oēm naturam, siue q̄ sentientib. siue quæ rōcinantib. occurrerit similib. īter se partib. seruare vnitatis effigiē. Nam ex sapientia Dei sapientes vocantur aīę rōnales, & vlterius hoc nomen porrigitur: nam neque vlla pecora & multo minus arbores, aut ignem vel aerem vel aquam vel terram sapientem possumus dicere, quanq̄ per ipsam Dei sapientiam sint etiam omnia hæc inquantum sunt. At vero similes inter se lapides dicimus & animalia & homines & angelos. Iam vero in singulis reb. & terram, eo q̄ similes inter se habeat partes suas, fieri vt terra sit, & aquam qualibet quoque parte similem esse cęteris partibus, nec aliter aquam esse potuisse, & quantumlibet aeris, si cętero esset dissimile, nullo pacto aerem esse potuisse, & ignis lucis suę particulam eo q̄ non sit dissimilis reliquis partibus, fieri, vt sit quod non est, ita de vnoquoque lapidum vel arborum, vel corpore cuiuslibet animantis discerni & intelligi potest, q̄ non solum cum aliis sui generis rebus, sed in seipsis singulis non essent, nisi partes inter se similes haberent. Et tanto est pulchrius corpus quanto similioribus inter se partibus suis constat. Iam porrò animarum, non solum aliarum cum aliis amicitia similibus moribus cōsit.

*Pulchritudo.*

sed

sed etiam in vnaquaque similes actiones atque virtutes, sine quib. constantia esse nō potest, beatam vitam indicant. Similia vero oīa hæc non aūt ipsam similitudinem possumus dicere. Quapropter si reb. īter se similib. vniuersitas cōstat, vt singulæ sint quicquid sunt, & omnes ipsam vniuersitatem compleant, q̄ Deus & condidit & gubernat, per similitudinem eius profecto qua condidit omnia supereminenter atq; incōmutabiliter & incontaminabiliter talia facta sunt, vt similib. inter se partib. pulchra sint, ad ipsam tñ similitudinem omnia non facta sint, sed sola substātia rationalis, quare omnia per ipsam, sed ad ipsam non nisi anima. Rationalis itaq; substantia & per ipsam facta est, & ad ipsam, non. n. est vlla natura interposita, quandoquidem mens humana, quod non sentit, nisi cum purissima & beatissima est, nulli cohæret nisi ipsi veritati, q̄ similitudo & imago patris & sapiētia dicitur. Recte igitur secundum hoc quod interius & principale hominis est. i. secundum mentem accipitur. Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostrā. Ex illo. n. quod in homine principatum tenet, quod eum disiūgit à beluis, totus est homo æstimandus. Cætera in eo quanquam in suo genere pulchra sint, tamen cum pecoribus communia sunt, ac per hoc in homine paruipendenda. Nisi forte ꝙ ad intuendum cęlum figura humani corporis erecta est, valet aliquid etiam vt corpus ipsum ad similidinem Dei factum credatur, vt quemadmodum à patre illa similitudo non auertitur, ita corpus humanum à cœlo non sit auersum, sicut aliorum corpora animaliū auersa sunt, qui a prona in aluum prosternuntur. Sed tamen hoc non omnino accipiendum est, nā corpus nostrum à cœlo plurimum differt, in illa vero similitudine, quæ filius est, non potest quicquam esse dissimile illi cui similis est. Quoniam similia quæcūque alia sunt, inter se etiam dissimilia ex aliqua parte sunt, ipsa vero similitudo non est aliqua ex parte dissimilis. Pater tñ pater est, nec filiꝰ aliud est q̄ filius. Quia & cū dr̄ similitudo patris, quanq̄ ostēdat nullam interuenire dissimilitudinē, non tñ solus est pater, sed habet similitudinē. Et dixit Deus: Faciamus hoīem ad imaginem & similitudinem nostram. Satis q̄dem quæ superius dicta sunt, secundō id exponūt hęc verba scripturę, in q̄b. legimus dixisse Deū: Faciamus hoīem ad imaginem & similitudinem nostram, vt similitudo Dei, ad quam factus est homo, ipsum Dei verbum, hoc est vnigenitus filius accipi possit, non vtique vt ipse sit eadem imago & similitndo æqualis patri. Est tñ homo imago Dei, sicut apertissime ostendit Apostolus dicens, Vir q̄dem nō debet velare caput, cum sit imago & gloria Dei. Sed hęc imago ad imaginem Dei facta, non est æqualis & coæterna illi cuius imago est, nec esset ēt si nunquā omnino peccasset. Ille aūt sensus est potius in his diuinis verbis eligēdus, vt ideo non dictū intelligamus singulariter, sed pluraliter, Faciamus hoīem ad imaginē & similitudinē nr̄am, q̄a non ad solius patris aut solius filij, aut solius spūssancti, sed ad ipsius trinitatis imaginē factus est homo. quæ trinitas ita est trinitas, vt vnus Deus sit, ita est vnus Deus vt trinitas sit. Non enim ait filio loquēs, Faciamus hominem ad imaginem tuam, aut ad imaginē meam, sed pluraliter ait, ad imaginem & similitudinē nostram, à qua pluralitate spiritumsanctum separare quis audeat? Quæ pluralitas, quoniā non tres dij, sed vnus est Deus, ideo intelligēdum est postea scripturam singulariter intulisse atque dixisse, Et fecit Deus hominem ad imaginem Dei, vt non sic accipiatur, tanquam Deus pater ad imaginem Dei, hoc est filij sui, alioquin quomodo verum est, quod dictum est ad imaginem nostram, si ad filij solius imaginem factus est homo? Ac ꝑ hoc quia verum est quod ait Deus, ad imaginem nostram: ita dictum est: Fecit Deus hominē ad imaginem Dei, tāquam diceretur ad imaginem suam, quod est ipsa trinitas. Nonnulli autem putant ideo non repetitam similitudinem, neque dictum, Et fecit Deus hominē ad imaginem & similitudinem Dei, quia tūc tantummodo ad imaginem, Similitudo autem illi postea seruabatur in resurrectione mortuorum, quasi possit esse imago aliqua, in qua similitudo non sit. Si enim omnino similis non est, proculdubio nec imago est. Veruntamen vt non sola ratione id agere videamur, & authoritas Iacobi Apostoli adhibenda est, qui cum de lingua hominis loqueretur, ait, In ipsa benedicimus Deum, & in ipsa maledicimus homines, qui ad similitudinem Dei facti sunt.

*Vniuersitas.* *Mens.* G H I K

## D. AVRELII AVGVSTINI de Genesi ad literam,

## LIBER PRIMVS.



Omnis diuina scriptura bipertita est, secundum id quod dñs significat, dicens, scribam eruditũ in regno Dei similẽ esse patrifamilias proferẽti de thesauro suo noua & vetera, quę duo ẽt testamenta dñr. In libris aũt omnib. sanctis intueri oportet, quæ ibi æterna intimẽt, quæ facta narrẽtur, quæ futura prænunciẽt quę agenda pręcipiãt vel moneãt. L in narrõne ergo rerum factarũ quærit vtrum omnia secundum figuratum tantummodo intellectum accipiãtur, an etiam secundum fidem rerum gestarum asserenda, & defendẽda sint: nã nõ esse accipienda figuraliter nullus Christianus dicere audebit attendẽs Apostolũ dicentẽ, Oĩa aũt hæc in figura contingebant illis. Et illud qđ in Genesi scriptum est, Erunt duo in carne vna, magnũ sacramentũ cõmẽdantẽ in Christo & in ecclesia. Si ergo vtroque modo illa scriptura scrutanda est, q̃ramus qũo dictum est pręter allegoricã significationẽ, In principio fecit Deus cœlũ & terrã, vtrũ in principio tp̃is, an q̃d primo oĩum facta sint, an in principio quod est verbum Dei vnigenitus filius, & qũo possit ostendi Deũ sine vlla sui commutatione operari mutabilia & temporalia, & q̃d significet nomine cœli & terræ, vtrũ spiritalis corporalisq; creatura cœli & terræ vocabulum acceperit, an tãtummodo corporalis, vt in hoc libro de spiritali tacuisse intelligatur, atque ita dixisse cœlum & terram, vt oẽm creaturã corpoream superiorẽ atque inferiorẽ significare voluerit, an vtriusque M informis materia dicta est, cęlũ & terra, spiritalis videlicet vita sicuti esse põt in se cõuersa ad creatorem. Tali.n. conuersione formatur atque perficit. Si aũt nõ cõuertat, informis est, corporalis aũt si possit intelligi per priuationem oĩs corporeę qualitatis, quæ apparet in materia formata, cũ iã sunt species corporum, siue visu, siue alio quolibet sensu corporis perceptibiles. An cœlum intelligẽdum est creatura spiritalis ab exordio quo facta est p̃fecta illa & btã sp̃, terra vero corporalis materies adhuc imperfecta, q̃a terra, inq̃t erat inuisibilis & incomposita, & tenebræ erant super abyssum, q̃b. verbis vr̃ informitatem significare substãtiæ corporalis? An vtriusq; informitas hic ẽt posterioribus verbis significatur? Corporalis q̃dem eo q̃ dictũ est, Terra erat inuisibilis & incomposita? Spiritalis aũt eo q̃ dictum est, Tenebræ erant super abyssum, vt transacto verbo, tenebrosam abyssum intelligam⁹ naturam vitæ informẽ, nisi cõuertatur ad creatorem, quo solo modo formari põt, vt nõ sit abyssus, & illuminari, vt nõ sit tenebrosa. Et qũo dictum est, Tenebræ erant super abyssum, an quia nõ erat lux? Quę si esset, vtiq; superesset, & tanq̃ superfunderetur. Quod tunc fit in creatura spiritali, cum conuertitur ad incommutabile atque inseparabile lumẽ, quod Deus est. A Et qũo dixit Deus, Fiat lux, vtrũ tp̃aliter, an in verbi æternitate? Et si tp̃aliter, vtiq; mutabiliter, qũo ergo possit intelligi hoc dicere Deus, nisi per creaturam? Ipse quippe est incommutabilis.

*Fiat lux Cap. 2. 2. sen. di. 13. c. præterea.*

Et si per creaturam dixit Deus fiat lux, qũo est prima creatura lux, si erat iam creatura p̃ q̃ Deus diceret, fiat lux? An non est prima creatura lux, quia iam dictum erat, In principio fecit Deus cœlum & terrã, & poterat p̃ cœlestẽ creaturã vox fieri temporaliter atq; mutabiliter, qua diceretur, fiat lux? *Gene. 1.* Quod si ita est, corporalis lux facta est ista, q̃ corporeis oculis cernimus, dicẽte Deo per creaturam spiritalem, q̃ Deus iam fecerat, cum in principio fecit cœlum & terram, Fiat lux, eo modo quo per talis creaturæ interiorẽ & occultũ motum diuinitus dici potuit, fiat lux. An corporaliter sonuit vox dicentis Dei, Fiat lux, sicut corporaliter sonuit vox dicentis Dei, Tu es filius meus dilectus, *Mat. 3.* & hoc p̃ creaturã corporalẽ q̃ fecerat Deus, cũ in principio fecit cœlũ & terram, anteq̃ fieret lux, q̃ in hac sonante voce facta est. B Et si ita est, qua lingua sonuit ista vox dicente Deo, Fiat lux, q̃a nondũ erat linguarũ diuersitas, q̃ postea facta est in ædificatione turris post diluuiũ? Quænã lingua erat vna & sola, qua Deus locutus est, Fiat lux? *Gene. 11* & quis erat quẽ oportebat audire atq; intelligere, ad quẽ vox hmõi proferretur? An hæc absurda carnalisq; cogitatio atq; suspicio est? Quid ergo dicimus? An id qđ in sono vocis intelligitur, cũ dr̃, Fiat lux, nõ aũt ipse corporeus sonus, hic bene accipitur esse vox Dei? Et vtrũ hoc ipsũ ad naturã pertineat

*Ioan. 1.* pertineat verbi eius, de quo dicitur, In prin-
cipio erat verbum, & verbũ erat apud Deũ,
& Deus erat verbũ? Cum.n.de illo dr̃, Oĩa ꝑ
ipſum facta ſunt, ſatis oſtendit & lux per ip-
ſum facta, cum dixit Deus, fiat lux. Quòd ſi
ita eſt, æternũ eſt qđ dixit Deus, fiat lux, quia
verbũ Dei Deus apud Deũ, filius vnicus Dei
patris coęternus eſt q̃uis Deo hoc in æterno
verbo dicente creatura tp̃alis facta ſit. Cũ.n.
C verba ſin tp̃is, cum dicimus qñ & aliqñ, ęter
nũ tñ eſt in verbo Dei, qñ fieri debeat aliq̃d,
& tunc fit qñ fieri debuiſſe in illo verbo eſt,
in quo non eſt qñ & aliqñ, qm̃ illud totum
*Lux quid* verbũ æternũ eſt. Et quid eſt lux ipſa quæ fa-
*ſit. cap. 3.* cta eſt, vtrum ſpiritale q̃d an corporale? Si.n.
ſpiritale, põt ipſa eſſe prima creatura iã hoc
dicto perfecta, quę primo cœlum appellata
eſt, cum dictũ eſt, In principio fecit Deus cę
lum & terram, vt ꝙ dixit Deus fiat lux, & fa-
cta eſt lux, eam reuocante ad ſe creatore, cõ
uerſio eius facta atque illuminata intelligat.
Et cur ita dictum eſt, In principio fecit De⁹
cœlum & terram, & non dictũ eſt, in princi
pio dixit Deus, Fiat cœlum & terra, & facta
ſunt cœlum & terra, ſicut de luce narratur:
Dixit Deus, Fiat lux, & facta eſt lux? Vtrum
prius vniuerſaliter noĩe cœli & terrę cõpre
hendendum erat & commendandum qđ fe-
cit Deus, & deinde per partes exequẽdũ, qũo
fecit cum per ſingula dr̃ Dixit Deus. i. quia
per verbum ſuum fecit q̃cquid fecit? An cum
primum fiebat informitas materiæ ſiue ſpiri
talis ſiue corporalis, non erat dicẽdum, dixit
Deus fiat. q̃a formam verbi ſemper patri co
*principiũ* hærentis, quo ſempiterne dicit Deus oĩa, ne
*Cap. 4.* que ſono vocis neq; cogitatione tp̃a ſonorũ
voluente, ſed coæterna ſibi luce a ſe genitæ
ſapientiæ, nõ imitatur imperfectio, cum diſ-
ſimilis ab eo quod ſumme ac primitus eſt, in
formitate quadam tendit ad nihilum, ſed tũc
imitatur verbi formam ſemper atque incõ-
D mutabiliter patri cohærentem, cum & ipſa
pro ſui generis conuerſione ad id qđ vere ac
ſemper eſt. i. ad creatorem ſuæ ſubſtãtiæ, for
mam capit, * & fit perfecta creatura, vt in eo
*a.l. vt ſit.* quod ſcriptura narrat, dixit Deus, fiat, intelli
gamus Dei dictum incorporeum, in natura
verbi eius coęterni reuocantis ad ſe imper-
fectionem creaturæ, vt non ſit informis, ſed
formet ſecundum ſingula, quæ per ordinem
exequit. In qua conuerſione & formatione
quia pro ſuo modo imitatur Deum verbũ,
hoc eſt Dei filiũ ſemper patri cohærentẽ, ple *Ioan.*
na ſimilitudine & eſſentia pari: qua ipſe & pr̃
vnum ſunt, nõ aũt imitat hanc verbi formã,
ſi auerſa a creatore infomis & imperfecta re
maneat, ꝓpea filij commemoratio nõ ita fit
q̃a verbum, ſed etiam q̃a principium eſt, cũ
dr̃, in principio fecit Deus cœlũ & terrã, ex-
ordium q̃ppe creaturæ inſinuat adhuc in in-
formitate imperfectionis, fit aũt filij comme E
moratio, qđ etiam verbum eſt, eo ꝙ ſcriptũ
eſt, dixit Deus fiat, vt per id quod principiũ
eſt, inſinuet exordiũ creaturæ exiſtentis ab il
lo adhuc imperfecte, per id aũt ꝙ verbũ eſt,
inſinuet perfectionem creaturæ reuocatæ ad
eum, vt formaret inhęrendo creatori, & pro
ſuo genere imitando formã ſempiterne atq;
incommutabiliter inhærentẽ patri, à quo ſta
tim hoc eſt quod ille. Non. n. habet informẽ *Verbi*
vitã verbum filius, cui non ſolũ hoc eſt eſſe *ſapien...*
qđ viuere, ſed etiam hoc eſt ei viuere, quod *Cap. ...*
eſt ſapienter & beate viuere. Creatura vero
q̃quam ſpiritalis & ĩtellectualis vel rõnalis,
quæ vr̃ eſſe illi verbo propinquior, põt hr̃e
informem vitam, q̃a ſicut nõ hoc eſt ei eſſe
qđ viuere, ita nec hoc viuere qđ ſapienter vi
uere ac beate viuere. Auerſa.n. à ſapientia in-
commutabili, ſtulte ac miſere viuit, quæ in-
formitas eius eſt. Formatur aũt conuerſa ad
incommutabile lumen ſapientiæ verbũ Dei,
à quo.n.exiſtit vt ſit vtq; viuat, ad illum con
uertit vt ſapienter ac beate viuat. Principium *Ioa...*
q̃ppe creaturæ intellectualis eſt æterna ſapiẽ
tia, qđ principium manens in ſe, incommu-
tabiliter nullo modo * ceſſat occulta inſpira *a.l. ce...*
tione vocationis loqui ei creaturæ, cui prin *ret.*
cipiũ eſt, vt conuertat ad id ex quo eſt, ꝙ ali
ter formata ac perfecta eſſe non poſſit. Ideo
que interrogatus dñs q̃s eſſet, rñdit, Princi-
pium qui loquor vobis. Quod aũt filius lo-
quit, pater loquit. quia patre loquente vr̃ ver F
bum quod filius eſt, æterno more, ſi more di
cendum eſt, loquente Deo verbũ coæternũ.
Ineſt. n. Deo benignitas ſumma & ſancta &
iuſta, & * q̃dem non ex indigentia, ſed ex be *a.l. q...*
neficientia veniens amor in opera ſua. Pro-
pterea priuſquam ſcriberet, Dixit Deus fiat
lux, præceſſit ſcriptura dicens: Et ſpũs Dei fe
rebat ſuper aquam, q̃a ſiue aquæ nomine ap
pellare voluit totam corporalem materiam,
vt eo modo inſinuaret vnde facta & forma-
ta

ta sint omnia, quæ in su is generibus iam dignoscere possumus, appellans aquam q̃a ex humida natura videmus oĩa in terra per spẽs varias formari atq; concrescere, siue spiritalem vitã q̃dã ante formã conuersionis quasi fluitantem, superferebat̃ vtiq; spũs Dei, quia subiacebat.s.bonæ voluntati creatoris q̃cq̃d illud erat q̃d formandum pficiendumq; inchoauerat, vt dicẽte Deo in verbo suo, fiat lux: in bona voluntate, hoc est in beneplacito eius pro modulo sui generis maneret q̃d factum est. Et iõ rectũ est q̃d placuerit Deo, scriptura dicẽte, Et facta est lux, & vidit De⁹ lucẽ q̃a bona est. Et quemadmodum in ipso exordio inchoatæ creaturæ, quę cœli & terrę nomine pp id quod de illa perficiendum erat commemorata est, trinitas insinuat̃ creatoris: nam dicente scriptura, In principio fecit Deus cœlum & terrã, intelligimus patrẽ in Dei noĩe, & filium in principij noĩe, q̃ nõ patris, sed per seipsum creatę primitus ac potissimum spiritali creaturæ, & cõsequẽter ẽt vniuersę creaturæ principium est: dicẽte aũt scriptura. Et spũs Dei superferebat̃ sup aquas; cõpletam commemorationẽ trinitatis agnoscimus, ita & cõuersione atque perfectione creaturæ, vt rerum species digerant̃, eadem trinitas insinuat̃, verbum Dei. s. & verbi generator cum dr̃, dixit Deus, & sancta bonitas, in qua Deo placet q̃cquid ei pro suæ naturę modulo perfectum placet: cũ dr̃, Vidit Deus q̃a bonum est. Sed cur commemorata prius q̃uis imperfecta creatura, postea commemorat̃ spũs Dei, prius dicẽte scriptura, Terra aũt erat inuisibilis, & incomposita, tenebræ erãt super abyssum. ac deinde infert̃, Et spũs Dei superferebat̃ sup aquã? An q̃m egenus atque indignus amor ita diligit, vt reb. quas diligit, subiiciat̃, propterea cum commemoraretur spũs Dei, in quo eius sancta beneuolentia dilectioq; intelligit̃, superferri dictus est, ne * faciendo opera sua per indigentiæ necessitatẽ potius q̃ per abundantiam beneficẽtię Deus amare putaret̃. Cuius rei memor Apostolus dicturus de charitate, supereminentem viam demonstraturum se ait. Et in alio loco, Super eminentem, inquit scientię charitatem Christi. Cum ergo sic oporteret insinuare spiritũ Dei, vt superferri diceretur, commodius factum est vt prius insinuaret̃ aliq̃d inchoatũ, cui superferri diceret̃, nõ * aũt loco, sed oĩa superante ac præcellente potentia. Ita etiam reb. ex illa inchoatione perfectis atque formatis, Vidit Deus q̃a bonũ est placuit. n. q̃d factum est, in ea benignitatate qua placuit vt fieret. Duo quippe sunt pp quæ amat Deus creaturam suam, vt sit, & vt maneat. Vt ergo esset quod maneret, spũs Dei superferebatur super aquam, vt aũt maneret, vidit q̃a bona est. Et q̃d de luce dictum est, hoc & de oĩb. * manent enim quædam supergressa omnẽ volubilitatẽ temporalem in amplissima sanctitate sub Deo, quædam vero secundum sui tp̃is modos, dum per decessionem successio nemq; rerum seculorum pulchritudo cõtexitur. Quod ergo dixit Deus, fiat lux, & facta est lux: in aliquo die dixit, an ante oẽm diem? Si. n. verbo sibi coæterno dixit, hoc vtiq; intemporaliter dixit, si vero tẽporaliter dixit, non verbo sibi coæterno, sed per aliquam dixit creaturam temporalem, ac per hoc non erit prima creatura lux, quia iam erat creatura per quam temporaliter diceretur, fiat lux, atque illud ante omnem diem fecisse intelligit̃, q̃d dictũ est, In principio fecit Deus cęlum & terrã, vt cęli nomine intelligat̃ spiritalis iã facta & formata creatura, tanq̃ cœlũ cœli huius quod in corporalib. summũ est. Secundo. n. die factum est firmamentum, q̃d rursus cœlum appellauit, terræ aũt nomine inuisibilis & incompositę ac tenebrosæ abyssi, imperfectio corporalis substantię significata est, vñ temporalia illa fierent, quorum prima esset lux. Q̃uo aũt per creaturam illã, quam fecit ante tempora, dici potuit temporaliter, fiat lux, inuenire difficile est. Sono. n. vocis intelligimus dictum: nam q̃cquid tale est corporeũ est. An ex illa ĩperfectione substantiæ corporalis fecit aliq̃ vocem corpoream, per q̃ sonaret, Fiat lux? Ergo aliqnod vocale corpus tante lucẽ creatum atque formatum est. Sed si ita est, iam erat tp̃s p̃ quod curreret, sonorumq; spatia sibi succedentia præterirent. Quod si iam erat tp̃s antequam fieret lux, in quo tp̃e fieret vox, qua sonaret, fiat lux, ad quem diem pertinebat illud tp̃s? Vnus enim dies idemq; primus illi numerari incipit, quo facta est lux. An ad ipsum diẽ pertinet totum spatium tp̃is, & quod factum est vocale corpus, p̃ quod sonaret, Fiat lux, & quod facta est ipsa lux? Sed omnis talis vox propter audientis corporalem sensum à loquente

*Amor Dei erga creaturas Cap. 8.*

*a.l. manet*

I *Q̃uo dictum fiat lux. ca. 9. 2. sen. di. 13. c. praeterea.*

K

loquente profertur,ita. n. factum eſt,vt per-
cuſſo aere ſentiatur.Nunqd itaq; talem habe
bat auditũ illud qcquid erat inuiſibile & in-
cõpoſitum , cui ſic Deus perſonaret ac dice
ret fiat lux?Abſcedat itaq; hæc ab aĩo cogitã
tis abſurditas . Vtrũ ergo ſpiritalis mot⁹, ſed
tñ temporalis erat,quo dictum intelligimus,
fiat lux , expreſſus ab æterno Deo per verbũ
coæternũ in creatura ſpiritali, q̃ iam fecerat
L cum dictũ eſt,In principio fecit Deus cœlũ
& terrã.i.in illo cœlo cœli? An & iſta locu-
tio non tm̃ ſine aliquo ſono , ſed etiam ſine
vllo tpali motu ſpiritalis creaturæ , in eius
mẽte atq; rõne fixa quodammodo à verbo
patri coæterno , & quodammodo impreſſa
intelligit̃ ſecundum q̃ moueret̃ , & ad ſpẽm
cõuerteret̃ iferior illa tenebroſa imperfectio
naturę corporeæ, & fieret lux ? Sed multum
eſt ac difficillimum capere , qũo dicat̃ Deo
non tpaliter iubente, neq; id tpaliter audien
te creatura , quæ cõtemplatione veritatis oĩa
tpa excedit, ſed intellectualiter ſibimet ĩpreſ
ſas ab ĩcommutabili Dei ſapiẽtia rõnes tanq̃
ĩteligibiles locutiones in ea quæ infra ſunt
tranſmittente,fieri tpales motus in reb. tpali
bus vel formandis vel adminiſtrandis.Si aũt
lux,quæ prius dicta eſt vt fiat, & facta eſt , ẽt
primatũ creaturæ tenere intelligenda eſt,ip-
ſa eſt intellectualis vita, quæ niſi ad creatorẽ
illuminanda conuerteret̃ , fluitaret informi-
ter. Cũ aũt cõuerſa & illuminata eſt , factum
*Dies nox, lux tenebræ. Cap. 10. 2. ſen. di. 13. cap. ſi autem.*
eſt qđ in verbo Dei dictũ eſt,fiat lux. Verũtñ
quẽadmodũ ſine tpe dictum eſt, qa in verbũ
patri coæternum non cadit tp̃s , vtrum ita ẽt
ſine tpe factum ſit,qſquã forſitã quęrat . Sed
qũo poteſt hoc intelligi,cũ facta luce & diui
ſa à tenebris,& inditis diei noctiſq; vocabu-
lis, dicat ſcriptura,Facta eſt veſpera, & factũ
eſt mane dies vnus ? Vnde vr̃ illud opus Dei
factum per ſpatiũ diei quo peracto ad veſpe
rũ ventũ eſt,qđ eſt initiũ noctis.Itemq; pera
cto nocturno ſpatio cõpletus eſt totus dies,
vt mane fieret in alterũ diẽ,in quo die Deus
M aliud cõſequenter operaret̃.Immo vero idip
ſum permirabile eſt , cum Deus nullo ſpatio
ſyllabarum æterna verbi ſui rõne dixerit,fiat
lux , cur tanta mora facta ſit lux , donec diei
ſpatium prętériret & veſpera fieret? An forte
cito qdem lux facta eſt, ſed mora diurni tpis
in eo conſumi potuit, cum diſcerneret̃ à te-
nebris, atq; vtrunq; diſcetũ ſuis vocabulis ſi
gnaretur?Mirum ſi & hoc vel tanta mora fie
ri potuit à Deo q̃ta dr̃ à nobis. Diſcretio qp
pe lucis & tenebrarũ in ipſo vtiq; opere, cũ
lux fieret,cõſecuta eſt,non.n.lux eſſe potuit,
niſi diſcerneret̃ a tenebris . Quod aũt voca-
uit Deus lucem diem,& tenebras noctẽ , q̃ta
mora fieri poterat, ẽt ſi hoc ſyllabatim p ſo-
num vocis egiſſet niſi quanta & à nobis dr̃,
lux vocet̃ dies , & tenebræ vocent̃ nox , niſi
forte quis ita deſipiat,vt qa ſuper oĩa magn⁹ A
eſt Deus putet ore Dei prolatas,q̃uis paucisſi
mas ſyllabas per totum diei ſpatium potuiſſe
diſtendi.Huc accedit , qa verbo ſibi coæter-
no.i.incommutabilis ſapientiæ internis æter
niſq; rõnib.non corporali ſono vocis voca
uit Deus lucem diem & tenebras noctẽ.Rur
ſum.n.quęritur,ſi verbis qb.vtimur vocauit,
qua lingua vocauerit , & quid opus erat ſo-
nis tranſeuntib. vbi cuiuſquam non erat cor
poralis vllus auditus & non inuenit̃. An di-
cendum eſt, ꝙ cum cito peractum eſſet hoc
opus Dei tandiu ſtetit lux non ſuccedente no
cte donec diurnũ ſpatiũ peragerer̃,& tandiu
manſit nox luci ſuccedens,donec ſpatiũ no-
cturni tpis præteriret, & fieret diei ſequẽtis,
vno primoq; die tranſacto ? Sed ſi hoc dixe
ro,vereor ne derideor , & ab iis qui certisſi-
me cognouerũt & ab iis qui pñt facillime ad
uertere , ꝙ eo tẽpore quo nox apud nos eſt,
eas partes mundi præſentia lucis illuſtret , p
quas ſol ab occaſu in ortũ redit , ac per hoc
omnib. vigintiquatuor horis non deeſſe per
circuitum gyri totius,alibi diem,alibi noctẽ.
Nunquid nam ergo in parte aliqua poſitu-
ri ſumus Deum vbi ei veſpera fieret, cum ab
ea parte in aliam partem lux abſcederet? Nã
& in libro qui appellatur Eccleſiaſtes , ita
ſcriptum eſt : Et oritur ſol & occidit , & in
locum ſuum ducitur,hoc eſt, in eum locum
vnde ortus eſt.Sequitur enim , & dicit ipſe.
Oriens illuc vadit ad Auſtrum,& circuit ad
Aquilonem,Auſtralis ergo pars cũ habet ſo-
lẽ, nobis dies eſt , cũ aũt ad Aquilonis partẽ B
circũiens peruenit,nobis nox eſt,non tamen
in alia parte nõ eſt dies vbi p̃ſentia ſolis eſt,
niſi forte poeticis figmentis cor inclinandũ
eſt , vt credamus ſolem mari ſe immergere,
atq; in de lotum ex alia parte mane ſurgere.
Quanquam ſi ita eſſet,abyſſus ipſa præſentia
ſolis illuſtraretur , atque ibi eſſet dies.Poſſet
.n.& aquas illuminare , qñ ab eis non poſſet
extingui.

extingui. Sed hoc monstruosum est suspicari. Quid quod ēt sol nondum erat? Quapp si spiritalis lux primo die facta est nunquid nam occidit vt ei succederet nox? Si aūt corporalis, quænam illa lux est, quam post occasum solis videre non possumus, quia nec luna erat adhuc nec aliquæ stellæ? Aut si semp in ea parte cœli est in qua sol, vt non sit solis lux, sed quasi comes eius eidem ita coniuncta, vt discerni dignosciq; nō possit, ad eandem redit difficultatem soluēdæ huius q̄onis quia & ista lux eodē modo quo sol tanq̄ comes eius ab occasu ī ortū circumiens redit, & est in alia parte mundi, quo tpe pars ista in qua sumus, tenebrescit in noctē. Ex quo cogit, qđ absit, in vna parte credere Deum fuisse, quam partē lux ista desereret, vt posset ei vespera fieri. An forte ī ea parte lucē fecerat, in qua facturus erat hoīem & iō cum ab ipsa parte lux decessisset, vesperra facta dr̄, etiam cū in alia parte lux illa esset quæ inde discesserat, mane exoritura peracto circuitu. Vt qd ergo fact⁹ est sol in ptātem diei, qui luceret super terrā si lux illa diem faciendo suffecerat, q̄ dies ēt vocata est? An illa prior regiones superiores à terra lōginquas illustrabat, vt sentiri nō posset in terris, atq; ita oportebat solē fieri per quē dies inferiorib. mundi partib. appareret? Potest & hoc dici auctum esse fulgorē diei sole addito, vt p illam lucē minus fulgens dies q̄ nunc est fuisse credat̄. Etiam hoc à quodam dictum scio, primum naturā lucis inductā in opere creatoris, cum dictū est, Fiat lux, & facta est lux, postea vero cū de luminib. dr̄, qd ex ipsa luce factum sit fuisse commemoratum ordine dierū, quò visum est creatori cuncta esse facienda, q̄ natura lucis quò transierit facta vespera vt vicissim nox perageret̄, nec ille dixit, nec facile inueniri posse arbitror. Neq;.n. extinctam esse credēdū est, vt nocturnæ tenebræ succederēt & rursus accēsam vt mane fiere anteq̄ hoc solis officio gereret̄, qđ à quarto die cępisse fieri eadē scriptura testatur. Qđ anteq̄ fieret, quo circuitu sibi potuerint tres dies noctesq; succedere lucis quæ primo facta est permanente natura, si lux corporalis tunc facta & intelligenda est, & inuenire & explicare difficile est. Nisi forte molem terrenam & aquosam antequā esset ab alterutro vtrūque discretum, quod tertio die factum scribitur, tenebras Deum appellasse quis dixerit pp crassiorem corpulētiam quam lux penetrare non poterat, vel pp obscurissimam vmbram tantæ molis, q̄ neceesse est vt ex altera parte habeat corpus, si ex alia parte lux fuerit. Ad quem locum enim cuiuslibet corporis moles lucem peruenire nō sinit, in eo loco vmbra est, qm̄ locus carens ea luce qua illustraret̄, nisi impediret corpus oppositū, hoc totum est qđ vmbra dr̄. Quæ si pro mole corporis tā magna fuerit, vt occupet spatiū terræ, q̄tum ex altera parte dies occupat, nox vocat̄. Neque.n. omnes tenebræ nox. Nā & in speluncis amplis in quarum abdita lux irrumpere p oppositam molem non sinitur, sunt vtiq; tenebræ, qa lux nō est ibi, totumq; spatium illud locus est carens luce. nec tn̄ tales tenebræ acceperunt vocabulum noctis, sed illæ quæ in eam partē terræ succedūt, vn̄ remouet̄ dies, sicut nō omnis lux dies appellat̄; nam & lunæ lux est & syderum & lucernarum & corruscationū, & quarumcunque rerum ita fulgētiū, sed illa lux appellat̄ dies, cui nox præcedēti recedentiq; succedit. Sed si primaria lux illa vndiq; terrę molem circumfusa cōtexerat, siue staret, siue circūiret, non erat ex qua parte admitteret noctem sibi succedere, qa nusquam ipsa discedebat, vt ei faceret locum. An ex vna parte facta est vt ipsam circumiens, ēt noctem ex alia parte consequēter circumire permitteret? Cum enim totam terram adhuc aqua regeret, nihil impediebat vt aquosa & globosa moles ex vna parte faceret diē lucis p̄sentia, ex alia noctē lucis absentia, q̄ in eā partē succederet à tpe vespertino, ex qua lux in aliam declinaret. Quò ergo cōgregatæ sunt aquæ, si totam terram prius occupauerant, illæ. s. quæ detractę sunt, vt terra nudaret̄, in q̄ partem congregatæ sunt? Si.n. erat aliquid terrę nudum, quò congregarent̄, iam apparebat arida, nec totum abissus occupabat: Si aūt totum texerāt, qs erat locus quò colligerent̄ vt terræ ariditas appareret? Nunquid nam in altum cōgregatę sunt, sicut fit cum ad ventilandū in area messis trita surrigitur, & congesta in aggerē nudat locum, quem diffusa cōtexerat? Quis hoc dixerit, cum videat vsquequaq; campos maris æqualiter fusos, qui etiam cum aquę fluctuantes quidam velut montes eriguntur, sedatis rursus tempestatibus complanantur.

*Congregatio aquarum.*

Et si qua littora nudãtur latius, non potest dici nulla esse alia terrarũ spatia, quò accedat id quod aliunde decedit, vñ in eum locum, ex quo recesserat iterum accedat. Cum aũt totam oĩno terrã vndosa natura cooperiret, quò cederet vt nudaret aliquas partes? An forte rarior aqua velut nebula terras tegebat, q̃ cõgregatione spissata est, vt ex multis eas partib. in quibus arida posset apparere nudaret?

*1. sen. di. 14. ca. sequitur, 9 dixit De congregẽtur.*

G Quanq̃ & terra lõge lateq; subsidens, potuit alias partes præbere concauas, q̃b. confluentes & corruentes aquæ reciperent, & appareret arida ex his partib. vñ humor abscederet. Non est aũt informis oĩmodo materies, vbi ẽt nebulosa species apparuerit. Et ideo queri adhuc potest, qñ Deus istas cõspicuas aquarũ terrarũq; species qualitatesq; creauerit, ĩ nullo.n. sex dierum hoc inuenit. Itaq; si hoc ante omnem diem fecit, sicut ante istorum primorum dierum commemorationem scriptum est, In principio fecit Deus cœlum & terram. vt in terræ vocabulo intelligamus iã formatam terrenam speciem superfusis aq̃s ista iam visibili specie sui generis declaratis, vt in eo q̃d sequit̃ scriptura dicens, Terra aũt erat inuisibilis, & incõposita, & tenebrę erãt super abyssum, & spũs Dei superferebat̃ sup aquas, nullam opinemur informitatem materiæ, sed terram & aquam sine luce, quę nõdũ erat facta, suis iam notissimis qualitatib. conditas, vt iõ terra inuisibilis dicta intelligatur, q aq̃s cooperta nõ posset videri, ẽt si esset q̃ posset videre: Iõ vero incomposita, q̃a nondum à mari distincta & cincta à littorib. & suis fętib. aĩalibusq; decorata. Si ergo ita est, cur istę species, quæ proculdubio corporales sunt, ante omnẽ diem factæ sunt? Cur non scriptum est, Dixit De⁹ Fiat terra & facta est terra? Item, Dixit Deus, Fiat aqua, & facta est aqua? vel vtrunque communiter, si vna quasi lege loci infimi continent̃, Dixit Deus, Fiat

*Creatio aquæ & terræ. Cap. 13 Gen. 2.*

H terra & aqua, & sic factum est? Cur non dictum est, cum hoc factum esset, Vidit Deus q̃a bonum est? Hęc.n. consideratio suasit, q̃m manifestum est omne mutabile ex aliqua informitate formari, simulq; illud & catholica fides pręscribit, & certissima rõ docet nullarum naturarum materiã esse potuisse, nisi ab omnium rerum non solum formatarum, sed etiam formabilium inchoatore Deo atq; creatore, de qua etiam dicit ei quędam scriptura, Qui fecisti mundum ex materia informi, hanc materiam illis verbis, q̃b. pro spiritali prudentia tardiorib. etiam lectorib. vel auditorib. cõgrueret fuisset commemoratã, q̃b. ante dierum enumerationem dictum est. In principio fecit Deus cœlum & terrã, &c. donec diceret̃, Er dixit Deus, vt deinceps formatarum rerum ordo consequeret̃. Nõ quia informis materia formatis reb. tẽpore prior

*Materia qualibet. Cap. 14.*

I est, cum sit vtrunq; simul concreatũ, & vnde factum est, & quod factum est. Sicut.n vox materia est verborum, verba vero formatam vocem indicant, nõ autem qui loquit̃, prius emittit informẽ vocem, q̃ possit postea colligere, atq; in verba formare, ita creator Deus non priorem tempore fecit informem materiam, & eam postea per ordinem quarumcũque naturarũ quasi secunda consideratione formauit: formatam q̃ppe creauit materiam. Sed q̃a illud vnde fit aliquid, & si non tp̃e tñ quadam origine prius est, q̃ illud q inde fit, potuit diuidere scriptura loquẽdi temporib. quod Deus faciendi temporib. non diuisit. Si enim quęrat̃, vtrum vocem de verbis an de voce verba faciamus, non facile q̃squam ita tardo ingenio reperit̃, qui non potius verba fieri de voce rñdeat. Ita quanuis vtrunque simul q̃ loquit̃ faciat, q̃d vñ faciat naturali attẽtione satis apparet. Quamobrem cum simul vtrunque Deus fecerit, & materiam quã formauit, & res in quas eam formauit, & vtrunque ab scriptura dici oportuerit, nec simul vtrunq; dici potuerit, prius illud vnde aliq̃d factum est, q̃ illud quod inde factum est, dici debuisse quis dubitet? Quia ẽt cum dicimus, materiam & formam, vtrunq; simul esse intelligimus, nec vtrunq; simul possumus enũciare. Sicut aũt in breuitate temporis contingit cum duo ista verba proferimus, vt alterũ ante alterum proferamus, ita in prolixitate

*An... ria... dat... mã.c... 2. sen... 15.c...*

K narrationis alterum altero prius narrandum fuit, quanuis vtrunque, vt dictum est, simul fecerit Deus, vt quod sola origine prius est in faciendo, etiam tempore prius sit in narrãdo, quia duę res quarum ẽt altera nullo modo prior est, nominari simul non pñt, quanto minus simul narrari. Non itaque dubitandum est ita esse istam informem materiam propè nihil, vt non sit facta nisi à Deo, & rebus quæ de illa factæ sunt simul concreata sit. Sed si credibiliter dr̃ eam significari illis

verbis,

verbis: Terra aũt erat inuisibilis & incõposita, & tenebræ erãt super abyssum, & spiritus Dei subferebatur super aquã: vt excepto q̃d ibi positũ est, de spiritu Dei cętera quidem rerũ visibiliũ vocabula, sed ad illã informitatem, vt tardioribus poterat insinuandã dicta intelligamus, quia hæc duo elementa, idest, terra & aqua, ad aliquid faciendũ operantiũ manibus tractabiliora sunt cęteris, & ideo cõgruentius istis nominibus illa insinuabatur informitas. Si hoc ergo probabiliter dicitur non erat aliqua formata moles, q̃ lux ex vna parte illustrans ex altera faceret tenebras, vñ posset nox die discedente succedere. Emissioné vero cõtractionẽq; lucis illius si velimus diẽ noctẽq; intelligere, nec causam videmus cur ita fieret. Non enim iã erant animalia quibus hæc vicissitudo salubriter exhiberetur, & quib. postmodũ exortis, ꝑ circuitũ solis cernimus exhiberi: nec vllũ occurrit exẽplũ, quo istã emissionẽ cõtractionẽq; ut diei noctisq; vicissitudines fierent, ꝓbare possimus. Iactus.n. radiorũ ex oculis nostris cuiusdã lucis euidẽs est iactus, & cõtrahi põt cũ aerẽ qui est oculis nostris proximus intuemur. & emitti cũ ad eandẽ rectitudinẽ q̃ sunt longe posita attendimus. Nec sanè cũ cõtrahitur omnino cernere quæ lõge sunt desinit, sed certe obscuri⁹ q̃ cũ ĩ ea obtutus emittitur: sed tñ ea lux q̃ in sensu videntis est, tã exigua videt̃, vt nisi adiuuemur extranea luce nihil videre possimus, qm̃ ab ea non põt discerni: quo igitur exemplo demõstrari possit emissio in diẽ, & contractio lucis in noctẽ, sicut dixi, reperire difficile est. Si auem spiritalis lux, facta est lux: cũ dixit Deus, Fiat lux, & facta est lux: non illa vera patri coæterna intelligẽda est, ꝑ q̃ facta sunt oĩa, & q̃ illuminat oẽm hominẽ, sed illa de qua dici potuit, Prior oĩum creata est sapiẽtia. Cũ.n. æterna illa & incõmutabilis q̃ nõ ẽ facta, sed genita sapiẽtia in spiritales atq; rõnales creaturas sicut in animas sanctas se trãsfert, vt illuminatæ luce re pos int, fit in eis q̃dã luculẽtę rationis affectio, q̃ põt accipi facta lux, cũ diceret De⁹, Fiat lux: si iã erat creatura spiritalis, quæ noĩe cęli significata est, in eo quod scriptũ est in principio fecit Deus cęlũ & terrã: nõ corporeũ cęlũ, sed incorporeũ, cęlis corporeis, hoc est super oẽ corpus, nõ locorũ gradibus, sed naturæ sublimitate ꝑpositũ. Quo autẽ mõ simul fieri potuit & ꝙ illuminaretur, & ipsa illuminatio, ac diuerso tp̃e narrãda fuerit, pauloante diximꝰ, cũ de materia tractaremus. Sed huic luci succedẽtẽ noctẽ, vt vespera fieret, quo pacto intellecturi sumus? A tenebris uero qualibus talis lux diuidi potuit, dicente scriptura: Et diuisit Deus inter lucẽ ac tenebras? nũquid iã erant pctõres & stulti decidẽtes à lumine veritatis inter quos & in eadẽ luce permanẽtes diuideret Deus tãquã inter lucẽ ac tenebras, lucẽ vocãs diẽ, ac tenebras noctẽ: & oñderet se nõ operatorẽ peccatorũ, sed ordinatorẽ * distribuendorũ meritorũ? An hic dies totius tp̃is nomen est, & omnia uolumina seculorũ hoc vocabulo includit, ideoq; nõ dictus est primus, sed unns dies? Et facta est enim vespera, & factũ est, inquit, mane dies vnus: vt per hoc ꝙ facta est uespera, pc̃m rõnalis creaturæ, ꝙ aũt factũ mane renouatio eius significata videat̃. Sed hæc allegorię ꝓpheticæ disputatio est, quã nõ isto sermone suscepimus: Instituimus enim de scripturis nunc loqui scd̃m ꝓprietatẽ rerũ gestarũ, nõ scd̃m ænigmata figurarũ. Ergo ad rõnẽ factarũ cõditarũq; naturarũ, quõ inuenimus vesperã & mane in luce spiritali? An diuisio quidem lucis à tenebris, distinctio est iã rei formatæ ab informi, appellatio vero diei & noctis, insinuatio distributionis est: qua significetur nihil Deũ inordinatũ relinquere atq; ipsam informitatẽ ꝑ q̃ res de specie in speciẽ modo quodã transeũdo mutantur, nõ esse indispositã, neq; defectus neq; profectus creaturæ, quib. sibimet propter tẽporalia quæq; succedũt sine supplemento esse decoris uniuersi? Nox.n. inordinatæ sunt tenebræ: Propterea uero cũ facta esset lux, dictũ est, Vidit Deus lucẽ quia bona est: cũ hoc posset post oĩa eiusdẽ diei dicere, id est ut cũ cęlũ explicasset Dixit Deus fiat lux, & facta est lux: Et diuisit Deus inter lu cẽ, & tenebras: Et uocauit De⁹ lucem diẽ, & tenebras uocauit noctẽ nunc diceret, Et uidit Deus quia bonum est: & deinceps annecteret, Et facta est uespera, & factum est mane: sicut in alijs operibus facit quibus uocabula imponit. Hic ergo non ita fecit, quoniã à formata re ad hoc distincta est illa informitas, ut non in ea finis esset, sed adhuc formanda restaret per creaturas cęteras iam corporales. Itaque si posteaquam

A
* a'.l.distributione. al.l.distributionũ.
B

distincta essent illa diuisione & vocabulis, tũc dicereť: Vidit Deus quia bonũ est, hæc facta acciperemus significare, qbus iã in suo genere nihil esset addẽdũ. Quia vero lucẽ solã ita perfecerat: Vidit Deus, inquit, lucẽ, qa bona est, & diuisione ac nominibus discreuitã tenebris. Neq; tũc dixit: Vidit Deus quia

C

bonũ est, ad hoc enim erat informitas illa discreta, vt adhuc inde alia formareňt. Namq; ista nox q̃ nobis est notissima, fecit.n.ea sup terras solis circuitus, qñ p luminariũ distributionẽ à die diuidiť post ipsam diuisionẽ diei & noctis dicitur: Vidit Deus quia bonum est: Non n. hæc nox informis aliqua substãtia erat, vnde adhuc alia formarẽtur, sed spatiũ loci plenum aere, carens lumine diurno, cui vtiq; nocti iã nihil addendũ esset in gñe suo, quo esset speciosior siue distinctior. Vespera aũt in toto illo triduo, antequã fierent luminaria cõsummati operis termin⁹, nõ absurde fortasse intelligitur, mane vero tanq̃ futuræ operationis significatio. Sed añ oĩa meminerimus vñ iã multa diximus, nõ tpalibus quasi animi sui aut corporis motib. operari Deũ, sicut operať hõ vel angelus, sed æternis atq; incõmutabilibus, & stabilibus rõnibus coæterni sibi verbi sui, & quodã, vt ita dixerim, flatu pariter coęterni sanctispũs sui. Nã & illud q̄ p Græcã & Latinã linguã dictũ ẽ, de spũ Dei quia superferebatur super aquas secundum Syrę linguæ intellectũ quæ vicina est Hebreæ, nã hoc à quodã docto Christiano Syro fertur expositũ, nõ superferebatur, sed fouebat potius intelligi perhibetur. Nec sicut foueňt tumores aut vulnera in corpore aquis vel frigidis vel calore cogruo tẽperatis, sed sicut oua fouẽtur ab alitibus, vbi ca-

*Quomõ Deus operatur. Cap. 18.*

D

lor ille materni corporis ẽt formandis pullis quodãmõ adminiculatur, per quendã in suo gñe dilectionis affectũ. Nõ itaq; per singulos dies istorũ operum diuinorũ tanq̃ tẽporales voces Dei carnaliter cogitem⁹: Nõ enim ad hoc ipsa Dei sapientia nostra infirmitate suscepta venit ad colligendos sub alas suas filios Hierusalẽ, quemadmodũ gallina pullos suos, vt semper paruuli simus, sed vt malitia infantes mente pueri esse desinamus. Et in rebus obscuris atque à nostris oculis remotissimis, si qua inde scripta etiam diuina legerimus, quæ possit salua fide qua inbuimur, alijs atque alijs parere sententijs, in nullam

*Mat. 23.*

*1. Cor. 1.*

earum nos præcipiti affirmatione ita pijciamus, vt si forte diligentius discussa veritas eã recte labefactauerit, corruamus: nõ pro sentẽtia diuinarũ scripturarũ, sed pro nostra ita dimicantes, vt eã velimus scripturarũ esse q̃ nostra est, cũ potius eam quæ scripturarũ est nostram esse velle debeamus. Ponamus enim in eo quod scriptũ est: Dixit Deus, fiat lux, & facta est lux: aliam sensisse lucem corporalem factam, & aliam spiritalem esse lucẽ in creatura spititali: quod nr̄a fides non dubitat esse añ lucẽ corporalem cęlestẽ, aut etiã super cęlum vel ante cęlum, cui succedere nox potuerit, tandiu non est contra fidẽ, donec veritate certissima refellatur. Quod si factũ fuerit, nõ hoc habebat diuina scriptura, sed hoc senserat humana ignorantia. Si autem hoc verum esse certa ratio demonstrauerit, adhuc incertum erit, vtrum hoc in illis verbis sanctorum librorũ scriptor sentire voluerit, an aliquid aliud non minus verum. Quod si cętera contextio sermonis non hoc eum voluisse probauerit, non ideo falsum erit aliud quod ipse intelligi voluit, sed & verum & quod vtilius cognoscatur. Si autẽ contextio scripturæ hoc voluisse intelligi scriptorem nõ repugnauerit, adhuc restabit quærere, vtrũ & aliud nõ potuerit. Quod si & aliud potuisse inuenerimus, incertum erit qd nã eorũ ille voluerit: aut vtrũq; sentiri voluisse, non incõuenienter creditur, si vtriusq; sententię certa circunstantia suffragať. Plerũque euim accidit vt aliquid de terra. de cęlo de cęteris huius mundi elementis, de motu & conuersione vel etiã magnitudine & interuallis syderũ, de certis defectibus solis & lunæ, de circuitibus annorum temporũ, de animalium, fruticum, lapidum, atq; huiusmodi cęteris, etiam non Christianus ita nouerit, vt certissima ratione vel experientia teneat. Turpe autem est nimis & pniciosum ac maxime cauendũ, vt Christianũ de his rebus quasi scd̃m Christianas literas loquentẽ, ita delirare quilibet infidelis audiat, vt quẽadmodũ diciť toto cęlo errare conspiciens, risum tenere vix possit: & nõ tã molestũ est q̄ errãs hõ derideret, sed q̄ aut hores nostri ab eis qui foris sunt alia sensisse credunť, & cũ magno eorũ exitio de quorũ salute satagimus, tanquã indocti reprehenduntur atq; respuũtur. Cum.n.antequã de numero Christiano-

E

F

ſtianorum in ea re quã optime norunt errare deprehenderint, & vanam ſniam ſuam de noſtris libris aſſerere, quo pacto illis libris credituri ſunt de reſurrectione mortuorũ, & de ſpe vitæ æternæ regnoq; cœlorũ, qñ de his reb. quas iã experiri, vel indubitatis numeris percipere potuerunt, fallaciter putauerint eſſe cõſcriptos? Quid.n. moleſtiæ triſtitiæq; ingerãt prudentib. fratrib. temerarij ꝓſumptores, ſatis dici non põt, cũ ſi qñ de praua & falſa opinione ſua reprehẽdi & cõuinci cęperint ab eis qui noſtrorũ librorũ authoritate nõ tenentur, ad defendendũ id ꝙ leuiſſima temeritate & apertiſsima falſitate dixerunt, eoſdẽ libros ſanctos vnde id ꝓbent, ꝓferre conant, vel ẽt memoriter q̃ ad teſtimoniũ valere arbitrantur, multa inde verba pronunciãt, nõ intelligentes neq; q̃ loquuntur, neq; de quib. affirmant. Ad hoc.n. cõſiderandũ & obſeruandũ, librũ Geneſeos multipliciter quantũ potui enucleaui, protuliq; ſnĩas de verbis ad exercitationẽ noſtrã obſcure poſitis, non aliquid vnũ temere affirmans cũ ꝓiudicio alterius expoſitionis fortaſſe melioris, vt pro modulo ſuo eligat quiſq; ꝙ capere poſsit, vbi aũt quid intelligere nõ põt, ſcripturæ Dei det honorẽ, ſibi timorẽ. Sed cum tã multis exitibus verba ſcripturæ quæ tractauimus exponantur, cohibeant ſe tandẽ qui literis ĩflati ſecularib. hæc ita poſita, vt oĩa pia corda nutriant, uelut imperitũ atq; impolitũ aliquid exagitant, ſine pennis in terra reptantes, & volaturarũ auiũ nidos irridentes. Periculoſius aũt errant quidã infirmi fratres, qui cũ iſtos impios de cęleſtiũ corporũ numeris, vel de quibuſlibet elementorũ mundi huius qõnibus ſubtiliter & copioſe diſſerere audiunt, euaneſcũt, & eos ſibi cũ ſuſpirio ꝓponentes, & magnos putantes, ſaluberrimæ pietatis libros cũ faſtidio repetunt, & quos dulciter haurire deberẽt, vix patienter attingunt, à ſegetis aſperitate abhorrentes, & ſpinarũ florib. inhiantes. Non.n. vacant videre, q̃ ſuauis eſt dñs, nec in ſabbato eſuriunt, atq; ideo pigri ſunt, ꝑtãte à dño ſabbati accepta, vellere ſpicas, & tãdiu verſare manib. cõtritaſq; purgare donec ad eſcã ꝑueniãt. Dicet aliquis, quid tu tanta tritura * diſſertionis huius, quid granorũ extuliſti, quid euentilaſti? Cur prope modũ in qõnib. adhuc latẽt oĩa? Affirma aliquid eorũ quæ multa poſſe intelligi diſputaſti; Cui rñdeo ad eũ ipſum me cibũ ſuauiter perueniſſe, ꝙ didici habere hominẽ in rñdendo ſcdm fidẽ, ꝙ rñdendũ eſt hoĩb. qui calũniari libris noſtræ ſalutis affectant: vt quicquid ipſi de natura rerũ veracibus documẽtis demõſtrare potuerunt, oſtendamus noſtris literis nõ eſſe contrariũ. Quicquid aũt de quibuſlibet ſuis voluminib. his noſtris literis, i. Catholicæ fidei contrariũ ꝓtulerint, aut aliqua ẽt facultate oſtendamus, *Colo. 2.* aut nulla dubitatione credamus eſſe falſiſſimũ, atq; ita teneamus mediatorẽ noſtrũ, in quo ſunt oẽs theſauri ſapiẽtiæ atq; ſciẽtiæ abſcõditi, vt neq; falſæ philoſophiæ loquacitate ſeducamur, neq; falſæ religionis ſuperſtitione terreamur. Et cũ diuinos libros legim⁹ in tãta multitudine verorũ intellectuũ, q̃ de paucis verbis eruunt, & ſanitate catholicæ fidei muniunt, id potiſsimũ diligamus ꝙ certũ apparuerit eũ ſenſiſſe quẽ legimus. Si aũt hoc latet, id certe ꝙ circũſtãtia ſcripturæ nõ impedit, & cũ ſana fide concordat. Si aũt & ſcripturæ circũſtãtia ꝑtractari ac diſcuti nõ põt, ſaltẽ id ſolũ ꝙ fides ſana ꝓſcribit. Aliud eſt.n. quid potiſsimũ ſcriptor ſenſerit nõ dignoſcere, aliud aũt à regula pietatis errare. Si vtrunq; vr̃, perfecte ſe habet fructus legentis: Si vero vtrunq; vitari non poteſt, etiam ſi volũtas ſcriptoris incerta ſit, ſanæ fidei cõgruam non inutile eſt tenuiſſe ſententiam.

## D. AVRELII AVGVSTINI de Geneſi ad literam.

## LIBER SECVNDVS.

*Firmamẽtũ aquæ. Cap. 1.*



T dixit Deus: Fiat firmamentũ in medio aquarum, & ſit diuidens inter aquam & aquã: Et ſic factum eſt. Et fecit Deus firmamentum, & diuiſit Deus inter aquam quæ erat infra firmamentum, & inter aquam quæ erat ſupra firmamentũ. Et vocauit Deus firmamentum cęlum, & vidit Deus quia bonũ eſt, & facta eſt veſpera, & factum eſt mane dies ſecundus. De verbo Dei, quo dixit: Fiat firmamentum, &c. & de placito eius quo vidit quia bonum eſt, & de veſpera & mane, non opus eſt hic iterũ ſimiliterq; diſſerere: atq; ita deinceps quotieſcũque iſta reperiuntur ſcdm ſuperiorẽ inqui-

sitionem interim consideranda esse admonemus. Vtrum aũt nunc illud cęlum fiat, ꝙ excedit aeris omnia spatia, eiusq; omnem altitudinem, vbi ẽt luminaria stellæq; constituũtur quarto die, an ipse aer vocetur firmamentũ, quæri merito potest. Multi.n. asserunt istarum aquarũ naturã super sydereum coelum esse non posse, ꝙ sic habeant ordinatum põdus suum, vt vel super terram fluitent, vel in aere terris proximo vaporaliter ferãtur. Nec
M quisquã istos debet ita refellere, vt dicat secũdum omnipotentiã Dei, cui cuncta posibilia sunt, oportere nos credere, aquas ẽt tam graues quam nouimus atq; sentimus, cęlesti corpori in quo sunt sydera superfusas. Nunc enim quemadmodũ Deus instituerit naturas rerum, secundũ scripturas eius nos cõuenit quærere, non quid in eis vel ex eis ad miraculũ potentiæ suæ velit operari. Neque.n. si vellet Deus sub aqua oleũ aliqñ manere, nõ fieret: non ex eo tñ olei natura nobis esset incognita, ꝙ ita facta sit, vt appetendo suũ locum, ẽt si subterfusa fuerit perrumpat aquas, eisq; se superpositã collocet. Nũc ergo quęrimus, vtrũ conditor rerũ qui omnia in mẽsura & numero & pondere disposuit, non vnũ locũ propriũ ponderi aquarũ circa terram tribuerit, sed & super coelum ꝙ vltra limitem aeris circunfusum atq; solidatum est. Quod qui negant esse credendum, de ponderib. elementorum argumentãtur, negantes vllo modo ita desuper quasi quodã pauimento solidatũ esse coelum vt posit aquarũ põdera sustinere, quia talis soliditas nisi terris esse non posit, & quicquid tale est, non cęlum, sed terra sit. Non.n. tñ locis, sed ẽt qualitatibus proprijs elementa * distinguuntur, vt pro qualitatib. proprijs ẽt loca ꝓpria sortirentur: Aqua scilicet super terram, quæ ẽt
A si sub terra stat aut labitur sicut in antris cauernisq; abditis, non tñ ea terræ parte quam supra, sed ea quã infra se habet continetur. Nã si ex parte superiori fuerit pars vlla terrę delapsa, non manet super aquã, sed ea perrupta demergitur & pergit ad terram, quo veniens conquiescit, tanquã in loco suo, vt supra sit aqua subtus autẽ terra. Vnde cognoscitur ꝙ ẽt super aquas cũ esset, non ipsis aquis portabatur, sed cõpage terræ tenebatur, sicut sese habent cameræ speluncarum. Hic occurrit admonere cauendum errorẽ, quem in libro primo cauendum admonuimus, Ne forte quia scriptum est in Psalmis: Fundauit terrã super aquas: arbitretur aliquis nostrũ, aduersus istos de ponderib. elementorũ subtiliter disserentes, isto testimonio scripturarum esse retinendũ: quia illi non retenti authoritate literarũ nostrarũ, & nescientes quẽadmodũ dictum sit, libros sanctos facilius irridebunt, q̃ illud repudiabũt, ꝙ vel certis rationibus perceperunt, vel experimentis manifestissimis probauerũt. Illud nanq; in Psalmis, aut figurate dictũ recte accipi põt: vt qm̃ cęli &
B terræ nomine sæpe in ecclesia spiritales carnalesq; significantur, cęlos ostenderit pertinere ad serenã intelligentiã veritatis, dicens: Qui fecit cęlos in intelligentia: terrã vero ad fidem simplicem paruulorum, non fabulosis opinionib. incertam atq; fallacem, sed Prophetica & Euangelica prædicatione firmisimã, quæ per baptismũ solidatur, & ideo subiecerit dicens: Fundauit terram super aquã. Aut si ad literam quisquã cogit intelligi, non incongruenter vel sublimia terrarũ, siue cõtinentium, siue insularum accipiuntur, quæ superiora sunt aquis: vel ipsa tegmina speluncarũ, q̃ super aquas pendula soliditate firmata sunt. Quocirca nec ad literam quisquam põt sic intelligere, ꝙ dictum est, Fũdauit terram super aquã: vt aquarum pondus terreno ponderi supportando naturali ordine quasi subiectũ esse arbitretur. Aerẽ vero aquis esse superiorem quanuis ꝑꝑ ampliora sui spatia ẽt aridam contegat, hic intelligitur, ꝙ nullũ vas ab ore impressum repleri aquis põt: vnde satis indicat aeris naturã locũ petere superiorem: videtur.n. vas inane, sed aere plenũ probatur, cũ ore imo in aquã deprimitur, quia enim superiori parte non inuenit emigrandi locum, nec deorsum versus irruptis aquis subter eas ire natura finitur, plenitudine sua repellit eas, & in vas nõ permittit intrare. Cũ
C aũt vas ita collocatur vt os non habeat deorsum, sed in latus inclinatum, intrat aqua inferius, exeunte aere superius. Item q; si vasis erecti os pateat in coelum, cum infundis aquam euadit aer sursum versus ex alijs partib. qua non infundis, & fit locus aquæ deorsum versus intrandi. Quod si vi maiore vas deprimitur, vt vel ex latere vel desuper aquæ repente influant, & vndiq; os vasis obtegant, disrũpit eas aer sursum nitens, vt eis ad ima locum

Marginal notes: Sapiẽ. 11 (beside "eisq; se superpositã collocet"); al.l. distinguntur (beside "litatibus proprijs elementa *"); Psal. (beside "te quia scriptum est in Psalmis"); Psal. 135 (beside "Qui fecit cęlos in intelligentia"); Aer aquis superior (beside "Aerẽ vero aquis esse superiorem").

cum faciat: & ipsa diruptio singultus vasorū
est, dū partibus fugit, quia totus tā cito non
pōt exire, ꝓp illius oris angustias. Ita si aer su
per aquas ire cogit, et cōfluētes eas dissecat
cū exilientes impetu eius impulsæ ebuliunt,
& eū bullis crepātibus emittūt in sua ꝓperā
tē, atq; illis ad ima deducēdis aditū dantē.
Si aūt sub aquas ire cogat ex vase, vt illo ce-
dēte vas ab ore in ima presso repleri velis fa
cilius vndis vndiq; versum cooperitur, q̄ per
os eius ab inferiore parte intrādi gutta exigua
reperiat locū. Iā vero ignē ad superna emi-
cantē et ipsius aeris naturā vellet transcēdere
quis nō sentiat quandoquidē si ardentē facu
lam capite deorsum quisq; teneat, nihilomi
nus flāmæ crinis ad superiora contendit?
Sed qm̄ circūfusi ac superfusi aeris præpollē
ti constipatione subinde ignis extinguit, &
in eius qualitatē per eius abundantiā supera
D tus, subinde cōmutat, ac vertitur, ad vniuer
sam eius altitudinem transiliendam non po-
test perdurare. Iteq; super aerē purus ignis
esse dicitur cęlū, vnde etiam sydera atq; lu-
minaria facta coniectant, illius videlicet i-
gneæ lucis in eas formas quas in cęlo cerni-
mus cōglobata dispositaq; natura ac ꝑ hoc
sicut terrarū pōderibus & aer & aqua cedit,
vt ad terrā ꝑueniant, sic aquarū pōderi & ip
se aer cedit, vt vel ad terrā vel ad aquā per-
ueniat. Vnde intelligi volunt, hoc mō neces
se fuisse, vt aer quoq; si quis eius particulā in
spatijs illis sublimib. cęli posset dimittere, pō
dere suo caderet, donec ad aerea subter spa-
tia perueniret. Quapꝑ colligūt multo min⁹
esse posse aquis supra illud igneū cęlū aliqđ
loci, cū illic aer multo aquis leuior manere
nō possit. Talibus eorū disputationibus ce-
dens, laudabiliter conatus est quidā demon
strare aquas super cęlos, vt ex ipsius visibili-
bus cōspicuisq; naturis assereret scripturæ
fidē. Et prius quidē quod facillimū fuit, oñ
dit & hunc aerē cęlū appellari, non solū ser
mone cōmuni, secundū quē dicimus serenū
vel nubilū cęlū, sed ēt nostrarum ipsarū con
suetudine scripturarū, cum dicuntur volati
lia cęli cū aues in hoc aere manifestū sit vo-
16. lare. Et dñs cū de nubibus loqueret. Faciem,
inquit, cęli potestis ꝓbare. Nubes aute etiā
E per proximum terris aerem cōglobari sæpe
cernimus, cum per decliuia iugorum recū-
bunt, vt plerunque excedantur etiam cacu-
minibus mōtium. Cū ergo probasset & hūc
aerē cęlū dici nulla alia causa ēt firmamen-
tū appellatū voluit existimari, nisi quia inter
uallum eius diuidit inter quosdā vapores a-
quarū, & istas aquas quę corpulētius in ter-
ris fluitāt. Et nubes quippe, sicut experti sunt
qui inter eas in montibus ambulauerunt, cō
gregatione & cōglobatione minutissimarū
guttarū talē specię reddūt: quæ si spissantur
amplius, vt coniungant in vnā grandē plu- *Pluuia*
res guttæ minimę, nō eā patitur aer apud se
teneri, sed eius ponderi ad ima dat locū, &
hæc est pluuia. Ergo ex aere, qui est inter va-
pores humidos, vnde superius nubila cōglo
bant, & maria subterfusa, oñdere ille voluit
esse cęlū inter aquā & aquā. Hāc ergo diligē
tiam cōsiderationemq; laude dignissimā iu
dico. Quod.n. dixit, neq; cōtra fidē est, & in
promptu posito documento credi pōt. Quā
quā possit videri, nō impedire ꝓpria pōde- F
ra elemētorū, qūo etiā super illud sublime
cęlū possint esse aquæ ꝑ illas minutias, per
quas ēt supꝑ hoc spatiū aeris esse potuerūt: q
quāuis grauior & inferior sūmo cęlo subia-
ceat, ꝓculdubio, leuior est aquis, & tñ vt su-
ꝑ eū sint vapores illi, nullo pōdere ꝓhibent.
Sic ergo & supꝑ illud cęlū pōt minutioribus
guttis leuior halitus humoris extēdi, q pōde
re cadere nō cogat. Ipsi qppe subtilissima
rōne ꝑsuadēt, nullū esse quālibet exiguū cor
pusculū in quo diuisio finiat, sed infinite oīa
diuidi: qa oīs pars corporis corpus ē, & oē
corpus habeat necesse est dimidiū quantita-
tis suæ: ac ꝑ hoc si pōt aqua sicut videm⁹ ad
tātas guttarū minutias ꝑuenire, vt super istū
aerē vaporaliter feratur, qui natura leuior ē
aquis: cur nō possit & super illud leuius cę-
lū minutioribus guttis, & leuioribus imma-
nare uaporibus? Quidā etiā nostri, istos ne-
gantes propter pondera elementorū aquas *Saturnus quare frigidus. Cap. 5.*
esse posse super cęlū sydereū, de ipsorū sy-
derū qualitatibus & meatibus conuincere
moliūtur. Idem nanq; asserunt stellā quā Sa
turni appellant esse frigidissimā, eamq; per
annos trigintasigniferū peragere circuitū, eo
quod superiore ac ꝑ hoc ampliore ambitu
graditur. Nā sol eundē circulum per annum
complet, & Luna per mensem, tanto, vt di-
cunt, breuius, quanto inferius, vt spatio lo-
ci spatiū temporis congruat. Quæritur ita- G
que ab eis, vnde illa stella sit frigida, quę tan-

to ardentior esse deberet, quanto sublimiore cęlo rapit. Nã pculdubio cũ rotunda moles circulari motu agit, interiora eius tardi⁹ eunt, exteriora celerius vt maiora spatia cũ breuiorib. ad eosdẽ gyros pariter occurãt: q̃ autẽ celerius vtiq; feruẽtius. Proinde memorata stella magis debuit callida esse quã frigida: quanuis enim suo motu triginta annis totũ ambitũ permeet, tamẽ cęli motu in cõtrarium rotata velocius, ꝙ quotidie necesse est patiatur, qm̃ sicut dicũt, cęli singulæ cõuersiones, dies singulos explicant, calorẽ maiorẽ debuit cęlo concitatiore concipere. Nimirũ ergo eã frigidã facit aquarũ super cęlũ constitutarũ illa vicinitas, quã nolunt credere, qui hæc quæ breuiter dixi, de motu cęli & syderũ disputant. His quidã nr̃i coniecturis agũt aduersus eos qui nolunt aquas super cęlos credere, & volunt eã stellã esse frigi-

1. sen. di. 14. ca. 1.

dã, quæ iuxta summũ cęlũ circuit: vt ex hoc cogantur aquarũ natura credere, nõ iam illic vaporali tenuitate, sed glaciali soliditate pendere. Quoquomodo aũt & qualeslibet

H aquæ ibi sint, esse eas ibi minime dubitemus maior est quippe scripturæ huius authoritas quam omnis humani ingenij capacitas. Sed

Significatio Trinitatis. c. 6i Gene. 1.

animaduersum est à quibusdam, quod nec ego dissimulandũ puto, non frustra cũ dixisset Deus: Fiat firmamentũ in medio aquarũ, & sit diuisio inter aquã & aquã, parũ visum eẽ subiungere, & sic est factũ, nisi adderetur, & fecit Deus firmamentũ, & diuisit Deus inter aquã quæ erat super firmamentũ, & inter aquã quæ erat sub firmamento: quod quidã sic intelligunt, vt personã patris declaratam esse dicãt, in eo ꝙ scriptũ est & dixit Deus, Fiat firmamentũ in medio aquarũ, & sit diuisio inter aquã & aquã: & sic factũ est. Ac deinde vt intelligatur filius fecisse quod à patre dictũ est vt fieret arbitrant esse subnexũ, & fecit Deus firmamẽtũ, & diuisit Deus &c. Sed cũ antea legit, & sic factũ est: à quo intelligimus factũ? Si à filio, quid opus erat iã

I dicere, & fecit Deus, & quæ sequũtur? Si aũt ꝙ scriptũ est, & sic factũ est: à pr̃e intelleximus factũ, nõ iã pater dicit: & filius facit, & põt aliquid pr̃ facere sine filio, vt deinde filius nõ hoc sed aliud similiter faciat, quod ẽ cõtra Catholicã fidẽ. Si aut illud de quo dicitur, & sic factum est, hoc idẽ fit cum itidem dicit, & fecit Deus: quid prohibet eundem intelligere facere quod dixit, qui dixit vt fieret? An ẽt excepto eo ꝙ dictũ est, & sic factũ est, tãtũmodo in his verbis, quibus dr̃, & dixit Deus, fiat & postea dr̃, & fecit Deus pr̃is & filij p̃sonã volũt intelligi? Sed quæri adhuc potest, vtrũ quasi iussisse filio patrẽ debeamus accipere in eo ꝙ scriptũ est, & dixit Deus, fiat? Sed cur scriptura non curauit ostẽdere ẽt personã spũssancti? An ita Trinitas intelligit, & dixit Deus: Fiat, & fecit De⁹ & vidit Deus quia bonum est? Sed non cõuenit vnitati Trinitatis, vt filius quasi iussus fecisse intelligatur, spũs aũt sanctus nullo sibi iubente libere vidisse bonũ esse ꝙ factũ est. Quibus. n. verbis iuberet pr̃ vt faceret, cũ ipse sit principale verbũ patris, per quod facta sunt omnia? An eoipso quod scriptũ est, fiat firmamentũ, hæc ipsa dictio verbũ ẽst pr̃is, vnigenitus filius, in quo sunt oĩa q̃ creantur ẽt antequã creentur, & quicquid in illo est vita est, & vita vtiq; creaturæ, quia quicquid per eũ factũ est in ipso vita est, & vita vtiq; creatrix, sub illo aũt creatura. Aliter ergo in illo sunt ea q̃ p illũ facta sunt, q̃a regit & cõtinet ea: alter aũt in illo sunt ea quæ ipse est. Ipse. n. vita est, q̃ ita in illo est vt ipse sit, qm̃ ipsa vita ẽ lux hominũ. Quia ergo nihil creari posset siue ante tp̃a ꝙ quidẽ nõ est creatori coæternũ, siue ab exordio temporũ, siue ĩ aliquo tp̃e, cuius creãdi rõ, si tñ ratio recte dicit, nõ in Dei verbo patri coęterna vita viuere: ppea scriptura priusquã insinuet vnamquãq; creaturã ex ordine quo cõditã dicit, respicit ad Dei verbũ, prius ponens, & dixit Deus, fiat illud. Nõ enim inuenit vllã causam rei creãdę, quã in verbo Dei nõ inuenit creari debuisse. Nõ ergo Deus totiẽs dixit, fiat illa vel illa creatura, quotiens in hoc libro reperitur, & dixit Deus. Vnũ quippe verbũ ille genuit in quo dixit omnia priusquã facta sũt singula: Sed eloquiũ scribentis descẽdens ad paruulorum capacitatẽ, dum insinuat singillatim genera creaturarum, per singula respicit vniuscuiusq; generis æternam rationem in verbo Dei. Nec illa repetita, ille tñ

repetit, & dicit Deus. Si enim vellet prius di L

cere, factũ est firmamentum in medio aquarum, vt esset diuisio inter aquam & aquam: si quis ab eo quæreret, quando factum esset, recte responderet, Dixit, Deus, fiat, idest, in verbo Dei patris æterno erat vt fieret. Inde

ergo

ergo incipit narrare vnumquodq; factũ, ꝙ
ẽt post facti narrationem quærenti quõ factũ
sit, in reddenda rõne respondere deberet. Cũ
ergo audimus, & dixit Deus, fiat, intelligim⁹
ꝙ in verbo Dei erat ut fieret: Cũ uero audi-
M mus, & sic est factũ: intelligimus factã creatu
ram non excessisse præscriptos in verbo Dei
terminos generis sui. Cũ uero audimus & ui
dit Deus quia bonũ est: intelligimus in beni-
gnitate spũs, eius non quasi cognitum postea
quã factũ est placuisse, sed potius in ea boni-
tate placuisse vt maneret factũ, vbi placebat
vt fieret. Ac per hoc manet adhuc causa req-
rendi, cur posteaquã dixit, & sic est factum:
vbi perfectio operis iã indicatur, addidit &
fecit Deus, cũ eo ipso, ꝙ ait, & dixit Deus,
fiat illud, & sic est factũ: iã intelligat id Deũ
dixisse in uerbo suo & factũ esse per uerbum
eius, atq; ibi iã non solũ pr̃is, sed ẽt filij pos-
sit apparere persona. Nã si pp ostendendam
filij personã repetitur ac dr̃, & fecit Deus: nũ
quid ergo non per filiũ cõgregauit aquã ter-
tio die ut appareret arida, quia ibi non dr̃, &
fecit Deus cõgregari aquã, aut congregauit
Deus aquã? Sed tñ ẽt ibi posteaquã dixit, &
factũ est sic: tunc repetiuit, dicens: & cõgre-
gata est aqua q̃ est sub cęlo. Nunquid ẽt lux
non per filiũ facta est, vbi prorsus nullo mo-
do repetiuit? Potuit.n. & illic ita dicere, & di
xit Deus, fiat lux, & sic est factũ, & fecit Deus
lucẽ, & uidit quia bona est: aut certe sicut in
aquarũ congregatione, ut nõ diceret, & fecit
Deus, sed tñ iterũ repeteret. Et dixit De⁹, fiat
lux, & sic est factum, & facta est lux, & uidit
Deus lucẽ quia bona est. Sed nullo modo re-
petens posteaquã proposuit, & dixit Deus,
fiat lux nihil aliud intulit nisi & facta est lux,
ac deinceps de placita luce & diuisa à tene-
bris, & utroq; appellato noĩb. suis, sine ulla
repetitione narrauit. Quid sibi ergo vult in
cęteris illa repetitio? An eo modo demõstra-
tur primo die quo lux facta est, conditionẽ
spiritalis & ĩtellectualis creaturæ lucis appel
latione intimari? In qua natura intelligũt oẽs
A angeli sancti atq; uirtutes & ppea nõ repeti-
uit factũ posteaquã dixit, facta est lux, qa nõ
primo cognouit rõnalis creatura cõforma-
tionẽ suã, ac deinde formata est: sed in ipsa
sua cõformatione cognouit, hoc est illustra-
tione ueritatis ad quã conuersa formata est:
cętera uero q̃ infra sunt ita creantur ut prius
fiant in cognitione rõnalis creaturæ, ac dein
de in genere suo. Quapp lucis cõditio prius
est in uerbo Dei scd̃m rationẽ qua cõdita est
hoc est in coęterna patris sapientia: ac dein-
de in ipsa lucis conditione secundũ naturam
qua cõdita est, illic non facta, sed genita, hic B
uero facta, quia ex informitate formata: & iõ
dixit Deus, fiat lux, & facta est lux: ut ꝙ ibi e-
rat in uerbo, hic esset in opere. Cõditio uero
cęli prius erat in uerbo Dei secundũ genitam
sapientiã: deinde facta est in creatura spirita-
li, hoc est in cognitione angelorũ secundum
creatã in illis sapientiã: deinde ꝙ cęlũ factũ
est, ut esset ẽt ipsa cęli creatura in gñe ꝓprio:
Sic & discretio uel species aquarũ atq; terra
rũ, sic naturæ lignorũ & herbarũ, sic lumina
ria cęli, sic animantia orta ex aquis ac terra.
Neq;.n. sicut pecora solo sensu corporis ui-
dent angeli hæc sensibilia, si quo sensu tali
utuntur: agnoscunt ea potius q̃ melius noue-
runt interius in ipso Dei uerbo, à quo illumi
nantur ut sapienter uiuant, cũ sit in eis lux q̃
primo facta est, si lucẽ spiritalẽ in illo die fa-
ctã intelligamus. Quẽadmodum ergo ratio
qua creatura cõditur, prior est in uerbo Dei
q̃ ipsa creatura q̃ cõditur: sic & eiusdẽ ratio-
nis cognitio prius fit in creatura intellectua-
li, q̃ peccato tenebrata nõ est, ac deinde ipsa
cognitio creaturę postea in genere proprio.
Neq;.n. sicut nos ad percipiendam sapientiã Rom. 1.
proficiebant angeli, ut inuisibilia Dei per ea
q̃ facta sunt intellecta conspicerent, qui ex
quo facti sunt, ipsa uerbi æternitate sancta &
pia contẽplatione perfruuntur: atq; inde ista
dispicientes, secundum id ꝙ intus uidẽt, uel
recte facta approbãt, uel peccata improbãt.
Nec mirũ est, ꝙ sanctis angelis suis in prima
lucis conditione formatis prius Deus osten-
debat ꝙ erat deinceps creaturus. Neq;.n. in-
tellectũ Dei nossent nisi quantũ ipse mõstras
set. Quis.n. cognouit intellectũ dñi, aut quis Rom. 11.
consiliarius eius fuit, aut quis prior dedit il-
li & retribuetur ei? Qm̃ ex ipso, & per ipsũ,
& in ipso sunt omnia. Ex ipso ergo discebãt
angeli, cũ in eis fieret cognitio creaturæ de- C
inceps faciendæ, ac deinde fieret in genere
proprio. Quapp iã luce facta, in qua intelli-
gimus ab ęterna luce formatã rationalẽ crea
turã, cũ in cęteris creandis reb. audimus, &
dixit Deus, fiat: ĩtelligamus ad æternitatẽ uer
bi Dei recurrentẽ scripturæ intẽtionẽ. Cum

vero audiuimus, & sic est factũ: intelligamus in creatura intellectuali factã cognitionẽ rationis, quæ in verbo Dei est, condendæ creaturæ: vt in ea natura prius quodãmodo facta sit, q̃ anteriore quodã motu in ipso Dei verbo prior faciẽdã esse cognouit: vt postremo cũ audimus repeti ac dici, ꝙ fecit Deus, iam
D intelligamus in suo genere fieri ipsam creaturã. Porro cum audimus: Et vidit Deus quia bonum est: intelligamus benignitati Dei placuisse ꝙ factum est, vt pro modo sui generis maneret, ꝙ placuit vt fieret, cũ spũs Dei superferebatur super aquã. Quæri ẽt solet q̃ forma & figura cęli esse credenda sit scd̃m scripturas nostras. Multi.n. multũ disputant de ijs reb. quas maiore prudentia nostri authores omiserunt, ad beatã vitã non profuturas discentib. & occupantes ꝙ peius est multũ prolixa, & rebus salubrib. impendenda tẽporũ spatia. Quid.n. ad me pertinet, vtrũ cęlũ sicut sphera vndiq; concludat terrã in media mundi mole libratã, an eã ex vna parte desuper velut discus operiat? Sed quia de fide agitur scripturarũ, pp illam causam quã non semel cõmemoraui: ne quisquã eloquia diuina non intelligẽs, cũ de his reb. tale aliquid vel inuenerit in libris nostris, vel ex illis audierit ꝙ perceptis assertionibus aduersari videat, nullo modo eis cętera vtilia monentibus, vel narrantibus, vel prænunciantib. credat: breuiter dicendũ est, de figura cœli hoc scisse authores nostros ꝙ veritas habet, sed spm̃ Dei qui per ipsos loquebatur noluisse ista docere hoĩes nulli saluti profutura. Sed ait aliquis quõ non est contrariũ ijs qui figurã sphęræ cęlo tribuunt, ꝙ scriptũ est in libris nostris: Qui extendit cęlũ sicut pellẽ? Sit sanè contrariũ, si falsum est ꝙ illi dicunt: hoc.n. verũ est ꝙ diuina dicit authoritas, potius q̃ illud ꝙ humana infirmitas conijcit. Sed si forte illud talib. illi documentis probare potuerint, vt dubitari inde non debeat, demonstrandũ est hoc ꝙ apud nos est de pelle dictũ, veris illis rationib. non esse contrariũ: alioquin contrarium erit ẽt ipsis in alio loco scripturis nostris, vbi cœlum dr̃ velut camera esse suspen-
E sum. Quid.n. tã diuersum & sibimet aduersũ q̃ planæ pellis extensio, & cameræ curua cõnexio? Quod si oportet, sicuti oportet, hæc duo sic intelligere, vt concordare vtrunque nec sibimet repugnare inueniatur: ita oportet ẽt vtrumlibet horum illis non aduersari disputationib. si eas forte veras certa ratio declarauerit, quibus docetur cœlũ sphęræ figura vndique esse conuexũ, si tñ probatur. Et illa quidẽ apud nos cameræ similitudo, ẽt secundũ literam accepta, non impedit eos qui sphęram dicunt. Bene quippe creditur scd̃m eã partem quæ super nos est de cœli figura
F scripturã loqui voluisse. Si ergo sphęra non est, ex vna parte camera est, ex qua parte cœlum terrã contegit: si aũt sphęra est, vndique camera est. Sed illud ꝙ de pelle dictũ est, magis vrget, ne non sphęræ ꝙ humanũ est forte cõmentum, sed ipsi nostræ cameræ aduersum sit. Quid aũt hic allegorice senserim, cõfessionũ nostrarum liber tertiusdecimus habet. Siue igit̃ ita vt ibi posui siue aliquo alio modo intelligendũ sit cœlum sicut pellis extentum, pp molestos & nimios exactores expositionis ad literam, hoc dico, ꝙ sicut arbitror omniũ sensib. patet: vtrunq;.n. fortasse & pellis & camera figurate intelligi potest, vtrũque aũt ad literam quõ possit, videndum est. Si.n. camera non solum curua, sed ẽt plana recte dr̃: profecto & pellis non solum in planum, verumẽt in rotundum sinum extendit̃. Nam & vter sicut & vesica pellis est. De motu etiam cœli nonnulli fratres qõnem mouent, vtrum stet an moueatur: quia si mouetur, inquiunt, quõ firmamentum est? Si autẽ stat, quõ sydera quæ in illo fixa creduntur, ab Oriente vsq; ad Occidentem circumeunt, Septentrionalib. breuiores gyros iuxta cardinẽ peragentibus, vt cęlum, si est alius nobis occultus cardo ex alio vertice, sicut sphęra, si aũt nullus alius cardo est, velut discus rotari videatur? Quib. respondeo, multũ subtilib. & laboriosis rationibus ista perquiri, vt vere percipiatur vtrũ ita an non ita sit: quibus ineundis atq; tractãdis, nec mihi iã tp̃s est, nec illis esse debet, quos ad salutẽ suam & sanctæ ecclesiæ necessariam vtilitatem cupimus informari. Hoc sanè nouerint, nec nomen firmamenti cogere, vt stare cœlum putemus:
G Firmamentum.n. non pp stationem: sed pp firmitatẽ, aut pp intrãsgressibilem terminũ, superiorũ & inferiorũ aquarum vocatũ intelligere licet: nec si veritas cœlum stare persuaserit, impediri nos circuitu syderum ne hoc intelligere possimus: & ab ipsis quippe qui hoc curiosissime & otiosissime quæsierunt

Figura cœli. c. 9.

1. sen. di. 14. c. 3.

Psal. 103.

Cap.

runt inuentum est; ēt cœlo non moto si sola
sydera verterentur, fieri potuisse oīa quæ in
ipsis syderū conuersionib. animaduersa atq;
cōprehensa sunt. Et dixit Deus: congregetur
aqua q̃ sub cęlo est in congregationē vnā, &
appareat arida: & factum est sic, & cōgrega-
ta est aqua quæ sub cœlo est in congregatio-
nē vnam, & apparuit arida: & vocauit Deus
aridam terrā, & congregationes aquarū vo-
cauit mare, & vidit Deus quia bonū est. Iam
H de hoc opere Dei pp alterius rei quærendi
necessitatē, in primo nostro uolumine satis
tractauimus. Hic itaq; breuiter admonemus,
vt quem forte non mouet q̄rere, qn̄ species
aquarū terrarūq; creata sit, accipiat isto die
non esse factū nisi vt se cernerentur hæc duo
elementa inferiora. Quē uero mouet cur in
dieb. facta sit lux & cęlū extra dies aūt vel an
te oēs dies aqua & terra, & cur ad Dei uer-
bū facta sint illa dicente Deo fiat: hæc aūt di-
cente quidē Deo discreta, non aūt Deo dicē
te facta inueniantur, habet ꝙ salua fide intelli
gat, s. id ꝙ dictum est ante enumerationē die
rū, terra erat inuisibilis & incōposita, cū cō-
mendaret scriptura cuiusmodi terrā fecerat
Deus, quia ꝓdixerat, In principio fecit Deus
cęlū & terrā: nihil aliud his uerbis q̃ materiæ
corporalis informitatē insinuare voluisse, eli
gens ea vsitatius appellare q̃ obscurius. Si tñ
tardo intellectui non subrepat vt materiam
& speciē, quia uerbis scriptura separat, co-
netur duo hæc ēt tp̄e separare, tanquā prius
fuerit materia, & ei tēporis interuallo inter-
posito, postea sit addita species: cū Deus hæc
simul creauerit, materiamq; formatā institue
I rit, cuius informitatē vsitato, ut dixi, uocabu
lo uel terræ uel aquæ scriptura prędixit. Ter-
ra.n. & aqua ēt suis qualitatib. id existentia ꝙ
uidemus, tñ pp facilem corruptionem pro-
pinquiora sunt eidem informitati q̃ cęlestia
corpora. Et qm̄ per enumerationē dierum iā
ex informi quæq; formata numerātur, & ex
ista corporali materia iā factum cęlum nar-
rauerat, cuius multū distat species à terrenis
iam ꝙ ex ea formandū in rerum infima par-
te restabat, uoluit sub his uerbis in rerū creā-
darum ordinē inserere, ut diceretur, fiat: non
acceptura ista residua informitate talē speciē
qualem acceperat cœlū, sed iam inferiorem
& infirmiorē atq; informitati proximam: vt
his potius verbis, cum dr̄, cōgregentur aquę
& appareat arida, acceperint hæc duo spe-
cies proprias istas notissimas nobisq; tracta-
biles, aqua mobilē terra immobilē, & ideo
de illa dictum est, congregetur: de hac appa
reat: aqua.n. est labiliter fluxa, terra stabiliter
fixa. Et dixit Deus: Germinet terra herbā pa- *Herbæ et*
buli, ferentem semen secundū genus & secū- *ligna fru*
dum similitudinē, & lignū fructiferū faciens *ctifera.*
fructū, cuius semen sit in ipso secūdum simi- *Cap. 12.*
litudinem suā super terram: Et factum est sic.
Et produxit terra herbā pabuli, semen haben M
tem secundū genus suū, & secundum simili- K
tudinē, & lignum fructiferum faciēs fructū,
cuius semen eius in eo sit secundū genus suū
super terrā. Et uidit Deus quia bonū est, & fa
cta est uespera, & factum est mane dies ter-
tius. Hic moderamen ordinatoris aduerten-
dū est, ut qm̄ distincta quædam creatura est
herbarū atq; lignorū ab specie terrarum &
aquarum, ut in elementis numerari non pos-
sint, seorsum de illis diceretur ut exirent de
terra, & seorsum illis redderentur illa solita,
ut diceretur, Et factum est sic, ac deinde repe
teretur ꝙ factum est: seorsum quoq; indica-
retur Deū uidisse, quia bonū est: tñ quia fixa
radicibus, continuātur terris & connectunt,
ista quoq; ad eundem diē pertinere uolue-
rit. Et dixit Deus: Fiant luminaria in firmamē *Lumina-*
to cœli ut luceant super terrā in inchoatio- *ria die*
nem diei & noctis, & ut diuidant inter diem *quarto.*
& noctem, & sint in signa & tp̄a, & in dies *Cap. 13.*
& in annos, & sint in splendorem in firma- *Gen. 1.*
mento cœli, ut luceant super terram. Et fa-
ctum est sic. Et fecit Deus duo luminaria ma-
gna, luminare maius in inchoationē diei, lu-
minare minus in inchoationē noctis, & stel
las: & posuit eas Deus in firmamento cœli,
ut luceant super terrā, & ut sint in inchoatio
nē diei & noctis, & ut diuidant inter lucem
& tenebras. Et uidit Deus quia bonū est. Et fa
cta est uespera, & factū est mane dies quar-
tus. In hoc quarto die quærendum est, quid
sibi uelit ista ordinatio, ut prius uel fierēt uel
secernerentur aqua & terra, priusq; terra ger
minaret q̃ in cęlo sydera fierent. Neq;.n. pos
sumus dicere electa esse quæq; meliora, qb. L
dierū series ita distingueretur, ut finis & me-
diū maxime ornatius eminerent. Septē quip
pe dierū medius quartus est. Occurrit.n. il-
lud quia septimo die nō est facta ulla creatu-
ra. An forte lux primi diei magis rñdet ad
quietem

quietem diei septimi, ut eo modo cōcinentibus finibus iste ordo texatur, eminentib. de medio luminib. cęli? Sed si primus dies septimo concinit, debet ergo & secundus sexto cōcinere. Quid aūt simile habet firmamētū cęli cū hoīe facto ad imaginē Dei? An quia cęlū totā superiorē mundi partē occupat, & homini in totā inferiorē ptās dñandi tributa est? Sed qd agimus de pecorib. & de bestijs, quas ipso die sexto in suo genere terra produxit? Quæ illis cū cęlo pōt esse collatio? An
M potius qm̄ primū facta intelligitur lucis noīe spiritalis creaturæ formatio, consequens erat vt corporalis quoq; creatura, i. mundus iste visibilis fieret: qui factus est biduo pp duas partes suas maximas, quib. constat vniuersus mundus, cęlum, s. & terrā: secundū hanc rōnis collationē, qua & ipsa vniuersa creatura spiritalis & corporalis, sæpe cœlum & terra noīatur: ita vt globus quoq; iste turbulentioris aeris terrenæ parti deputetur: exhalationibus quippe humidis corporascit, si quid vero tranquilli aeris est vbi ventosi atq; procellosi motus non possunt existere, ad cœlestē partē pertineat. Post hanc vniuersitatē molis corporeæ fabricatam, quæ vno loco tota est quo locatus est mundus, consequens erat vt impleretur partib. intra vniuersum, q̃ de loco in locū congruis motibus agerentur, cuius generis herbæ atq; arbores non sunt: Radicibus quippe ista fixa sunt terræ: & quāuis habeant motus incrementorū suorū, de locis tñ proprijs nō mouentur nisibus suis, sed vbi fixa sunt, illic aluntur & crescunt: ppea magis pertinent ad terrā q̃ ad genera rerum q̃ in aquis & terris mouentur. Quia ergo visi
A bili mundo constituendo, hoc est cęlo & terræ, duo sunt attributi dies, restat vt his mobilib. & visibilib. partib. quæ creantur intra illū, tres dies reliqui deputentur. Et quia sicut prius cœlum factū est, ita prius est ornandū hmōi partibus suis, quarto die fiunt sydera, quib. super terram lucentib. habitatio quoq; illustretur inferior, ne habitatores eius in habitationē tenebrosam inducantur: & ideo qa infirma corpora inferiorū habitatorū, succedente motib. quiete reparantur, factum est vt circūeunte Sole, diei noctisq; vicissitudine, pp vicissitudinē dormiēdi & vigilandi potirentur: nox vero illa nō indecora remaneret, sed Lunæ ac syderū luce, & ipsos consolaret

hoīes quib. plerunq; operandi ēt est nocturna necessitas, & quibusdā animalib. q̃ lucem Solis ferre non pñt ad sufficientiā tēperaret. Illud aūt q̄ dictū est: Vt sint in signa & tpa, & in dies & in annos: quis non videat q̃ obscure positū sit quarto die cępisse tpa, quasi superius triduū sine tpe præterire potuerit? Quis ergo aīo penetret, qūo illi tres dies trāsierint antequā inciperent tpa, q̃ quarto die dicuntur incipere: vel vtrū omnino transierint dies illi? An circa speciem factæ rei dies appellatus sit, & circa priuationē nox vt nōdū specie formata materia nox dicta sit, vnde formanda erant cętera; sicut pōt quamuis in rebus formatis, intelligi tñ in ipsa mutabilitate informitas materiæ, non.n. spatijs vel locorū quasi remotior, vel tēporū quasi anterior discerni pōt? An potius in ipsa re facta atque formata eadē mutabilitas, hoc est deficiendi, vt ita dixerim, possibilitas, nox appellata sit, quia inest in rebus factis ēt si non mutentur, posse mutari? Vespera autem & mane nō quasi per temporis præteritionem & aduentum, sed per quendā terminū, quo intelligitur quousq; sit naturæ proprius modus, & vnde sit naturæ alterius cōsequenter exordium, An aliqua ratio sit horū verborū diligentius vestiganda? Quis in tantum secretum facile irrumpat, & quæ signa dicat, cū dicit de syderibus, & sint in signa? Neq; enim illa dicit q̃ obseruare vanitatis est, sed vtique vtilia & huius vitæ vsibus necessaria, quæ vel nautæ obseruant in gubernando, vel oēs homines ad puidendas aeris qualitates per æstatē & hyemē, & autumnalem vernalemq; tēperiem. Et nimirum hæc vocat tēpora, q̃ per sydera fiunt, non spatia morarū, sed vicissitudines affectionum cęli huius. Nam si quis vel corporalis vel spiritalis motus conditionem istorum luminarium præcessit, vt aliquid à futura expectatione per præsens in præteritum traijceret, sine tempore esse non potuit. Et qs obtineat nō fuisse nisi ab exordio syderū cōditorū? Sed certe horæ & dies & anni quos vsitate nouimus, nō fierent nisi motibus syderum. Itaq; si hoc modo intelligamus tēpora, dies & annos, vt tēpora articulos quosdā quos per horologia computamus, vel in cœlo notissimos, cū ab Oriente vsq; ad Meridianam altitudinē Sol insurgit, atq; inde rursus vsq; in Occidentē vergit, vt possit

poſsit deinceps aduerti vel Luna vel aliqđ ſydus ab Oriēte ſtatim poſt occaſum ſolis emergere : quod itē cū ad mediā cęli venerit altitudinē, mediū noctis indidet, tūc ſcilicet occaſurū cū Sole redeunte fit mane: dies aūt totos ſolis ab Oriente vſq; ad Occidentē circumitus : annos vero vel iſtos vſitatos ſolis anfractus, nō cū ad Orientē quod quotidie facit, ſed eū ad eadē loca ſyderū redit, quod

D

non facit niſi peractis trecētis ſexagintaquinque diebus & ſex horis, ideſt quadrāte toti⁹ diei quę pars quater ducta, cogit interponi vnū diē, quē Romani biſſextū vocant, vt ad eundē circumitū redeatur: vel etiam maiores & occultiores annos : nā cōpletis aliorū ſyderū ſpatijs maiores anni fieri dicuntur. Si ergo ita intelligamus tēpora, dies, & annos, nemo dubitat hęc ſyderibus & luminaribus fieri. Ita.n. poſitū eſt, vt incertū ſit vtrū ad oīa ſydera pertineat quod dictū ē : Sint in ſigna & tēpora, & in dies & in annos: in ſigna & tēpora ad cętera, dies vero & anni ad Solem tantūmodo. Qualis etiā Luna facta ſit, multi loquaciſsime inquirunt atq; vtinā inquirentes loquantur, ac nō potius docere conātes. Dicunt enim ideo plenā factā, quia non decebat, vt Deus imperfectū aliquid illo die faceret in ſyderibus quo ſcriptum eſt, ꝙ facta ſunt ſydera. Qui aūt reſiſtunt, dicunt: Ipſa ergo debuit prima Luna dici, nō quartadecima, qs enim incipit ita enumerare? Ego autē medius inter iſtos ita ſum, vt neutrū aſſerā, ſed plane dicā, ſiue plenā Lunam Deus fecerit, feciſſe perfectā. Ipſarū enim naturarum eſt Deus author & cōditor. Omnis autē res quicquid progreſſu naturali per tēpora cōgrua quodammodo prodit atq; explicat, ēt ante continebat occultū, etſi non ſpecie vel mole corporis ſui, tñ ratione naturæ. Niſi

E

forte arbor quæ per hyemē pomis vacua folijſq; nudata eſt, tunc imperfecta dicenda eſt: aut vero in primordijs etiā ſuis cū adhuc nullū fructum dediſſet, imperfecta erat illa natura. Quod nō tantū de arbore, ſed nec de ipſo eius ſemine recte diceretur, vbi omnia quæ progreſſu tēporis quodāmodo procedunt, modis inuiſibilibus latent: quanquā ſi aliquid Deus imperfectū feciſſe diceret, qđ deinde ipſe perficeret, quid reprehenſionis haberet iſta ſnīa? Iure autem diſpliceret, ſi id quod ab illo inchoatū eſſet: ab alio diceret

eſſe perfectū. Qui ergo de terra non quærunt quā fecit Deus, cū in principio fecit Deus cęlū & terrā, *Gene. 1.* quia inuiſibilis erat & incōpoſita, & poſtea tertio de conſpicua reddit atq; cōponitur, quid ſibi de Luna tenebras faciūt quæſtionū? Aut ſi quid de terra dictū ē, non tēporis interuallo, cū ſimul Deus res con-

F

creauerit, ſed narrationis diſtributione intelligunt dictū : cur in hoc quod ēt oculis videri poteſt, non intuentur integrū corpus habere Lunā, & tota ſua rotūditate perfectū, ēt cū lumine corniculato, ſiue incipiens ad terras lucere, ſiue definens fulget? Si ergo lumē in ea creſcit vel perficitur vel minuitur, non luminare ipſū, ſed illud quod accenditur variatur. Si aūt ex vna ſphærulæ ſuæ parte ſemper lucet, ſed dū eam partē conuertit ad terrā, donec totā conuertat, ꝙ à prima vſq; ad quartādecimā fit, creſcere videtur, ſemper ē plena, ſed terræ habitatoribus nō ſemper apparet. Hæc eadē rario eſt. & ſi Solis radijs illuſtratur. Non enim pōt etiā ſic cū Soli proxima eſt, niſi cornib. lucidis apparere: qa cętera pars q̄ tota in orbē illuſtratur, non ē ad terras vt videri poſſit niſi cū ſoli cōtraria ē vt totū terris appareat ꝙ eis illuminatur. Nō deſunt tñ qui non eo ſe arbitrari dicūt, Lunā primitus a Deo quartādecimā factā, qa plena facta credenda eſt, Sed quia in ſcripturis Dei verba ſic habēt, Lunā factā inchoationē noctis, tunc autem in noctis exordio uidet cum plena eſt. Aliàs vero & per diē incipit uideri ante plenitudinē, & in progreſſu noctis, tanto ampliore, quanto minuitur. Sed qui per inchoationē noctis non intelligit niſi principatū, nam & hoc Gręcū uerbū magis indicat cū dictū eſt ἀρχὴν, & in Pſalmis *Pſ. 135.* apertius ſcriptū eſt, Solē in poteſtatem diei, Lunā & ſtellas ī poteſtatē noctis, nō cogitur à quartadecima numerare & credere Lunā factā primo eſſe, non primā. Quæri etiā ſolet, utrū cęli luminaria iſta conſpicua ideſt Sol & Luna & ſtellæ ęqualiter fulgeant, ſed quod diuerſis interuallis diſtent à terra propterea diuerſa claritate magis minuſq; nr̄is oculis appareant. Et de Luna quidē qui hæc dicūt, nō dubitāt minus eam lucere q̄ Solē, à quo etiā perhibent eā illuſtrari. Multas autē ſtellas uel æquales ſoli uel ēt maiores audēt dicere, ſed longius poſitas paruas uideri. Et nobis qdē pōt fortaſſe ſufficere, q̄ quoquomodo

*An ſyderæ qualiter fulgeāt. c. 16*

G

modo se ista res habeat, scimus artifice Deo condita sydera: quanquã teneamus authoritate Apostolica dictum. *1.Co.15.* Alia gloria solis, alia gloria lunę, & alia gloria stellarũ: stella. n. à stella differt in gloria. Sed quia possunt adhuc dicere, ẽt si non resistant Apostolo, differunt quidẽ in gloria, sed ad oculos terrenorũ: aut quia hoc propter resurgẽtiũ similitudinẽ dicebat Apostolus, qui non vtiq; ad oculos aliter erũt, & in se aliter: differũt q̃dẽ in seipsis sydera in gloria, sed tñ nõnulla sũt ẽt sole maiora: ipsi viderint queẽadmodũ soli tã magnũ tribuant principatũ, vt eũ radijs suis quasdã stellas, & eas quidẽ principa

H les, quibus amplius isti q̃ cęteris supplicant, & tenere dicant & retro agere à cursu proprio. Non. n. fit verisimile, maiores aut ẽt æquales violentia radiorũ eius posse superari. Aut si superiores signorũ stellas vel septẽtrionũ maiores esse asserunt, quæ nihil tale à sole patiuntur, cur istas per signa circumeuntes amplius venerantur? Cur eas signorũ dominas perhibent? Etsi enim regradationes istas syderũ, vel fortasse tarditates, non à sole fieri quisq; cõtendit, sed alijs occultiorib. causis: soli tñ istos in suis deliramentis, quibus vim fatorũ à veritate deuij suspicantur, præcipuam tribuere potestatẽ ex libris eorũ certe manifestũ est. Sed dicant quod volunt de cęlo alieni à patre qui est in cęlis. Nobis aũt de interuallis & magnitudine syderũ subtilius aliquid quærere, taliq; inquisitioni rebus grauioribus & melioribus necessarium tempus impẽdere, nec expedit nec cõgruit. Et melius credimus ea esse cęteris maiora luminaria, q̃ sancta scriptura ita cõmendat, Et fecit Deus duo luminaria magna: quę tñ nõ sunt æqualia. *Gen. 1.* Nã consequenter dicit cũ ea cęteris præposuerit, inter seipsa differre. Ait enim luminare maius ĩ inchoationẽ diei, & luminare minus in inchoationem noctis. Certe. n. vel hoc concedant oculis nostris, vt ea manifestum sit amplius cęteris lucere super terram, nec diem clarere nisi luce solis, nec noctẽ tot stellis apparentibus ita lucere si luna desit, queẽadmodũ præsentia illius illustratur. *Mathematici. Cap. 17* De fatis aũt syderũ qualeslibet eo

I rũ argutias, & quasi de mathesi documentorũ experimẽta, q̃ illi apotelesmata vocant, omnino à nostrę fidei sanitate respuamus: talibus enim disputationibus etiam orãdi causas nobis auferre conantur, & impia peruersitate in malis factis q̃ rectissime reprahendunt ingerũt, accusandũ potius Deũ authorẽ syderũ q̃ hominum scelera. Sed quod aĩæ nostræ non sint natura corporibus nec quidẽ cęlestibus subditæ, audiant & Philosophos suos: quia vero terrenis corporib. illa corpora superiora non ad ea q̃ ipsi tractant potentiora sunt, vel hinc aliqñ cognoscant, quia cũ multa corpora diuersorũ generum, vel animantiũ, vel herbarũ & arbustorũ, vno simul puncto tẽporis seminentur, vnoq; pũcto tẽpore innumerabiliter multa nascãtur, nõ tñ diuersis, sed ẽt ijsdẽ terrarũ locis tantæ sunt varietates in progressibus, in actib. & possessionibus eorũ, vt vere isti sicut di- K

citur perdant sydera, si ista cõsiderẽt. Quid aũt insulsius & hebetius, q̃ cũ istis rebus cõuincũtur, dicere ad solos homines sibi subijciendos fatalẽ stellarũ pertinere rationẽ, in quibus tñ ẽt ipsis de geminis conuincuntur quorũ diuerse viuẽtium, diuerse fęliciũ vel infęliciũ, diuerseq; morientiũ, easdem plerunq; cõstellationes accipiunt? Quia etsi interfuit aliquid cum de vtero funderentur, in nonnullis tamen tantũ interest, quantum ab istis comprehendi cõputationẽ nõ posit. Manus sequentis Iacob dũ nascerentur, inuẽta est pedẽ fratris pręcedentis tenens, vsqueadeo sic nati sunt vt quasi vnus infans induplum prolixior nasci videretur. Horũ certe cõstellationes quas appellant, nullo modo dispares esse potuerunt. Quid ergo vanius q̃ vt illas cõstellationes intuens Mathematicus, ad eundẽ horoscopũ & ad eandem Lunã diceret unũ eorũ à matre dilectũ, alterũ non dilectũ? Si. n. aliud diceret, falsum profecto diceret. Si aũt hoc diceret, verũ quidem, sed nõ secundum suorum librorum ineptas cãtiunculas diceret. Quod si huic historiæ, quia de nostris profertur, nolunt credere, nũquid & naturam rerũ delere possunt? Cum ergo se minime falli dicant si horam conceptionis inuenerint, saltem sinãt homines nõ dedignentur conceptũ considerare geminorum. Ideoque fatendum est, quando ab istis vera dicuntur, instinctu quodam occultissimo dici, quem nescientes humanæ mentes patiuntur. *2.Sen. 7.cap. licet.* Quod cum ad decipiendos ho-

L mines fit, spirituũ seductorũ operatio est: quibus quædam vera de temporalibus re-

bus

bus nosse permittitur, partim quia subtilioris sensus acumine, partim qa corporib. subtiliorib. vigent, partim experiẽtia callidiore pp magnã longitudinẽ vitæ, partim à sanctis angelis ꝙ ipsi ab omnipotente Deo discunt ẽt iussu eius sibi reuelantib. qui merita humana occultissimæ iustitiæ synceritate distribuit. Aliqñ aũt ijdẽ nephãdi spiritus ẽt q̃ ipsi

M facturi sunt: velut diuinando prædicunt. Quapp bono christiano, siue Mathematici, siue quilibet impie diuinantiũ, maxime dicentes vera cauendi sunt, ne consortio dęmoniorũ animã deceptã, pacto quodam societatis irretiant. Solet ẽt quæri, vtrũ cœli luminaria ista conspicua corpora sola sint, an habeant rectores quosdã spiritus suos: & si habent, vtrũ ab eis ẽt uitaliter inspirent, sicut animãtur carnes ꝑ aĩas animaliũ, an sola sine ulla permixtione præsentia. Quod licet in pñti facile non posit cõprehẽdi, arbitror tñ in processu tractandarũ scripturarũ opportuniora loca posse occurrere, ubi nobis de hac re secundũ sanctæ authoritatis literas, & si non ostendere certũ aliquid, tñ credere licebit. Nunc aũt seruata semper moderatione piæ grauitatis, nihil credere de re obscura temere debemus, ne forte ꝙ postea veritas patefecerit, q̃uis libris sanctis siue testi ueteris siue noui, nullo modo esse posit aduersũ, tñ pp amorẽ nostri erroris oderimus. Nunc ad librum operis nostri iam tertium transeamus.

## D. AVRELII AVGVSTINI de Genesi ad literam.

## LIBER TERTIVS.



T dixit Deus: Educant aquæ reptilia animarũ viuarũ, & uolatilia super terrã, & secundum firmamentũ cęli. Et factum est sic. Et fecit Deus cetos magnos & omne animal reptiliũ quæ eduxerũt aquæ secũdũ genus eorum. Et omne uolatile pennatum secundũ genus suũ. Et uidit Deus, qa

A bona sunt, & benedixit ea Deus dicens: Crescite & multiplicamini, & replete aquas in mari, & uolatilia multiplicent super terram: & facta est uespera & factũ est mane dies qntus. Nunc in inferiore parte mundi ea q̃ spũ uitæ mouentur fiunt, & primũ aquarum, ꝙ aeris qualitati proximũ elementum est: quia huic cęlo in quo sunt luminaria ita uicinus est aer, ut & ipse cœli nomen acceperit, sed nescio utrũ ẽt firmamentũ posit uocari. Dicuntur aũt cęli pluraliter in una eademq́; re quæ dr̃ unum cęlũ. Nam cũ in hoc libro singulari numero dicatur cœlũ ꝙ diuidit inter aquas quæ supra, & easdẽ q̃ infra sunt, in illo tñ Psalmo: Et aquæ, inquit, q̃ super cęlos sũt laudent nomen dñi. Et coelos cęlorũ si bene intelligamus, sydereos aereorũ tanquã superiores inferiorum, & hos in eodẽ Psalmo acci pimus ubi dictũ est: Laudate eum cęli cęlorum: satis apparet hunc aerẽ non solum cęlum, sed ẽt cęlos dici: sicut dñr & terræ, nec aliud significatur q̃ illa q̃ singulariter terra dr̃, qñ dicimus orbẽ terrarum, & orbẽ terrę. Hos ẽt aereos cœlos quondam perijsse diluuio in quadam earum, quæ canonicæ appellantur, epistola legimus. Neq;.n. humida illa natura q̃ ita concreuerat, ut cubitis quindecim altissimorũ montiũ transcenderet uertices, potuit ad sydera peruenire. Sed quia huius aeris humidioris in quo aues volitãt, vel tota uel prope tota spatia cõpleuerat, perijsse qui fuerãt cęlos in illa epistola scribitur. Quod nescio quemadmodũ posit intelligi, nisi in aquarũ naturã pinguioris huius aeris qualitate conuersa: alioquin non perierunt tunc isti cœli, sed sublimius erecti sunt, cũ locũ eorũ aquã occuparet. Itaq; facilius eos secundũ illius epistolæ authoritatẽ credimus perijsse, & alios sicut ibi scribitur repositos extenuatis videlicet exhalationib. q̃ sic erectos, ut eis superioris cœli natura loco suo cederet. Oportebat itaq; ut in creãdis habitatorib. inferioris huius mundi partis, q̃ sæpe terræ nomine tota cõmemoratur, prius perducerẽtur ex aquis animalia, postea uero de terra: ꝙ ita sit aeri aqua similis, ut eius exhalationib. pinguescere probet, ut & spm̃ procellæ faciat, i. uentũ, & nubila contrahat, & posit uolatus auiũ sustinere. Quapp ẽt si uerũ dixit quidã seculariũ Poetarũ: Nubes excedit Olympus, & pacẽ summa tenent: quia perhibet in Olympi uertice aer esse tam tenuis, ut neq; nubib. obumbret, neq; turbetur uento, neq; sustẽtare aliter posit, neq; ipsos qui forte ascenderint hoĩes crassioris auræ spiritu alere, sicut in isto aere consueuerunt, & tñ & ipse aer est, unde aquis uicina qualitate

*Ps. 148.*

B

*Cœlos perijsse aquis. Iudæ. 1. Gen. 7.*

C

*Lucanus lib. 2. Pharsaliæ.*

tate diffunditur,& propterea ipſe quoque in
humidã naturam conuerſus diluuij tpe cre-
ditur. Neq;.n.arbitrãdũ eſt aliquid de ſpatijs
ſyderei cęli vſurpare,cũ omnes ẽt altiſsimos
montes aqua * trãſcenderit. Quanquã de cõ-
uerſione elementorũ ẽt inter ipſos qui hæc
otioſa cura ſubtiliſsime perſcrutati ſunt, nõ
parua qõ eſt. Alij.n. dicunt omnia in omnia
poſſe mutari atq; conuerti. Alij vero eſſe ali-
quid omnino proprium ſingulis perhibent
elementis, ꝙ in alterius elementi qualitatem
nullo modo vertatᷣ. Vnde fortaſsis ſuo loco
ſi dñs voluerit diligentius diſputabimus: nũc
D aũt ꝙ ad præſentẽ ſermonẽ attinet, hic cõme
moranda exiſtimaui, vt intelligamus ſeruatũ
eſſe ordinẽ rerũ, quo prius oportuit aquarũ
animalia q̃ terrarũ narrare creata. Nec vllo
modo arbitrandum eſt prætermiſſum eſſe in
hac ſcriptura vllũ mundi huius elementum,
cũ quatuor notiſsimis eũ conſtare perſuaſũ
ſit, quia vr̃ hinc cęlum & aquã & terram cõ-
memorare, de aere autẽ tacere. Conſuetudo
quippe noſtrarũ ſcripturarũ eſt, aut cęli, aut
terræ nomine mundũ appellare, aut interdũ
addere & mare. Aut itaq; vel ad cęlum perti-
nere intelligitur, ſi qua ſunt in eius ſuperio-
rib. partibus tranquilliſsima & pacatiſsima
ſpatia: vel ad terram ꝓꝑ hunc turbulentũ &
caliginoſum locũ, qui humida exhalatione
pingueſcit, quãuis & ipſe ſæpius cęli nomi-
ne nuncupetur: ac per hoc non ſcriptũ eſt,
Producant aquæ reptilia animarũ viuarum,
& producat aer volatilia volantia ſuper ter-
rã, ſed vtrũq; hoc animantiũ genus ex aquis
productũ eſſe narratur. Quicquid ergo aqua
rũ ſiue labiliter vndoſum & fluidum eſt ſiue
vaporaliter tenuatũ atque ſuſpẽſum, vt illud
reptilibus animarũ viuarum, hoc volatilibus
appareat diſtributũ, vtrunq; tñ humidæ natu
ræ deputatur. Ideoq́; ſunt ẽt qui abſurdiſsi-
ma conſideratione quinq; iſtos manifeſtiſsi
mos corporis ſenſus ſecundũ quatuor vſita-
ta elementa iſta diſtinguãt, vt oculos ad ignẽ,
aures ad aerẽ dicant pertinere. Olfaciẽdi aũt
guſtãdiq́; ſenſum naturæ humidæ attribuũt:
E & olfactũ quidẽ iſtis exhalationib. humidis
quibus craſſatur hoc ſpatiũ in quo aues voli
tant: guſtũ vero iſtis fluxibilib. & corpulẽtis
humoribus. Nã quæcunq; in ore ſapiunt ip-
ſius oris humori cõmiſcentur, vt ſapiant, ẽt ſi
arida cũ acciperentur fuiſſe videantur. Ignis

*al.l. traſ-ce nderet.*

*Cõmutatio elemẽtorũ. Cap. 3.*

*li.22. de ciui.Dei. Cap. 11.*

*Quinque ſenſus ad quatuor elementa referri. Cap. 4.*

tñ omnia penetrat, vt motũ in eis faciat. Nam
& humor priuatione caloris congelaſcit, &
cũ poſsint frigeſcere cętera elementa, ignis
frigeſcere non poteſt: facilius quippe extin-
guitur vt ignis non ſit, q̃ frigidus maneat, aut
ſit alicuius frigidi contactu tepidior. Tactus
aũt qui eſt quintus in ſenſib. terreno elemẽto
magis cõgruit proinde per totũ corpus ani-
mantis ꝙ maxime eſt terra eſt, quæque tacta F
ſentiuntur. Dicunt ẽt nec videri ſine igne poſ
ſe aliquid nec tangi ſine terra. Ac per hoc ele
mẽta oĩa in omnib. ineſſe, ſed vnumquodq;
eorũ ex eo ꝙ amplius habet accepiſſe voca-
bulũ. Ideo aũt caloris priuatione cũ corpus
nimie frigeſcit obtundi ſenſum, quia motus
pigreſcit q ex calore ineſt corpori, dũ ignis
aerẽ, & aer humida, & humor terrea quæq;
afficit ſubtilioribus.ſ.craſsiora penetrantib.
Quãto aũt quidq; ſubtilius eſt in natura cor-
porali, tãto eſt vicinius naturæ ſpiritali, quã-
uis longe diſtante genere, qñquidẽ illud cor
pus eſt, illud non eſt. Ac per hoc qm̃ ſentire
non eſt corporis ſed animæ per corpus, licet
acute diſſeratur ſecundũ diuerſitatem corpo
reorũ elementorũ ſenſus eſſe corporis diſtri
butos, anima tñ cui ſentiendi vis ineſt cũ cor
porea non ſit, per ſubtilius corpus agitat vi-
gorẽ ſentiẽdi. Inchoat itaq; motũ in omnib.
ſenſibus à ſubtilitate ignis ſed non in omnib.
ad idem peruenit. In viſu.n. peruenit repreſ-
ſo calore vſq; ad eius lucem. In auditu vſq;
ad liquidiorẽ aerem calore ignis penetrat. In
olfactu aũt tranſit aerem purum, & peruenit
vſq; ad humidam exhalationem, vnde craſ-
ſior hæc aura ſubſiſtit. In guſtu autem tranſit
& peruenit vſque ad humorem corpulẽntio
rem: quo ẽt penetrato atque traiecto, cũ ad
terrenam grauitatem peruenit, tangendi vlti
mum ſenſum agit. Non igitur ignorabat na-
turas elementorum eorumq́; ordinẽ, qui cũ
viſibilium quæ intra mundum in elementis
natura mouentur conditionẽ introduceret,
prius cęleſtia luminaria, deinde aquarũ ani-
mantia, terrarum aũt poſtrema narrauit: non
ꝙ aerem prætermiſerit, ſed ꝙ puriſsimi & G
quietiſsimi aeris vbi volare aues non poſſe
dicuntur, ſi qua ſunt ſpatia cœlo ſuperiori
coniunguntur, & cœli nuncupatione in ſcri
pturis ad ſuperiorem mundi partẽ pertinere
intelliguntur, vt terræ nomine vniuerſaliter
hoc totũ ſignificetur, ex quo incipit deorſũ

versus,

versus, ignis, grādo, nix, glacies, spūs tēpestatis, & oēs abyssi, donec perueniatur ad aridā, quæ proprio nomine terra dicit̃, Aer itaque ille superior, siue quod ad cęlestē mūdi pertinet partē, siue quod nullū habet visibilē habitatorē, de qualibus nunc sermo narrantis est, neq; prætermissus est de cęlo nominato, neq; annumeratus est in creandis animalibus: iste vero inferior cui excipit exhalationes humidas maris ac terrę, ad sustinendas aues quodāmodo crassatur, nō nisi ex aquis accipit animalia. Quod.n. eius humidū est, hoc portat alitū corpora, quæ ita nitunt̃ pennis volātes quēadmodū pisces quibusdā suis alis natantes. Proinde sciēter tanquā spiritus Dei qui scribenti aderat, ex aquis dicit producta volatilia. Aquarū enim natura bipartitū locū sortita est: inferiorē scilicet in vnda labili, superiorē vero in aura stabili, Illū deputatū natātibus, istū volantibus, Sicut huic elemento cōgruos duos etiā sensus animalibus datos videmus, olfactū explorādis vaporibus, gustū explorādis liquoribus. Qđ enim ad tactū aquas ventosq; sentimus, hoc est quod terra solida in omnibus admiscetur elemētis, sed in crassioribus sentitur amplius ita vt iā tangendo contrectari valeāt. Ideoq; & ista in duabus maxime mūdi partibus generaliter cęli & terræ noīe cōplectuntur. Sicut ille psalmus ostendit, oīa superiora ab illo principio enumerās, Laudate dominū de cęlis: omniaq; inferiora ab alio principio, Laudate dñm de terra: vbi & spūs tēpestatis & oēs abyssi nominantur & ignis iste q̃ vrit tangentē, quia de terrenis & humidis humoribus ita existit vt subinde vertatur in aliud elementū Et quanuis naturæ suę sursum nitēdo indicet appetitū, in cęlestē tamen superiorē tranquilitatē nō possit euadere, q̃a multo aere superatus & in eū cōuersus extinguitur, ac ꝑ hoc in ista rerū parte corruptibiliore atq; pigriore turbulētis motib. agitatur ad tēperandū eius rigorē, & ad vsus terroresq; mortaliū. Quia ergo ēt tactu qui ad terram ꝓprie pertinet, sentiri possunt & fluctus vndarū & flatus aurarū, propterea ipsa quoq; aquatiliū animaliū corpora & terrenis vescunt̃, & maxime aues in terra ēt requiescūt, fętus quoq; propagāt: pars enim humoris q̃ vaporaliter exhalatur, etiā super terras extēditur. Ideoq; cum dixisset scriptura, Educāt aquæ reptilia animarū viuarū, & volatilia inquit, super terrā: addidit sanè dicens, secūdū firmamentū cęli, in quo potest aliquanto manifestius apparere illud quod antea videbat̃ obscurū. Nō enim ait, in firmamēto cęli, sicut de luminaribus, sed volantia, inquit, suꝑ terrā, secundū firmamētū cęli: qui videlicet hoc caliginosum & humidū spatiū in quo aues volant, illi spatio contiguū est vbi volare nō pñt, quod iā merito tranquillitatis & quietis pertinet ad firmamētū cęli. In cęlo ergo volāt aues, sed in isto, ꝙ ille psalmus ēt terræ nomine includit: propter ꝙ cęlū vocātur multis locis volatilia cęli, nō tñ in firmamento, sed secundū firmamentum. Nonnulli putāt propter sensus tarditatē animalia nō animā viuā, sed reptilia animarū viuarū appellata: sed si propterea sic appellarētur, auibus daretur nomen animæ viuæ. Cū vero & ipsa volatilia dicta sunt sicut ista reptilia, vt subaudiatur animarū viuarū: fatendū est, vt arbitror, ita dictū, ac si diceretur, quæ sunt in animabus viuis reptilia & volatilia: sicut dici posset ignobilia hominū, vt intelligerentur quicunq; sunt in hominib. ignobiles: quanq̃ enim sunt & animalia terrestria quæ repunt super terrā, tñ ex multo maiore numero pedibus mouentur, & tā pauca fortasse in terris repunt, quā pauca in aquis gradiuntur. Nōnulli aūt putauerūt, ꝓpterea nō animam viuā, sed reptilia animarū viuarū pisces esse appellatos, ꝙ eis memoria nulla sit, vel aliqua vita velut rationi vicinior. Sed fallit eos experientia minor. Nā quidā scripserūt quę animaduertere potuerūt in viuarijs piscium multa miranda. Sed etiam si falsa scripserūt forte memoriā tamē pisces habere certissimū est. Quod ipse sum expertus. & experiātur qui possunt & volūt. Nō fons quidā magnus Bullēsiū regionū, ferè plenus ē pisciū. solēt aūt hoīes desuper intuētes eis aliquid iacere, ꝙ sibi vel pręripiant cōfluentes, vel inter se deripiant concertātes. Quo pastu assuefacti, deambulantibus super orā fontis hominibus, ipsi quoq; cū eis congregatim natādo eūt & redeūt, expectātes vt inde aliq̃d iactēt quorū præsentiā sentiunt. Nō itaq; frustra mihi videtur aquarū animalia sic appellata reptilia quēadmodū & aues volatilia: nā si uel nulla memoria, vel sēsus tardior, aīæ uiuæ nomē repulisset à piscibus, uolatilibus

K

*Animalia terrestria & aquatica. cap. 8.*

L

*Quod pisces memoria nō sint expertes oīno.*

certè

certè adhiberetur, quorū vita in oculis nostris est, memoratu garrula, & in nidis construendis educandisq; fœtibus solertissima. Nec ignoro, ita quosdā Philosophos sua cuiusq; elemēti distribuisse animalia, vt terrena esse dicerēt, nō tantū quæ in terra repūt atq; gradiūtur, sed aues ēt, ꝙ & ipsæ in terra requiescāt, volando fatigatæ. Aerea vero aīalia dæmones esse cęlestia Deos, quorū quidā nos partim luminaria partim angelos dicimus. Itidē tñ aq̄s pisces & sui generis beluas attribuūt, vt nullū elemētis suis animalib. vacet: quasi vero sub aquis terra nō sit, aut probare possint pisces nō in terra requiescere ad reparādas natādi vires, sicut volādi aues. Et si forte rarius pisces id faciunt, ꝙ ad gestanda corpora sit vnda q̄ aura validior, ita vt terrena quoq; animalia natātia ferat, siue vsu docta, vt hoīes, siue natura, vt quadrupedia vel serpētes. Aut si propterea nō putant, quia nō insunt pedes piscibus, nec phocæ aquarum sūt, nec colubri cochleæq; terrarū: nā & illę pedes habēt, & hæc genera sine vllis pedib. nō dico requiescūt in terra, sed ab ea vix aut nunquā recedūt. Dracones aūt sine pedibus & in speluncis requiescere, & in aerē sustolli perhibentur: qui quanquā nō facile noti sint, literę, tamē, non tantū nostræ, sed ēt gentiliū nequaquā de istorum animantiū genere tacuerūt. Quapropter etsi dęmones aerea sunt animalia, quoniā corporū aereorum natura vigent: & propterea morte nō dissoluuntur, quia pręualet in eis elemētū, quod ad faciendū quā ad patiendū est aptius: duobus subterpositis, aqua scilicet & terra, vno aūt superposito, idest, igne sydereo: distribuuntur enim elemēta ad patiendū duo humor & humus: ad faciendū aūt alia duo aer & ignis. Si ergo hęc ita sunt, nō impedit ista distinctio nostrā scripturā: quia non ex aere sed ex aquis producta indicat volatilia, qua subtilioris quidē & in auras exhalati atq; distenti, sed tñ humoris locus volatilibus datꝰ est. Aer aūt confinio luminosi cęli vsq; ad aquarū fluida, & nuda terrarū puenit. Non tñ totū spatiū eius exhalationes humidæ infuscāt, sed vsq; ad eū finē, vnde incipit ēt terra nominari, secundū illū Psalmum vbi dicit, Laudate dominum de terra. Superior vero pars aeris, propter purā trāquillitatem cęlo cui collimitatur, cōmuni pace coiūgitur, &

*Quod quidā philosophi cuiq; elemento sua animalia distribuerunt. cap 9.*

M

*Dæmones aer, terra Cap. 10. 2. sen. di. 8 cap. 1.*

A

*Ps. 148.*

eius vocabulo nuncupatur. In qua fortassis parte si fuerūt ante trāsgressionē suā, transgressores angeli cū Principe suo nūc diabolo, tunc archāgelo. Nā nōnulli nostri, non eos putāt cęlestes vel supercęlestes angelos fuisse, nō mirū si post peccatū in hāc sunt detrusi caliginē, vbi tñ & aer sit, & humore tenui contexatur, qui cōmotus vētos vehemētius cōcitatus ēt ignes & tonitrua, & contractus nubila, & cōspissatus pluuiā, & congelantib. nubilis niuē, & turbulentius cōgelātibus densioribus nubilis grādinē, & distentus serenū facit, occultis imperijs & opere Dei à summis ad infima vniuersa quę creauit administrātis. Vnde & in illo Psalmo cū cōmemorata essent, ignis, grādo, nix, glacies, spūs tempestatis: ne talia sine prouidentia diuina fieri moueriq; putarentur, continuo subiecit, q̄ faciunt verbū eius. Si aūt trāsgressores illi antequā transgrederētur cęlestia corpora gerebāt, neq; hoc mirū ē, si cōuersa sūt ex pęna in aereā qualitatē, vt iā possint ab igne idest, ab elemento naturæ superioris aliquid pati: nec aeris saltē spatia superiora atq; puriora, sed ista caliginosa tenere permissi sunt qui eis pro suo genere quidā quasi carcer ē, vsq; ad tēpus iudicij. Et si quid de his transgressoribus angelis diligentius requirendū est, alius erit accōmodatior scripturæ locus. Proinde nūc quod satis est, si hæc spatia turbida & procellosa propter aeris naturā vsq; ad vndas terrasq; porrecta pñt aerea corpora sustinere, possunt & auiū quæ producta sunt ex aquis, ꝑpter aquarū tenues halitus: q̄ scilicet eidē aeri iuxta vndas & terras circūfuso, atq; ob hoc infimę atq; terrenę parti deputato, vaporaliter inseruntur & auras intexunt, quæ nocturnis rigoribus aggrauatæ sereno etiā rore distillant: si aūt vehementiꝰ frigus est, etiā gelu cādidius inalbescunt. Et dixit Deus, Educat terra animā viuā secūdū genus suū, quadrupedia & reptibilia & bestias terræ scd'm genus suū, & pecora secundū genus suū. Et factū est sic. Et fecit Deus bestias terræ secundū genus suū, & pecora secundū genus, & oīa reptilia terræ scd'm genus suū. vidit Deus quia bona sunt. Iā nunc consequēs erat vt alterā partē, quæ proprie terra dicitur, infimi huius loci, quē totum cū omnibus abyssis & nebuloso aere vniuersaliter vocabulo terræ alibi scriptura complectitur,

*1. se 8. c*

*Ven. Ton. Nub. Pluu. Gra. Se tas.*

B

D

*Ps. 1*

C

*Nomi anim generatim.*

plectit̃,ornaret animalibus suis. Et manife-
sta quidẽ sunt animaliũ gñа, q̃ in verbo Dei
terra produxit.Sed quia sępe nomine peco-
rũ vel nomine bestiarũ animalia oĩa rõnis
expertia solẽt intelligi, merito q̃ritur, quas
nũc ꝑprie bestias, & q̃ nũc pecora dicat. Et
repẽtia quidẽ siue reptilia terrena, nõ est du
bitandũ ꝙ oẽs serpẽtes intelligi voluit quan
quã & bestiæ dici possint, pecorũ aũt nomẽ
nõ vsitate serpentibus cõuenit.Rursum leo-
nibus & pardis & tigridibus & lupis, & vul
pibus,canibus ẽt & simijs,atq; id genus cęte
ris vsitate conuenit vocabulũ bestiarũ.Peco
rũ aũt nomẽ his animalibus accõmodatius
D aptari solet,q̃ sunt ĩ vsu hominũ:siue adiuuã
dis laboribus, vt boues & equi,& si qua ta-
lia:siue ad lanificiũ,vel ad vescendũ, vt oues
& sues.Quid ergo sunt quadrupedia?Quan-
quã.n.hæc omnia p̃ter quædã serpentia qua
tuor pedibus gradiãtur, nisi tñ hoc proprio
nomine quędã vellet intelligi, nõ vtiq; hic
etiã quadrupedia nominaret,quanuis de his
in repetitione tacuerit. An cerui & damulę
& onagri, & apri, quia neq; illis bestijs vbi
leones sunt coniungi pñt, similes.n. sunt il-
lis pecoribus,neq; tamen sub humana cura
sunt proprie quadrupedia nuncupata sunt:
quasi reliqua essent hęc animalia,quibus ista
appellatio gñalis quidẽ cum multis propter
numerũ pedũ, sed tamẽ speciali significatio
ne tribueretur? An quia ter dixit,scd̃m genꝰ,
tria quædã genera nos inuitat attendere? Pri
mo scd̃m quadrupedia & reptilia vbi arbi-
tror significatũ,quæ quadrupedia dixerit sci
licet quæ in gñe sunt repriliũ, sicut sunt la-
certi,stelliones,& si q̃d huiusmodi est.Ideo
q́ue in repetitione quadrupedum nomẽ nõ
iterauit, quia reptiliũ vocabulo fortasse cõ-
plexus est.vnde ibi non simpliciter ait, repti
lia,sed addidit,omnia reptilia terræ.Ideo ter
ræ,quia sunt & aquarũ, & ideo omnia vt il-
lic intelligãtur,quæ quatuor etiã pedibus ni
tuntur,quæ superius quadrupedum nomine
proprie significata sunt.Bestias autem de qui
bus item ait, secundũ genus, quicquid ore
aut etiam vnguibus sęuit, exceptis serpenti-
bus.Pecora vero de quibus tertio,ait secun-
dum genus, quæ neutra vi lacerant, sed aut
cornibus,aut ne hoc quidem. Prædixi enim
& quadrupedũ nomen quam late pateat,ip-
so pedum numero facile agnosci, & nomi-
ne pecorũ vel bestiarũ omne irrationale a-
nimal aliquando cõprehẽdi. Sed etiã ferarũ
vocabulũ solet in Latina lingua tantundẽ va
lere: nõ ideo tñ negligenda fuit cõsideratio,
quõ possint hæc nomina, quæ non frustra in
hoc scripturarũ loco posita sunt, etiam spe-
ciali distinctione discerni, qd̃ in vsu loquen
di quotidiano facile animaduerti potest. Nõ *Scd̃m ge*
frustra etiam lectorem mouet, vtrum ne pas *nus.c.12.*
sim & quasi fortuitu, an aliqua ratione dica-
tur, secundũ genus, tanquã fuerint & antea
cum prima creata narrentur: an genus eorũ
in superioribus rationibus intelligendũ est
vtiq; spiritalibus, scd̃m quas creantur infe-
rius.Sed si ita eẽt, hoc de luce, hoc de cęlo,
hoc de aquis & terris, hoc de cęli lumini-
bus diceretur. Quid enim eorũ est cuius nõ F
æterna & incõmutabilis ratio in ipsa Dei sa *Sapiẽ. 8.*
pientia vigeat, quæ attingit à fine vsq; ad finẽ
fortiter & disponit omnia suauiter? Incipit
autẽ hoc dici de herbis,& lignis, vsq; ad hęc
terrena animantia. Nam in eis quæ ex aquis
creata sunt, quanuis in prima cõmemoratio *Gen. 1.*
ne dictũ nõ sit, in illa tñ iteratione dictũ est.
Et fecit Deus cętos magnos & omnẽ animã
animaliũ, reptiliũ, q̃ eduxerunt aquę secun-
dũ genus eorũ, & omne volatile pennarum
secundũ genus. An quia hæc ita exorta sunt,
vt ex eis alia nascerẽtur, & originis formam
successione seruarent, ideo dñr secundũ ge-
nus, propter propagationẽ prolis qua per-
mansura creabantur? Sed cur de herbis & li
gnis non solũ dicitur, secundũ genus, verũ-
etiã secundum similitudinẽ, cũ & animalia,
siue aquarũ, siue terrarũ secundũ similitudi-
nẽ suã generẽt? An quia genus sequitur simi
litudo, noluit eã vbiq; repetere. Nam & se-
men non vbiq; repetiuit, cũ tã herbis & li-
gnis insit, q̃ animalibus, etsi nõ omnibus. Ob
seruatũ est.n. quædam ita nasci ex aquis vel
terta vt sexus eis nullus sit: & ideo semẽ eo-
rum non sit in eis, sed in elementis ex qui-
bus oriuntur. Hoc est ergo scd̃m genus, vbi
& seminũ vis & similitudo intelligitur suc-
cedentium de sucedentibus: quia nihil eorũ G
ita creatum est, vt semel existeret, vel permã
surum, vel nullo succedente decessurũ. Cur
ergo & de homine non ita dictũ est, Facia- *Gen. 1.*
mus hoĩem ad imaginẽ & similitudinem no
strã, scd̃m genus: cũ & hominis ꝑpago ma-
nifesta sit? An quia non ita Deus fecerat ho-

minem vt moreref, si pręceptū seruare voluisset, & ideo nō erat necessarius decessori successor: Sed post pctm̄ cōparatus est pecoribus sensatis, & similis factus est: eis vt iā filij seculi huius generēt, & gnent: quo possit mortaliū genus seruata successione subsistere: Quid sibi vult ergo post hominē factū illa benedictio: Crescite & multiplicamini & implete terrā: quod vtiq; fieri posset generādo? An nihil hinc temere dicendū, donec ad eū scripturę locū perueniamus: vbi diligentius ista requirēda atq; tractāda sunt? Pōt.n. nunc fortasse sufficere ppea de homine non dictum esse scd'm genus, quia vnus fiebat de quo etiā fęmina facta est: Non.n. multa gn̄a hominū sicut herbarū, lignorū, pisciū, volatiliū, serpentium, pecorū, bestiarū vt sic dictū accipiamus, scd'm genus, ac si diceretur generatim, vt inter se similia atq; ad vnā originē seminis pertinētia distinguerentur à cęteris. Itē quærit, quid tantū aquarū animalia de creatore meruerint vt sola bn̄dicerent sicut homines, Nā & ipsa benedixit Deus dicens, Crescite multiplicamini & implete aquas super terrā. An in vno creaturæ genere dicendū fuit, vt in cęteris cōsequēter intelligeretur, quę generationibus crescunt? Prius ergo diceretur in eo quod primū tale creatū est in herba scilicet atq; ligno. An forte q̄ nullū haberent propagādæ prolis affectū, ac sine vllo sensu generarēt, indigna iudicauit illis benedictionis verbis, Crescite & multiplicamini: vbi aūt talis inesset affectus, ibi primū hoc dixit, vt in terrenis animalibus etiā non dictū intelligeretur? Necessariū aūt fuit hoc in homine repetere, ne quisquā diceret in officio gignēdi filios vllū esse pctm̄, sicut est in libidine siue fornicandi, siue ipso coniugio immoderatius abutendi. Nonnulla ēt de minutissimis animalibus qō est vtrum in primis rerū mortalium conditionibus creata sint, an ex consequentibus rerū mortaliū corruptionibus. Nā pleraq; eorū aut de viuorum corporum vitijs vel purgamentis, vel exhalationibus, aut cadauerum tabe gignūt: quædam etiam de corruptione lignorum & & herbarū, quædā de corruptionibus fructuum, quorum omniū nō possumus recte dicere Deū non esse creatorem. Inest enim omnibus quoddā naturæ sui generis decus, sicut in his maior sit admiratio bene considerantis, & laus vberior omnipotentis artificis: qui omnia in sapientia fecit, qui à fine vsq; ad finem pertendens: & suauiter cuncta disponens, nec ea ipsa rerū nouissima quę p sui generis ordine dissoluūtur, & quorum dissolutionē ex pęna nostrę mortalitatis horremus, relinquit informia: sed creat minima corpore, acuta sensu animantia: vt maiore attētione stupeam⁹ agilitatē muscę volātis, q̄ magnitudinē iumēti gradiētis, ampliusq; miremur opera formicarū, q̄ opera camelorū. sed vtrū in primis, vt dixi, rerū conditionib. quæ isto sexdierū ordine creatę narrant, hęc quoq; minima instituta credamus an postea consequentibus corruptibiliū corporū solutionibus, hoc, quęritur. Et potest quidē dici minutissima, quæ vel ex aquis, vel terris oriuntur tūc creata, in quibus ēt illa nō absurde intelliguntur quæ nascunt ex ijs, q̄ terra geminante orta sunt. Et quia pręcesserant cōditionē non solū animaliū, sed etiam luminariū. Et quia terræ continuantur p radicū cōnexionē, vnde illo die quo apparuit arida exorta sunt, vt potius ad suplementū habitationis, quam ad numerū habitatorū pertinere intelligerentur. Cętera vero quæ de animaliū gignūtur corporibus, & maxime mortuorum, absurdissimū est dicere tunc creata, cū animalia ipsa creata sunt: nisi quia inerat iā in omnibus animatis corporibus vis quædā naturalis & quasi præseminata materia & quodāmodo initiata primordia futurorum animaliū, quæ de corruptionibus talium corporum pro suo quoque genere ac differentijs erant exortura, per administrationē ineffabilē omnia mouente incōmutabili creatore. De gn̄ibus quoq; animalium venenosis & perniciosis quæri solet, qūo post peccatum hominis ad vindictam creata sint, an potius cum iam creata essent innoxia, non nisi post ea peccatoribus nocere cęperint? Neq; hoc mirum est, qn̄quidē etiā temporibus huius vitę laboriosæ atq; erumnosæ, cum ita sit nemo iustus vt perfectū se audeat dicere, fideliter attestante Apostolo dicente, Non quia iam acceperim aut etiam perfectus sim. Cumq; adhuc exercendæ atque in infirmitate proficiendæ virtuti necessarię sint tentationes, & molestiæ corporales, eodē rursus Apostolo manifestante qui ait, in magnitudine reuelationum ne extolleretur, datum

Marginal notes (left column): Ps. 48. — Gen. 2. — H — Benedictio aīaliū. c. 13. Gene. 1. — Officiū gignendi. — Infectorū origo. Cap. 14. 1. sen. di. 15. ca. de quibusdā — I
Marginal notes (right column): Ps. 10[...] Sapi. — K — Animalia noxia. Cap. 1[...] — L — Phil. — 1. Co.

tum sibi esse stimulũ carnis, angelum satanæ vt eũ colaphizaret, rogatumq; à se dñm tertio vt discederet ab eo, rñdisse sibi, Sufficit tibi gratia mea. Nã virtus in infirmitate perficitur: tñ & sanctus Daniel inter leones saluus atq; intrepidus vixit, qui non vtiq; Deo mētiens in oratione, nõ tm̃ peccata populi sui, sed ēt sua pateretur. Et in ipsius Apostoli manu mortifera vipera adhæsit, nec lęsit. Potuerunt ergo ista ēt creata nihil nocere, si causa non extitisset, vel terrendorũ puniendorũq; vitiorũ, vel probandæ perficiẽdæq; virtutis:
M quia & exẽpla sunt demonstranda patientiæ ad profectũ cęterorũ, & ipse sibi hõ in tentationib. certius innotescit, & iuste salus illa ꝑpetua q̃ turpiter amissa est per voluntatẽ, fortiter recipitur per dolorẽ. Dicet aliquis. Cur ergo inuicẽ bestiæ nocent, quib. nec peccata vlla sunt, vt vindicta ista dicatur, nec vllã recipiunt tali exercitatione virtutẽ? Ideo nimirũ, quia, s. aliæ cibi sunt aliarũ: nec recte possumus dicere, nõ essent aliæ quib. aliæ vescerentur. Habent. n. omnia quãdiu sunt, mensuras, numeros & ordines suos, quæ cuncta merito considerata laudantur, nec sine occulta ꝓ suo gñe moderatione pulchritudinis, tꝑalis ēt, ex alio in aliud transeundo mutantur. Quod & si stultos latet, sublucet proficiẽtib. clarumq; perfectis est. Et certe omnib. talib. inferioris creaturæ motib. ꝓbenĩ homini salubres admonitiones, vt videat quantũ sibi satagendũ sit pro salute spiritali & sempiterna qua oĩb. irrationabilib. animantib. antecellit, cũ illa videat a maximis elephantis vsque ad minimos vermiculos pro salute corporali & tꝑali, quã pro sui gñis inferiore ordinatione sortita sunt, siue resistẽdo, siue cauẽdo agere quicquid valent, ꝙ nõ appareret nisi cũ q̃dã refectionẽ corporis sui ex aliorũ corporib. q̃runt, alia se vel repugnandi virib. uel fugæ ꝓsidio, uel latebrarũ munimine tuerētur: Nã & ipse corporis dolor in quolibet animante
A magna & mirabilis animæ vis est, q̃ illã compagẽ ineffabili permixtione vitaliter continet, & in quandã sui moduli redigit vnitatẽ, cũ eã non indifferenter, sed vt ita dicã, indignanter patiatur corrũpi atq; dissolui. Illud ēt fortasse aliquẽ moueat, si aĩalia noxia uiuos hoĩes aut pęnaliter lędunt, aut salubriter exercẽt, aut utiliter probãt, aut ignorãter docent, cur in escas suas dilacerant ēt corpora hominũ mortuorũ? Quasi vero quicquam intersit ad nostrã utilitatẽ, ista caro iã exanimis in naturæ profunda secreta per quos trãsitus eat, unde mirabili omnipotentia creatoris reformanda rursus seruatur: q̃q̃ & hinc fiat quædã prudentib. admonitio, ut se ita cõmẽdent fideli creatori, omnia maxima & minima occulto nutu administranti, cui nostri ēt capilli numerati sunt, nec ꝑꝑ inanes curas exanimatorũ corporũ suorũ ulla gñа mortiũ perhorrescãt, sed piæ fortitudinis neruos ad oĩa ꝑparare non dubitent. Talis ēt qõ de spinis & tribulis solet oboriri, & de q̃busdã lignis infructuosis, uel cur uel qñ creata sint, cũ Deus dixerit, Producat terra herbã pabuli seminantẽ semen, & lignũ fructiferũ faciẽs fructũ. Sed qui ita mouenĩ, non intelligũt saltẽ de vsitatis formulis humani iuris, quẽadmodũ appelletur usufructus. Vtilitas. n. q̃dã fruentiũ in fructus nomine consideraĩ. Quãtæ aũt sint utilitates siue manifestæ, siue occultæ omniũ q̃ terra gignens radicitus alit, & ipsi q̃dam intueantur, & ab expertis cętera inquirant. Et de spinis quidẽ ac tribulis absoluta põt esse rñsio, quia post pc̃m̃ dictũ est homini de terra, Spinas & tribulos pariet tibi. Nec tñ facile dicendũ est tunc cępisse ista oriri ex terra. Fortassis. n. qm̃ in ipsis quoque generibus seminũ multæ reperiuntur utilitates, poterant habere locũ suum sine ulla pęna hominis. Sed ut in agris in quibus iã pęnaliter laborabat, ēt ista nascerentur, hoc ad cumulũ pęnæ ualere credi põt, cum possent alibi nasci, uel ad auiũ pecorũq; pastus, uel ad ipsorum hominũ aliquos usus. Quanquã & ille sensus nõ abhorret ab his uerbis, quo ita intelligiĩ dictũ, Spinas & tribulos pariet tibi: ut hæc ēt antea terra pariens, non tñ homini pareret ad laborem, sed eiusque modi animalibus conuenientẽ cibum. Sunt. n. quæ his generibus & mollioribus & aridioribus commode suauiterq; uescantur. Tunc aũt cępit ista homini parere ad erumnosum negocium, cũ post pc̃m̃ cępit in terra laborare. Non ꝙ alijs locis hæc antea nascerentur, & post in agris quos homo ad capiendas fruges coleret, sed & prius & postea in eisdem locis: prius tñ non homini, post aũt homini ut hoc significetur ꝙ additũ est tibi, quia nõ est dictũ spinas & tribulos pariet, sed pariet tibi, idest ut tibi iam ista nasci incipiãt ad laborem,

*Luc. 12.*
B
*Spinæ & tribuli.*
*Cap. 18.*
*Gen. 1.*
*Gen. 3.*
C

borem, quæ ad pastum tantūmodo alijs animalib. antea nascebantur. Et dixit Deus, Faciamus hominē ad imaginē & similitudinē nostrā, & dn̄etur pisciū maris & volatilium cœli & omniū pecorū, & omnis terræ, & omniū reptiliū repentiū sup terrā. Et fecit Deus hominē, ad imaginē Dei fecit eū: masculum & fœminā fecit eos, & benedixit eos Deus dicens, Crescite & multiplicamini, & implete terrā, & dn̄amini ei⁹, & principamini pisciū maris, & volatiliū cœli & omniū pecorū, & omnis terræ, & omniū reptiliū repentiū super terram. Et dixit eis Deus, Ecce dedi vobis omne pabulū seminale, seminans semen ꝙ est super omnē terrā, & omne lignū ꝙ habet in se fructū seminis seminalis, vobis erit ad escā, & omnib. bestijs terræ, & omnib. volatilibus cœli, & omni reptili repenti super terrā, ꝙ habet in se spm̄ vitæ, & omne pabulum viride in escā. Et factum est sic. Et vidit Deus oīa quæ fecit, & ecce bona valde: & facta est vespera, & factū est mane dies sextus. Etiā atque ēt de natura hominis post erit vberior considerandi & diligentius disserendi locus. Nunc tn̄ vt opera sex dierū nostra inquisitio pertractatioq; concludat, hoc primū breuiter dicimus, non indifferenter accipiendū ꝙ in alijs operibus dr̄, Dixit Deus, fiat. Hic aūt dixit Deus, Faciamus hominē ad imaginem & similitudinem nostrā: ad insinuandū, s. vt ita dicā, pluralitatē personarū ꝑꝑ patrem & filium & spm̄ sanctū. Quā tn̄ deitatis vnitatē intelligendā, statim admonet: dicens, Et fecit Deus hominē ad imaginem Dei: non quasi pater ad imaginē filij, aut filius ad imaginem patris, alioquin non vere dictū est, ad imaginem nostrā, si ad patris solius aut filij solius imaginē factus est homo. Sed ita dictū, fecit Deus ad imaginē Dei: tanquā diceretur, fecit Deus ad imaginē suam. Cum aūt nunc dr̄, ad imaginē Dei: cū superius dictū sit, ad imaginē nostram: significatur ꝙ nō id agat illa pluralitas personarum, vt plures Deos vel dicamus vel credamus vel intelligamus: sed patrē & filiū & spm̄ sanctū, ꝑꝑ quam Trinitatē dictum est, ad imaginē nostrā: vnū accipiamus Deū, ꝑꝑ quod dictū est, ad imaginem Dei. Hic ēt illud non est prætereundū, quia cum dixisset, ad imaginē nostram: statim subiūxit, & habeat potestatem pisciū maris & volatilium cœli & cæterorum animalium rationis expertiū: vt videlicet intelligamus in eo factū hominem ad imaginē Dei in quo irrationalib. animātibus antecellit, id aūt est ipsa ratio, vel mens, vel intelligentia, vel si quo alio vocabulo cōmodius appellat̄. Vnde & Apostolus dicit, Renouamini spiritu mentis vestræ, & induite nouū hominē qui renouatur in agnitione Dei, secundū imaginē eius qui creauit eū: satis ostendens vbi sit hō creatus ad imaginē Dei, quia non corporeis liniamētis, sed quadā forma intelligibili mentis illuminatæ. Ac per hoc sicut in illa prima luce, si eo noīe recte intelligitur facta lux intellectualis, particeps æternæ atq; incōmutabilis sapientiæ Dei, nō dictum est, & sic est factū, vt deinde repeteretur, & fecit Deus, quia sicut iā quantū potuimus disseruimus, non fiebat cognitio aliqua verbi Dei in prima creatura, vt post eam cognitionē inferius crearetur ꝙ in eo verbo creabatur, sed ipsa primo creabat̄ lux in qua fieret cognitio verbi Dei per ꝙ creabatur, atq; ipsa cognitio illi esset ab informitate sua cōuerti ad formātē Deū, & creari atq; formari: postea vero in cæteris creaturis dr̄, & sic est factū vbi significat̄ in illa luce, hoc est in intellectuali creatura prius facta verbi cognitio: ac deinde cū dr̄, & fecit Deus, ipsius creaturæ genus fieri demonstrat̄, ꝙ in verbo Dei dictū erat vt fieret: hoc & in hoīs condōne seruat̄. Dixit. n. Deus, Faciamus hoīem ad imaginē nostrā, & cætera. Ac deinde non dr̄, & sic est factū: sed iā subinfertur, Et fecit Deus hominē ad imaginē Dei: quia & ipsa natura, s. intellectualis est sicut & illa lux, & ꝑpea hoc est ei fieri ꝙ est agnoscere verbū Dei per ꝙ fit. Nā si diceret̄, & sic est factū, & postea subinferretur, & fecit Deus, quasi prius factū intelligeretur in cognitione rationalis creaturæ, ac deinde in aliqua creatura quæ rationalis non esset. Quia vero & ista creatura rationalis est, & ipsa eadē cognitione perfecta est. Sicut. n. post lapsū peccati homo in agnitione Dei renouatur secūdū imaginē eius qui creauit eum: ita in ipsa agnitione creatus est antequā delicto veterasceret, vnde rursum in eadē agnitione renouaret̄. Quæ aūt non in ea cognitione creata sunt: quia siue corpora siue irrōnales animæ creabant̄, primo facta est in creatura intellectuali cognitio eorū à verbo Dei ꝙ dictū est vt fierent: ꝑꝑ quā cognitionē primo dicebatur,

*Homo ad imaginē Dei. c. 19 Gen. 1.*

D

*1. sen. di. 2. c. pronamus, & 2. sen. di. 16. c. 1*

E

*Imperiū datum homini. Cap. 20.*

*Ephe. 4. Colos. 3.*

F

G

tur, & sic est factũ: vt ostenderetur facta ipsa cognitio in ea natura, q̃ hoc in verbo Dei anteq̃ esset cognoscere poterat: ac deinde fiebat ipsę corporales irrõnales creaturæ, pp q deinceps addebat, & fecit Deus. Quomodo aũt immortalis factus sit, & acceperit escã cũ alijs animalibus herbã pabuli ferentẽ semen, & lignũ fructiferũ & herbã viridẽ, difficile est dicere. Si.n. pctõ mortalis effectus ẽ vtiq; ante peccatũ nõ indigebat talibus cibis. Neq;.n. posset illud corpus fame corrũpi. Nã illud quod dictũ est, Crescite & multiplicamini & implete terrã: quanquã nisi per concubitũ matris & fęminæ fieri non posse videatur, vnde hinc quoq; mortaliũ corporum extitit iudiciũ: potest tñ dici aliũ modũ esse potuisse in corporibus immortalibus, vt solo piæ charitatis affectu nulla corruptionis cõcupiscentia filij nascerẽtur, nec mortuis parentibus successuri, nec ipsi morituri: donec terra immortalibus hominib. impleretur, ac sic instituto iusto & sctõ populo, qualẽ post resurrectionẽ futurũ credimus, nascẽdi etiã modus fieret: potest quidẽ dici, & quomodo dicatur alia consideratio est. Sed non etiã hoc quisquã dicere audebit, ciborũ indigẽtiã quibus reficiebatur, nisi mortalibus esse non posse. Nonnulli aũt etiã hoc suspicati sunt, nunc interiorẽ hominẽ factũ, corpus autem hominis postea, cum ait scriptura, Et finxit Deus hominẽ de limo terræ: vt quod dictũ est, fecit: ad spũm pertineat: quod aũt finxit: ad corpus. Nec attendũt masculũ & fęminam nõ nisi scđm corpus fieri potuisse. Licet enim subtilissime differatur ipsam mentẽ hominis in qua factus est ad imaginẽ Dei, quandã scilicet rationalẽ vitã, distribui in æternæ cõtemplationis veritatẽ, & in quandã rerum temporaliũ administrationẽ, atque ita fieri quasi masculum & fęminam, illa parte consulente, hac obtemperante: in hac tamen distributione non recte dicitur imago Dei, nisi illud quod inhęret contemplandæ incõmutabili veritati. In cuius rei figura Paulus Apostolus virum tantũ dicit imaginẽ & gloriam Dei: mulier autem inquit, gloria viri est. Ita quanuis hoc in duobus hominibus diuersi sextus exterius secundum corpus figuratum sit, quod etiã in vna hominis interius mente iutelligitnr: tamen & fęmina quæ est corpore fęmina, renouatur etiam ipsa in spiritu mentis suæ in agnitione Dei secundũ imaginem eius qui creauit, vbi nõ est masculus & fęmina. Sicut aũt ab hac gratia renouationis, & reformatione imaginis Dei non separantur fęminæ, quanuis in sexu corporis earũ aliud figuratũ sit, pp qđ vir solus dicitur eẽ imago & gloria Dei, Sic & in ipsa prima conditione hominis, secundũ id quod & fęmina homo erat, habebat vtiq; mentẽ suã eandemq; rationalẽ, scđm quã ipsa quoq; facta est ad imaginẽ Dei: sed propter vnitatẽ coniunctionis, fecit Deus, inquit, hominẽ ad imaginẽ Dei. Ac ne quisquã putaret solũ spiritũ hominis factũ, quanuis secundũ solũ spiritũ fieret ad imaginẽ Dei, fecit illũ, inquit, masculũ, & fęminã, vt iã ẽt corpus factũ intelligatur. Rursum ne quisquã arbitraretur ita factũ, vt in homine singulari vterq; sexus exprimeretur, sicut interdũ nascuntur quos adrogynos vocant, ostendit se singularem numerum propter cõiunctionis vnitatẽ posuisse. Et quod de viro mulier facta est, sicut postea manifestabitur, cũ id quod hic breuiter dictũ est, diligẽtius cęperit explicari: & ideo pluralẽ numerum continuo subijcit dicens, Fecit eos & benedixit eos. Sed vt iam dixi, diligentius in consequenti scriptura de hominis creatione requiremus. Nunc animaduertendum est, qđ postea q̃ dixit, Et sic factũ est: statim subiecit, Et vidit Deus omnia quæ fecit, & ecce bona valde: vbi intelligitur potestas, & facultas ipsa data naturæ humanæ sumendi ad escã pabulũ agri & fructus ligni. Ad hoc enim intulit, Et sic est factũ: qđ ab illo loco inchoauerit, vbi ait, Et dixit Deus, ecce dedi vobis pabulũ seminale: & cętera. Nã si ad omnia q̃ supra dicta sunt, retulerimus quod ait, Et sic est factũ: consequens erit vt confiteamur etiã creuisse illos tã & multiplicatos impleuisse terram in eodẽ sexto die, quod eadẽ scriptura testante post multos annos factum inuenimus. Quapropter cũ data esset hęc facultas edendi, & hoc Deo dicente homo cognouisset, dicitur, & sic est factũ, in hoc vtiq; quod Deo dicente hõ cognouit, Nã si id ẽt tunc egisset, idest, in escã illa q̃ data sunt etiam vescendo assumpsit, seruaretur illa cõsuetudo scripturæ, vt posteaquam dictũ est, & sic est factum, quod ad exprimendã præcedentem cognitionẽ pertinet, deinde inferretur etiam ipsa

Marginalia: Immortalis hominis. — 21. di. ad e. &c. — 1. — H — Fr. di. de im. — G — I — Colo. 3. Gala. 3. — Gene. 1. — K — Fructus terræ. Cap. 23. — L

ipsa operatio ac diceret, & acceperũt & ederunt. Poterat.n.ita dici, etiã si non rursus nominaret Deus. Sicut in illo loco posteaq̃ dictũ est, Congregetur aqua quæ sub cęlo est in cõgregationẽ vnã & appareat arida: subinfertur, & sic est factũ. Ac deinde non dicitur, fecit Deus: sed tñ ita reperitur. Et congregata est aqua in congregationes suas & cętera. Quod aũt nõ singillatim vt in cęteris etiam de humana creatura dixit, Et vidit Deus quia bonũ est: sed post hominẽ factũ datamq; illi potestatẽ dñandi vel edẽdi, subintulit de omnibus. Et vidit Deus omnia q̃ fecit, & ecce bona valde: merito quęri põt. Potuit enim primo reddi homini singillatim, ꝙ singillatim cęteris quæ antea facta sunt redditũ est, tum demum de omnibus dici quæ fecit Deus, ecce bona valde. An forte quia sexto die perficiuntur omnia, ꝓpea de omnibus dicẽdum fuit, vidit Deus omnia quæ fecit, & ecce bona valde: non singillatim de ijs quæ ipso die facta sunt? Cur ergo de pecoribus & bestijs & reptilibus terræ dictũ est, quæ ad eundẽ diẽ sextũ ꝑtinẽt, nisi forte illa & singillatim in suo gñe, & cũ cęteris vniuersaliter dici bona meruerunt, & hõ factus ad imaginẽ Dei, nõ nisi cũ cęteris hoc dici meruit? An quia perfectus nondũ erat, & quia nondũ erat in paradiso constitutus: quasi vero postea quã ibi constitutus est, dictũ sit quod hic prætermissum est: Quid ergo dicimus? An quia pręsciebat Deus hominẽ peccaturũ, nec in suæ imaginis ꝑfectione mansurũ, nõ singillatim sed cũ cęteris eũ dicere voluit bonũ, velut intimans quid esset futurũ? Quia cũ ea, quæ facta sunt, in eo quod facta sunt quantum acceperunt, manet: sicut vel illa quæ non peccauerunt, vt illa, quæ peccare non possunt: & singula bona sunt, & in vniuerso bona valde sunt. Nõ enim frustra est additum, valde, quia & corporis membra ẽt si singula pulchra sunt, multo sunt tñ in vniuersi corporis cõpage oĩa pulchriora. Quia oculũ, verbi gratia, placitũ atq; laudatũ, tamen si separatũ à corpore videremus, nõ diceremus tam pulchrũ q̃ in illa connexione mẽbrorũ, cũ loco suo positus in vniuerso corpore cerneret. Ea vero quæ peccãdo amittunt decus ꝓpriũ, nullo tñ modo efficiunt, vt nõ ẽt ipsa recte ordinata cum toto atq; vniuerso bona sint. Hõ igit ante pctm̃ & suo genere vtique bonus erat: sed scriptura prætermisit hoc dicere, vt illud potius diceret quod futurũ aliquid prænunciaret. Nõ enim falsum de illo dictũ est. Qui.n. singillatim bonus est, magis vtiq; cũ omnibus bonus est. Nõ aũt qñ cũ oĩbus bonus est sequitur vt ẽt singillatim bonꝰ sit Moderatũ est vtiq; vt id diceretur, & qđ in pręsenti verũ esset, & præsentiã significaret futuri. Deus.n. naturarum optimus conditor peccantium vero iustissimus ordinator est: vt etiam si qua singillatim fiunt delinquẽdo deformia, semper tamẽ cum eis vniuersitas pulchra sit. Sed iam ea, quę sequuntur in sequenti volumine pertractemus.

*Valde bona. c. 24. Gene. 1.*

M

A

*Quare singillatim dictum est de hominibus*

B

## D. AVRELII AVGVSTINI de Genesi ad literam.

## LIBER QVARTVS.

Et cõsummata sunt cęlũ, & terra & omnis ornatus eorũ, Et cõsummauit Deus in die sexto opera sua quę fecit & requieuit Deus in die septimo ab oĩbus operibus suis q̃ fecit, Et benedixit Deus diẽ septimũ, & sanctificauit eũ, quia in ipso requieuit ab omnib. operibus suis, q̃ inchoauit Deus facere. Arduũ quidẽ atq; difficillimũ est viribus intẽtionis nostræ, voluntatem scriptoris in istis sex diebus mentis viuacitate penetrare, vtrũ præterierint dies illi, & addito septimo, nũc ꝑ volumina temporũ, non re, sed noĩe repetant. In toto enim tpe multi dies veniũt præteritis similes nullus aũt idẽ redit. Vtrũ ergo præterierint dies illi an istis qui eorũ vocabulis & numero censentur in tẽporũ ordine quotidie transcurrentibus, illi in ipsis rerũ cõditionibus maneãt: vt non solũ in illis tribus antequã fierẽt luminaria sed etiã in reliquis itẽ tribus diei nomẽ intelligamus in specie rei quę creata est, noctẽq; eius priuationẽ vel defectũ: vel si quo alio nomine melius significatur, cum amittitur species aliqua mutatione, à forma ad informitatẽ declinãte atq; vergẽte: q̃ mutatio in oĩ creatura siue possibilitate inest etiã si desit effectus sicut in cęlestibus superioribus: siue ad implendam in infimis rebus pulchritudinem temporalem, per ordinatas vices quorũcũq; mutabiliũ descensionibus successionibusq;

*Dies quomodo perficiantur Gene. 2.*

C

nibúsq; peragitur, sicut manifestũ est in reb. terrenis atq; mortalibus: vespera vero in omnib. perfectę conditionis quasi quidã terminus sit, mane aũt incipientis exordium: omnis.n. creata natura certis suis initijs & finib. continetur, indagare difficile est. Sed siue hoc, siue illud, siue aliquid ẽt tertiũ probabilius ꝙ dicatur possit inueniri, ꝙ in progressu disputationis forsitan apparebit, quẽadmodũ in illis dieb. & nox & vespera & mane intelligatur:
D non est tñ ab re, vt cõsideremus senarij numeri perfectionẽ in ipsa interiori natura numerorũ, quã mẽte intuẽtes ea quæ sensib. ẽt corporis adiacent numeramus, numerosęq; disponimus. Inuenimus ergo senariũ numerũ primũ esse perfectũ ea rõne ꝙ suis partib. cõpleatur. Sunt.n. & alij numeri alijs causis rationibusq; perfecti. Proinde istũ senarium ea rõne perfectũ dicimus ꝙ suis partib. cõpleatur, talib. duntaxat partib. quæ multiplicatæ possint consummare numerum cuius partes sunt. Talis.n pars numeri dici põt quota sit. Nã ternarius numerus põt dici pars, non tñ senarij cuius dimidia est, sed omniũ ampliorũ q̃ est ipse ternarius. Nam & quaternarij & quinarij pars maior ternarius est: põt.n. diuidi & quaternarius in tria & vnũ, & quinarius in tria & duo: & septenarij & octonarij & nouenarij, & quicquid vltra est numerorũ, pars est ternarius nõ maior vel dimidia, sed minor. Nam septenarius quoq; diuidi põt in tria & quatuor, & octonarius in tria & quinque, & nouenarius in tria & sex: sed nullius horum põt dicit ternarius quota sit pars, nisi tñ nouenarij, cuius pars tertia est sicut senarij dimidia. Itaq; horũ omniũ quos cõmemoraui, nullus cõsummatur ex aliquot ternarijs nisi senarius & nouenarius. Nã ille cõstat ex duob. ternarijs, iste aũt ex trib. Senarius ergo numerus, vt dicere cęperã, partibus suis cõnumeratis & in summã ductis, in se cõplet.
E Alij nanq; sunt numeri quorum partes simul ductæ minorẽ summã faciunt, alij vero ampliorẽ: certis vero interuallorũ rõnib. pauciores inueniunt, qui suis partib. compleantur, quarũ summa nec citra *insistat, nec vltra excrescat, sed ad tñ decurrit quãtus est ipse numerus cuius partes sunt. Horũ primus senarius est, Nam vnius in numeris nullæ partes sunt. Sic.n. dr̃ vnũ in numeris quib. numeramus, vt non habeat dimidiũ vel aliquã partẽ, sed vere ac pure ac simpliciter vnum sit, Duorũ aũt pars vnũ est, & est dimidia, nec vlla altera. Ternarius vero duas habet: vnã q̃ dici possit quota sit, ꝙ est vnũ, nam tertia eius est, & aliã maiorem q̃ non possit dici quota sit, i. duo: nec huius ergo partes cõputari pñt illę de quibus agimus, i. quæ dici pñt quotæ sint: Porro quaternarius duas habet tales: nã vnũ quarta eius est, duo dimidia: sed ambæ in summã ductæ, i. vnũ & duo, simul ternariũ faciunt, nõ quaternariũ. Non ergo eum cõplent partes suæ, quia in summa minore cõsistunt. Quinarius nõ habet talẽ nisi vnã, i. ipsum vnũ quæ quinta pars eius est, Nam & duo quãuis pars eius minor sit, & tria maior neutra tñ earũ dici põt quota pars eius sit. Senarius vero tres partes tales habet, sextã, tertiã, dimidiã, sexta eius vnũ est, tertia duo, dimidia tria. Hæ aũt partes in summã ductæ, i. vnũ & duo & tria, simul eundẽ cõsummant perficiuntq; senariũ. Iã septenarius non habet talẽ partẽ nisi septimũ, ꝙ est unũ. Octonarius tres, octauam, quartã, dimidiam, idest unũ duo & quatuor, sed hæ simul ductæ septenariũ faciunt infra existentẽ: non ergo cõplent eundẽ octonariũ. Nouenarius duas habet, nonã ꝙ est vnum, & tertiã ꝙ est tria: hæ aũt simul, quaternariũ faciunt longe nouenario minorẽ. G Denarius tres habet tales partes, vnum decimã, duo quintã, quinq; dimidiã, qui numeri simul ducti ad octonariũ perueniunt, non ad denariũ. Vndenarius nõ habet nisi solam vndecimã, sicut septenarius solã septimã, & quinarius solã quintam, & ternarius solam tertiam, & binarius solam dimidiam, ꝙ in omnibus vnum est. Duodenarius uero partibus suis talibus simul ductis, non ipse consummat, sed excedit, ampliorẽ quippe duodenario numerũ faciũt. Nã usque ad sexdecim perueniunt, habet.n. eas quinque, duodecimã, sextã, quartã, tertiã, dimidiã. Nã duodecima eius vnum est, sexta duo, quarta tria, tertia quatuor, dimidia sex, vnum aũt & duo & tria & quatuor & sex in summã ducta sexdecim sunt. Et ne multis morer in infinita serie numerorum plures numeri inueniuntur, qui tales partes aut non habent, nisi singulas, sicut ternarius & quinarius & cœteri eiusmodi, aut ita plures habent tales partes, ut in unum ductæ atq; in summam redactæ uel citra insistant, sicut est octonarius &

nouenarius,& alij plurimi, vel vltra excedãt sicut duodecim:& duodeuiginti, & multi tales. Plures ergo reperiuntur quilibet horũ q̃ illi qui perfecti vocantur, eo ꝙ multis suis simul ductis talib.partib.cõpleãtur. Nã post senariũ duodetriginta inueniuntur,qui similiter suis talib.partibus constat: habet.n. eas quinq;,vicesimamoctauã, quartãdecimam, septimã, quartã, dimidiã,i.vnũ & duo, quatuor & septẽ & quatuordecim:quæ simul ductæ eundẽ duodetricesimo cõplent, fiunt.n. H vigintiocto,& quanto magis numerorũ ordo procedit, tanto productioribus pro rata proportione interuallis reperiũtur hi numeri,qui suis talib. partibus in summã redactis ad seipsos occurrunt, dicunturq; perfecti. Quorũ.n.numerorũ tales partes simul ductę non implent eosdẽ numeros quorum partes sunt,imperfecti appellant̃,quorũ autẽ excedunt, plus q̃ perfecti appellantur. Profecto ergo numero dierũ, hoc est senario, perfecit Deus opera sua q̃ fecit. Ita.n.scriptum est, Et cõsummauit Deus in die septimo, opera sua q̃ fecit. Magis aũt in istũ numerũ intẽtus fio, cũ cõsidero ẽt ordinẽ operũ ipsorũ. Sicut.n. idẽ numerus gradatim partibus suis in trigonũ surgit, Nã ita se sequunt̃ vnũ,duo,tria,vt nullus alius interponi posit, quæ singulæ senarij partes sunt quib.constat,vnũ sexta, duo tertia,tria dimidia, Ita vno die facta est lux, duob.aũt sequentib.fabrica mũdi huius,vno superior pars,i.firmamentũ, altero inferior, idest mare & terra: sed partẽ superiorẽ nullis alimentorũ corporaliũ generibus impleuit, quia non ibi erat positurus corpora tali refectione indigentia: at inferiorem quã sibi congruentib.animalibus ornaturus erat, necessarijs eorũ indigentiæ cibis ante ditauit. Reliquis ergo trib.diebus ea creata sunt, quę intra mundũ,i.intra istam vniuersitatẽ visibilẽ ex elementis omnib. factã, visibilia suis & congruis motib.agerentur: primo in firmamento luminaria,quia prius erat factũ firmamentũ: deinde in inferiore animantia, sicut ordo ipse poscebat,vno die aquarũ,alio terrarũ: nec quisquã ita demens est vt audeat dicere non potuisse Deũ facere vno die cũcta si vellet: aut si vellet biduo, vno die spiritalẽ creaturã,& alio corporalẽ: siue vno die cęlũ cũ omnib. pertinentibus, & alio terrã cũ omnib.quæ in ea sunt: & omnino qñ vellet,

Gen. 2.

I

quãdiu vellet, & qũo vellet: quis est q̃ dicat voluntati eius aliquid potuisse resistere? Quapp cum eũ legimus sex dieb. omnia perfecisse,& senariũ numerũ considerantes,inuenimus esse perfectum atq; ita creaturarũ ordinẽ currere, vt ẽt ipsarum partiũ quib. iste numerus perficitur appareat quasi quadrata distinctio. Venit ẽt illud in mentẽ ꝙ alio loco scripturarum ei dr̃, Omnia in mensura & numero & pondere disposuisti: atq; ita cogitet anima quæ potest, inuocato in auxiliũ Deo & impertiente atq; inspirãte vires, vtrũ hæc tria mensura,numerus,pondus,in quib. Deũ disposuisse omnia scriptũ est, erant alicubi antequã crearetur vniuersa creatura, an ẽt ipsa creata sunt?& si erant antea, vbi erãt. Neq;.n.ante creaturã erat aliquid nisi creator. In ipso ergo erant. Sed qũo? Nã & ista q̃ creata sunt,in ipso esse legimus: an illa sicut ipse, ista vero sicut in illo à quo reguntur & gubernantur?Et qũo illa ipse? Neque.n.Deus mẽsura est, aut numerus, aut pondus, aut oĩa ista. An secundum id ꝙ nouimus mensuram in eis quæ metimur, & numerũ in eis q̃ numeramus, & pondus in eis quæ appẽdimus? non est Deus ista: scd̃m id vero ꝙ mensura omni rei modũ præfigit, & numerus omni rei speciẽ præbet,& pondus omnem rem ad quietẽ ac stabilitatẽ trahit, ille primitus & veraciter & singulariter ista est q̃ terminat omnia,& format omnia, & ordinat omnia: nihilq; aliud dictũ intelligitur, qũo per cor & linguam humanã dici potuit, omnia in mensura & numero & pondere disposuisti, nisi omnia in te disposuisti? Magnũ est paucisq; concessum, excedere omnia quæ metiri possunt, vt videatur mensura sine mensura, excedere omnia q̃ numerari possunt, vt videatur numerus sine numero, excedere omnia quæ appendi possunt, vt videatur pondus sine põdere. Neque.n.mensura & numerus & pondus in lapidib.tantũmodo & lignis atque huiusmodi molib.& quantiscunq; corporalib. vel terrestrib.vel cęlestib. animaduerti & cogitari potest. Est ẽt mensura aliquid agẽdi ne sit irreuocabilis & immoderata progresio: & est numerus & affectionũ animi & virtutũ, quo ab stultitiæ deformitate, ad sapientiæ formã decusq; colligitur: & est pondus voluntatis & amoris, vbi apparet quãti quidq; in appetendo,fugiendo,præponendo, postponen-

K

L

ponendoq; pendatur: sed hæc animorū atq; amentiū mensura alia mensura cohibetur, & numerus alio numero formatur, & pondus alio pondere rapitur. Mensura aūt sine mensura est, cui æquatur ꝙ de illa est, nec aliū de ipsa est. Numerus sine numero est: quo formātur omnia, nec ipse formatur: pōdus sine pondere est, quo referuntur vt quiescāt, quo rū quies purū gaudiū est, nec illud tñ refert ad aliud: sed noīa mensuræ & numeri & pōderis, quisquis non nisi visibiliter nouit serui liter nouit. Transcendat itaq; oē ꝙ ita nouit, aut si nondū pōt, nec ipsis nominib. hæreat, de quib. cogitare nisi sordide nō pōt: tāto.n. magis cuiq; ista in superiorib. cara sunt, quāto ipse minus est in inferiorib. caro. Quod si non vult aliquis ea vocabula q̄ in rebus infimis & abiectissimis didicit, transferre ad illa sublimia, quib. intuendis mentē serenare conatur, non est vrgendus vt faciat. Dum.n. hoc intelligatur ꝙ intelligendū est, non magnopere curandū est quid vocetur. Scire oportet tñ cuiusmodi similitudo est inferiorū ad superiora: Non.n. aliter recte hinc illuc ratio tendit & nitit. Iā vero si quisquā dicit creatā esse mensurā & numerū & pondus, in quib. Deū omnia disposuisse scriptura testatur, si in illis oīa disposuit, eadē ipsa vbi disposuit? Si in alijs, qūo ergo omnia in ipsis, qñ ipsa in alijs? Non itaq; dubitandū est illa esse extra ea q̄ disposita sunt, in quib. omnia disposita sunt. An forte putabimus ita esse dictum, omnia in mensura & numero & pōdere disposuisti: ac si diceretur, omnia sic disposuisti vt haberent & mensurā & numerū & pōdus? Quia & si diceretur, omnia corpora in colorib. disposuisti: non hinc esset cōsequēs, vt ipsa Dei sapientia per quā facta sunt oīa, colores in se prius habuisse intelligeretur in quib. faceret corpora: sed ita acciperet, oīa corpora in colorib. disposuisti: ac si diceretur, omnia corpora sic disposuisti, vt haberent colores. Quasi vero à creatore Deo disposita in colorib. corpora, i. ita disposita vt colorata essent, posit aliter intelligi, nisi aliqua ratio colorū singulis corporū generib. distribuendorū in ipsa disponentis sapientia fuisse intelligatur, & si color ibi non appellatur: hoc est.n. ꝙ dixi, dū res cognoscitur, non esse de vocabulis laborandū. Fateamur ergo ita dictū esse, oīa in mensura & numero & pondere * disposuisti: tanquā ita dictū esset, ita disposita vt haberent proprias mensuras suas & proprios numeros & propriū pondus, q̄ in eis pro sui cuiusq; generis mutabilitate mutarent, augmentis & diminutionib. multitudine & paucitate, leuitate & grauitate, secundū dispositionē Dei. Nunquid sicut ista mutantur, ita ipsum Dei consiliū in quo ea disposuit mutabile dicimus? Auertat ipse tantā dementiā. Cum ergo hæc ita disponerētur vt haberent mensuras & numeros & pōdera sua, vbi ea cernebat ipse disponens? Neque.n. extra seipsum cernebat sicut cernimus oculis corpora: quæ vtiq; nondū erant cum disponerentur vt fierent. Nec intra seipsum ista cernebat sicut animo cernimus phātasias corporū, quæ non pſto sunt oculis, sed ea q̄ videmus vel ex eis quæ videmus imaginādo cogitamus. Quo ergo modo ista cernebat vt ita disponeret? Quo nisi eo quo solus pōt? Verumēt nos mortales & peccatores, quorū animas aggrauant corpora corruptibilia, & quorū sensum multa cogitantē terrena deprimit habitatio, q̄q̄ & si corda mundissima & mentes simplicissimas gereremus, sanctisq; angelis iā essemus æquales non vtiq; nobis ita esset nota diuina substantia sicut ipsa sibi. Tñ istā senarij numeri perfectionē, nec extra nosipsos cernimus, sicut oculis corpora, nec ita nosmetipsos quemadmodū corporū phātasias, & visibiliū imagines rerū, sed alio quodā longe differenti modo. Quāuis.n. se obiectent mentis aspectui quasi corpusculorum quædā simulachra, cū senarij numeri cōpositio vel ordo vel partitio cogitat: tñ validior & ꝓpotentior desuper ratio non eis annuit interius quæ numeri vim cōtuetur, per quē contuitū fidenter dicit, id ꝙ dr̄ vnum in numeris in nullas partes diuidi posse, nulla aūt corpora nisi in partes innumerabiles diuidi, & facilius cęlū & terrā transire quæ secundū senarium numerū fabricata sunt, q̄ effici posse vt senarius numerus non suis partibus cōpleatur. Gratias itaq; creatori semper agat animus human⁹, a quo ita creatus est, ut hoc possit videre ꝙ auium nulla, nulla bestiarū, quæ tñ nobiscum uident & cęlum, & terrā, & luminaria, & mare, & aridā, & omnia q̄ in eis sunt. Quamobrē non possumus dicere propterea senariū numerū esse perfectum, quia sex diebus perfecit Deus omnia opera sua:

*Al. l. dispositaomnes omittunt ita.*

*Qūo De⁹ disposuerit omnia Cap. 6.*

*Sapien. 9.*

*Senarij numeri perfectionem quo cernamus. c. 7.*

sua:sed ꝓpea Deum sex dieb.perfecisse opera sua, quia senarius numerus perfectus est. Itaq; ét si ista non essent, perfectus ille esset: Nisi aũt ille perfectus esset, ista secundũ eum perfecta non fierent.

*Quies diei septimi. Cap. 8. Gen. 2.*

Iã vero ꝙ scriptũ est, requieuisse Deũ in die septimo ab omnib.operib.suis q̃ fecit,& ideo eundẽ diẽ benedixisse & sanctificasse, quia in ipso requieuit ab omnib.operib.suis,vt quõ possumus, quantũ ab ipso fuerimus adiuti intellectu conemur attingere,prius de hoc carnales hominũ suspitiones à nostris mentib.abigamus.

D Nunquid.n. dici aut credi fas est Deũ laborasse in operando, cũ ea q̃ supra scripta sunt condidit, qñ dicebat. Fiant, & fiebant? Ita quippe nec homo laborat, si aliquid faciendũ mox vt dixerit fiat. Quamuis.n humana verba sonis adminiculata ita proferãtur vt sermo diuturnus fatiget, tñ cũ tam pauca sunt q̃ pauca legimus in eo ꝙ scriptum est cũ dixit Deus, fiat lux, fiat firmamentũ, & cętera vsq; in finẽ operũ q̃ sexto die consummauit,nimis absurdi delirarnẽti est, istum vel hominis nedũ Dei laborẽ putare. An forte quis dixerit,dicẽdo quidem vt fierent,quæ continuo facta sũt Deũ non laborasse,sed forte cogitando quid fieri debuisset:qua velut cura liberatus rerum perfectione requieuerit, & eo merito diem quo primo factus est ab hac animi intẽtione securus, benedicere & sanctificare voluerit: Quod sapere multũ desipere est. Rerum.n. condendarũ tã facultas q̃ facilitas incõparabilis atq; ineffabilis est apud Deũ.

*Q̃uo De⁹ agat, aut quiescat. Cap. 9. Rom. 5.*

Quid restat vt intelligamus, nisi forte creaturæ rationali in qua & hominẽ creauit,in seipso requiem præbuisse post eius perfectionẽ per donum spiritussancti, per quẽ diffunditur charitas in cordib.nostris,vt illuc feramur appetitu desiderij, quo cũ peruenerimus requiescamus,i. nihil amplius requiramus? Sicut.n. recte dr̃ Deus facere quicquid ipso in nobis operãte fecerimus : ita recte Deus dr̃ requiescere cũ eius munere requiescimus. Hoc quidẽ recte

E intelligimus,quia & verũ est, & non magna intentione indiget,vt videamur ita dicere requiescere Deũ,cũ nos requiescere facit:sicut dr̃ cognoscere, cum efficit vt cognoscamus.

*Gen. 22.*

Neq;.n. Deus tpaliter cognoscit ꝙ antea nõ nouerat,& tñ dicit ad Abraham, Nũc cognoui qm̃ times Deũ: vbi quid aliud accipimus, nisi nunc feci vt cognosceretur? His locutionũ modis,cũ ea quæ non accidunt Deo,tanquã illi accidant loquimur, eũ facere agnoscimus vt nobis accidant ea dũtaxat q̃ laudabilia sunt. Et hoc quantum scripturarũ vsus admittit.Neque.n.nos temere aliquid tale de Deo dicere debemus, ꝙ in scriptura eius nõ legimus.

*Ephes. 4.*

Et hoc locutionis modo arbitror dictũ illud ab Apostolo, Nolite contristare spiritumsanctum Dei, in quo signati estis in die redemptionis. Neque.n.ipsa spiritussancti, qua est quicquid ipse est, substantia contristari põt, cũ habeat æternam atq; incõmutabilẽ beatitudinem, magisq; sit ipsa æterna & incõmutabilis beatitudo:

F Sed quia ita in sanctis habitat, vt eos impleat charitate qua necesse est vt homines ex tẽpore gaudeant: profectu fidelium & bonis operibus, & ideo necesse est ét contristentur lapsu vel peccatis eorũ, de quorũ fide ac pietate gaudebant, quæ tristitia laudabilis est, quia venit ex dilectione quam spiritussanctus infundit: propterea ipse spiritus dr̃ contristari ab eis, qui sic agunt vt eorũ factis contristentur sancti, non ob aliud nisi quia spiritumsanctum habent, quo dono tã boni sunt vt eos mali męstificent, hi maxime quos bonos fuisse siue nouerunt siue crediderunt.Quæ profecto tristitia nõ solum non culpanda, verumetiã præcipue laudanda atque prædicanda est.

*Gal. 4.*

Hoc genere locutionis rursus idem Apostolus mirabiliter vsus est vbi ait,Nunc aũt cognoscentes Deũ, immo cogniti ab eo . Neque.n.tunc eos cognouerat Deus , præcognitos videlicet ante constitutionem mundi: sed quia tunc ipsi eũ

*1. Pet. 1.*

illius munere nõ suo merito vel facultate cognouerant,maluit tropice loqui vt tunc ab illo cognitos diceret cũ eis cognoscendum se pstitit, & verbũ corrigere, quasi hoc minus recte dixerit ꝙ proprie dixerat,quã sinere vt hoc sibi arrogarent se potuisse quod eis posse ille donauerat.

*Quies operum. Cap. 10.*

Hic ergo intellectus in eo, ꝙ positum est requieuisse Deum ab omnib. operibus suis,q̃ fecit bona valde,q̃a ipse nos facit requiescere cum bona opera fecerimus

G quibusdã forte suffecerit. Sed nos huius sententias scripturarũ consideratione suscepta, vrgemur q̃rere quonã modo & ipse requiescere potuerit, quamuis requie sua nobis insinuata sperare admonuerit in se requiem nostram futuram.Sicut.n.ipse fecit cœlũ & terram & ea quæ in eis sunt: & omnia sexto die consum-

consummauit, nec in eis dici potest aliquid nos creasse illo donante vt crearemus, & iõ dictũ esse cõsummauit Deus in die sexto opera sua quæ fecit, quia vt a nobis consummarentur ipse pstitit: Ita & quod dictũ est, requieuit Deus in die septimo ab omnibus operibus suis quæ fecit, nõ vtiq; nostrã requiẽ qua concedente ipso a depturi sumus, sed ipsius primitus intelligere debemus qa in septimo die requieuit cõsummatis operibus, vt prius omnia quę scripta sunt facta mõstrentur, & deinde si opus est etiam aliquid significasse doceantur. Recte quippe dicitur, sicut Deus post opera sua bona requieuit, ita & nos post
H opera nřa bona requieturos. Sed ob hoc ẽt recte flagitatur, vt quemadmodũ disputatũ est de operibus Dei, quæ ipsius esse satis apparet, ita de requie Dei satis disserat, q̃ ꝓpria ipsius demonstretur. Quapropter iustissima ratiõe cõpellimur indagare si valeamus atq; eloqui, qũo vtrũq; sit verũ, & ꝙ hic scriptũ est, in septimo die requieuisse Deũ ab omnibus operib. suis quæ fecit, & quod in Euangelio dicit ipse, per quẽ facta sunt oĩa, Pater meus vsq; nunc operatur & ego operor. Eis enim hoc respondit, qui propter requiẽ Dei scripturę huius authoritate antiquis cõmendatũ sabbatũ ab eo nõ obseruari quęrebãtur. Et dici quidẽ probabiliter põt obseruandũ
G sabbatũ Iudæis fuisse præceptũ in vmbra futuri: quę spiritalẽ requiẽ figuraret, quã Deus exemplo huius quietis suæ fidelibus bona opera facientibus arcana significatione pollicebatur. Cuius quietis & ipse dominus Christus qui nõ nisi quãdo voluit passus est etiam sepultura sua mysteriũ confirmauit. Ipso qp pe die sabbati requieuit in sepulchro, eũque
I totũ diẽ habuit sanctæ cuiusdam vacationis postea quã sexto die, idest, parasceue, quem dicunt sextũ sabbati, consummauit oĩa opera sua, cũ de illo quę scripta sunt, in ipso crucis patibulo cõplerentur. Nã & hoc verbo vsus est qñ ait, Consummatũ est, & inclinato capite tradidit spiritũ. Quid ergo mirum si Deus istum diem quo erat Christus in sepulchro quieturus, volens etiã hoc modo pręnunciare, ab operibus suis in vno die requieuit, deinceps operaturus ordinẽ seculorum, vt & illud vere diceretur, Pater meus vsque nunc operatur. Potest etiam intelligi Deum requieuisse a condendis generibus creaturæ, quia vltra iam non condidit aliqua genera noua, deinceps aũt vsq; nũc & vltra operatᷣ eorundẽ generũ administrationẽ, quę tunc instituta sunt, nõ vt ipso saltẽ die septimo po tẽtia eius à cęli & terræ, omniũq; rerũ quas condiderat gubernatione cessaret, alioquin cõtinuo dilaberentur. Creatoris nanq; potẽtia & omnipotentis atq; omnitenentis virtus causa subsistendi est omni creaturę. Quę virtus ab eis quæ creata sunt regendis, si aliqñ cessaret, simul & illorũ cessaret species, omniumq; natura concideret. Neq; enim sicut structurã ędiũ cũ fabricauerit quis abscedit atq; illo cessante atque abscedente stat opus eius, ita mundus vel ictu oculi stare poterit, si ei Deus regimẽ sui subtraxerit. Proinde & quod dominus ait, Pater meus vsq; nunc operatur: continuationẽ quandã operis eius qua vniuersam creaturam continet atq; administrat ostendit. Aliter enim posset intelligi si diceret, & nunc operatur, vbi non esset necesse vt operis continuationem accipere mus: aliter aũt cogit intelligi cũ ait, vsq; nũc ex illo scilicet quo cuncta cũ conderet operatus est. Et quod scriptũ est de sapiẽtia eius, Pertingit à fine vsq; ad finẽ fortiter, & dispo nit oĩa suauiter, de qua item scriptũ est, qđ motus eius agilior celeriorque sit omnibus motibus: satis apparet recte intuentibus, hũc ipsum incõparabilẽ & ineffabilẽ, & si possit intelligi stabilem motũ suũ rebus eam pbere suauiter disponendis, quo vtiq; subtracto si ab hac operatione cessauerit, eas cõtinuo pe rituras. Et illud quod ait Apostolus cum Deũ Atheniẽsibus prędicaret, in illo viuimus, mo uemur & sumus, liquide cogitatum quantũ humana mens valet, adiuuat hanc sententiã qua credimus & dicimus Deũ i ijs quæ creauit indesinenter operari. Neq; enim tanquã substantia eius sic in illo sumus, quemadmodum dictum est, ꝙ habeat vitam in semetipso, sed vtiq; cũ aliud sumus, quã ipse, nõ ob aliud in illo sumus nisi quia id operatur. Et hoc est opus eius quo cõtinet omnia, & quo eius sapientia pertendit à fine vsq; ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter. Per quã dispositionẽ in illo viuimus, & mouemur & sumus. Vnde colligitur ꝙ si hoc opus suum reb. subtraxerit, nec viuemus nec mouebimur nec erimus. Claret igitur ne vno quidẽ die cessasse Deũ ab opere regendi quę creauit,

*tuetur omnia. Cap. 12. 2. sen. di. 15. Iã de septimo.*

K

*Ioan. 5.*

*Sapiẽ. 8.*
*Sapiẽ. 7.*

*Act. 17.*

L

uit, ne motus suos naturales quibus aguntur atq; vegetãtur, vt oĩno naturę sint, & in eo ꝙ sunt ꝑ suoquoq; gñe maneant, ilico amitterẽt, & eẽ aliquod oĩno desinerẽt, si eis subtraheretur motus ille sapientiæ Dei quo disponit oĩa suauiter. Quapropter sic accipi-
M mus Deũ requieuisse ab omnibus operibus suis q̃ fecit, vt iã nouã naturã vlterius nullã conderet, non vtiq; vt ꝙ cõdiderat, cõtinere & gubernare cessaret. Vnde & illud verũ, ꝙ in septimo die requieuit Deus: illud ꝙ
2. sen. di. vsq; nũc operať. Et opera quidẽ videmus bo
15. ca. iã na, quietẽ vero eius post bona opera nostra
Gene. 2. videbimus. Ob quam significãdam mãda-
Ioan. 5. uit Hebræo populo vnũ diẽ obseruandum:
Sabbatũ quod tã carnaliter agebant, vt eo die salutẽ
cap. 13. nostrã dominum videntes operari crimina-
Exo. 20. rentur, ac sic eis de opere patris rectissime responderet, cũ quo & ipse operabatur ęqualiter, nõ solũ creaturæ vniuersæ administrationẽ, sed ẽt ipsam nostrã salutẽ. Iã vero tẽpore gratiæ reuelatę, obseruatio illa sabbati q̃ vnius diei vocatione figurabať, ablata est
Sabbatũ christianum. ab obseruatione fideliũ. In ea quippe gratia perpetuũ sabbatũ iã obseruat, qui spe futuræ quietis operatur quicquid boni operatur,
1. Cor. 4. nec in ipsis bonis operib. suis quasi habens bonũ quod nõ acceperit, gloriatur: Ita enim tanq̃ diem sabbati, hoc est dñicę cessationis in sepultura suscipiens, atq; intelligens baptismi sacramentũ, quiescat, à pristinis ope-
Rom. 6. ribus suis, vt iã in nouitate vitę ambulans, Deũ in se operari cognoscat, qui simul & operatur & quiescit, & creaturæ præbẽs cõgruã gubernationẽ, & apud se habens æter-
A nam tranquillitatem. Deniq; ipse nec cũ creauit defessus, nec cũ cessauit refectus est, sed
Dies quietis sanctificatus. nos voluit per scripturã suã ad quietis exhortari desideriũ, intimando nobis eũ diẽ se san-
Cap. 14. ctificasse, in quo quieuit ab oĩbus operibus suis. Nã nusquã omniũ sex dierũ quibus creata sunt omnia, legitur aliquid sanctificasse, nec ante ipsos sex dies vbi scriptũ est, In pri
Gene. 1. cipio fecit Deus cęlũ & terrã additũ est, & sanctificauit: sed diẽ istum in quo requieuit ab oĩb. operibus suis quæ fecit, sanctificare voluit, tanquam & apud ipsum qui nihil in opere suo laborat, plus quies quã operatio valeat. Hoc quidem in hominibus Euange-
Luc. 10. lium nobis intimat, vbi saluator noster meliorem partem dicit Mariæ, quod sedens ad pedes requiescebat in verbo eius, q̃ Marthæ, quanuis propter obsequiũ quo ei ministrabat circa multa occupatæ, & licet bonũ opꝰ operantis. Verũ hoc in Deo qũo sit vel intelligatur, difficile dictũ est: etiam si cogitatu
B aliquantulũ attingi potest, cur Deus sanctificauerit diẽ quietis suæ, qui nullũ sanctificauerit operis sui, nec ipsum sextũ quo & hominẽ facit & cuncta perfecit. Ac primũ requiescere Dei quale sit, cuius humanæ mentis acies assequi potest? Quod tamen nisi esset, hoc oĩno ipsa creatura nõ poneret. Dicã sanè quod sentio, hæc duo indubitata praeloquens nec Deũ, velut post laborẽ desideratumve negocij sui finẽ, temporali quadã requie delectatũ: nec has literas authoritate tãta merito ꝑeminẽtes frustra falsoq; dixisse, ꝙ Deus ab omnib. operibus suis quæ fecit, in septimo die requieuerit, eaq; causa eundẽ diẽ sanctificauerit. Nimirũ ergo quia vitiũ est & infirmitas animæ, ita suis operibus delectari, vt potius in ipsis quã in se requiescat ab eis: cũ proculdubio melius aliq̃d in illo sit quo ea facta sunt, quã quæ facta sunt: insinuať nobis per hãc scripturã qua diciť requieuisse ab omnib. operib. suis q̃ fecit, nullo opere suo sic delectatus, quasi faciẽdi eiꝰ eguerit, vel minor futurus nisi fecisset, vel beatior cũ fecisset. Quia.n. ex illo ita est q. cquid ex illo est, vt ei debeat q̃d est ipse autẽ nulli quod ex ipso est debeat quod beatus ẽ, se rebus quas fecit diligẽdo præposuit: non sanctificans diẽ quo ea facienda inchoauit, nec illũ quo ea perfecit, ne illis vel faciendis vel factis auctũ eius gaudiũ videreť: sed eum
C quo ab ipsis in seipso requieuit, Et ipse q̃dẽ nunquã ista requie caruit, sed nobis eã per diẽ septimũ ostendit: hinc etiã significans nõ percipi requiẽ suã nisi à perfectis cũ ad eã imitandã nõ deputauit diẽ, nisi qui perfectionẽ rerũ omniũ sequebatur. Nã qui sempꝰ est quietus, tũc nobis requieuit, cũ se acqeuisse monstrauit. Illud quoq; attẽdẽdũ est, ꝙ Dei requiem qua de seipso beatus est, nobis insinuari oportebat: vt intelligamus qũo dicať requiescere in nobis quod nõ dicitur, nisi cũ in se requiem præstat & nobis. Requies igitur Dei recte intelligentibus ea est, qua nullius indiget bono & ideo certa & nobis in illo est, quia & nos beatificamur bono quod ipse est, non ipse bono q̃d nos sumus. Nam

&

& nos aliquod bonũ ab illo sumus qui fecit oĩa bona valde, in quib. fecit & nos. Porro alia res bona pter ipsum nulla est quã ipse nõ fecit, ac per hoc nullo pter se alio bono eget qui bono qͥ fecit nõ eget: hæc est eius reqes ab omnib. operib. suis q fecit. Quib. aũt bonis laudabiliter nõ egeret, si nulla fecisset? Nã ẽt sic dici põt, nullis egens bonis, nõ à factis in seipso requiescendo, verũ oĩno nulla faciendo. Sed bona facere si non posset, nulla esset potẽtia, si aũt posset nec faceret, magna esset inuidentia. Quia ergo est omnipotẽs & bonus, omnia valde bona fecit: quia vero seipso bono perfecte beatus est, à bonis quæ fecit, in seipso requieuit, ea, s. requie à qua nũquam recesit. Sed si diceretur requieuisse à faciendis, nihil aliud q̃ nõ fecisse intelligeretur. Nisi aũt diceretur requieuisse à factis, nõ eis egere q fecit, minus cõmendaretur. Quo itaq; die hoc cõmendari oportuisse, nisi septimo, intelligit quisquis senarij numeri perfectionẽ, de qua supra locuti sumus, pfectioni creaturæ cõgruenter adhibitã recolit. Si. n. senario numero perficienda fuerat creatura sicuti perfecta est, ea qua requies Dei erat nobis cõmendanda, quã demonstraret nec pfectis beatificari creaturis, pculdubio dies erat in hac cõmendatione sanctificandus qui sequitur sextũ, quo erigeremur ad hanc requiẽ concupiscendã, vt & nos in illo requiescamus. Neque. n. similitudo pia est, si velimus ita similes esse Deo, vt & nos ab operib. nostris requiescamus in nobis, sicut ipse requieuit in se ab operib. suis. In quodã quippe incõmutabili bono requiescere debemus, qͥ ille nobis est qui nos fecit. Hæc igitur summa minimeq; superba, & uerè pia requies nr̃a: vt sicut ipse requieuit ab omnib. operib. suis, qa nõ ei opera sua, sed ipse sibi bonũ est quo beatus est: ita & nos ab omnib. operibus, non tm̃ nostris, verumẽt ipsius non nisi in illo requieturos nos esse speremus, idq; desideremus post bona opera nr̃a: q̃ in nobis agnosci mus illius potius esse q̃ nr̃a: vt ẽt sic post bona opera sua ipse reqescat in nobis, cũ post bona opera q ab illo iustificati fecerimus, in se nobis requiẽ pstat. Magnũ est. n. nobis ab illo extitisse, sed maius erit ĩ illo requieuisse. Sicut ipse nõ ideo beatus est quia hæc fecit, sed quia ẽt factis non egens, in se potiùs q̃ in ipsis requieuit: vnde non operis sed quietis diẽ sanctificauit, quia non hæc faciẽdo, sed eis quæ fecit non egendo, se beatum intimauit. Quid ergo tã humile ac facile effatu, & quid tã sublime atq; arduũ cogitatu, q̃ Deus requiescens ab omnib. operib. suis quæ fecit? Et vbi requiescens nisi in seipso, quia beatus non nisi seipso? Qñ, nisi semper? In dieb. autẽ quib. rerũ quas condidit consummatio narratur, & ab eis quietis Dei ordo distinguitur, qñ nisi in septimo die, qui earũ sequitur perfectionẽ? A perfectis aũt requiescit, qui nec perfectis eget quo beatior esse possit. Et qͥ apud illũ quidẽ quieti eius, nec mane nec vespera est, quia nec aperitur initio, nec clauditur fine: perfectus aũt operib. eius mane habet, & vesperam non habet: perfecta quippe creatura habet quoddã initiũ suæ conuersionis ad quietẽ creatoris sui, sed illa non habet finẽ quasi terminũ perfectionis suæ, sicut ea quę facta sunt: ac per hoc requies Dei nõ ipsi Deo, sed rerũ ab eo cõditarũ perfectione inchoatur, vt in illo incipiat requiescere qͥ ab illo perficitur, & in eo habere mane: in suo enim genere tanquã vespera terminatum est. Sed in Deo vesperã habere iam non potest, quia non erit aliquid illa perfectione perfectius. In illis ergo dieb. quibus omnia creabãtur, vesperam terminũ conditæ creaturæ: mane aũt initium condendæ alterius accipiebamus, ac per hoc quinti diei vespera terminus est conditę quinto die creaturæ: mane autem qͥ post ipsam vesperã factũ est, initiũ est condendæ sexto die creaturæ: qua condita tanq̃ eius terminus facta est vespera. Et quia nihil aliud condendũ restiterat, ita post illam vesperã mane factũ est, vt non esset initiũ condẽdæ alterius creaturæ, sed initiũ quietis vniuersæ creaturæ in requie creatoris. Neq;. n. cęlũ & terra & oĩa quæ in eis sunt, vniuersa scilicet spiritalis corporalisq; creatura in se ipsa manet, sed vtiq; in illo de quo dictũ est, In illo. n. viuimus, mouemur & sumus: quia & si vnaquæq; pars potest esse in toto cuius pars est, ipsum tñ totum non est nisi in illo à quo conditũ est. Et ideo nõ absurde intelligitur sexto die cõpleto post eius vesperã factũ est mane, nõ quo significaretur initium condendæ alterius creaturæ sicut in cęteris, sed quo significaretur initiũ manendi & quiescẽdi totius qͥ conditũ est, in illius quiete qui cõdidit. Quæ quies Dei nec initiũ habet nec terminum,

*Septimus dies vespe ram qua re non ha beat. c. 18*

minum, creaturæ aũt habet initium, sed non habet terminũ, & ideo septimus dies eidem creaturæ cępit à mane, sed nullo vespere terminatur: nã si in cęteris dieb. vespera & mane taliũ temporũ vices significãt, qualia nũc per hæc quotidiana spatia peraguntur: nõ vi-
H deo quid prohibuerit & septimũ diẽ vespera, noctemq; eiusdẽ mane concludere, vt similiter diceretur, & facta est vespera, & factũ est mane dies septimus: qñquidem & ipse vnus est dierũ, qui omnes septem sunt, quorũ repetitione menses & anni & secula peragũtur: vt mane ꝙ poneretur post vesperam septimi, hoc esset initiũ octaui diei, de quo iã deinceps silendũ fuit, quia idẽ primus est ad quem reditur, à quo rursus hebdomadis series ordiatur. Vnde probabilius est istos quidẽ septem dies illorum nominib. & numero alios atq; alios sibimet succedentes currẽdo temporalia peragere spatia: illos aũt primos sex dies inexperta nobis atq; inusitata specie, in ipsis rerum conditionib. explicatos: in quibus & vespera & mane, sicut ipsa lux & tenebræ, i. dies & nox, non eã vicissitudinẽ præbuerunt quam præbent isti per solis circuitus, ꝙ certe de illis trib. fateri cogimur, qui ante condita luminaria cõmemorati atq; numerati sunt. Ac per hoc qualiscunq; in eis vespera & mane fuerit, nullo tñ modo opinandum est, eo mane ꝙ post sexti diei vesperam factũ est, initium accepisse requiem Dei, ne tẽporale aliquod bonum illi æternitati & incõmutabilitati accidisse vanitate temeraria suspicemur: sed illam quidẽ requiẽ Dei qua in seipso requiescit, eoq; bono beatus est ꝙ ipse sibi est, nec initium eidem ipsi habere, nec terminũ. consummatæ aũt creaturę habe-
I re initium, eandem requiem Dei. Qm̃ rei cuiusque perfectio, non tam in vniuerso cuius pars est, q̃ in eo à quo est, in quo & ipsum vniuersum est, pro sui generis modulo stabilitur vt quiescat, i. vt sui momenti ordinẽ teneat. Ac per hoc ipsa vniuersitas creaturæ q̃ sex diebus cõsummata est, aliud habet in sua natura, aliud in ordine quo in Deo est, non sicut Deus, sed tñ ita vt ei quies propriæ stabilitatis nõ sit, nisi in illius quiete qui nihil ꝑter se appetit, quo adepto requiescat. Et ideo dũ ipse manet in se, quicquid ex illo est retorquet ad se: vt omnis creatura in se habeat naturæ suæ terminũ, quo non sit quod ipse est: in illo aũt quietis locum, quo seruet ꝙ ipsa est. Scio ꝙ nõ proprie dixerim locum, nam proprie dr̃ in spatijs quæ corporib. occupantur: sed quia & ipsa corpora non manent in loco, nisi quo sui ponderis tanquam appetitu perueniunt, vt eo cõperto requiescant, ideo non incongruenter à corporalib. ad spiritalia verbũ transfertur, vt dicatur locus, cum
res ipsa plurimum distet. Initiũ ergo creatu- K
ræ in quiete creatoris illo mane significatũ arbitror ꝙ factum est post vesperã sexti diei: non. n. posset in illo nisi perfecta requiescere: proinde sexto die consummatis omnibus factaq; vespera factum est & mane, quo inciperet consummata creatura in illo à quo facta est requiescere: quo initio Deum ẽt in seipso requiescentem, vbi & ipsa requiesceret inuenit, tanto stabilius atque firmius, quãto ipsa illius non ille huius eguit ad quietem suam. Sed qm̃ quicquid erit vniuersa creatura quibuslibet mutationibus sui non vtiq; nihil erit, ideo creatura vniuersa in creatore suo semper manebit, ac ꝑ hoc post illud mane nulla deinceps vespera fuit: hoc diximus vt intelligatur, cur septimus dies in quo requieuit Deus ab omnibus operibus suis mane habuerit post vesperam sexti, vesperã vero non habuerit. Est aliud ꝙ de hac re magis proprie atq; melius possit quãtum existimo intelligi, sed aliquanto difficilius explicari, vt non creaturæ, sed etiam sibi requies septimi diei mane habuerit sine vespera, i. initium sine termino. Si enim ita diceretur, requieuit Deus in die septimo, nec adderetur, ab omnibus operibus suis quæ fecit, frustra huius quietis initium quæreremus. Non enim incipit Deus requiescere, cuius requies sine initio, sine termino sempiterna est. Sed quoniã ab omnibus operibus suis quæ fecit eis non egendo, requieuit, intelligitur requies quidẽ Dei nec cœpta nec terminata: requies autem eius ab omnibus operibus suis quæ fecit, ex
eo cœpta est ex quo illa perfecit. Neque. n. L
ab operibus suis non egendo requieuisset, priusquam essent quibus nec perfectis eguisset: & quia eis omnino nunquam eguit, nec ista beatitudo qua non eis egeat tanquã proficiendo perficietur, ideo septimo diei nulla vespera accessit. Sed planè quæri potest dignaque consideratione mouet, quo intelligatur in seipso Deus requieuisse ab omnibus

operibus

operibus suis quæ fecit: cũ scriptũ sit, Et re-
2. quieuit Deus in die septimo. Non enim di-
ctũ est, in seipso, sed in die septimo. Quid est
ergo dies septimus, vtrũ creatura est aliqua,
an tẽporis tantũmodo spatiũ? Sed etiam tem
poris spatium creaturę tẽporali concreatũ,
est, ac per hoc & ipsum sine dubio creatura
est. Neq; enim vlla tẽpora vel sunt vel esse po
tuerunt, vel poterunt quorũ Deus nõ sit crea
tor, ac per hoc & ipsum septimũ diẽ, si tem
pus est quis creauit nisi omniũ temporũ crea
tor? Sed illi sex dies cũ quibus vel in quibus
creaturis creati sint, superior scripturæ san-
ctæ sermo indicat. Quo circa in his diebus se
ptem, quorum species nota nobis est, qui
re quidẽ ipsa prætereunt, sed alijs succeden
M tibus nomina sua quodãmodo tradunt, vt illi
sex dies nominẽtur, nouimus eorũ primi qñ
creati sunt: septimũ autem diẽ qui nomine
sabbati nuncupatur, quando Deus creauerit
nõ videmus. In ipso quippe non fecit aliq̃d,
immo ab eis quę sex diebus fecerat in eodẽ
septimo requieuit. Qũo ergo requieuit in
die quã nõ creauit? Aut qũo eũ post sex dies
continuo creauit, cũ sexto die consummaue
rit oĩa quę creauit, nec aliquid septimo die
creauerit, sed in eo potius ab omnibus quæ
creauerat requieuerit? An vnũ tantũ diẽ crea
uit Deus. vt eius repetitione multi qui dicũ
tur dies pręterirent atq; transcurrerent? nec
opus erat vt septimũ diem crearet quo re-
quieuit, quia illius quẽ creauerat septima re
petitio hunc vtiq; faciebat. Lucẽ quippe de
qua scriptũ est. Et dixit Deus, fiat lux, & facta
est lux, discreuit à tenebris eãq; vocauit diẽ,
& tenebras noctẽ. Tunc itaq; Deus diẽ fecit
cuius repetitionẽ scriptura appellat secun-
dum diẽ, deinde tertiũ, & vsq; ad sextũ, quo
cõsummauerit Deus opera sua: atq; inde il-
lius diei primitus creati, repetitio septimi
diei nomẽ accepit, in quo reqeuit Deus: ac ꝑ
hoc nulla creatura est septimus dies, nisi ea
dem ipsa septies rediens, q̃ condita est qñ vo
A cauit Deus lucẽ diẽ, & tenebras vocauit no
ctẽ. Rursus ergo ad eã quæstionẽ relabimur
de qua in primo libro exijsse videbamur, vt
item quæramus qũo circumire potuerit lux
ad exhibendũ diurnã nocturnamque vicissi
21. tudinem non solum antequam cęli lumina-
ria, sed antequam ipsum cęlum quod firma-
mentum appellatum est factum esset, ante-
quam deniq; illa species terrę vel maris, quę
circuitũ lucis admitteret, sequente nocte vn
de illa transisset. Cuius quæstionis difficulta-
te cõpulsi: ausi sumus disceptationẽ nostrã
quasi ad hanc terminare sentẽtiã: vt dicere-
mus illã lucẽ quę primitus facta est confor-
mationẽ esse creaturę spiritalis: noctẽ vero
adhuc formandam in reliquis operibus re-
rum materię, quę fuerat instituta cũ in prin-
cipio fecit Deus cęlum & terram antequam
verbo faceret diẽ in quo requieuit. Sed nunc
diei septimi consideratione cõmoniti, faci-
lius est vt nos ignorare fateamur, qđ remo-
tũ est à sensibus nostris: quo nam modo lux
illa quæ dies appellata est, vel circuitu suo B
vel contractione & emissione si corporalis
est, vices diurnas nocturnasq; peregerit: vel
si spiritalis est, condendis creaturis omnib.
præsentata sit suaq; ipsa prẽsentia diẽ, noctẽ
vero absentia, vesperã initio absentię, mane
initio præsentiæ fecerit: quã vt re aperta cõ-
tra diuinę scripturæ verba conemur, dicen-
do alium esse diem septimũ quã illius diei
quẽ fecit Deus septimã repetitionẽ: alioq̃n
aut non creauit Deus septimũ diem, aut ali
quid creauit post illos sex dies, idest ipsum
diem septimũ, falsumq; erit quod scriptum
est, in sexto die consummasse omnia opera
sua, & in septimo die requieuisse ab om-
nibus operibus suis. Quod vtiq; quoniã fal-
sum esse nõ potest, restat vt prȩsentia lucis
illius quã diem Deus fecit per omnia opera
eius repetita sit, quoties dies nominatus est,
& in ipso septimo in quo requieuit ab ope-
ribus suis. Sed qñ lux corporalis antequam *Lux spiritalis. Cap. 22.*
fieret cęlum quod firmamentũ vocatur, in
quo etiã luminaria facta sunt, quo circuitu
vel quo processu & recessu vices diei & no
ctis exhibere potuerit non inuenimus, istam
quæstionẽ relinquere nõ debemus sine ali-
qua nostra prolatione sententiæ: vt si lux ista
quę primitus creata est, non corporalis sed
spiritalis est sicut post tenebras facta est, vbi
intelligitur à sua quadã informitate ad crea- C
torẽ post conuersa atq; formata: ita & post
vesperã fiat mane, cũ post cognitionẽ suæ ꝓ
priæ naturæ, quia nõ est quod Deus, refert se
ad laudandam lucẽ quod ipse Deus est, cu-
ius contemplatione formatur. Et quia cœte-
rę creaturæ quæ infra ipsam fiunt, sine co-
gnitione eius nõ fiũt, propterea nimirũ idẽ
dies

dies vbiq; repetitur: vt eius repetitione fiant tot dies, quotiens distinguũtur rerũ genera creaturarũ, perfectione senarij numeri termināda: vt vespera primi diei sit etiā sui cognitione, nō se eē quod Deus est: mane aũt post vesperā hāc quo cōcluditur dies vnus, & inchoatur secũdus, cōuersio sit eius, qua id ꝙ D creata est, ad laudē referat creatoris, & percipiat de verbo Dei cognitionē creaturæ q̄ post ipsam fit, hoc est firmamenti: quod ī eius cognitione fit prius cũ dicitur, & sic est factũ: deinde in natura ipsius firmamenti, ꝙ cōditur cũ additur postea, iā dicto, Et sic est factũ, Et fecit Deus firmamentũ. Deinde fit vespera illius lucis, cũ ipsum firmamētũ, nō in verbo Dei sicut ante, sed in ipsa eius natura cognoscit. Quæ cognitio qm̄ minor est, recte vesperæ noīe significatur, post quā fit mane quo concluditur secundus dies & incipit tertius: in quo itidē mane conuersio est lucis huius, idest diei huius ad laudādũ Deũ quod operatus sit firmamentũ, & percipiendā de verbo eius cognitionē creaturæ q̄ condenda est post firmamentũ. Ac per hoc cum dicit Deus, Cōgregetur aqua q̄ est sub cęlo in collectionē vnā & appareat arida, cognoscit hoc illa lux in verbo Dei quo id dicit: & ideo sequitur, & sic est factũ, hoc est in eius cognitione ex verbo Dei: deinde cũ additur, & congregata est aqua & cętera, cũ iam dictum esset, & sic factum est in suo genere ipsa creatura fit: quę item est in suo gn̄e facta cognoscitur, ab ea luce quæ iā ī verbo Dei faciendā cognouerat fit tertio verspera: & inde hoc modo cętera vsq; ad mane & post vesperā sexti diei. Multũ quippe interest inter cognitionē rei cuiusq; ī verbo Dei, & cognitionē in natura eius, vt illud merito ad diē pertineat, hoc ad vesperā, In cōparatione enim lucis illius quæ in verbo Dei conspicitur, oīs cognitio qua creaturā quamlibet in seipsa nouimus, nō immerito nox dici pót: quę rursus tantũ differt ab errore vel ignorantia eorũ, qui per creaturā ipsam sciũt vt in eius comparatione nō incōgrue dicatur dies. Sicut ipsa vita fidelium quæ in hac carne atq; in hoc seculo ducitur, in comparatione vitę infidelis atq; impiæ, non irrationabiliter lux & dies appellatur, dicente Apostolo, Fuistis enim aliqñ tenebrę, nũc āt lux in dn̄o: & illud, Abijciamus opera tenebrarũ & induamus nos arma lucis, sic vt in die honeste ambulemus. Qui tñ dies nisi rursus in cōparatione illius diei, quo æquales angelis facti videbimus Deũ sicuti est, ipse quoq; nox esset, non hic prophetiæ lucerna indigeremus. Vnde Apostolus Petrus dicit, Habemus certiorē propheticũ sermonē cui bene facitis intendentes sicut lucernæ lucēti in obscuro loco, donec dies lucescat, & lucifer oriatur in cordibus vestris. Quapropter cũ sancti angeli quibus post resurrectionē coæquabimur, si viā quæ nobis Christus factus est vsq; in finē tenuerimus, semper videāt faciē Dei, verboq; eius vnigenito filio sicut patri æqualis est perfruantur, in qui bus prima oīum creata est sapiētia proculdubio vniuersam creaturā in qua ipsi sunt principaliter conditi, in ipso verbo Dei prīnouerunt, in quo sunt oīum ēt quę tēporaliter facta sunt æternę rationes, tāquā in eo ꝑ ꝙ factæ sunt: ac deinde in ipsa creatura, quā sic nouerunt tanquā infra despicientes, eamque referentes ad illius laudem, in cuius incōmutabili veritate rationes scd̄m quas facta est, principaliter vident. Ibi ergo tanquā per diē, vnde & concordissima vnitas eorũ eiusdē veritatis participatiōe dies est primitus creatus: hic aũt tanquā per vesperā, sed continuo sit mane. Quod in oībus sex diebus animaduerti pōt, quia non remanet angelica scientia in eo quod creatum est, quin hoc continuo referat ad eiusdē laudē atq; claritatē, in quo id non factũ esse, sed faciendum fuisse cognoscitur, in qua veritate stādo dies est. Nā si vel ad seipsam natura angelica cōuerteretur, seq; amplius delectaretur quā illo cuius participatione beata est, intumescēs sụpbia caderet sicut diabolus: de quo suo loco loquendũ est, cum de serpente hominis seductore sermo debitus flagitabit. Quia ergo angeli creaturā ī ea ipsa creatura sic sciũt vt ei sciētiæ electione ac dilectione ꝑponāt, ꝙ eā sciunt in veritate per quā facta sunt oīa participes eius effecti: ideo per oēs sex dies non nominatur nox, sed post vesperā & mane dies vnus. Itē post vesperā & mane dies secundus, deinde post vesperā & mane dies tertius: ac sic vsque in mane sexti diei, vnde incipit septimus quietis Dei, quāuis cũ suis noctibus, dies tamen non noctes narrantur. Tunc enim nox ad diem pertinet non dies ad

*Cognitio rerum in verbo Dei. Cap. 23.* E

*Ephe. 5.*

*Rom.* *Mat.* *2. Pet. 1.* F *Cap.* G

ad noctem, cum sublimes & sancti angeli id quod creaturam in ipsa creatura nouerunt, referunt ad illius honoré & amoré, in quo æternas rónes qb. creata est contéplant, eaq; concordissima contéplatione sunt vnus dies quẽ fecit dñs, cui coniũget Ecclesia de hac peregrinatione liberata, vt & nos exultemus, & iocundemur in eo. Huius ergo diei, cuius & vespera & mane secundum supradictum rõ- accipi põt sexta repetitione consummata est vniuersa creatura, factumq; est mane quo finiret sextus dies, & vñ inciperet septimus vesperam nõ habiturus, qa Dei requies non est
H creatura, q̃ cum per dies cęteros cõderet, aliter in seipsa facta cognoscebat, q̃ in illo ĩ cu ius veritate facienda videbat, cuius cognitionis quasi decolor spẽs vesperã faciebat. Non itaq; iam forma ipsius operis dies, & terminus vespera, & alterius operis initiũ mane, in hac rerum conditarum narrõne debet intelligi, ne cogamur contra scripturam dicere, præter sex dies, cõditam diei septimi creaturam, aut ipsum diem septimum nullam eẽ creaturam, sed dies ille quẽ fecit Deus ꝑ opera eius ipse repetit, non circuitu corporali, sed cognitione spirituali, cũ beata illa societas angelorum & primitus cõtemplat in verbo Dei qđ dixit Deus, fiat. Atque ideo prius in eius cognitione fit cum dr̃, & sic est factum, & postea rem ipsam factã, in ea ipsa cognoscit, qđ significat facta vespera, & eam deinde cognitionem rei factæ ad illius veritatis laudé refert, vbi rõnem viderat faciendæ, qđ significat facto mane. Ac sic ꝑ oẽs illos dies vnus est dies, non istorũ dierũ consuetudine intelligẽdus, quos videmus solis circuitu determinari atque numerari, sed alio quodammodo, à quo & illi tres dies, qui ante cõditionem istorum luminariũ commemorati sũt,
I alieni esse non pñt. Is enim modus non vsq; ad diem quartum, vt inde iam istos vsitatos cogitaremus, sed vsque ad sextum septimũque perductus est, vt longe aliter accipiẽdus sit dies & nox, inter quæ duo diuisit Deus, & aliter iste dies & nox, inter quę dixit vt diuidant luminaria quæ creauit, cum ait, & diuidant inter diem & noctem, tunc enim hunc diem condidit cum cõdidit solem, cuius ꝓsentia eundem exhibet diem, ille autem dies primitus conditus iam triduum peregerat, cum hæc luminaria illius diei quarta repetitione creata sunt. Quapropter quoniam illũ diẽ vel illos dies qui eius repetitione numerati sunt, in hac nostra mortalitate terrena experiri ac sentire non possumus, & si quid ad eos intelligendos conari possumus, non debemus temerariam præcipitare sñiam, tanq̃ de his aliud sentiri cõgruentius probabiliusque nõ possit istos septem dies qui pro illis agunt hebdomadam, cuius cursu & recursu tempora rapiuntur, in qua dies vnus est, à solis ortu vsq; in ortum circumitus, sic illorũ vicem q̃dam exhibere credamus, vt non eos illis similes, sed multum impares minime dubitemus. Nec q̃squam arbitret illud quod di- *Repetitio dierum. Cap. 27.*

K xi de luce spiritali, & de condito die spiritali & angelica creatura, & de cõtemplatione q̃ habet in verbo Dei, & de cognitione qua in seipsa creatura cognoscit, eiusque relatione ad laudem incõmutabilis veritatis, vbi prius rõ videbatur rei faciendę, quæ cognita est facta, non iã proprie sed quasi figurate atque allegorice conuenire ad intelligendum diẽ & vesperam & manẽ. Sed aliter quidem q̃ in hac consuetudine quotidianæ lucis huius, & & corporalis, nõ tñ tanq̃ hic proprie, ibi figurate. Vbi. n. melior & certior lux ibi, verior ẽt dies, cur ergo non ẽt verior vespera, & verius mane? Nã si in istis dieb. habet quandam declinationem suam lux in occasum, q̃ vespere nomine nuncupamus, & ad ortum iterum reditum, quod mane dicimus, cur & illic vesperam non dicamus, cum à cõtépla tione creatoris creatura despicit, & mane cũ à cognitione creaturæ ĩ laudé creaturis assurgitur? Nec enim & Christus sic dr̃ lux, quomodo dicitur lapis, sed illud proprie, hoc vtique figurate. Quisquis ergo nõ eam quam pro nostro modulo vel indagare vel putare potuimus, sed aliam requirit in illorum dierum enumeratione sententiam, quæ non in prophetia figurate, sed in hac creaturarum conditione proprie meliusque possit intelligi, quærat & diuinitus adiutus inueniat. Fieri enim potest vt etiam ego aliam his diuinę scripturę verbis congruentiorẽ fortassis inueniã. Neq;.n.ita hanc cõfirmo vt aliam quę præponenda sit, inueniri non posse cõtendã, sicut confirmo requiem Dei scripturam sanctam non quasi post lassitudinem vel curæ molestiam nobis insinuare voluisse. Quamobrem potest aliquis fortasse mecum dispu- *Illud de luce & die spiritali quõ accipiẽdũ Cap. 28.* L

tando certare, vt dicat sublimium cœlorum angelos nō alternatim cōtueri, primo rōnes creaturarū incommutabiliter in verbi Dei in incommutabili veritate, ac deinde ipsas creaturas, & tertio earum ēt in seipsis cognitionem ad laudem referre creatoris sed eorum mentē mirabili facilitate hæc oīa simul posse. Nunq̄d tñ dicet, aut si q̄squam dixerit audiendus est, illā cœlestē in angelorū milib. ciuitatē, aut nō contēplari creatoris æternitatē, aut mutabilitatē ignorare creaturæ, aut ex eius quoq; īferiore quadā cognitione nō laudare creatorē? Simul hoc totū possint, simul hoc totū faciant, pñt tñ & faciūt. Simul ergo habent & diem & vesperam, & mane.

*Contēplatio angelorum. Cap. 29.*

M Nec .n. verendum est, ne forte qui est idoneus iam illa sentire, iō non putet hoc ibi posse fieri, q̄a in his dieb. qui Solis huius circuitu peraguntur fieri non potest. Et hoc quidem non pōt eisdem partib. terrę: vniuersum aūt mundum q̄s non videat si attendere velit diē, vbi sol est, & noctem vbi non est, & vesperā vnde discedit, & mane quo accedit simul hře? Sed nos planè in terris hæc omnia simul hře non possumus, nec ideo tñ istā terrenam cōditionem, lucisq; corporeæ temporalem localéq; circuitum illi patriæ spiritali coæquare debemus, vbi semper est dies in contēplatione incōmutabilis veritatis, semper vespera in cognitione in seipsa creaturæ, sp mane ēt ex hac cognitione ī laude creatoris. Quia nō ibi abscessu lucis superioris, sed īferioris cognitionis distinctione fit vespera, nec mane tanq̄ nocti ignorantiæ scientia matutina succedat, q̄ vespertinam ēt cognitionem in gloriam cōditoris attollat. Deniq; & ille noctē nō nominata, vespere, inquit, & mane & meridie enarrabo & annūciabo, & exaudies vocem meam. Hic fortasse per temporum vices, sed tñ quantum puto, significans quid sine temporum vicib. peragerēt in patria, cui eius peregrinatio suspirabat.

*Perfecta angelorū scia. c. 30*

A *Psal. 54.*

ma serui. Dicit item Apostolus: Mihi enim minimo oĩum sanctorum data est gratia hęc annunciare in gentib. inuestigabiles diuitias Christi & illuminare quæ sit dispositio & dispensatio sacraméti, qđ fuit abscódium à seculis in Deo, q̃ vniuersa creauit, vt innotesceret principib. & ptãtib. in cœlestib. per Ecclesiã multiformis sapiẽtiæ Dei, ſm propositum seculorum, quam fecit in Christo Iesu dño nostro. Sic ergo fuit hoc abscõditum à seculis in Deo, vt tñ innotesceret principibus & ptãtib. in cœlestib. per Ecclesiã multiformis sapientiæ Dei, q̃a ibi primitus Ecclesia quò post resurrectionem & ista Ecclesia congreganda est, vt simus æquales angelis Dei. Illis ergo à seculis innotuit, q̃a oĩs creatura non ante secula, sed à seculis. Ab ipsa.n. exorta sũt secula, & ipsa à seculis, q̃m initiũ eius initiũ seculorũ est, vnigenitus aũt ante secula, per quem facta sunt secula. Ideoq; ex ꝑsona Sapientiæ. Ante secula, inquit, fundauit me, vt in ea faceret oĩa, cui dictũ est: Oĩa in sapiẽtia fecisti. Quod aũt non in Deo tm̃ innotescit angelis, qđ absconditũ est, verumetiã hic eis apparet, cum efficitur atque propalaẗ, idem Apostolus ita testis est: Et sine dubio, inquit, magnum est pietatis sacramentum, quod manifestatum est in carne, iustificatũ est in spũ, apparuit angelis, prędicatum est in gentib. creditum est in mũdo, assumptum est in gloria. Et nisi fallor, * mirum est si non omnia q̃ dr̃ Deus tanquam ad præsens tempus cognoscere, ideo dr̃, quia cognosci facit, siue ab angelis, siue ab hominib. Modus quippe iste locutionis cum per efficientem id quod efficiẗ significaẗ, crebro est in scripturis sanctis, maxime cum de Deo aliquid dr̃, ꝙ ei ad ꝓprietatem locutionis non conuenire præsidens mentib. nostris ipsa veritas clamat. Iam nũc ergo discernamus opera Dei quæ vsq; nunc operaẗ, ab illis operib. à q̃b. in die septimo requieuit. Sunt. n. qui arbitranẗ tãtummodo mũdum ipsum factum à Deo cætera iam fieri ab ipso mundo, sicut ille ordinauit & iussit, Deum autem ipsum nihil operari. Contra quos profertur illa sñia dñi: Pater meus vsq; nunc operaẗ. Et ne quisquam putaret apud se illum aliquid operari, non in hoc mundo: Pater in me manens, inquit, facit opera sua, & sicut pater suscitat mortuos & viuificat, sic & filius quos vult viuificat. Deinde quia non solum magna atque præcipua verũetiã ista terrena & extrema ipse operaẗ, ita dicit Apostolus: Stulte tu quod seminas non viuificaẗ, nisi prius moriaẗ. Et quid seminas? Non corpus qđ futurum est seminas, sed nudũ granum * ferè tritici, aut alicuius cæterorum, Deus aũt dat illi corpus q̃uo voluerit, & vnicuiq; seminum proprium corpus. Sic ergo credamus, vel si possumus etiam intelligamꝰ vsq; nunc operari Deum, vt si conditis ab eo reb. operatio eius subtrahatur, intereant. Sed planè si aliq̃ creaturam sic eum nũc instituere putauerimus, vt genus eius primæ illi suæ conditioni non inseruerit, aperte contradicimus dicenti scripturæ, ꝙ cõsummauerit oĩa opera sua in die sexto. Secundum illa.n. genera rerum, quæ primũ condidit, noua eũ multa facere, quæ tunc nõ fecit manifestum est. Nouum aũt genus instituere credi rectè non potest, quoniam tunc omnia consummauit. Mouet itaq; occulta potẽtia vniuersam creaturam suã, eoq; motu illa versata dum angeli iussa perficiunt, dũ circumeũt sydera, dum alternant venti, dum abyssus aquarum lapsibus & diuersis etiam per aerem conglobationib. agitaẗ, dum vireta pullulant suaq; semina euoluunt, dum aĩalia gignunẗ, varioq; appetitu proprias vitas agũt, dum iniqui iustos exercere permittuntur explicat secula, quæ illi cum cõdita sunt tanquam * implicita indiderat, quę tñ in suos cursus non explicareͣtur, si ea ille qui condidit, prouido motu administrare cessaret. Admoneri aũt nos oportet iis quæ in tempore formanẗ atq; nascuntur, quomodo ista cõsiderare debeamus. Nõ enim frustra de sapientia scriptum est, quòd amatorib. suis ostendit se in viis hilariter, & in omni prouidentia occurrit illis. Nec omnino audiendi sunt, qui putauerunt sublimes quidem mundi partes, idest a confinio corpulentioris aeris huius & supra, diuina prouidentia gubernari, hanc aũt imam partem terrenam & humidam, aerisq; huius vicinioris, qui terrarum & aquarum exhalationib. humescit, in quo venti nubesque consurgunt, casibus potius & fortuitis motibus agitari. Cõtra hoc loquiẗ Psalmus, qui cum explicasset laudẽm cęlestium, se etiam ad ista inferiora conuertit, dicens; Laudate dominũ de terra, dracones & omnes abyssi, ignis, grãdo, nix glacies, spiritus tempestatis, quæ faciunt

*1. Co. 15.* *a.l. forte. εἰ τύχοι*

K

*Gene. 2.*

*a.l. placita.*

*Oĩa gubernari diuina prouidentia. Cap. 21.* *Sapien. 6*

L

*Psa. 148*

ciunt verbum eius. Nihil enim tam videtur
casib. volui, q̃ omnes istæ procellosę ac tur-
bulétæ qualitates, quib. cœli huius inferioris
quod non immerito ẽt terræ nomine deputa
tum est, facies variat̃ & vertit̃. Sed cum addi
dit, Quæ faciunt verbum eius, satis ostendit
earũ quoq; rerum ordinem diuino subditũ
imperio, latere nos potius q̃ vniuersitatis de
esse naturę. Quòd aũt ore saluator dicit vnũ
A passerem nõ cadere in terram sine Dei volũ-
*Mat. 10.* tate, & ꝙ fœnũ agri post paululum mittẽdũ
*Mat. 6.* in clibanũ ipse tñ vestiat, nõne cõfirmat non
solum totam istã mundi partem reb. morta-
lib. & corruptibilib. deputatam, verumetiã
*Argumẽta diuinæ prouidentiæ. c. 22.* vilissimas eius abiectissimasq; particulas di-
uina prouidẽtia regi? Et certe isti qui hoc ne
gant nec sanctis eloquiis tantæ authoritatis
acquiescunt, si in hac mundi parte, q̃ putant
fortuitis motib. ꝑturbari, potius q̃ sapiẽtia di
uinę summitatis regi, & vt hoc quasi probẽt,
gemino abutunt̃ argumento, vel quod supra
commemoraui, de inconstantia tempestatũ,
vel de fœlicitatib. atque infœlicitatib. homi-
num, ꝙ nõ pro vitæ meritis accidũt, viderẽt
tñ ordinem, q̃tus in membris carnis cuiusli
bet aĩantis apparet, non dico medicis, q̃ hæc
ꝑꝑ suę artis necessitatem diligenter patefa-
cta & dinumerata rimati sũt, sed cuilibet me
diocris cordis & cõsiderationis homini: nõ-
ne clamarẽt, ne puncto quidem tꝑis Deum, à
quo est omnis mensurarũ modus, omnis pa-
rilitas numerorum, omnis ordo ponderum,
*Sap. 11.* ab eius gubernatione cessare? Quid ergo ab-
surdius, q̃d insulsius sentiri potest, q̃ eam to-
tam esse vacuam nutu & regimine prouiden
tiæ, cui⁹ extrema & exigua videas tãta dispo
sitione formari, vt aliquanto attentius cogi-
tata ineffabilem incutiant admirationis hor-
rorẽ? Et cum aĩę natura naturę corporis an-
tecellat, q̃d est demẽtius q̃ putare nullũ esse
diuinæ ꝓuidẽtiæ iudicium de morib. homi-
minũ, cum in eorũ carne tanta eius solertiæ
B clareant & demonstrent̃ iudicia? Sed q̃a hæc
minima in promptu sunt sensib. nostris, & ea
facile inuestigamus, elucet in eis ordo rerũ,
at illa quorum ordinem videre nõ possum⁹,
inordinata arbitrant̃ qui esse non putant nisi
*Quõ in Deo fuerint oĩa. Cap. 23.* quod videre pñt, aut si putant, tale aliq̃d pu-
tant, quale videre consueuerunt. Nos autem
quorum gressus, ne in illam peruersitatẽ in-
cidamus, eadem diuina prouidentia per san-
ctam scripturam regit ex ipsis quoq; operib.
Dei eodem adiuuãte indagare conemur, vbi
hęc simul creauerit, cum à cõsummatis suis
operib. requieuit, quorum spẽs per ordinem
temporum vsq; tunc operat̃. Consideremus
ergo cuiuslibet arboris pulchritudinẽ in ro-
bore, ramis, frondib. pomis, hæc species non
vtiq; repente tanta ac talis est exorta, sed quo
ẽt ordine nouimus. Surrexit. n. à radice, quã
terræ primum germen infixit, atq; inde oĩa C
illa formata & distincta creuerunt. Porrò il-
lud germen ex semine, in semine ergo illa
oĩa fuerunt primitus, nõ mole corporeæ ma
gnitudinis, sed vi potẽtiaq; cãliter. Nam illa
magnitudo, copia terræ humorisq; cõgesta
est. Sed illa in exiguo grano mirabilior ꝓstan
tiorq; vis est, qua valuit adiacens humor cõ
mixtus terrę, tanquam materies verti in ligni
illius qualitatem, in ramorum diffusionem,
in foliorum viriditatem ac figuram, in fru-
ctuum formas & opulentiam omniumq; or
dinatissimam distinctionem. Quid. n. ex arbo
re illa surgit aut pendet, quod non ex quodã
occulto thesauro seminis illius, extractum
atque de promptum est? At illud semen ex ar
bore, licet nõ illa sed altera, atque illa rursus
ex altero semine. Aliquando autem & arbor
ex arbore, cum surculus demitur atq; plan
tatur. Ergo & semen ex arbore, & arbor ex
semine, & arbor ex arbore. Semen autem
ex semine nullo modo, nisi arbor interue-
niat prius. Arbor vero ex arbore etiam si se-
men non interueniat. Alternis igitur succes-
sionibus alterum ex altero, sed vtrunque ex
terra, nec ex ipsis terra. Prior igitur eorum
parens terra. Sic & animalia, potest incer-
tum esse, vtrum ex ipsis semina, an ipsa ex se
minibus. Quodlibet tamen horum prius ex
terra certissimum est. Sicut autem in ipso
grano inuisibiliter erant omnia simul quæ
per tempora in arborem resurgerent, ita &
ipse mundus cogitandus est, cum Deus si-
mul omnia creauit, habuisse simul omnia D
quæ in illo cum illo facta sunt, quando fa-
ctus est dies, non solum cœlum cum sole &
luna & syderib. quorum species manet mo-
tu rotabili, & terra & abyssus, quæ velut in-
constantes motus patiuntur, atque inferius
adiuncta partem alteram mundo conferunt:
sed etiam illa quæ aqua & terra produxit po
tentialiter atque causaliter priusquam per
tem-

temporum moras ita exorirentur, qũo nobis iã nota sunt in eis operib. quæ Deus vsq; nũc operatᷓ. Quæ cũ ita sint, hic est liber creaturæ cœli, & terræ, cum factus est dies, fecit Deus cœlum & terrã & oẽ viride agri anteq̃ esset sup terram, & oẽ fœnũ agri anteq̃ exortũ est, non sic qũo facit opere quo nũc vsque operatᷓ per pluuiã & hoĩum agriculturã. Ad hoc.n.adiunctũ ẽ est: Non.n.pluerat Deus sup terrã, nec erat hõ qui operareᷓ terrã, sed illo modo quò creauit oĩa simul, senarioq; dierum numero cõsummauit, cũ diẽ quẽ fecit eis q̃ fecit sexies pͤsentauit, nõ alternante spatio tpaliter, sed ordinata cognitione cãliter. E
A quib.operib. in die septimo requieuit, etiã suã requiẽ eiusdẽ diei notitiæ gaudioq; prębere dignatus, & ideo nõ eũ in quolibet opere suo, sed in sua requie benedixit & sanctificauit. Vñ nullam vlterius creaturã instituẽs, sed ea quæ oĩa simul fecit, administratorio actu gubernãs & mouẽs, sine cessatione operatᷓ, simul & requiescens & operãs, sicut iam ista tractata sunt, quorũ operũ eius quę vsq; nunc operatᷓ, per volumina temporũ explicandorũ, velut exordiũ narrandi sumens, ait scriptura: Fons aũt ascendebat de terra, & irrigabat oẽm faciem terræ. De quo fonte q̃a diximus quod dicendum putauimus, ea quæ sequuntur ab alio consideremus exordio.

## D. AVRELII AVGVSTINI de Genesi ad literam,

## LIBER SEXTVS.



T finxit Deus hoĩem puluerem de terra, & insufflauit in faciẽ eius flatum vitæ, & factus est homo in aĩam viuentem. Hic primo videndum est, vtrũ ista recapitulatio sit, vt nunc dicatur qũo factus sit homo, quẽ sexto illo die factum legimus, an vero tunc q̃dem cum fecit omnia simul, in his ẽt latenter hoĩem fecit, sicut fœnũ terræ anteq̃ esset exortum, vt eo modo & ipse cum iam esset in secreto quodam naturæ aliter factus, sicut illa quę simul creauit cum factus est dies, accessu tpis etiam isto modo fieret, quo in hac perspicua forma vitam gerit, vel male vel bene, sicut fœnum quod factũ est antequam exorireᷓ super terram, accedẽte * iam tempore & fontis illius irrigatiõne, exortũ est vt esset super terram. Prius ergo secundum recapitulationem id conemur accipere, fortassis q̃ppe ita homo factus sit in die sexto, sicut dies ipse primitus factus est, sicut firmamẽtum, sicut terra & mare. Neq; enim hęc dicenda sunt ante in q̃busdã primordiis iam facta latuisse, ac deinde in hãc faciẽ qua mundus extructus est, accessu tpis tanquam exorta claruisse. Sed ab exordio seculi cũ factus est dies conditum mundum in cuius elementis simul sicut condita, quæ post accessu tpis exorirentur, vel fruteta vel aĩalia quæq; secundũm genus suum. Nam nec ipsa sydera credendum est in elementis mundi primitus facta atq; recondita, accessu postea tpis extitisse, atq; in has enituisse formas quæ cœlitus fulgent, sed illo senario perfectionis numero creata simul omnia cum factus est dies. G
Vtrum ergo sic & homo ista iam specie qua in sua natura viuit, & agit siue bonum siue malum, an & ipse in occulto sicut fœnum agri anteq̃ exortũ est, vt hoc ei post esset accessu tpis exoriri quod de puluere factus est? Accipiamus ergo eum sexto ipso die in hac perspicua visibiliq; forma de limo factũ, sed tunc non commemoratum quod nunc recapitulãdo insinuatᷓ, & videamus vtrum nobiscum ipsa scriptura concordet. Sic certe scriptum est, cũ adhuc diei sexti opera narrarentur, Et dixit Deus faciamus hoĩem ad imaginem & similitudinẽ nostram, & habeat ptãtẽ pisciũ maris & volatilium cęli, & oĩum pecorum, & oĩs terræ, & oĩum repentiũ quæ repunt super terram. Et fecit Deus hominẽ, ad imaginẽ Dei fecit eum, masculũ & fœminam fecit eos, & benedixit eos Deus dicens: Crescite & multiplicamini, & implete terrã, & dominamini eius, & habete potestatẽ piscium maris & volatiliũ cœli, & omniũ pecorũ, & omnis terrę, & oĩum reptilium repentium sup terram. Iam ergo de limo formatus erat, & illi iam loporato mulier ex latere iam facta erat, sed hoc tunc cõmemoratum nõ erat, q̃d nunc recapitulando commemoratum est. Neq; enim sexto die factus est masculus, & accessu tẽporis postea facta fœmina, sed fecit eum inquit, masculum & fœminã fecit eos, & benedixit eos. Quomodo ergo iam homine in paradiso constituto mulier ei facta est? An & hoc pͭermissum scriptura H

2. l.etiam

Creatio hoĩs. c. 2.

Gene. 1.

ptura recoluit? Nam sexto illo die ēt paradisus plantatus est, & ibi homo collocatus est, & soporatus est vt Eua formaret̄:& ea formata euigilauit,eiq; nomen imposuit. Sed hæc nisi per temporales moras fieri non possent. Nō itaq; ita facta sunt,sicut creata sunt oīa simul. Quantamlibet.n. homo cogitet facilitatem qua Deus ēt hæc simul cū cæteris fecit, verba certe hominis nouimus nisi per tpales morulas emitti voce non posse. Cum ergo verba hoīs audimus, vel cum aīantib. vel cū mulieri nomen imposuit,vel cum secutus ēt dixit: Propter hoc relinquet hō patrem suū & matrem suam,& coniunget̄ vxori suæ, & erunt ambo in carne vna, q̄buslibet syllabis ista sonuerit,nec duæ quæcūq; in his verbis syllabæ simul sonare potuerunt, quanto minus hæc oīa cum iis quæ simul creata sunt simul fieri? Ac per hoc aut & illa oīa nō simul ab ipso summo exordio seculorum, sed per moras atq; interualla temporum facta sunt, diesq; ille non spiritali sed corporali substātia primū conditus, vel circuitu lucis nescio quō, vel emissione & contractione, mane ac vesperam faciebat: Aut si consideratis oībus quæ superiorib. sermonib. ꝓtractata sunt, ꝓbabilis rō persuasit,illū diem spiritalem sublimiter ac primitus conditā lucē q̄dam sapiētiam vocatum esse diem,cuius præsentia per ordinatā cognitionem cognitioni rerum in numero senario præberet̄,atq; huic snīę scripturæ verba congruere quod ait postea: Cū factus est dies,fecit Deus cœlum & terrā, & omne viride agri anteq̄ esset super terrā, & omne fęnum agri anteq̄ exoriretur, attestari etiam quod alibi scriptum est. Qui viuit in æternum creauit omnia simul,non est dubiū hoc ꝙ homo de limo terrę factus est, eique formata vxor ex latere, iam non ad cōditionem qua simul oīa facta sūt pertinere, quib. perfectis requieuit Deus, sed ad eam operatiōnē quæ fit iam per volumina seculorum, qua vsq; nūc operat̄. Huc accedit ꝙ ipsa etiā verba q̄b. narrat̄ quō Deus paradisum plantauit, in eoq; hoīem quē fecerat collocauerit, ad eumq; adduxerit aīalia q̄b. nomina imponeret, in quib. cū adiutoriū simile illi non fuisset inuentum, tūc ei mulierem costa eius detracta formauerit, satis nos admonent hæc non ad illā operationē Dei pertinere, vñ requieuit in die septimo, sed ad istā potiꝰ qua

*Cōiunctio maris & fœminæ. Cap. 3.*

*Gene. 2.*

I

*Gene. 2.*

*Eccl. 18.*

K

*Gene. 2.*

per temporum cursus vsq; nunc operat̄. Cū enim paradisus plantaret̄, ita narrat. Et plantauit Deus paradisum in Edē ad orientem & posuit ibi hoīem quē finxerat. Et eiecit Deus adhuc de terra oē lignum pulchrū ad aspectum, & bonū ad escā. Cū dicit ergo: Eiecit adhuc de terra oē lignum pulchrum ad aspectum, manifestat vtiq; ꝙ aliter nunc eiecerit de terra lignum, aliter tunc cū tertio die produxit terra herbam pabuli, seminātem semē secundum genus suum, & lignum fructuosū secundum suum genusˀ. Hoc est.n. eiecit adhoc super illud.s. qđ iam eiecerat, tunc vtiq; potentialiter & cāliter in opere pertinēte ad creanda omnia simul à q̄b. consummatis in die septimo requieuit, nunc aūt visibiliter in opere pertinēte ad temporum cursum, sicut vsque nunc operat̄. Nisi forte quis dicat, nō omne ligni genus tertio die creatum, sed dilatum aliquid quod sexto crearet̄, cum hō factus est atq; in paradiso constitutus. Sed quę sexto die creata sūt, apertissime scriptura declarat* aīa viua.s. secundum vnumquodque genus, quadrupedum, & repētium & bestiarum, & ipse hō ad imaginem Dei masculus & fœmina. Proinde potuit ꝑtermittere quo mō sit hō factus, quem tñ ipso die factū* ipse narrauit, vt recapitulādo postea quemadmodum etiā factus fuerit, intimaret, hoc est de terræ puluere, & mulier illi de latere, nō tñ aliquod creaturę genus pretermittere, vel in eo quod dixit Deus, fiat, vel faciamus, vel in eo qđ dr̄ & sic est factum, siue fecit Deus. Alioq̄n frustra per singulos dies tam diligēter distincta sunt omnia, si permixtionis dierum pōt vlla suspitio residere, vt cum herba & lignum diei tertio sit atributum, aliqua ligna etiam sexto die creata esse credamus, quæ ipso sexto die scriptura tacuit. Postremo quid respondebimus de bestiis agri, & volatilibus cœli, quæ adduxit Deus ad Adam, vt videret quid ea vocaret? Quod ita scriptum est: Et dixit dominus Deus, Non est bonum esse hominem solum, faciamus illi adiutorium secundum ipsum. Et finxit Deus adhuc de terra omnes bestias agri, & omnia volatilia cœli, & adduxit illa ad Adam, vt videret quid vocaret illa: Et omne quodcunque illud vocauit Adam animam viuā, hoc nomen est illius. Et vocauit Adam nomina omibus pecoribus, & omnibus volatilibus cœli,

*Gene.*

*Lign. produ. Cap. 4*

L

*a.l. om*

*a.l.*

*De or... scripturæ quid posset poste... Cap.*

M

cęli, & omnibus beſtijs agri. Adæ autem nō eſt inuētus adiutor ſimilis ipſi: Et iniecit De⁹ mētis alienationē ſuper Adā & obdormiuit, & ſumpſit vnam de coſtis eius, & impleuit carnem in locū eius, & impleuit dominus
A Deus coſtā quam ſumpſit de Adam in mulierem. Si ergo conſequenter, cū in pecoribus & beſtijs agri & volatilibus cęli non eſſet inuentū adiutoriū ſimile homini fecit ei Deus adiutoriū ſimile de coſta lateris eius. hoc aūt factū eſt cū eaſdem beſtias agri & volatilia cęli adhuc de terra finxiſſet, & ad illū adduxiſſet adhuc: quō ſexto die factū hoc pōt intelligi, quandoquidem illo die terra produxit animā viuā, ſcd̄m verbū Dei, volatilia vero quinto die produxerunt aquæ ſimiliter ſecundū verbū Dei? Nō itaq; hic diceretur, Et finxit De⁹ adhuc de terra omnes beſtias agri & omnia volatilia cęli niſi quia iam terra ꝓduxerat omnes beſtias agri ſexto die, & aqua omnia volatilia cęli quinto die. Aliter ergo tunc, ideſt, potentialiter atq; cauſaliter, ſicut illi operi competebat, quo creauit omnia ſimul à quibus in die ſeptimo requieuit: aliter autem nūc ſicut ea videmus, quæ per tēporalia ſpatia creat, ſicut vſq; nunc operat̄: Ac per hoc iam ꝑ iſtos notiſsimos lucis corporalis dies qui circuitu ſolis fiūt, Eua facta eſt de latere viri ſui. Tunc enim Deus adhuc finxit de terra beſtias & volatilia, in quibus cum adiutorium ſimile ipſi Adam non eſſet inuentū, illa formata eſt. In talibus ergo diebus etiam ipſum de limo finxit Deus. Neq; enim dicendum eſt, maſculum quidem ſexto die factū, fęminam vero poſterioribus die
B bus, cum ipſo ſexto die apertiſsime dictū ſit, maſculū & fęminam fecit eos, & benedixit eos & cętera, q̄ de ambobus & ad ambos dicuntur. Aliter ergo tunc ambo, & non aliter ambo. Tunc ſcilicet ſcd̄m potētiam per verbū Dei tanquā ſeminaliter mundo inditā, cū creauit omnia ſimul, à quibus in die ſeptimo requieuit: ex quibus omnia ſuis quęque temporibus iam per ſeculorū ordinē fierēt: nūc aūt ſecundū operationem præbendā tēporibus qua vſq; nunc operatur: & oportebat iā tēpore ſuo fieri Adā de limo terrę eiusq́; mulierē ex virili latere. In qua diſtributione operum Dei, partim ad illos dies inuiſibiliter pertinentium, in quibus creauit omnia ſimul: partim ad iſtos appoſitos, in quibus operatur quotidie quicquid ex illis tanquā inuolucris primordialibus in tempore euoluitur: ſi non importune atq; abſurde ſcripturæ verba ſecuti ſumus, q̄ nos ad hæc diſtinguenda duxerunt, cauendū eſt ne propter ipſarū rerū aliquanto difficilē perceptionē, q̄ tardiores aſſequi non ſufficiūt, putemur ali- C
quid ſentire nec dicere, ꝙ ſcimus nos nec ſentire nec dicere. Quanq̄ enim pręcedentibus ſermonibus quantū potuerim, lectorem pręſtruxerim, plures tamen arbitror caligare in his locis: & putare ita fuiſſe, prius hominem in illo Dei opere quo cuncta ſimul creata ſunt, aliquā vitā duceret, & Dei locutionē ad ſe directā cum dixit Deus, Ecce de- *Gene.1.*
di vobis omne pabulū ſeminale, diſcerneret crederet, intelligeret. Nouerit ergo qui hoc putat, non hoc modo me ſenſiſſe neq; dixiſſe: Sed rurſus ſi dixero, non ita fuiſſe hominē in illa prima rerum conditione qua creauit Deus oīa ſimul, ſicuti eſt non tantū perfectę ętatis homo, ſed ne infans quidē: nec tantū infans, ſed ne puerperiū quidē in vtero matris. nec tantū hoc, ſed ne ſemen quidē viſibile hominis, putabit omnino non fuiſſe. Redeat ergo ad ſcripturam, inueniet ſexto die hominem factū ad imaginē Dei, factos aūt maſculū & fęminā. Itē quærat qn̄ facta ſit fęmina, inueniet extra illos ſex dies: tūc enim facta eſt, qn̄ Deus de terra finxit adhuc beſtias agri, & volatilia cęli, non qn̄ volatilia produxerūt aquæ, & animā viuam in qua beſtię ſunt, ꝓduxit terra: Tūc aūt factus eſt hō, & maſculus & fęmina, ergo & tunc & poſtea. Neq; enim tunc & non poſtea, aut vero D
poſtea & nō tunc: nec alij poſtea, ſed ijdē ipſi aliter tūc aliter poſtea. Quęret ex me quō? Rn̄debo poſtea viſibiliter, ſicut ſpecies humanę conſtitutionis nota nobis eſt, non tn̄ parentibus generantibus, ſed ille de limo, illa de coſta eius: Quæret, tunc quō? Rn̄debo, inuiſibiliter, potētialiter, cauſaliter, quō fiūt futura nō facta. Hic forte nō intelliget. Subtrahūtur.n.ei cūcta quę mouerat, vſq; ad ipſam ſeminū corpulentiam. Neq;.n. vel tale aliquid hō iam erat, cū in prima illa ſex dierum conditione factus erat. Datur quidē de ſeminibus ad hanc rem nōnulla ſimilitudo, ꝓpter illa quę in ijs futura conſerta ſunt, veruntamen ante omnia viſibilia ſemina ſunt illę cauſę, ſed non intelligit. Quid ergo fa-

etiam, nisi quantū possum salubriter moneā, scripturæ Dei credat: & tunc hominē factū qñ Deus cū factus est dies, fecit cęlū & terrā de quo alibi scriptura dicit, Qui viuit in ęternū creauit omnia simul: & tunc qñ iā nō simul, sed suis quęq; tēporibus creās, finxit eū de limo terrę, & ex eius esse mulierē: cū nec isto mō eos illo sexto die non factos nec tñ eos illo sexto die non factos intelligere scriptura ꝑmittat, Forte ergo aīæ eorū sexto die illo factæ erant, vbi & ipsa imago Dei recte intelligitur in spū mentis eorū, vt postea corpora conformarentur? Sed neq; hoc credere eadē scriptura permittit. Primū ꝓꝓ illam operum cōsummationē, q̄ nō video quō possit intelligi, si defuit aliquid tūc nō causaliter conditū quod postea visibiliter cōderet. De inde quia sexus ille masculi & fęminæ, nisi in corporibus esse nō pōt. Quod si quisquā secundū intellectū & actionē tanquā vtrūq; sexū in vna anima accipiendū putauerit, q̄d faciet de his quæ ad escā Deus ipso dedit die de lignorū fructibus, quæ nisi homini habēti corpus non vtiq; congrua est? Nā etsi hāc escā figurate accipere quisquā voluerit, recedet à proprietate rerū gestarū, quæ primitus in huiusmodi narrationibus omni obseruatione fundata est. Quomodo ergo loquebat, inquit, eis qui nondum audiebant nec intelligebant, quia nec erāt qui verba perciperēt? Possem respondere sic illos allocutū Deum queādmodū Christus nos nōdū natos, etiam longe post futuros, nec tantū nos, sed ēt eos oēs qui futuri sunt post nos. Omnibus enim dicebat quos suos futuros videbat, Ecce ego vobiscum sum vsq; inconsumatione seculi: sicut Deo not⁹ erat Propheta cui dixit. Priusquam te formarē in vtero noui te: sicut decimatus est Leui cū esset in lūbis Abrahæ: cur enim nō ita & ipse Abraham in Adā, & ipse Adā in primis operibus mūdi quæ Deus creauit omnia simul? Sed verba domini per os carnis eius, & verba Dei per ora Prophetarū tēporali corporis voce proferūtur, & oībus syllabis suis congruas tēporū moras sumūt atq; consumunt. Cū vero Deus dicebat. Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram, & habeat potestatem piscium maris & volatilium cęli, & omnium pecorū, & omnis terræ, & omnium repentium quæ repunt super terram: & ecce dedi

*Eccle. 8.*

*Animæ quando creatæ. Cap 7.*

E

*Vox Dei ad creaturas. c. 8.*

*Mat. 28.*

*Hiere. 1. Heb. 7.*

F

*Gene. 1.*

vobis oē pabulū seminale, seminans semen q̄ est super omnē terrā, & oē lignū fructiferū quod habet in se fructū seminis semina lis, quod erit vobis ad escam ipse sermo ei⁹ ante omnē aeris sonū, ante omnē carnis & nubis vocē, in illa summa eius sapientia per quā facta sunt omnia, nō quasi humanis auribus instrepebat, sed rebus factis rerum faciendarum causa inserebat, & omnipotenti potentia futura faciebat, hominemq; suo tēpore formandum, in temporū tanq̄ semine vel tanquā radice condebat quando condebat oē vnde inciperēt secula, ab illo cōdita q̄ est ante secula. Creaturæ quippe aliæ creaturas alias, quædā tēpore, quędā causis præcedūt: ille autē omnia quæ fecit non solum excellentia qua etiā causarū effector est, verum etiam ęternitate ꝓcellit. Sed de hoc opportunioribus deinde scripturarū locis fortassis plenius differendū est. Nunc de homine qd̄ cęptū est terminetur, ea moderatione seruata, vt in profundo scripturæ sensu magis pręstemus diligentiā requirendi, quā affirmandi temeritatem. Quia enim nouerat Hieremiā Deus priusquā eum formaret in vtero, dubitare phas nō est. Apertissime quippe dicit: Priusquā te formarem in vtero noui te. Vbi aūt illū nosset antequā ita formasset, & si nostræ infirmitati essequi vel difficile vel impossibile est: vtrū in aliquibus propinquioribus causis, sicut Leui in lūbis Abrahæ decimatus est: an in ipso Adā in quo humanū genus tanquā radicaliter institutū est: & in eo ipso vtrū iam cū de limo formatus esset, an cū causaliter in his operibus factus, q̄ creauit omnia simul. An vero ante omnē potius creaturam, sicut elegit & ꝓdestinauit sanctos suos ante mūdi costitutionem? An potius in omnibus præcedentibus causis, siue quas cōmemoraui, siue quas nō cōmemoraui, priusquā in vtero formaretur: nō arbitror scrupulosius quæri oportere, dūmodo Hieremiam constet ex quo est in hac luce à parentibus æditus, ex illo egisse vitam propriā qua grādescēs ætatis accessu, posset viuere siue male siue bene, antea vero nullo modo, non solū priusquam in vtero formaretur, sed nec iā ibi formatus antequam natus. Neq; enim habet vllā cunctationē illa Apostolica sententia de geminis in Rebeccæ vtero nondū agentibus aliquid boni aut mali. Nec tamen

fru-

frustra scriptū est, nec infantē mūdum esse à
10. pctō, cuius vnius est diei vita super terrā. Et il
lud in Psalmo: Ego in iniqtatib. cōceptus sū,
& in peccatis mater mea me in vtero aluit.
5. Et ꝙ in Adā oēs moriuntur, in quo oēs pec-
cauerunt. Nunc aūt liquido teneamus, q̄libet
parentū merita traijciantur in prolē, q̄cunq;
gratia Dei antequā nascatur quenq; sanctifi-
cet, nec iniquitatē esse apud Deum, nec boni
malive agere quenquā, ꝙ ad propriā perso-
I nā pertineat, antequā natus est. Illāq; sniam
qua nonnulli putant alibi peccasse magis mi
nusq; animas, & pro diuersorū meritis pec-
catorū in diuersa corpora esse detrusas, Apo
stolicæ non cōuenire sniæ: cum apertissime
dictū sit, nihil egisse nondum natos, seu bo-
ni seu mali. Ac per hoc alia qō est suo loco
retractanda, quid de peccato primorū paren
tū, qui duo soli fuerunt, generis humani cō-
traxerit vniuersa consperfio. Nihil tñ talium
meritorū habere potuisse hominē antequam
de terræ puluere fictus esset, antequā suo tpe
9. viueret, nulla qō est. Sicut n. Esau & Iacob,
quos nondū natos dixit Apostolus nihil egis
se boni aut mali, non possemus dicere traxis
se aliquid meriti de parentib. si nec ipsi parē
tes egissent aliquid boni aut mali: nec genus
humanū peccasse in Adā, si ipse non peccas-
set Adam, nō aūt peccasset Adā, nisi iam suo
tpe viueret, quo posset viuere siue bene siue
male: ita frustra pctm̄ eius, seu recte factum
requiritur, cū adhuc in reb. simul creatis cau
saliter conditus, nec vita propria iā uiuebat,
nec in parentib. sic uiuentibus erat. In illa. n.
prima conditione mundi, cū Deus omnia si-
mul creauit, homo factus est qui esset futu-
rus, ratio creandi hominis, non actio creati.
Sed hæc aliter in verbo Dei, vbi ista non fa-
cta, sed æterna sunt. Aliter in elementis mun-
di, vbi omnia simul facta futura sunt. Aliter
in rebus, quæ secundū causas simul creatas,
10. non iam simul, sed suo quæq; tpe creantur:
in quib. Adam iam formatus ex limo, & Dei
K flatu animatus, sicut fęnū exortum. Aliter in
seminibus, in quib. rursus quasi primordia-
les causæ repetuntur: de rebus ductæ quæ se-
cundū causas quas primū condidit extiterāt,
velut herba ex terra, semen ex herba. In quib.
omnibus ea iā facta modos & actus sui tem-
poris acceperunt, quæ ex occultis atq; inuisi
bilib. rationibus, quæ in creatura causaliter
latent in manifestas formas naturasq; prodie
runt. Sicut herba exorta super terrā, & homo
factus in animā uiuam, & cętera hmōi, siue
frutecta siue animantia, ad illā operationem
Dei pertinentia q̄ vsq; nunc operatur. Sed ēt
ista secū gerunt tanquam iterū seipsa inuisi-
biliter in occulta quadā vi generandi, q̄ ex-
traxerunt de illis primordijs causarū suarū,
in quib. creato mundo cū factus est dies, an- L
tequā in manifestā speciē sui generis exori-
rent, inserta sunt. Si. n. prima illa opera Dei, *Inchoatio rerum & perfectio. c. 11 Eccl. 18.*
cū simul omnia creauit, in suo modo perfe-
cta nō esset, ea proculdubio post adderetur,
quæ illis perficiendis defuissent: vt quædam
vniuersitatis perfectio ex vtrisq; cōstaret sin-
gulis quasi semis: velut alicuius totius partes
essent, quarū coniunctione ipsum totū cuius
partes fuerant, cōpleretur. Rursus si ita essent
illa perfecta, sicut perficiuntur, cū suis quęq;
tpibus in manifestas formas actusq; procreā
tur: profecto aut nihil ex eis postea per tpa
fieret: aut hoc fieret ꝙ ex istis quæ suo quęq;
iam tpe oriuntur, Deus non cessat operari.
Nunc aūt quia iam consummata quodāmo-
do, & quodāmodo inchoata sunt, ea ipsa q̄
consequentibus euoluenda temporibus pri-
mitus Deus omnia simul creauit cū faceret
mundum: consummata quidem, qm̄ nihil ha
bent illa in naturis proprijs quibus suorum
temporū cursus agunt, ꝙ non in istis causali-
ter factum sit: inchoata vero, qm̄ quædā erāt
quasi semina futurorum, per seculi tractum
ex occulto in manifestū locis congruis exe-
renda: ipsius ēt scripturæ verba satis ad hoc
admonendum insigniter uigent, si quis in eis
euigilet. Nā & cōsummata ea dicit & inchoa
ta: Nisi. n. consummata essent, non scriptum *Gen. 2.*
esset, Et consummata sunt cęlum & terra, &
omnis cōpositio illorum: & consummauit
Deus in die sexto omnia opera sua quæ fe-
cit: & requieuit Deus in die septimo ab om- M
nib. operib. suis quæ fecit: & benedixit Deus
diem septimū, & sanctificauit eum. Rursusq;
nisi inchoata essent, non ita sequeretur, quia
illa die requieuit ab omnibus operibus suis,
quæ inchoauit Deus facere. Hic igitur si quis
inquirat, qūo consummauit, & qūo inchoa-
uit, neq;. n. alia cōsummauit, alia inchoauit,
sed eadem ipsa utiq; à quibus in die septimo
requieuit: ex ijs quę supra diximus clarū est.
Consummasse quippe ista intelligimus Deū

cum creauit omnia ſimul, ita perfecte vt ni-
hil ei adhuc in ordine tẽporũ creandũ eſſet,
ꝙ non hic ab eo iã in ordine cauſarũ creatũ
eſſet. Inchoaſſe aũt, vt ꝙ hic p̃fixerat cauſis,
poſt impleret effectis. Proinde formauit De⁹
hominẽ puluerẽ terrę, vel limũ terrę, hoc eſt
de puluere vel limo terræ: & inſpirauit ſiue
inſufflauit in eius faciẽ ſpiritũ vitæ, & factus
A eſt homo in animã viuã. Non tunc p̃deſtina-
tus, hoc.n. ante ſeculũ in p̃ſcientia creatoris:
neq; tunc cauſaliter vel cõſummate inchoa-
tus, vel inchoate cõſummatus, hoc.n. à ſecu-
lo in rationib. primordialibus, cũ ſimul om-
nia crearentur: ſed creatus in tp̃e ſuo, viſibi-
liter in corpore, inuiſibiliter in anima, con-
*Modus creãdi hominis. Cap. 12.* ſtans ex anima & corpore. Iã ergo videamus
qũo eũ fecerit Deus, primũ de terra corpus
eius, poſt ẽt de anima videbimus ſi quid vale
bimus. Quod.n. manibus corporalibus Deus
de limo finxerit hominẽ, nimiũ puerilis cogi
tatio eſt, ita vt ſi hoc ſcriptura dixiſſet, magis
eum qui ſcripſit tranſlato verbo vſum crede
re deberemus, q̃ Deũ talib. membrorũ linia-
mentis determinatũ, qualia videmus in cor-
poribus noſtris. Dictum eſt.n. Manus tua gẽ-
*Pſal. 43. & 135.* tes diſperdidit, Et eduxiſti populum tuum in
manu forti & brachio excelſo: Sed pro pote
ſtate & virtute Dei poſitũ huius membri no-
men, quis vſqueadeo deſipit vt non intelli-
gat? Nec illud audiendũ eſt, ꝙ nonnulli pu-
tãt, ideo p̃cipuũ Dei opus eſſe hominẽ, quia
cętera dixit & facta ſunt, hunc aũt ipſe fecit:
ſed ideo potius, quia hunc ad imaginẽ ſuam
fecit. Nã illa quæ dixit & facta ſunt, ideo ſic
ſcriptũ eſt, quia per verbũ eius facta ſunt, ſi-
cut per hominẽ hominib. dici potuit verbis
q̃ tẽporaliter cogitantur & voce proferunt.
Non ſic aũt loquitur Deus, niſi cum per cor
poralẽ creaturã loquitur, ſicut Abrahæ, ſicut
Moyſi, ſicut per nubem de filio ſuo. Ante ve-
*Ioan. 1.* ro omnẽ creaturã, vt eſſet ipſa creatura, eo
verbo dictum eſt, ꝙ in principio erat Deus
apud Deũ: & quia oĩa per ipſum facta ſunt,
B & ſine ipſo factum eſt nihil, vtique & homo
per ipſum factus eſt. Certe.n. cęlum verbo fe
*Pſ. 101.* cit, quia dixit & factum eſt. Scriptum eſt tñ,
Et opera manuũ tuarum ſunt cęli. Et de hoc
*Pſal. 94.* imo quaſi fundo mundi ſcriptum eſt, Qm̃ ip
ſius eſt mare & ipſe fecit illud, & aridã ma-
nus eius finxerunt. Nõ igitur hoc in honorẽ
hominis deputetur, velut cętera Deus dixe-
rit, & facta ſint, hunc aũt ipſe fecerit: aut ver-
bo cętera, hunc aũt manib. fecerit: Sed hoc
excellit in homine, quia Deus ad imaginem
ſuã hominẽ fecit, p̃p hoc ꝙ ei dedit mentem
intellectualẽ qua præſtat pecoribus, vnde iã
ſuperiore loco diſſeruimus. In quo honore
poſitus, ſi non intellexerit vt bene agat, eiſdẽ
ipſis pecoribus quibus prælatus eſt cõpara- C
bitur. Sic etenim ſcriptum eſt, Homo in ho-
nore poſitus non intellexit, cõparatus eſt pe-
coribus inſenſatis, & ſimilis factus eſt eis. Nã
& pecora Deus fecit, ſed non ad imaginem
ſuam. Nec dicendũ eſt, hominem ipſe fecit,
pecora vero iuſsit & facta ſunt: & hunc.n. &
illa per verbum ſuum fecit per ꝙ facta ſunt
omnia. Sed quia idem verbum & ſapientia
& virtus eius eſt, dr̃ & manus eius non viſibi
le membrũ ſed faciendi potẽtia. Nam & ea-
dem ſcriptura quæ dicit, ꝙ Deus hominem
de limo terræ finxerit, dicit ẽt ꝙ beſtias agri
de terra finxerit, qñ eas cũ volatilibus cœli
ad Adam adduxit, vt videret quid ea voca-
ret. Sic.n. ſcriptum eſt, Et finxit Deus adhuc
de terra omnes beſtias. Sic.n. & hominem de
terra & beſtias de terra ipſe formauit, quid
habet homo excellentius in hac re, niſi ꝙ ip-
ſe ad imaginem Dei creatus eſt? Nec tñ hoc
ſecundum corpus, ſed ſecundũ intellectum
mentis, de quo poſt loquemur. Quãquam in
ipſo corpore habeat quãdam proprietatem
quæ hoc indicet, quod erecta ſtatura factus
eſt, vt hoc ipſo admoneretur, non ſibi terre-
na eſſe ſectanda velut pecora, quorum volu-
ptas omnis ex terra eſt, vnde in aluum cun-
cta pecora prona atque poſtrata ſunt. Con-
gruit ergo & corpus eiuſdem animæ rationa
li, non ſecundũ liniamenta figuraſq; mem-
brorum, ſed potius ſecundum id ꝙ in cœlũ
erectum eſt, ad intuenda quæ in corpore ip-
ſius mundi ſuperna ſunt: ſicut anima rationa-
lis in ea debet erigi, quæ in ſpiritalibus natu- D
ra maxime excellunt, vt quæ ſurſum ſunt, ſa-
piat, non quæ ſuper terram. Sed qũo fecit eũ
Deus de limo terræ, vtrum repente in ætate
perfecta, hoc eſt virili atq; iuuenili, an ſicut
nũc vſque format in vteris matrum? Neq;.n.
alius hæc facit q̃ ille qui dixit, Priuſquam te
formarem in vtero noui te: vt illud tantum
proprium habuerit Adam, quod non ex pa-
rentibus natus eſt, ſed factus ex terra: eo ta-
men modo vt in hoc perficiẽdo, & per æta-

tes

tes augendo hi temporũ numeri complerẽtur, quos naturæ humani generis attributos videmus. An potius hoc nõ est requirendũ? Vtrũlibet enim fecerit, hoc fecit quod Deũ & omnipotentẽ & sapientẽ posse ac facere cõgruebat, Ita.n. certas temporũ leges generibus qualitatibusq; rerũ in manifestũ ex abdito producẽdis attribuit, vt eius voluntas sit super omnia. Potentia quippe sua numeros creaturæ dedit, nõ ipsam potentiã eiusdẽ numeris alligauit: Nã spũs eius ita faciẽdo mũdo superferebatur, vt & facto superferatur, nõ corporalibus locis, sed excellentia potestatis. Quis.n. nescit aquã cõcreatã terræ, cũ ad radices vitis venerit, duci in saginã ligni illius: atq; in eo sumere qualitatẽ qua in vuã procedat paulatim erũpentẽ, atq; in ea grandescente, vinũ fiat maturũq; dulcescat, quod adhuc ferueſcat expresũ, & quadã vetustate firmatũ, ad vsum bibendi vtilius iucundiusq; perueniat? Num ideo dñs lignũ quæsiuit aut terrã, aut has tẽporũ moras, cũ aquam miro compendio cõuertit in vinũ, & tale vinũ qđ ebrius ẽt conuiua laudaret? Nunquid adiutorio tẽporis eguit cõditor temporis. Nonne certis dierũ numeris suo cuiq; generi accõmodatis, omnis natura serpentiũ coalescit, formatur, nascitur, roboratur? Nũ expectati sunt hi dies, vt in dracone virga conuerteretur de manu Moysi & Aaron? Nec ista cum fiunt contra naturã fiunt, nisi nobis quibus aliter naturæ cursus innotuit, nõ autẽ Deo, cui hoc est natura quod fecit. Quæri aũt merito potest, causales illæ rationes quas mundo indidit, cũ primũ simul omnia creauit, quomodo sint institutæ: Vtrũ vt quẽadmodũ videmus, cũcta nascentia vel fruticũ vel animaliũ in suis conformationibus atq; incrementis, sua pro diuersitate generum diuersa spatia peragerent tẽporum? An vt quemadmodũ creditur factus Adã siue vllo progressu incrementorum virili ætate continuo conformarentur? Sed cur non vtrunq; illas credimus habuisse, vt hoc ex eis futurũ esset ꝙ factori placuisset? Si enim illo modo dixerimus, incipiet contra ipsas factũ videri, non solum etiam illud de aqua vinum: sed & omnia miracula, quæ contra naturæ vsitatum cursum fiunt. Si autem isto modo: * multum erit absurdius ipsas istas quotidianas naturæ formas & species contra illas prima rias omnium nascentium causales rationes suorum temporũ peragere spatia. Restat ergo ad vtrunq; modũ habiles creaturæ sint, siue ad istũ quo vsitatissime temporalia trãscurrunt, siue ad istũ quo rara mirabilia fiũt, sicut Deo facere placuerit quod tẽpori congruat. Verũtamen sic factus est homo, quẽad modum illę primæ causæ habebant vt fieret primus hõ, quẽ non ex parentibus nasci qui nulli pręcesserant, sed de limo formare oportebat secundũ causalem rationẽ in qua primitus factus erat. Nam si aliter factus est, non eũ Deus in illorũ sex dierũ operibus fecerat: in quibus cũ dicitur factus ipsam causam vtiq; fecerat Deus * qua suo tpe hõ futurus, & secundũ quã fuerat ab * illa faciendus: qui simul & cõsummauerat has perspicuas species, producens inchoata pp perfectionem causaliũ rationum, & inchoauerat rationes causales fiendorũ mũdo imprimẽs cosummanda propter ordinem temporum. Si ergo in illis primis rerum causis quas mũdo primitus creator inseruit, non tantum posuit, quòd de limo formaturus erat hominem, sed etiam quemadmodum formaturus, vtrum sicut in matris vtero, an in forma iuuenili, proculdubio sic fecit vt illic ꝑfixerat. Neq; enim contra dispositionẽ suam fecerat. Si autem vim tantum ibi posuit possibilitatis, vt homo fieret quoquo modo, vt & sic posset, idest, vt ideo quoque ibi esset, quia sic & sic posset; vnũ autem ipsum modum quo erat facturus in sua voluntate seruauit, cum mũdi constitutionem contexuit: manifestum est etiam sic non factum esse hominem contra quod erat in illa prima conditione causarũ: quia ibi erat etiam sic fieri posse: quanuis non ibi erat ita in conditione creaturæ, sed in placito creatoris, cuius voluntas rerum necessitas est. Nã & nos pro captu infirmitatis humanę iam in ipsis rebus tpe exortis possumus noscere, quid in cuiusquẽ natura sit quã experimento percepimus sed vtrũ etiã futurum sit ignoramus. Est quippe in natura huius, verbi gratia, iuuenis vt senescat, sed vtrũ hoc ẽt sit in Dei voluntate, nescimus. Sed nec in natura esset, nisi in Dei volũtate prius fuisset, qui cõdidit oĩa, & vtique occulta ratio est senectutis in corpore iuuenili, vel iuuentutis in corpore puerili. Neq; enim oculis cernitur sicut ipsa in pue

G *Quõ factus primus homo. c. 15. 2. sen. di. 18. c. sed quæritur*

*al l. quæ.* *al. l. illo.*

*5. sen. di. 17. c. solet.*

*Ratio humana quousque aliquid comprehẽdat Cap. 16.*

H

ro pueritia, sicut iuuētus in iuuene: sed alia quadā notitia colligit̄ inesse in natura * q̄dā latens, * quo educant̄ in prōptū numeri occulti, vel iuuētutis à pueritia, vel senectutis à iuuētute. Occulta est ergo ista rō qua fit vt hoc esse posśit, sed oculis, menti aūt nō est occulta, vtrū aūt hoc ēt necesse sit, omnino nescimus. Et illam quidē qua fit vt esse posśit, in natura ipsius corporis nouimus: illam

I vero qua fit vt necesse sit, manifestum est illic non esse. Sed fortaśsis in mūdo est, vt necesse sit istum hominem senescere. Si autem nec in mundo est, in Deo est, hoc autē necessario futurū est quod ille vult, & ea vere futura sunt, q̄ ille pręsciuit. Nam multa scd'm inferiores causas futura sunt, sicut ibi sunt: sed si ita sunt, & in pręscientia Dei vera futura sunt. Si aūt ibi aliter sunt potius futura sunt, sicut ibi sunt, vbi qui pręscit falli nō pōt. Nā futura dr̄ senectus in iuuene, sed tn̄ futura nō est, si ante moriturus est: hoc autē ita erit sicut se habēt alię causę, siue in mundo cōtextæ, siue in Dei præscientia reseruatę. Nā secūdū quasdam futurorū causas moriturus erat Ezechias, cui Deus addidit q̄ndecim annos ad vitā, id vtiq; faciens q̄ ante constitutionē mundi se facturū esse pręsciebat, & in sua voluntate seruabat. Non ergo id fecit quod futurum non erat: hoc enim magis erat futurū quod se facturum esse pręsciebat. Nec tamē illi anni additi recte dicerētur, nisi * aliquid adderetur, quod se aliter ī alijs causis habuerit: secundum aliquas igitur causas inferiores iā vitā finierat: secundum illas autē, quæ sunt in voluntate & præscientia Dei, qui ex æternitate nouerat q̄d illo tp̄e facturus erat, & hoc vere fururū erat, tūc erat finiturus vitā q̄n finiuit vitā. Quia & si orāti concessum

K est, etiā sic eū oraturū vt tali orationi concedi oporteret, ille vtiq; pręsciebat, cuius præscientia falli non poterat: & ideo quod pręsciebat, necessario futurū erat. Quapropter si omniū futurorū causę mundo sunt insitę, cum ille factus est dies quando Deus creauit omnia simul, nō aliter Adā factus est, cū de limo terræ formatus est, sicut credibilius iā perfectæ vtilitatis, quam erat in illis causis, vbi Deus hominē in sex dierum operibus fecit. Ibi enim erat nō solū vt ita fieri poss et verumetiam vt ita eum fieri necesse esset. Tā enim non fecit Deus contra causam quā sine dubio volens pręstituit, q̄ cōtra voluntatem suam non fecit. Si autem nō omnes causas in creatura primitus cōdita pręfixit, sed aliquas in sua voluntate seruauit, non sunt quidē illæ quas in sua voluntate seruauit, ex istarum quas creauit necesśitate pendentes. Non tn̄ possunt esse contrariæ quas in sua voluntate seruauit illis quas in sua voluntate * instituit. Quia Dei voluntas nō pōt sibi esse cōtraria.

L Istas ergo sic condidit, vt ex illis esse illud cuius causæ sunt posśit, sed non necesse sit: illas aūt sic abscondit, vt ex eis esse necesse sit hoc quod ex istis facit vt esse posśit. Solet item quęri, vtrū animale corpus prius homini formatū sit è limo quale nunc habemus, an spiritale quale resurgētes habebimus? Quāq̄.n. hoc in illud mutabitur seminatur.n. corpus animale, surget corpus spiritale tn̄ quid pri⁹ homini factū sit: ideo disceptatur, qua si animale factū est, non hoc recipiemus quod in illo perdidimus, sed tanto melius, quanto ei spiritale animali præponendū est, q̄n erimus ęquales angelis Dei. Sed angeli possunt alijs ex iustitia pręponi, nūq̄d & dn̄o? De quo tamen dictum est? Minorasti eum paulominus ab angelis. Vnde, nisi propter carnis infirmitatē quam sumpsit ex virgine, formam serui accipiens, in qua moriens nos à seruitute redimeret? Sed q̄d hinc diutius differamus? Nō enim obscura est Apostoli sententia de hac re, qui cū voluisset adhibere testimoniū quo probaret esse corpus animale, non tā de suo vel de cuiusquā hominis corpore quod in pręsenti videbatur, quā de hoc ipso scripturę huius loco recoluit & adhibuit, dicēs: Si est corpus animale, ē & spiritale. Sic etenim scriptū est: Factus est primus hō Adā in animam viuentē nouisśimus Adā in spiritū viuificātē. Sed non primum q̄ spiritale est, sed quod animale, postea spiritale: Primus hō de terra terrenus, secūdus homo de cęlo cęlestis. Qualis terrenus, tales & terreni, & quales cęlestis, tales & cęlestes. Et q̄uo induim⁹ imaginē terreni, induamur & imaginē eius qui de cęlo est. Quid adhoc dici pōt? Imaginē ergo cęlestis hominis nūc ex fide portamus habituri in resurrectione quod credimus, imaginē aūt terreni hominis ab ipso exordio humanæ generationis induimus, Hic occurrit alia quæstio, quomodo renouemur, si non ad hoc per Christū renouamur quod

al.l. ratio quædam.

al.l.quæ.

Præscientia Dei. Cap. 17.

2.sen. di. 17. c. solet.

Esa. 38.

al.l. ad aliquid adderentur

Cap. 18.

Al. lect. Voluntas Dei causa rerum.

al.l. instituit.

1.Cor.

Matt.

Psal.

Phil.

1.Cor.

quod in Adam prius eramus? Quanquam .n. multa non in pristinũ, sed in melius renouẽtur, ab interiore tñ statu q̃ quo erant antea renouãtur. Vnde * ergo ille filius mortuus erat & reuixit, perierat & inuentus est? Vnde illi profertur stola prima si non immortalitatem recipit quã perdidit in Adã? Qũo aũt perdidit immortalitatẽ si corpus habuit animale? Neq;.n.animale corpus, sed spiritale erit, cũ corruptibile hoc induerit incorruptionem, & mortale hoc induerit immortalitatẽ. Nonnulli his angustijs coarctati: vt & illa constet snĩa qua exemplũ de animali corpore hinc

al. l. enim

Luc. 15.

1. Co. 15.

A datũ est, vt diceret: Factus est primus homo Adam in animã viuentem, nouissimus Adã in spiritum viuificantẽ: & ista renouatio receptioq; immortalitatis, nõ absurde dicatur in pristinum futura, in illud, s. ꝙ Adam perdidit: putauerunt prius quidẽ hominem fuisse corporis animalis, sed dũ in paradiso constitutus est, eũ fuisse mutatũ, sicut nos quoq; resurrectione mutabimur. Hoc quidẽ liber Geneseos non cõmemorat. Sed vt possint vtraq; testimonia scripturarũ consentire inter se, siue illud ꝙ de animali corpore dictũ est, siue illa quæ de renouatione nostra plurima in sanctis literis reperiuntur, hoc tanquã necessario consequi crediderũt. Sed si ita est, frustra conamur paradisum & illas arbores earumq; fructus præter figuratã significationẽ prius accipere ad rerũ gestarum proprietatem. Quis.n.credat iam illius modi cibos ex arborum pomis immortalib. & spiritalib. corporibus necessarios esse potuisse? Verum tñ si aliud non põt inueniri, melius eligimus paradisum spiritaliter intelligere, q̃ vel putare non renouari hominẽ, cũ toties hoc scriptura cõmemoret, vel eum existimare recipere, ꝙ non ostenditur amisisse. Huc accedit ꝙ & ipsa mors hominis, quam eũ pctõ com

B meruisse, multa diuina testimonia colloquũtur, indicat eũ sine morte futurum fuisse, nisi peccasset. Qũo ergo sine morte mortalis, aut qũo non mortalis si corpus animale? Vnde quidam non eũ mortẽ corporis pctõ meruisse arbitrantur, sed mortẽ animæ quam fecit iniquitas. Non credunt eũ ꝑꝑ corpus animale exiturũ fuisse de hoc corpore, ad requiẽ, s. quã nunc habent sancti, qui iam dormierũt, & in fine seculi eadẽ membra immortaliter recepturi: * vt videlicet mors corporis non de pctõ accidisse videatur, sed naturaliter, vt animaliũ cęterorũ. Verũ his rursus Apostolus occurrit & dicit. Corpus quidẽ mortuũ est ꝑꝑ pctm̃, spiritus aũt vita * est ꝑꝑ iustitiã. Si aũt spiritus eius qui suscitauit Christum à mortuis habitat in vobis, qui suscitauit Christum à mortuis viuificabit & mortalia corpora vestra per inhabitantem spiritum eius in vobis. Ac per hoc mors ẽt corporis de peccato est. Si ergo nõ peccasset Adam, nec corpore moreretur: ideoq; immortale haberet & corpus. Qũo ergo immortale si animale?

Rom. 8.

al. l. viuit

C Sed rursus non vident qui eius corpus in paradiso mutatũ putant vt ex animali fieret spiritale, nihil impedire si nõ peccasset, vt post paradisi vitam si iuste obedienterq; vixisset, acciperet eandem corporis mutationem in vita æterna vbi iã cibis corporalib. non egeret. Quid ergo necesse est ꝑꝑ hoc iam cogi figurate non proprie paradisum intelligere, quia non posset mori corpus nisi pctõ? Verũ est quidem ꝙ non moreretur, ẽt corpore, nisi peccasset. Aperte quippe dicit Apostolus, corpus mortuum ꝑꝑ peccatum: animale tñ posset esse ante peccatũ, & post vitam iustitię cũ Deus vellet fieri spiritale. Qũo ergo, inquiunt, renouari dicimur, si non hoc recipimus ꝙ perdidit primus homo in quo omnes moriuntur? Hoc planè recipimus secundum quendam modũ. Non itaque immortalitatem spiritalis corporis recipimus quam nondũ habuit homo, sed recipimus iustitiã, ex qua per pctm̃ lapsus est homo. Renouabimur ergo a vetustate peccati, non in pristinũ corpus animale in quo fuit Adam: sed in melius, i. in corpus spiritale, cũ efficiemur æquales angelis Dei, apti cęlesti habitationi, vbi esca quæ corrumpitur non egebimus. Renouabimur ergo spiritu mentis nostræ secundum imaginem eius qui creauit nos, quam peccãdo Adam perdidit. Renouabimur autem etiã carne, cum hoc corruptibile induet incorruptionem: vt sit spiritale corpus, in quod nõdum mutatus sed mutandus erat Adam, nisi mortem etiam corporis animalis peccando meruisset. Deniq; non ait Apostolus, corpus quidem mortale ꝑꝑ pctm̃, sed corpus mortuum ꝑꝑ peccatum. Illud quippe ante peccatũ, & mortale secundum aliam, & immortale secũdũ aliã causam dici poterat, i. mortale, quia poterat mori, immortale quippe, q̃a

Figurate an proprie accipiẽdus est paradisus Cap. 23.

Corpus animale. Cap. 24. de pœni. di. 2. cap. qũo renouari.

Mat. 22.

Ephes. 2.

Colos. 3.

1. Co. 15

D

Rom. 8.

Corpus ilem mortale et immortale. cap. 25.

poterat non mori. Aliud est.n.non posse mori, sicut quasdam naturas immortales creauit Deus: aliud est aũt posse non mori, secundũ quẽ modũ primus creatus est homo immortalis: ꝙ ei præstabatur de ligno vitæ, non de constitutione naturæ: à quo ligno separatus est cũ peccasset, vt posset mori, q̃ nisi peccasset posset non mori. Mortalis ergo erat conditione corporis animalis, immortalis aũt beneficio conditoris. Si.n. corpus animale, vtique mortale: quia & mori poterat, quãuis & immortale ideo, quia & non mori poterat. Neq;.n. immortale ꝙ mori omnino nõ possit, erit nisi spiritale, ꝙ nobis futurũ in resurrectione promittitur: Ac per hoc illud aĩale & ob hoc mortale, ꝙ ꝑꝑ iustitiã spiritale fieret: & ob hoc mortale omnimodo factũ est ꝑꝑ pctũ, non mortale, ꝙ & antea erat, sed mortuũ, ꝙ posset non fieri si homo non peccasset. Qũo ergo corpus nostrum dicit Apostolus mortuũ cum adhuc de viuentib. loqueretur, nisi quia iam ipsa conditio moriẽdi ex pctõ parentum hæsit in prole? Animale est.n. & hoc corpus sicut & primi hominis fuit, sed hoc iã in ipso animalis genere multo est deterius, habet.n. necessitatẽ moriendi quod illud nõ habuit. Quamuis.n. restabat adhuc vt immutaretur & spiritale factũ plenam immortalitatẽ perciperet, vbi cibo corruptibili non egeret: tñ si iuste viueret hõ, & in spiritalẽ habitudinẽ corpus eius mutaretur, nõ iret in mortẽ. In nobis aũt ẽt iuste viuentib. corpus moriturũ est, ꝑꝑ quã necessitatem ex illius primi hominis peccato venientem, non mortale, sed mortuũ corpus nostrum dixit Apostolus, quia oẽs in Adam morimur. Itẽ dicit, Sicut est veritas in Iesu deponere nos secundũ priorẽ conuersationẽ hominẽ veterẽ eũ qui corrũpitur secundũ concupiscentias deceptionis, hoc est, factus Adam per pctũ. Vide ergo quid sequatur: Renouamini autẽ spiritu mentis vestræ, & induite nouũ hominẽ qui secundũ Deum creatus est, in iustitia & sanctitate veritatis: Ecce ꝙ perdidit Adam per pctũ. In hoc ergo renouamur secundũ id ꝙ amisit Adam, i. secundũ spiritum mentis nostræ. Secundum aũt corpus ꝙ seminatur animale, & resurgit spiritale, in melius renouabimur, ꝙ nondum fuit in Adam. Dicit item Apostolus, Expoliantes vos veterẽ hominem cũ actib. suis, induite nouũ qui renouatur in agnitionẽ Dei secũdũ imaginẽ eius qui creauit eũ. Hanc imaginem in spiritu mẽtis impressam perdidit Adam per pctũ, quã recipimus per gratiam iustitiæ, non spiritale atq; immortale corpus in quo ille nondum fuit, & in quo erunt oẽs sancti resurgentes à mortuis. Hoc.n. primũ est illius meriti quod amisit. Proinde illa stola prima, aut ipsa iustitia est, vnde lapsus est: aut si indumentũ corporalis immortalitatis significet, ẽt hanc ille sic amisit, cũ ꝑꝑ pctũ ad eã peruenire nõ potuit. Dr̃.n. & amisisse vxorem & amisisse honorẽ, qui speratum non acceperit illo à quo sperabat offenso. Secundũ hanc ergo sñiam corpus animale habuit Adam, non tñ ante paradisum, sed ẽt in paradiso cõstitutus: quãuis in interiore hoĩe fuerit spiritalis, secũdũ imaginẽ eius qui creauit eum: ꝙ amisit peccando, meruitq; ẽt corporis mortẽ, qui non peccando mereretur & in corpus spiritale cõmutationem. Nã si & interius animaliter vixit, non possumus * dici ad hoc * ipsius renouari. Quibus.n. dr̃, Renouamini spũ mentis vestræ: hoc eis dr̃ vt spiritales fiant. Quod si ille nec ipsa mente fuit, qũo nos renouamur ad id quod nunquam fuit? Apostoli aũt & omnes iusti animale vtique corpus habebant, sed tñ spiritaliter intus viuebant renouati, s. in agnitione Dei secũdũ imaginẽ eius qui creauit eos: non ideo tñ peccare non poterant si consentirent iniquitati. Nã & spiritales posse cadere in tentatione peccati, ostẽdit Apostolus vbi ait, Fratres, si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos q̃ spiritales estis, instruite hmõi in spũ lenitatis, intendens teipsum ne & tu tenteris. Hoc dixi ne cuiquã impossibile videatur ꝙ peccauit Adam, si spiritalis erat mente, quãuis animalis esset corpore. Quæ cum ita sint, nihil tñ adhuc præponere confirmamus, sed expectamus potius, vtrum ẽt cętera scriptura hunc intellectum non impediat. Sequitur.n. qõ de anima valde difficilis, in qua multi laborauerunt, nobisq; vbi laboremus reliquerunt. Siue.n. quia non omniũ omnia legere potui, q̃ de hac re secundũ scripturarũ nostrarũ veritatẽ ad aliquid liquidũ minimeq; dubiũ peruenire potuerunt: siue quia tanta quæstio est, vt ẽt qui eam veraciter soluunt, nõ facile intelligantur à talibus, qualis ipse sum: fateor neminem adhuc mihi persuasisse, ꝙ sic habeam

Margin notes, left column: *2. sen. di. 19. c. vnde.* — E — *Corpus Adæ, & nostrum diuersa. cap. 26. Rom. 8.* — *1. Co. 15. Ephes. 4.* — F — *Stola data Adæ. Cap. 27. De pæni. di. 2. cap. qũo renouari.*

Margin notes, right column: *2. retr. c. 24.* — G — *Cor... Add... male* — *2. retr. c. 24.* — *Al. l. re.* — *Al. l. sum.* — *Gal.* — *Ani... Cap.* — K — H

beam de anima, vt nihil amplius quærẽdum putem: Vtrum aũt nunc certum aliquid inuẽturus sim, & iam definiturus, ignoro. Quod aũt potuero, si conatum meum dñs adiuuerit, sequenti volumine explicare conabor.

I D. AVRELII AVGVSTINI de Genesi ad literam.

## LIBER SEPTIMVS.

ET finxit Deus hominem puluerem de terra, & flauit in faciẽ eius flatũ vitæ, & factus est homo in animã viuentẽ. Hęc verba scripturæ nobis & in principio superioris libri consideranda proposuimus, & de ipso homine facto, maximeq; de eius corpore quãtum satis duximus, ꝙ secũdum scripturas visum est disseruimus. Sed quia de anima humana nõ parua quæstio est, ad hunc eam librum differendã putauimus, nescientes quantũ nos dñs adiuturus esset, recte loqui cupidos, illud tñ scientes nisi quantum ipse adiuuaret, recte nõ esse locuturos. Recte est aũt veraciter atq; congruenter, nihil audaciter refellẽdo nihil temere affirmãdo, dum adhuc dubiũ est, verũ falsumve sit, siue fidei siue scientiæ Christianæ: ꝙ autẽ doceri potest, vel rerum ratione apertissima, vel scripturarum authoritate certissima, sine cunctatione asserendo. Ac primũ illud videamus ꝙ scriptum est, Flauit vel sufflauit in faciẽ eius flatum vitæ. Nonnulli.n. codices habent, spirauit vel inspirauit in faciẽ eius. Sed cum Grȩci habeant ἐνεφύσησεν non dubitatur flauit vel sufflauit esse dicendũ. Quȩrebamus aũt in superiori sermone de manibus Dei, cum homo de limo formatus cogitaretur. Quid ergo nunc dicendum est in eo ꝙ scri- K ptum est, sufflauit Deus, nisi quia sicut non manibus corporeis finxit, ita nec faucibus labijsq; sufflauit? Verumtñ hoc verbo scriptura in quæstione difficillima plurimum nos quantum opinor adiuuat. Nam cũ quidam ex hoc verbo crediderint aliquid esse animã de ipsa substantia Dei, i. eiusdẽ naturæ cuius ille est, hoc ideo putantes quia cũ homo sufflat, aliquid de seipso eijcit in flatu: hinc potius admonendi sumus hanc inimicam fidei catholicȩ reprobare sñiam. Nos.n. credimus Dei naturam atq; substantiam quæ in Trinitate creditur à multis, intelligitur à paucis, omnino esse incõmutabilem. Porro aũt animæ naturam vel in deterius vel in melius cõmutari posse quis ambigit? L Ac per hoc sacrilega opinio est, eã, & Deum credere vnius esse substantiæ. Quid.n. hoc modo aliud ꝗ̃ & ille cõmutabilis creditur? Credendum itaq; est & intelligendum, neq; vllo modo dubitandũ, ꝙ recta fides habet, animam sic esse à Deo tanquam rem quã fecerit, nõ tanquam de natura cuius est ipse, siue genuerit, siue quoquo modo protulerit. Et qũo inquiunt scriptum est, Sufflauit in faciẽ eius, & factus est homo in animã viuam, si non anima Dei pars est vel Dei omnino substantia? *Flatus in faciẽ. c. 3. Gen. 2.* Imo vero ex hoc verbo satis apparet ita non esse, cũ enim homo sufflat, anima vtiq; ipsa subiacẽtem sibi naturam corporis mouet, & de illa, non de seipsa flatum facit. Nisi isti forte tam tardi sunt, vt nesciant isto reciproco halitu quẽ de hoc aere circunfuso ducimus & reddimus, fieri ẽt flatũ cũ volũtate sufflamus. Quod si ẽt non ex hoc aere qui forinsecus adiacet accepto & reddito, sed ex ipsius nostri corporis natura qua constat, sufflãdo aliquid eijceremus, non est eadem natura corporis & animæ, ꝙ & ipsi vtiq; consentiunt. Quapropter ẽt sic aliud est animæ substantia quæ corpus regit & mouet, aliud flatus quẽ regendo vel mouendo facit de corpore sibi subdito, non de seipsa cui corpus est subditum. Cum itaq; longe quidem incõparabili modo, sed tñ anima regat subditũ corpus, & Deus subditã creaturam, cur non potius intelligat de subiecta sibi creatura fecisse Deus animã in eo ꝙ sufflasse dictus sit: qñquidem ipsa anima quãuis corpori suo non ita dñetur vt Deus vniuersitati quam condidit, tamẽ eius * motu non de sua substantia flatum facit? *Al. l. nutu.* Possemus quidem dicere nec ipsum Dei flatum esse animã hominis, sed Deum sufflãdo fecisse animam in homine. M Sed ne putentur meliora quæ fecit verbo, ꝗ̃ ꝙ fecit flatu, quia & in nobis melius est verbum, ꝗ̃ flatus: nihil est interim secundũ supradictam rationem, cur animã ipsam Dei flatũ dicere dubitemus, dũ intelligat non esse Dei natura atq; substantia, sed hoc ipsum esse sufflare ꝙ est flatum facere, hoc est animã facere. *2. sen. di. 17. c. 2.* Cui sñiæ congruit, ꝙ per Esaiam dicit Deus, Spiritus

enim

enim à me procedet, & flatum omnem ego feci. Nã non quemlibet flatũ corporeum dicere, sequentia docent. Cum.n.dixisset, omnem flatum ego feci: & propter pctm̃, inquit pusillum quid contristaui eũ & percusi eũ. Quid ergo dicit flatum nisi animã, quæ propter pctm̃ percussa & contristata est? Quid igitur est, omnem flatũ ego feci: nisi omnem animam ego feci? Si ergo Deum diceremus tanquã corporei mundi huius animam, cui mundus ipse esset tanquã corpus ipsius animantis, recte non eũ diceremus sufflando fecisse animã hominis, nisi corporeã de isto aere subiacente sibi ex corpore suo: non tñ ꝙ fecisset dedissetq; sufflando, de seipso dedisse putare deberemus, sed ita de sibi subiecto aere corporis sui, sicut anima de hmõi re similiter adiacẽte sibi, hoc est de corpore, nõ de seipsa flatum facit. Nunc vero quia non tantũmodo mundi corpus Deo esse subditũ dicimus, sed illũ esse supra omnẽ creaturam siue corporalem siue spiritalem, nec de seipso nec de corporeis elementis credendus est animã fecisse sufflando. Vtrũ autem ex eo ꝙ omnino non erat, i.ex nihilo: an ex aliqua re quæ iam ab illo facta spiritaliter erat, sed aïa nondum erat, merito quæri potest. Si.n.Deũ adhuc aliquid ex nihilo creare nõ credimus, posteaquam creauit omnia simul, & ob hoc consummatis omnibus operibus requieuisse credimus, quæ inchoauit facere, vt quicquid deinde faceret, ex his faceret, nõ video quẽadmodum intelligamus adhuc eum ex nihilo animas facere. An dicendum est eũ in illis quidem operib. primorum sex dierum fecisse illum diem occultum, ac si hoc potius credi oportet spiritalem atq; intellectualem naturam, s.vnitatis angelicæ, & mundi, i. cœlum & terrã: atque in illis iã extantibus naturis rationes creasse futurarum aliarum naturarum, non ipsas naturas: alioquin si iam ibi creatæ essent sicut erant futuræ, non adhuc essent futuræ? Quod si ita est, nondum erat in conditis rebus animæ humanę vlla natura, & tunc esse cępit cũ eam Deus sufflando fecit atque indidit homini. Sed non ideo quæstio sublata est, quã quæritur adhuc, vtrum eam naturã quę anima dr̃ & antea non erat, ex nihilo creauerit tanquã ipse flatus eius non ex aliqua substantia subiacẽte factus sit, sicut de flatu dicebamus quem facit anima de corpore suo, sed omnino ex nihilo tunc factus sit flatus cũ Deus flare voluit, idemq; flatus hominis anima factus sit. An vero iam erat aliquid spiritale, quãuis hoc quicquid erat, nõdum animæ natura erat, atque ex hoc factus sit flatus Dei * quæ natura esset animæ, sicut nec corporis humani natura iam erat, antequã Deus eam de limo terræ vel puluere formasset? Non.n.caro humana erat puluis aut limus, sed tñ aliquid erat vnde illa fieret quæ nõdũ erat. Num ergo credibile est in primis illis sex dierũ operib. Deum condidisse, non solum futuri corporis humani causalem rationẽ, verũ mẽt materiem de qua fieret, i.terram de cuius limo vel puluere fingeretur: animæ aũt solam ibi condidisse rationem secundum quam fieret, non etiam quandã pro suo genere materiam de qua fieret? Si enim quiddam incommutabile esset anima, nullo modo eius quasi materiem quærere deberemus. Nunc autem mutabilitas eius satis indicat eam interim vitijs atque fallacijs deformem reddi, formari autem virtutibus veritatisq; doctrina: sed in sua iam natura qua est anima, sicut etiam caro in sua natura qua iã caro est, & salute decoratur, & morbis vulneribusq; fœdatur. Sed sicut hæc excepto ꝙ iam caro est, in qua natura vel proficit vt pulchra, vel deficit vt deformis sit, habuit ẽt materiem, i.terram, de qua fieret, vt omnino caro esset: sic fortasse potuit & anima antequã eaipsa natura fieret quæ anima dicitur, cuius vel pulchritudo virtus, vel deformitas vitiũ est, habere aliquam materiam pro suo genere spiritalem, quæ nondum esset anima sicut terra de qua caro facta est, iam erat aliquid, quamuis non erat caro. Sed enim iam terra implebat mũdi infimã partem, antequam de illa corpus hominis fieret, conferens vniuerso totum suum: vt ẽt si nulla ex ea caro fieret animantis cuiusquam, specie tñ sua mũdi fabricam molemq; cõpleret, secundum quam dr̃ mundus cœlum & terra. At vero illa spiritalis materies si fuit vlla vnde anima fieret, vel si est vlla vnde animæ fiunt, quid ipsa est, quod nomen, quam speciem, quem vsum in in rebus conditis tenet? Viuit an non? Si viuit, quid agit? quid confert vniuersitatis effectib. Beatamne vitam gerit, an miseram, an neutram? Viuificat aliquid, an ab hoc etiã onere vacat, & in quodã secreto vniuersitatis otiosa

Marginalia: Esa. 57. — Vnde flatus in faciẽ. c.4. — B — An anima ex nihilo. c.5. — C — D — E — F

sa requiescit, sine vigili sensu motuq; vitali? Si.n.nulla prorsus adhuc vita erat, quo esset vitæ futuræ quędā incorporea nec viua materies? Aut falsum est, aut nimis latet. Si aūt iā viuebat nec beate, nec misere: quo rōnalis erat? Quod si tunc rōnalis facta est, cum ex illa materie* natura humanæ* animę facta est, irrationalis ergo vita materies erat animæ rationalis, i. humanæ? Quid ergo inter illam pecorisq; distabat? An rationalis erat iā possibilitate, nondū facultate? Si enim videmus

F mus infantilē animā, iam vtiq; hominis animā, nōdū cępisse vti ratione, & tamen eā rationalē iam dicimus, cur nō credatur sic in illa materie de qua facta est anima, quietum fuisse motū etiā sentiendi, sicut in ista infantilli quæ certe anima est hominis quietus est adhuc motus ratiocinandi. Nā si iam beata erat vita de qua facta est hoīs anima, deterius ergo facta est: & ideo non iam illa materies huius, sed illius ista defluxio est. Nā materies aliqua cū formatur ꝓsertim à Deo, in melius sine dubitatione formatur. Sed etiā si cuiusquā in aliqua beatitudine facta à Deo vitæ defluxio anima humana posset intelligi, nec sic credenda erat esse cępisse in aliquo actu meritorū suorum, nisi ex quo propriā cępit agere vitā, dū anima facta est animans carnē & eius sensibus velut nuncijs vtens atque in seipsa se viuere sentiens sua voluntate intellectu, memoria. Si.n.est aliquid vnde istā defluxionē formatæ carni Deus inspiraret tāquā sufflando animā faciens, idemq; beatū est, nullo modo mouetur, aut mutat, aut amittit aliquid cū hoc ab eo defluit vnde anima fit. Nō est enim corpus vt tanquā exhalando minuatur. Si aūt anima irrationalis, materies est quodāmodo de qua fit anima rationalis, idest humana, rursus quærit ét ipsa irrationalis vnde fiat, quia & ipsam non facit nisi creator omniū naturarū. An illa de materie corporali? Cur nō ergo & ista? Nisi forte quod velut gradatim fieri conce-

G ditur, compendio posse Deū facere quisq̃ negabit. Proinde quęlibet adhibeatur interpositio, si corpus est materies animæ irrationalis, & anima irrationalis est materies animæ rationalis, proculdubio corpus est materies animæ rōnalis. Quod neminē vnquā scio ausum esse sentire, nisi qui & ipsam animā non nisi in gn̄e alicuius corporis ponit.

Deinde cauedū est, ne quædā translatio aīę fieri a pecore in hominē posse credat, q veritati fidei catholicæ omnino contrariū est, si concesserimus irrationalē animam velut materiā subiacere, vnde rationalis aīa fiat. Sic.n.fiet, vt si hæc ī melius cōmutata fuerit hominis, illa quoq; in deterius cōmutata sit pecoris. H De quo ludibrio quorundā Philosophorū etiā eorū posteri erubuerunt, nec eos hoc sensisse, sed nō recte intellectos esse dixerunt. Et credo ita esse, velut, si quisquā ét de scripturis nostris hoc sentiat vbi dictū est, Homo in honore positus nō intellexit, cōparatus est pecoribus insensatis, & similis factus est eis. *Psal. 48.* Aut vbi itē legitur, Ne tradideris dn̄e bestijs animā confitentē tibi. *Psal. 7.* *Al. l. &.* Neq;.n. omnes hęretici scripturas catholicas legunt nec ob aliud sunt hęretici, nisi q eas nō recte intelligētes, suas opiniones cōtra earū veritatē peruicaciter asserunt. *Ignorantia ac pertinacia hereticum faciunt.* Sed quoquo modo se habebat vel non habeat opinio Philosophorū de reuelationibus animarū, catholicę tn̄ fidei non cōuenit credere animas pecorū in homines, aut hominū in pecora trāsmigrare. Fieri sanè homines vitę genere pecoribus similes, & ipse res humanæ clamāt, & scripturæ testant. *Quo homines similes fiāt pecudib. Cap. 10.* Vnde est illud q cōmemoraui. Homo in honore positus nō intellexit, cōparatus est iumētis insensatis, & similis fact⁹ est eis. *Psal. 48.* Sed ī hac vita vtiq; nō post mortem. Proinde vel talibus bestijs nolebat in potestatē dari animā suā qui dicebat, Ne tradideris bestijs animā confitentē tibi. *Psal. 73.* Quales cauendo dn̄s significat, vbi dicit eos indutos vestitu ouiū, intus aūt esse lupos rapaces: *Matt. 7. & 25* vel ipsi diabolo & angelis eius: nam & ille dictus est & leo & draco. *Psal. 9.* Quid.n. afferunt argumenti Philosophi qui putāt animas hominū in pecora, vel pecorum in homines post mortē posse trāsferri? Hoc certe q morū similitudo ad id trahat, velut auaros in formicas, rapaces in miluos, sęuos ac superbos in leones, sectatores immūdę uoluptatis ī sues & si qua similia. Hęc q̄ppe asserūt, nec attendunt per hanc rōnē nullo mō fieri posse, vt I pecoris aīa post mortē in hominē trāsferat. Nullo mō enim pecus similior erit hoī quā porco, & cū māsuescūt leones, canibus vel ét ouibus fiunt similiores quam hominibus. Cum igitur à pecorū moribus pecora non recedunt, & quę aliquātulum cęteris dissimilia

milia fiunt, similiora sunt tñ suo generi quã humano longeq; plus ab hominibus q̃ à pecoribus differunt, nunquã erũt hominũ aiæ istę si ea quę similiora sunt trahunt. Si autem hoc argumentũ falsum est, q̃uo erit illa vera opinio, quandoquidẽ nihil aliud afferunt, quo etiã si non vera, saltẽ verisimilis habeatur. Vnde procliuius & ipse crediderim, qđ etiam eorũ posteri sectatores, illos homines qui hoc primitus in suis libris posuerũt, in vita potius intelligi voluisse, quadã peruersi-

K tate morũ ac turpitudine homines pecorum fieri similes, ac sic quodammodo in pecora cõmutari, vt hoc dedecore obiecto, eos à cupiditatũ prauitate reuocarent. Nã illa quę

*Transformationes corporũ. Cap. 11.*

feruntur accidisse, vt quidẽ quasi recordarẽtur, quod in quorundã animaliũ corporibus fuerint, aut falsa narrantur, aut ludificationibus dęmonũ hoc in eorũ animis factũ est. Si.n. contingit in somnijs vt fallaci memoria quasi recordetur se homo fuisse quod non fuit, aut egisse quod nõ egit; quid mirũ si quodã Dei iusto occultoq; iudicio, sinuntur dęmones in cordibus ẽt vigilantium tale aliquid

*Al. lect. Quid de anima sentiat Macheus.*

posse? Manichæi autẽ qui se Christianos, vel putant, vel putari volunt, in hac opinione translationis vel reuolutionis animarnm eo sunt illis gẽtiũ Philosophis, vel si qui alij vani homines hoc putant, deteriores & detestabiliores, ꝙ illi animæ naturam à Dei natura discernũt: isti autẽ cum aliud nihil dicant esse animam q̃ ipsam Dei substantiã, atq; id oĩno quod Deus est, non tredipant eã tam turpiter cõmutabilem dicere, vt nullũ sit herbæ seu vermiculi genus, vbi eã non esse permixtã, vel quo reuolui nõ posse, mirabili opinẽtur insania. Qui tñ si remotis ab animo suo rerũ obscurissimarũ quęstionibus, quas carnali corde versantes, necesse est vt in opiniones falsas, noxias, monstrosasq; labant & ꝓuoluantur, vnũ illud firmissime teneant, qđ omni animæ rationali sine vllius disputationis ambigibus naturaliter & veraciter insitũ est, esse omnino incõmutabilẽ & incorruptibilẽ Deum, tota eorũ milleformis fabula re-

L pẽte dilabitur: quã in suis vanis ac sacrilegis mentibus, non nisi de Dei turpissima mutabilitate finxerunt. Non est igitur materies animę humanę, nec anima irrationalis Quid est

*Non est ex corpo-*

ergo vnde anima flatu Dei facta est? An corpus aliquod erat terrenum quidem & humidum? Nullo modo. hinc enim potius caro facta est. Nunquid alius est limus q̃ terra humida? Nec humore * sola anima facta credẽda est, quasi caro de terra, & anima de aqua. Nimis enim absurdũ est, inde factam putare animã hominis, vnde facta est caro piscis & volucris. Ergo fortassis ex aere. Huic enim elemento etiã flatus cõpetit, sed noster, non Dei. Vnde supra diximus, hoc potuisse congruenter putari, si animã mundi tanquã vni⁹ maximi animãtis Deũ crederemus, vti eam flauerit de aere corporis sui, sicut flat nostra de sui. Cũ vero Deũ esse constet supra omne mundi corpus & supra omnẽ spm̃ quẽ creauit incomparabili oĩno distantia, q̃uo id re-

M cte dici potest? An forte quanto magis Deus vniuersę suæ creaturæ prę̨sens est omnipotentia singulari, tanto magis potuit ex aere flatũ facere, quę anima hominis esset? Sed cũ anima non sit corporea, quicquid autem ex mundi corporeis elemẽtis fit, corporeũ esse necesse est, in quibus mundi elementis etiã aer iste cõnumeratur, nec si de puri illius cęlestisq; ignis elemento facta anima diceret, credi oporteret. Oẽ quippe corpus in omne corpus posse mutari, non defuerunt qui assererent. Corpus autẽ aliquod siue terrenũ siue cęleste, cõuerti in animã, fieriq; naturã incorpoream, nec quenquam sensisse scio, nec fides hoc habet. Deinde si non est contẽnendũ quod medici, non tantum dicunt verumetiã probare se affirmãt quanuis omnis caro terrenã soliditatẽ in promptu gerat, habet tamen in se & aeris aliquid ꝙ in pulmonib. continet, & à corde per venas quas arterias vocãt diffunditur: & ignis non solũ feruidam qualitatẽ, cuius sedes in iecore & in cerebro est, verumetiam luculentã quã velut eliquari ac subuolare ostẽdunt in excelsum celebri locũ tãquã in cęlũ corporis nostri: vnde & radij emicant oculorũ, & de cuius medio velut centro quodã, non solũ ad oculos, sed etiã ad sensus cęteros tenues fistulæ deducuntur, ad aures .s. ad nares, ad palatũ, propter audiendum, olfaciendũ, atque gustãdum: ipsumq; tangendi sensum qui per totum corpus est, ab eodẽ cerebro dirigi dicũt per medullam ceruicis, & eam quę continetur ossibus, quibus dorsi spina conseritur, vt inde se tenuissimi quidam riuuli, qui tangendi sensum faciunt, per cuncta mẽbra diffun-

diffundant. Cũ igitur his quasi nuncijs accipiat anima quicquid eã corporalium nõ latet: ipsa vero vsqueadeo aliud quiddam sit, vt cũ vult intelligere, vel diuina vel Deum, vel omnino ẽt seipsam suasq; cõsiderare virtutes, vt aliquid veri certiq; cõprehendat, ab hac ipsorũ quoq; oculorum luce se auertat: eamq; ad hoc negociũ, non tñ nullo adiumento, uerumẽt nonnullo impedimẽto esse sentiens, se in obtutũ mentis attollat: quõ ex *…nimam …sse ex …tis. … 14.*

B eo genere aliquid est, cũ eiusdẽ generis summum non sit, nisi lumen ꝙ ex oculis emicat: quo illa non adiuuatur nisi ad corporeas formas coloresq; sentiendos: habetq; ipsa innumerabilia lõge dissimilia cuncto generi corporũ, quæ non nisi intellectu atq; ratione cõspiciat, quo nullius carnis sensus aspirat. Quapp nõ est quidẽ humanæ animæ natura, nec de terra, nec de aqua, nec de aere, nec đ igne quolibet, sed tñ crassioris corporis sui materiam, hoc est humidã quandam terram, quæ in carnis uersa est qualitatem, per subtiliorẽ naturã corporis administrat, i. per lucem & aerẽ. Nullus.n. sine his duobus uel sensus in corpore est, uel ab anima spontaneus corporis motus. Sicut aũt prius esse debet nosse q̃ facere, ita prius est sentire q̃ mouere. Anima ergo qm̃ res est incorporea, corpus ꝙ incorporeo vicinum est, sicuti est ignis, vel potius lux & aer, primitus agit: & per hæc cętera q̃ crassiora sunt corporis, sicut humor & terra, unde carnis corpulentia solidatur, q̃ magis sunt ad patiendũ subdita, q̃ prædita ad faciendum. Non mihi ergo vr̃ dictum, factus est homo in animam uiuam, nisi quia sentire cępit in corpore, ꝙ est animatæ uiuentisque carnis certissimũ inditium. Nam mouentur & arbusta, non tñ ui extrinsecus impellente, ueluti cũ uentis agitantur, sed illo motu quo extrinsecus agitur, quicquid ad incrementũ speciemq; arboris pertinet, quo ducitur succus in radicem, uertiturq; in ea quib. constat herbæ natura uel ligni: nihil.n. horũ sine interno motu. Sed iste motus non est spontaneus qualis ille qui sensui copulatur ad corporis administrationẽ, sicut in omniũ anima

C liũ genere quã uocat scriptura animã uiuã. Nam & nobis nisi inesset ẽt ille motus, nec crescerent nostra corpora, nec ungues capillosq; producerent. Sed si hoc solum esset in nobis sine sensu motuq; illo spontaneo, nõ diceretur homo factus in animam uiuã. Proinde qm̃ pars cerebri anterior unde sensus omnes distribuuntur, ad frontẽ collocata est atq; in facie sunt ipsa uelut organa sentiendi, excepto tangendi sensu qui per totũ corpus diffunditur: qui tñ ẽt ipse ab eadem anteriori parte cerebri ostenditur habere uiã suam, q̃ retrorsus per uerticẽ atq; ceruicẽ ad medullã spinæ de qua loquebamur paulo ante, deducitur: unde habet utiq; sensum in tangẽdo & facies sicut totũ corpus, exceptis sensibus uidendi, audiendi, olfaciendi, gustandi, qui in sola facie prælocati sunt: ideo scriptum arbitror, ꝙ in faciẽ Deus sufflauerit homini flatum uitæ, cũ factus est in animã uiuam. Anterior quippe pars posteriori merito præponitur, quia & ista ducit, illa sequit̃, & ab ista sensus, ab illa motus est, sicut consilium pręcedit actionẽ. Et qm̃ corporis motus qui sensum sequitur sine interuallis tẽporũ nullus est, agere aũt interualla tẽporum spontaneo motu nisi per adiutoriũ memoriæ non ualemus, ideo tres tanquã uentriculi cerebri demonstrantur. Vnus anterior ad faciem, à quo sensus omnis: alter posterior ad ceruicem, à quo motus omnis: tertius inter utrunque, in quo memoriã uigere demonstrant: ne cum sensum motus sequitur, non cõnectat homo ꝙ faciendũ est, si fuerit ꝙ facit oblitus. Hæc illi certis indicijs probata esse dicunt: qñ & ipsæ partes aliquo affectæ morbo uel uitio, cũ defecissent officia uel sentiendi uel mouẽdi membra, uel motus corporis reminiscendi, satis quid ualerent singulæ declararunt, eisq; adhibita curatio cui rei reparandę profecerit exploratum est. Sed anima in istis tanquam in organis agit nihil horum est ipsa, sed uiuificat & regit omnia, & per hæc corpori consulit & huic uitæ, in qua factus est homo in animã uiuam. Vnde ergo fit ipsa, i. de qua uelut materie Deus hunc flatum fecerit quæ anima dr̃, dum quæritur, nihil corporeum debet occurrere. Sicut.n. Deus omnem creaturã, sic anima omnem creaturã naturæ dignitate præcellit. Per lucẽ tñ & aerem quæ in ipso quoq; mundo præcellentia sunt corpora, magisq; habent faciendi præstantiam q̃ patiendi corpulentiã, sicut humor & terra, tanquam per ea quæ spiritui similiora sũt corpus administrat. Nunciat.n. aliquid lux corporea. Cui aũt nunciat non hoc est quod illa:

*Pars cerebri anterior origo sensuũ Cap. 17.*

D

*Supra cap. 13.*

*Supra cap. 15.*

*Gen. 2.*

*In hoc c.*

*Tres ventriculi cerebri.*

*Cap. 18.*

*Animæ præstantia. c. 19.*

E

illa: & hæc est anima cui nunciat non illa q̃ nunciat. Et cũ afflictiones corporis moleste sentit, actionẽ suam qua illi regendo adest, turbato eius tẽperamẽto impediri ostendit: & hæc offensio dolor vocatur: & aer qui neruis infusus est, paret voluntati vt mẽbra moueat, non aũt ipse voluntas est. Et illa pars media motũ membrorũ nunciat, vt memorata teneantur, non ipsa memoria est. Deniq; dũ hæc eius tãquã ministerio vitio quolibet seu perturbatione omni modo deficiunt, desistẽtib. nuncijs sentiendi & ministris mouendi tãquã non habens cur adsit, abscedit. Si aũt nõ

F ita deficiunt vt in morte assolet, turbatur eius intentio tanquã conantis redintegrare labentia nec valentis. Et in quib. rebus turbat̃, inde cognoscitur, q̃ pars ministeriorũ in causa sit, vt si potuerit, medicina succurrat. Nanq; aliud esse ipsam, aliud hæc eius corporalia ministeria, vel vasa, vel organa, vel si q̃d aptius dici possunt, hinc euidenter elucet, ꝙ plerũque se vehementi cogitationis intentione auertit ab omnib. vt præ oculis patentib. recteque valentib. multa posita nesciat, & si maior intentio est, dũ ambulabat repente subsistat, auertens vtiq; imperandi nutũ à ministerio motionis qua pedes agebantur. si aũt nõ tãta est cogitationis intentio vt figat ambulantem loco, sed tñ tanta est vt partẽ illã cerebri mediã nunciantẽ corporis motus non vacet aduertere, obliuiscitur aliqñ & vnde veniat, & quo eat, & transit imprudens villã quo tẽdebat, natura sui corporis sana, sed sua vi in aliud auocata. Quapp istas corporei cęli corporeas quasdã particulas, i. lucis & aeris, quę primæ excipiunt nutus animę viuificantis, eo ꝙ incorporeæ naturæ propinquiores sunt q̃ humor & terra, vt ad earum proximum ministeriũ tota moles administretur, vtrũ Deus de hoc circunfuso & superfuso cœlo corpori viuenti miscuerit aut adiunxerit, an & ipsas de limo sicut carnẽ fecerit, non est ad rẽ

*Aliud aĩa, aliud organa corporis. Cap. 20.*

G pertinens qõ. Omne quippe corpus in omne corpus mutari posse credibile est, quodlibet aũt corpus mutari posse in animam, credere absurdum est. Quamobrẽ nec illud audiẽdũ est ꝙ quidam putauerunt quintũ quoddam esse corpus vnde sit anima, ꝙ nec terra, nec aqua sit, nec aer, nec ignis, siue iste turbulentior atq; terrenus, siue ille cęlestis, purus & lucidus, sed nescio quid aliud ꝙ careat vsitato nomine, sed tñ corpus sit. Si.n. qui hoc sẽtiunt hoc dicunt corpus ꝙ & nos, i. naturam quãlibet, longitudine, latitudine, altitudine, spatiũ loci occupantem, neq; hoc est anima, neq; facta inde credenda est. Quicquid.n. tale est vt multa non dicã, in quacunq; sui parte lineis diuidi vel circunscribi põt. Quod anima si pateretur, nullo modo nosse posset tales lineas, quæ per longũ secari nõ queunt, quales in corpore non posse inueniri nihilo minus nouit. Nec ipsa sibi tale aliquid occurrit, cũ se nescire non possit, ẽt qñ se vt cognoscat inquirit. Cum.n. se quærit, nouit ꝙ se q̃rat, ꝙ nosse non posset, si se non nosset. Ne- H

que.n. aliunde se quærit q̃ à seipsa. Cum ergo quærentẽ se nouit, se vtiq; nouit, & omne ꝙ nouit tota nouit: eum itaq; se quærentem nouit, tota se nouit, ergo & totam nouit: neque.n. aliquid aliud, sed seipsam tota nouit. Quid ergo adhuc se quærit, si quærentem se nouit? Neq;.n. si nesciret se posset scire se, sed hoc in præsenti. Quod aũt de se quærit, quid antea fuerit, vel quid futura sit quærit. Desinat ergo nunc interim suspicari se esse corpus, quia si aliquid tale esset, talẽ se nosset, q̃ magis se nouit q̃ cęlum & terrã, quæ per sui corporis oculos nouit. Omitto dicere, quia illud eius ꝙ ẽt pecora habere intelliguntur, vel cęli volatilia, cũ habitacula sua seu nidos repetunt, quo capiuntur imagines omnium rerũ corporaliũ, nullo modo cuiquã corpori simile est: & vtiq; hoc potius corpori simile esse deberet, vbi corporearũ rerum similitudines continentur. At si hoc corpus nõ est, q̃a certũ ẽ eas similitudines corporũ illic nõ solũ memoriter detineri, verumẽt innumerabiles pro arbitrio figurari, quãto minus alia qualibet vi sua corpori esse anima similis potest? Si aũt corpus esse dicũt alia qualibet notione, omne ꝙ est, i. omnẽ naturã atque substantiã, non quidẽ admittẽda est ista locutio, ne non inueniamus qũo loquentes ea q̃ corpora non sunt à corporibus distinguamus.

Non tñ nimis est de nomine laborandũ. Nã I

& nos dicimus, quicquid anima est, non esse horum quatuor notissimorum elementorũ quæ manifesta sunt corpora, sed neque hoc esse quod Deus est. Quid sit autem, non dicitur melius quã anima vel spiritus vitæ. Ideo enim additur, vitæ, quia & iste aer plerunque dr̃ spiritus. Quanquam & animam eundem

*Aĩa vnde sit facta, & quid sit. cap. 21.*

*Cic. li. 1. Tusc.*

aerem

aerem appellauerunt: vt iā non poſsit inue-
niri nomē quo proprie diſtinguatur iſta na-
tura quæ nec corpus nec Deus eſt, nec vita
ſine ſenſu, qualis poteſt credi in arboribus,
nec vita ſiue rationali mente qualis eſt in pe
coribus, ſed vita nunc minor q̃ angelorū, &
futura qđ angelorū, ſi ex præcepto ſui crea-
toris hic vixerit. Vnde ſit aūt, ideſt de qua ve
lut materia facta ſit, vel de qua velut perfe-
cta beataq; natura defluxerit, vel vtrū omni
K no ex nihilo facta ſit, ēt dubitatur & quærit:
illud tñ minime dubitādū eſt, & ſi aliquid an
tea fuit à Deo factū eſſe quod fuit, & eā nūc
à Deo factā, vt anima viua ſit: aut.n. nihil fuit
aut hoc quod eſt non fuit. Sed illā partē qua
quęrebamus quaſi eius materiem, vnde fa-
cta ſit, iam ſatis tractauimus. Nunc ſi omni-
no non fuit, quęrendū eſt qūo poſsit intelli-
gi ꝙ cauſalis eius ratio fuiſſe dicebatur in pri
mis ſex dierū operibus Dei qñ fecit Deus ho
minē ad imaginem ſuam, quod niſi ſecundū
animam non recte intelligitur. Verendū eſt
aūt ne cū dicimus non ipſas tunc naturas at
que ſubſtātias quæ futuræ fuerant Deū creaſ
ſe, dum crearet omnia ſimul, ſed earum futu
rarum cauſales quaſdam rationes, putemur
inania quædam dicere. Quæ ſunt autem iſtæ
cauſales rationes ſecundum quas poſſe iam
dicit Deus feciſſe hominem ad imaginē ſuā,
cuius corpus nondū de limo finxerat, cui nō
dum animam afflando fecerat? Et corporis
quidē humani etiam ſi fuerit aliqua occulta
ratio qua futurū erat vt formaretur, erat &
materies de qua formaretur.i.terra, in qua vi
deri poteſt illa ratio velut in ſemine latuiſſe:
animę aūt faciendæ.i.flatus faciendi, qui eſ-
ſet anima hominis, quæ ibi ratio cauſalis pri
mitus condita eſt, cū diceret Deus: Faciam*
hominem ad imaginem & ſimilitudinem no
ſtram: quod niſi ſecundū animam recte intel
ligi non poteſt, ſi nulla erat natura vnde con
L deretur? Si enim hęc ratio in Deo erat, non
in creatura nondū ergo erat condita: quo-
modo ergo dictū eſt, fecit Deus hominē ad
imaginē Dei? Si autē iā in creatura erat, hoc
eſt, in ijs quæ ſimul omnia creauerat Deus,
in qua creatura erat? Vtrū ſpiritali, an corpo
rali? Si ſpiritali, agebat ne aliquid in corpo-
ribus mundi ſeu cęleſtibus ſeu terreſtrib. an
in ea erat hæc vacans antequā hō in ſua natu
ra propria cōderetur: ſicut in ipſo homine
iam propriā ducentē vitam latenter ocioſe-
que ineſt ratio generandi, quę non operatur
niſi per concubitū atq; cōceptū? An illa crea
tura ſpiritalis in qua latenter erat hæc rō, ni-
hil agebat ſui operis? Et ad quid creata erat?
An vt contineret rationem futuræ animæ
humanæ, vel fututarum animarum tanquam
in ſeipſis eſſet non poſſent, ſed in aliqua crea
tura propria vita iā viuente: ſicut generandi
ratio non poteſt eſſe niſi in aliquibus iā exi-
ſtētibus perfectisq; naturis? Parens ergo ani- M
mæ inſtituta eſt aliqua creatura ſpiritalis, in
qua ſit ratio futuræ animę, q̃ nō inde exiſtat
niſi cū eā Deus homini inſpirandā facit. Ne-
que.n.& ex hoīe fętum vel ſeminis vel ipſius
iā prolis creat & format niſi Deus, per ſapiē
tiam attingentem vbiq; propter ſuam mun
ditiā, ita vt nihil inquinatū in eam incurrat,
dum pertendit à fine vſq; ad finē fortiter, &
diſponit omnia ſuauiter. Sed neſcio queād- *Sapiē. 7.*
modū poſsit intelligi, ad hoc tātū creatā ne
ſcio quā creaturā ſpiritalē q̃ in Dei condi-
tionibus per illos ſex dies factis non cōme-
moretur, cū Deus hominē ſexto die feciſſe
dictus eſt, quē nondū in propria natura fe-
cerat, ſed adhuc ratione cauſali in illa crea-
tura quę cōmemorata non eſt. Magis.n.de-
buit ipſa cōmemorari, quę ſic conſummata
erat, vt nō adhuc eſſet ſcđm ſuę cauſę prę-
cedentē rationē facienda. An forte in illius
diei natura quē primitus cōdidit, ſi ſpiritus *Animæ origo q̄ritur.c.23.*
intellectualis dies ille recte accipitur, hāc fa
ciendę animę cauſalē rationē Deus inſeruit,
cum ſexto die fecit hominē ad imaginē ſuā:
cauſam.ſ. rationēq; præfigens, ſecundū quā
eum poſt illos ſeptē dies faceret, vt videlicet
corporis eius cauſalē rationem in natura ter
ræ, animæ autem in natura illius diei creaſ-
ſe credat? Sed quid aliud dicitur, cū hoc dr̄,
niſi angelicum ſpiritum quaſi parētem eſſe
aīç humanæ, ſi ſic in illo eſt animæ humanæ A
creandæ pręcondita ratio, ſicut in homine
futurę prolis ſuę vt corporum quidem hu-
manorum parentes homines, animarum au-
tē angeli, creator vero & animarū & corpo
rum Deus ſed corporū ex hominibus, ani-
marū ex angelis: aut prioris corporis ex ter-
ra, & prioris animę ex angelica natura, ubi
rationes eorū cauſales, pręfixerat, qñ primi-
tus fecit hoīem in ijs q̃ ſimul omnia creauit:
deinceps uero iā hoīes ex hominibus, cor-
pus

pus ex corpore, animã ex animã? Durum est hoc, angeli aut angelorũ filiã dicere esse animã, sed multo durius cęli corporei, quãto magis ergo maris & terræ? Multo minus igitur in aliqua corporali creatura, causalis animæ rõ præcondita est, cũ faceret Deus hominẽ ad imaginẽ suam antequã eũ suo tẽpore de limo formatum flatu animaret, si absurde creditur animã causaliter in natura angelicã cõdidisse. Illud ergo videamus, vtrum forsitan verũ esse possit, ꝙ certe humanæ opinioni tolerabilius mihi vr̃, Deũ ĩ illis primis operibus q̃ simul oĩa creauit, animã ẽt humanã creasse, quã suo tp̃e mẽbris ex limo formati corporis inspiraret, cuius corporis in illis simul cõditis rebus, rationẽ creasset causaliter secundũ quã fieret cũ faciendum esset corpus humanũ. Nã neq; illud qđ dictũ est, ad imaginẽ suã, nisi in anima: neq; illud qđ dictũ est, masculũ & fęminã, nisi in corpore recte intelligimus. Credat̃ ergo si nulla scripturarũ authoritas seu veritatis rõ contradicit, hominẽ ita factũ sexto die, vt corporis q̃dẽ humani rõ causalis in elementis mundi, anima vero iã ipsa crearetur, sicut primitus conditus est dies, & creata lateret in operib. Dei, donec eã suo tp̃e sufflando, hoc est inspirando formato ex limo corporis insereret, Sed hic rursus non spernenda oritur q̃stio. Si.n. iam facta erat anima & latebat, vbi ei posset eẽ melius q̃ ibi? Quid ergo fuit causæ vt anima innocenter viuens insereretur vitę huius carni, in qua peccando ipsum q̇ eã creauit offenderet, vnde eã merito sequeret̃ laboris erumna, dãnationisq; cruciatus? An illud dicendũ est, ꝙ ad corpus administrandũ volũtate propria fuerit inclinata, in qua vita corporis qm̃ & iuste & inique viui p̃t, ꝙ elegerit hoc haberet, vel præmium de iustitia, vel de iniquitate suppliciũ, vt nec illi Apostolicę sententiæ sit cõtrariũ, quæ dicit nõdũ natos nihil egisse boni seu mali? Illa q̇ppe inclinatio voluntatis ad corpus, nondum est actio vel iustitiæ vel iniquitatis, de qua rõ reddẽda est in iudicio Dei, recepturo vnicuiq; scđm ea q̃ per corpus gessit siue bonũ siue malũ. Cur ergo non iã & illud credatur quod Dei nutu ad corpus venerit: vbi si vellet secundum pręceptũ eius agere, mercedẽ acciderent vitæ æternæ, atq; angelorũ societatẽ: si aũt cõtẽneret, pęnas iustissimas lueret

*Anima creata latuit. c. 24*
B
*Anima carni ĩserta. c. 25.*
*1. sen. di. 17. ca. 3.*
C
*Rom. 6.*
*2. Cor. 5.*

siue laboris diuturni, siue ignis æterni? An q̇a hoc ipsum Deo volenti obtẽperasse, iã vtiq; actio bona extiterit, & sit contrariũ nõdum natos nihil egisse, vel boni vel mali? Quæ si ita sunt fatebimur ẽt nõ in eo rerum genere animam primitus creatã, vt esset pręscia futuri operis sui, vel iusti vel iniqui. Nimis q̇ppe incredibile est, eã potuisse propria volũtate inclinari ad corporis vitã, si se ita in quibusdã peccaturã præsciret, vt iusto supplicio perpetuo puniretur. Iuste sane creator laudatur in omnibus q̃ fecit oĩa bona valde. Neq;.n. ex ijs tñ laudandus est quibus præscientiã dedit, cũ recte laudetur ẽt quia pecora creauit, quibus est natura humana pręstãtior ẽt in ipsis peccãtibus. Natura quippe hoĩs ex Deo est, non iniquitas, qua se ipse inuoluit male vtẽdo libero arbitrio: ꝙ tñ si nõ haberet in natura rerũ minus excelleret. Cogitandus quippe est homo iuste viuens ẽt nõ pręscius futurorũ, & ibi videndũ est, excellẽtia volũtatis bonæ q̃ nõ impediatur ad recte viuendũ & Deo placendũ, quod ignarus futuri viuit ex fide. Huiusmodi ergo creaturã quisquis esse nollet in reb. contradicit Dei bonitati. Quisquis aũt pęnas eã non vult luere ꝓ peccatis, inimicus est ęquitati. Sed si ad hoc fit anima vt mittatur in corpus, quęripotest vtrũ si noluerit compellatur. Sed melius creditur hoc naturaliter velle. i. in ea natura creari vt velit, sicut naturale nobis est velle viuere: male autem viuere nõ est iam naturæ sed peruersæ voluntatis, quam iuste pęna sub sequitur. Frustra ergo iam quęritur, ex qua veluti materie facta sit anima, si recte intelligi potest in primis illis operibus facta, cum factus est dies, Sicut enim illa quæ nõ erant facta sunt, sic & hęc inter illa. Quod si & materies aliqua formabilis fuit, & corporalis & spiritalis, no tñ & ipsa instituta nisi à Deo ex quo sunt omnia, quæ quidẽ formationem suam non tẽpore sed origine præcederet, sicut vox cantũ: & quid nisi de materia spiritali facta anima congruentius creditur? Si autem aliquis non vult eam existimare factam, nisi cum iam formato corpori est inspirata, videat quid respondeat cum quæritur vnde facta sit. Aut enim ex nihilo dicturus est Deũ aliquid fecisse vel facere post illam consummationem operum suorum: & debet intueri quomodo explicet sexto die factum hominem

*Anima præscia futuri [...] Cap. 26.*
D
*Gen. [...]*
*Liberi arbitrii [...]*
*An [...] sua [...] ad [...] Cap. [...]*
E
*Rep[...] super[...] cap. [...]*

minem ad imaginem Dei, quod nisi secūdū animā recte intelligi nō pōt; idest, in qua natura causalis ratio facta fuerit eius rei, q̄ non dū fuit. Aut non de nihilo, sed de aliquo iā existente factā dicet animā: & laborabit inquirendo, quænā illa natura sit, an corporalis an spiritalis, secūdū eas quæstiones quas superius versauimus: manente illa quoq; molestia, vt adhuc quæratur in qua substantia creaturarū in sex diebus primitus cōditarū, F causalem illā rationē fecerit animæ: quā nōdū vel de nihilo vel de aliquo fecerat. Quā si eo modo deuitare voluerit, vt dicat sexto die etiā de limo factū esse hominē, sed hoc recapitulādo, postea cōmemoratū: videat de muliere quid dicat, quia masculum & fęminā dixit fecit eos, & benedixit eos. Quod si & ipsam eo die factā esse de viri osse respōderit, attendat quomodo asserat sexto die facta volatilia, quæ adducta sunt ad Adam, cū scriptura omne genus volatiliū quinto die creatū ex aquis insinuet. Itē sexto die & ligna facta quæ in paradiso plantata sunt, cū eadem scriptura hoc creaturæ genus tertio diei tribuerit. Ipsa etiam verba consideret quid sit, Eiecit adhuc de terra omne lignum pulchrum ad aspectū, & bonū ad escam: tanquam illa quæ tertio die terra eiecerat, non erant pulchra ad aspectū & bona ad escam cum in his essent operibus quæ fecit Deus omnia bona valde. Quid sit etiā, Finxit Deus adhuc de terra omnes bestias agri & omnia volatilia cęli: tanquā illa non fuerint omnia quæ primo producta erant, vel potius ante producta erant nulla. Neq; enim dictū est, & finxit Deus adhuc de terra cęteras bestias agri, & cętera volatilia cęli, quasi quæ min⁹ vel terra sexto, vel aqua quinto die ꝓduxit: G sed omnes bestias, inquit, & omnia volatilia. Necnon & illud cogitet. Quēadmodum Deus & sex diebus fecerit omnia. Primo ipsum diem, secundo firmamentū, tertio speciē maris & terrę, atq; ex terra herbā & lignū quarto luminaria, & sydera, quinto aquarū animalia, sexto terræ: & postea dicatur, Cū factus est dies, fecit Deus cęlū & terrā & omne viride agri: quandoquidem cū factus est dies, non fecit nisi ipsum diem. Quomodo etiā omne viride agri fecerit antequā esset super terrā, & fęnum omne antequam exoriretur. Tunc enim factum cum exortum est, non antequā exoriretur, quis nō diceret, nisi scripturę verba reuocarent? Meminerit ēt scriptū esse. Qui viuit in ęternū, creauit omnia simul: *Eccle.18.* & videat quēadmodū simul creata dici possint, quorū creatio spatijs tēporalibus distat, non horarū tantum, sed etiā dierū. Curet quoq; ostendere quomodo vtrumque sit verum quod contrariū videri potest: H & Deum in die septimo ab omnibus operibus suis requieuisse, quod Geneseos liber dicit, *Gene. 1.* & vsq; nunc eū operari, quod dominus dicit: *Ioan.5.* Respiciat ēt quæ dicta sunt consummata, quomodo eadē dicta sunt inchoata. His enim omnibus diuinæ scripturæ testimonijs quam esse veracem nemo dubitat nisi infidelis aut impius, ad illā sentētiam ducti sumus, vt diceremus Deū ab exordio seculi primū simul omnia creauisse, quædā conditis iam ipsis naturis, quædā præconditus causis: sic ut non solum pręsentia, verūetiā futura fecerit omnia potens, & ab eis factis requieuerit & eorū deinceps administratione atq; regimine crearet etiā ordines tēporum temporaliū: qui & consummauerit ea propter omnium generum terminationē, & inchoauerit propter seculorum propagationē, ut ꝓpter consummata requiesceret, propter inchoata usque nunc operetur. Sed si possunt hęc melius intelligi, non solum non resisto, uerumetiā faueo. Nunc tamē de anima quā Deus inspirauit homini sufflando in eius faciem nihil cōfirmo, nisi quia ex Deo sic est, ut non sit substantia Dei, & sic incorporea, ut nō sit corpus sed spiritus, non de substantia Dei genitus, nec de substantia Dei procedens, sed factus à Deo. Nec ita factus vt in eius naturā natura vlla corporis uel irrationalis animæ uerteretur, ac per hoc de nihilo: & quod sit immortalis secundū quēdā uitæ modū, quem nullo modo potest amittere: I secundum quandā uero mutabilitatem qua potest uel deterior uel melior fieri, ut nō immerito etiam mortalis possit intelligi, quoniam verā immortalitatem solus ille habet, de quo proprie dictum est, Qui solus habet immortalitatem. *1. Tim.6* Cętera, quæ in hoc libro disceptando locutus sum, ad hoc ualeant legenti, ut aut nouerit quemadmodum sine affirmandi temeritate quęrenda sint, quæ non aperte scriptura loquitur: aut si ei quærendi modus iste non placet, quemadmo-

dum ipse quęsiuerim sciat, vt si me potest docere non abnuat, si autem non potest à quo ambo discamus, mecum requirat.

K D. AVRELII AVGVSTINI de Genesi ad literam.

## LIBER OCTAVVS.

*Paradisus. ca. 1. Gene. 2. 2. sen. di. 17. c. hominem.*



ET plãtauit Deus paradisum in Eden ad Orientem, & posuit ibi hoĩem quẽ finxit. Nõ ignoro de paradiso multos multa dixisse, tres tñ de hac re quasi generales sunt sententiæ. Vna eorum qui tantummodo corporaliter paradisum intelligi volunt. Alia eorum qui spiritaliter tantum. *Infra. c. 2 cir came.* Tertia eorum, qui vtroque modo paradisũ accipiunt, alias corporaliter alias autem spiritaliter. Breuiter ergo vt dicã, tertiã mihi fateor placere sententiam. Secundum hãc suscepi nũc loqui de paradiso, quod dominus donare dignabitur, vt homo factus è limo quod vtiq; corpus humanũ est, in paradiso corporali collocutus intelligatur: vt quẽadmodum ipse Adã, *Rom. 5.* & si aliquid aliud significat secundum id quod cum formam futuri dixit esse Apostolus, homo tñ in natura propria expressius accipitur, qui vixit certo numero annorũ, & propagata numerosa prole mortuus est, sicut moriunẽ cęteri homi- & si non sicut cęteri ex parentibus natus, sed sicut primitus oportebat ex terra factus est: ita & paradisus, in quo eũ collocauit Deus nihil aliud quam locus quidẽ intelligatur, terra scilicet vbi habitaret homo terrenus. *Al. l. genere.* Narratio quippe in his libris nõ * genus locutionis figuratarũ rerũ est, sicut in Cantico canticorũ: sed omnino gestarum est, sicut in regnorũ libris & huiuscemodi cęteris. Sed quia illic ea dicũtur quæ vitæ humanę vsus notissimus habet, non difficile, immo promptissime primitus accipiuntur ad literã, vt deinde ex illis quid etiã futurorũ res ipsæ gestæ significauerint exculpatur. Hic aũt quia ea dñr, quę vsitato naturæ cursu intuentibus non occurrant, nolunt ea quidam proprie, sed figurare dicta intelligi: atq; ex illo loco L volũt incipere historiã, idest, rerũ ꝓprie gestarũ narrationẽ, ex quo dimissi de paradiso Adã & Eua conuenerunt atq; genuerũt: qua si vero vsitatum nobis sit, vel ꝙ tot annos vixerunt, vel quod Enoch trãslatus est, vel ꝙ grãdęua & sterilis peperit, & cętera huiuscemodi. Sed alia est, inquiũt, narratio factorũ mirabiliũ, alia institutarũ creaturarũ. Illic. n. ea ipsa insolita ostendunt, alios esse tanq̃ naturales modos rerũ, alios miraculorũ quæ magnalia nominanẽ: hic aũt ipsa insinuaẽ institutio naturarũ. Quibus rñdetur, sed ideo insolita & ipsa, quia prima. Nã quid tã sine exẽplo, & sine pari facto in rerũ mundanarũ constitutione q̃ mundus? Nunquid ideo M credendũ non est Deũ fecisse mundũ, quia iã non facit mundos: aut nõ fecisse solẽ, q̃a iã non facit soles? Et hoc quidẽ non de paradiso, sed ipso hoĩe permotus debuit rñderi. Nũc vero cũ ipsum sic credant à Deo factũ, sicut alius nullus factus est: cur paradisum nolũt ita factũ credere, quemadmodũ nũc vidẽt syluas fieri? Ad eos q̃ppe loquor q̃ authoritatẽ harũ literarũ sequuntur. Eorũ erim quędã non proprie, sed figurate paradisum intelligi volunt: Nã qui oĩno aduersantur his literis, alias cũ eis atq; aliter egimus: quanquam & hæc in hoc ipso opere nostro quantũ valemus ita defendamus ad literã, vt qui nõ rationabiliter moti, propter animũ præuicacẽ vel hebetẽ, credere ista detrectãt, nullã tamen inueniãt rationẽ vnde falsa esse cõuincant. Verũ, isti nostri qui fidem habent his diuinis libris, & nolunt paradisum ad ꝓprietatẽ literæ, locũ scilicet amœnissimũ fructuosis nemoribus opacatũ, eundemq; magnũ & magno fonte fecundũ, cũ videant nulla humana opera tot, ac tanta vireta syluescere occulto opere Dei, & miror quemadmodũ credunt ipsum hominẽ ita factum, quemadmodũ nunq̃ viderunt. Aut si & ipse figurate intelligendus est, quis genuit Cain & Abel & Seth? An & ipsi figurate tantũ fuerunt, non etiã homines ex hominibus nati? De ꝓximo ergo attendant istã p̃sumptionẽ quo tẽdat, & conẽẽ nobiscũ cũcta primitus q̃ gesta narrẽt in expressione ꝓprietatis accipere. Quis. n. eis postea nõ faueat intelligẽtib. q̃d ista ẽt figurata significatione cõmoneãt, ipsarũ spiritaliũ naturarũ vel affectionũ, siue rerũ etiam futurarũ? Sanè si nullo modo possent salua fide veritatis, ea quę corporaliter hic nominata sunt, corporaliter ẽt accipi, q̃d aliud remaneret, nisi vt ea poti⁹ figurate

te

te dicta intelligeremus, q̃ scripturam sanctã impie culparemus? Porro aũt si non solũ nõ impediunt, verumẽt solidius asserunt diuini eloquij narrationẽ, hæc ẽt corporaliter intellecta: nemo erit, vt opinor, tã infideliter pertinax, qui cũ ea secundũ regulã fidei exposita proprie viderit, malit in pristina remanere sñia, si forte illi visa fuerant non nisi figurate posse accipi. Nã & ego cõtra Manichęos qui has literas veteris testã non aliter q̃ oportet accipiẽdo errãt, sed oĩno nõ accipiendo & detestando blasphemant, duos conscripsi libros recenti tpe conuersionis meæ cito volens eorũ confutare deliramenta, vel erigere intentionẽ ad quærendã in literis quas oderunt Christianã & Euãgelicã fidẽ. Et quia nõ mihi tunc occurrebant oĩa quẽadmodũ proprie possent accipi, magisq; nõ posse accipi

B videbantur, aut vix posse aut difficile, ne retardarer, quid figurate significarent ea q̃ ad literã non potui inuenire quanta valui breuitate & perspicuitate explicaui, ne vel multa lectione vel disputationis obscuritate deterriti, in manus ea sumere nõ curarent. Memor tñ quid maxime voluerim nec potuerim, vt nõ figurate, sed proprie primitus cũcta intelligerentur, nec oĩno desperans ẽt sic posse intelligi, idipsũ in prima parte secundi libri ita posui. Sanè, inquã, quisquis voluerit omnia q̃ dicta sunt secundũ literã accipere, i. nõ aliter intelligere q̃ litera sonat, & põt euitare blasphemias, & omnia congruentia fidei catholicæ p̃dicare, non solũ ei non est inuidẽdum, sed p̃cipuus multumq; laudabilis intellector habendus est: Si aũt nullus exitus daĩ, vt pie & digne Deo quæ scripta sunt intelligant, nisi figurate atq; in ænigmatib. proposita ista credamus, habentes authoritatẽ Apostolicã, à quibus tã multa de libris veteris testamenti soluuntur ænigmata, modũ quẽ intendimus teneamus, adiuuãte illo qui nos petere q̃rere & pulsare adhortatur: * & omnes istas figuras rerũ secundũ catholicã fidem, siue q̃ ad Historiã, siue q̃ ad Prophetiam pertinent explicemus, non p̃iudicantes meliori diligentiorique tractatui siue per nos, siue per alios, quib. dñs reuelare dignaĩ. Hæc tũc dixi. Nũc aũt quia voluit dñs vt ea diligentius

C intuẽs atq; cõsiderans, nõ frustra quantũ opinor existimarẽ ẽt per me posse secundũ propriã, nõ scd̃m allegoricã locutionẽ hæc scripta esse monstrari, sicut ea q̃ superius voluimus ostendere, sic ẽt quæ sequunĩ de paradiso perscrutemur.

*Plãtatio ligni. c. 3.* *Gen. 2.*

Plantauit ergo Deus paradisum in delitijs: hoc est. n. in Eden ad orientẽ, & posuit ibi hominẽ quẽ finxerat. Sic. n. scriptũ est, quia sic factũ est. Deinde recapitulat, vt hoc ipsum ꝙ breuiter posuit ostendat quẽadmodum factũ sit, hoc est, quẽadmodũ paradisum Deus plantauerit, & illic hominem quẽ finxerat constituerit. Sic. n. sequitur, Et eiecit adhuc Deus de terra omne lignũ pulchrũ ad aspectũ, & bonũ ad escã. Non dixit, & eiecit de terra Deus aliud lignũ vel cęterũ

D lignum: sed eiecit, inquit, de terra omne lignũ pulchrũ ad aspectũ & bonũ ad escam. Iam ergo tunc produxerat terra omne lignũ & pulchrũ ad aspectũ, & bonũ ad escã, hoc est tertio die. Nã sexto die dixerat, Ecce dedi vobis omne pabulũ seminale, seminans semen ꝙ est super omnẽ terrã, & omne lignũ fructiferũ, ꝙ habet in se fructũ seminis seminalis, ꝙ erit vobis ad escam. *Gen. 1.* Num ergo aliud eis dedit, aliud nunc dare voluit? Nõ opinor sed cũ ex his generib. sint ista ligna instituta in paradiso, q̃ iam terra tertio die produxerat, adhuc ea produxit in tpe suo: quia tunc scilicet ꝙ scriptum est, ea produxisse terrã, causaliter factum erat in terra, hoc est quia tunc ea producendi virtutẽ latenter acceperat, qua virtute fit vt ẽt nunc talia terra progignat in manifesto atq; in tpe suo. Verbo ergo Dei sexto die dicentis, Ecce dedi uobis omne pabulũ seminale seminãs semen ꝙ est super omnẽ terram, & cętera, *Gen. 1.* non sonabili uel tpali uoce prolata uerba sunt, sed sicut in eius uerbo est creandi potentia. Dici aũt hominibus ꝙ sine tpalibus sonis Deus dixerit, non nisi per tẽporales sonos potuit: futurum enim erat ut homo iam de limo formatus, & flatu * eius animatus, *Al. l. Dei* & quicquid ex illo humani generis extitisset, uteretur ad escã quæ super terram exoritura erant ex illa uirtute generandi quã terra iã acceperat. Cuius futuri

E causales rationales in creatura condens, tanquã iam extitissent, loquebatur interna atque intima ueritate, quã nec oculus uidit, nec auris audiuit, sed spiritus eius scribenti hoc utiq; reuelauit. *Esa. 64.* *1. Cor. 2.* Illud planè ꝙ sequitur, Et lignum uitæ in medio paradisi & lignum scientiæ dignoscendi bonũ & malum: diligẽtius cõsiderandũ est, ne cogat in allegoriã, ut

*Lignum vitæ. Cap. 4.* *Gen. 2.* *Prou. 3.*

nō iſta lingua fuerint, ſed aliud aliquid noīe ligni ſignificent. Dictū eſt.n de ſapientia Lignū vitæ eſt omnib. amplectentib. eam. Verū
Gal. 4. tñ cū ſit Hieruſalem æterna in cęlis, etiam in terra ciuitas qua illa ſignificaretur, cōdita eſt & Sara & Agar quãuis duo teſtamenta ſignificarēt, erant tñ ēt quædam mulieres duæ: &
1. Co. 10. cū Chriſtus per ligni paſsionem fluento ſpiritali nos irriget, erat tñ & petra quæ aquam ſitienti populo ligno ꝑcuſſa manauit, de qua diceretur, Petra aūt erat Chriſtus: aliud quā erant illa omnia ſignificauerunt, ſed tñ etiam ipſa corporaliter fuerunt. Et qñ à narrāte cō memorata ſunt, nō erat illa figurata locutio, ſed earū rerum expreſſa narratio, quarū erat
F figurata præceſsio. Erat ergo & lignum vitæ, quemadmodū petra Chriſtus: nec ſine myſterijs rerum ſpiritaliū corporaliter præſentatis voluit hominē Deus in paradiſo viuere. Erat ei ergo in lignis cęteris alimentū, in illo aūt ſacrm̄, quid ſignificans niſi ſapientiam de qua dictū eſt, Lignū vitæ eſt amplectentibus eā: quemadmodū de Chriſto diceretur, Petra manans eſt ſitientibus eam? Recte quippe appellatur ꝙ ad eum ſignificandum præceſ-
Exo. 12. ſit. Ipſe eſt ouis quæ immolatur in Paſcha, tñ & illud non tantum dicendo figurabatur, ſed ēt faciendo. Neque.n. ouis illa non erat ouis, planè ouis erat, & occidebatur & manducabatur: & tñ eo vero facto, aliud etiam quiddā figurabatur, non ſicut ille vitulus ſaginatus, qui minimo filio reuertenti in epulas cę ſus eſt. Ibi quippe ipſa narratio figurarū eſt,
Luc. 15. non rerum figurata ſignificatio geſtarū. Non enim hoc Euangeliſta ſed dñs ipſe narrauit. Euangeliſta vero hoc dñm narraſſe narrauit. Proinde ꝙ narrauit Euangeliſta ēt factū eſt, dñm ſcilicet talia locutum fuiſſe: ipſius dñi narratio parabola fuit, de qua nunquam exigitur, vt ēt ad literam facta monſtrentur quæ
Gen. 28. ſermone proferuntur. Chriſtus autem eſt &
Pſ. 117. lapis vnctus à Iacob, & lapis reprobatus ab ædificantibus, qui factus eſt in caput anguli.
G Sed illud ēt in rebus geſtis factum eſt, hoc autem tantum in figuris prædictum. Illud quippe * ſcriptor narrauit rerum præteritarum, hoc prænūciator tantūmodo futurarum. Sic & ſapientia, i. ipſe Chriſtus, lignum vitæ eſt in paradiſo ſpiritali, quo miſit de cruce latronem. Certum eſt autem ꝙ * eam ſignificaret lignum vitæ, etiā in paradiſo corporali, quia

Al. l. ſcripſit narrator. Non temere aſſeuerandū. Cap. 5. Al. l. cū.

hoc illa ſcriptura dixit, quæ res ſuis tēporib. geſtas narrans, & hominem corporaliter factum, & in corpore viuentē ibi conſtitutum eſſe narrauit. Aut ſi quiſquā putat animas cū à corpore exceſſerint, locis corporaliter viſibilibus contineri, cū ſint ſine corpore, aſſerat ſnīam ſuam. Non deerunt qui ſic faueāt, vt illū etiā diuitem ſitientem in loco vtique corporali fuiſſe contendant, ipſamq; animā omnino eſſe corporeā ꝑꝑ * arentem linguā & ſtillam aquæ de Lazari digito concupitā, pronunciare non dubitent, cū quibus ego de tam magna quæſtione nulla temeritate confligo. Melius eſt.n. dubitare de occultis, quā litigare de incertis. Illum quippe diuitem in ardore pęnarum, & illū pauperem in refrigerio gaudiorū intelligendos eſſe non dubito. H
Sed qūo intelligenda ſit illa flamma inferni, ille ſinus Abrahæ, illa lingua diuitis, ille digitus pauperis, illa ſitis tormenti, illa ſtilla refrigerij, vix fortaſſe à manſuete quærentibus à contentioſe autē certantibus nunquam inuenitur. Cito ſanè reſpondendū eſt, ne nos profunda iſta quæſtio, & multis ſermonibus indigens tardet. Si corporalib. locis animæ continentur ēt exutæ corporib. potuit ille latro in eū introduci paradiſum vbi fuerat corpus primi hominis: vt aptiore ſcripturarum loco, ſi vlla neceſsitas flagitauerit, ēt de hac re quid vel quæramus vel arbitremur vtcunque promamus. Nunc vero ꝙ ſapientia non ſit corpus, & ideo nec lignū, nec dubito nec dubitari à quoquā puto: potuiſſe aūt per lignum, i. corpoream creaturā tanquam ſacramento quodam ſignificari ſapientiam in paradiſo corporali, ille credendū nō exiſtimat, qui vel tā multa in ſcripturis rerum ſpiritalium corporalia ſacra non videt: vel hominē primū cū eiuſmodi aliquo ſacramēto viuere non debuiſſe cōtendit: cū Apoſtolus dicat etiam hoc quod de muliere dixit, quam ei factā eſſe de latere credimus propter hoc relinquet homo patrem & matrē, & adhærebit vxori ſuæ, & erunt duo in carne vna, I ſacramentum magnum eſſe in Chriſto & in Eccleſia. Mirum eſt autem & vix ferendum, quemadmodum velint homines paradiſum figurate dictum, & nolint etiam figurate factum. Quod ſi concedunt ſicut de Agar & Sara, ſicut de Hiſmael & Iſaac, hæc quoque & facta, & tñ etiam figurata: cur non admittunt

tunt etiam lignũ vitæ, & vere aliquod lignũ fuisse, & tñ sapientiã figurasse, nõ video. Illud quoq; addo quanquã corporalẽ cibũ, talem tamen illam arborẽ præstitisse, quo corpus hominis sanitate stabili firmaretur, non sicut ex * alio cibo, sed nonnulla inspiratione salubritatis occulta. Profecto.n. licet vsitatus panis, aliquid tñ amplius habuit, cuius vna collyride hominẽ Deus ab indigentia famis dierũ quadraginta spatio vendicauit. An forte credere dubitamus per alicuius arboris cibũ cuiusdã altioris significationis grã hoĩ Deũ præstitisse, ne corpus eius vel infirmitate vel ętate ĩ deterius mutaret, aut in occasum etiã laberet: qui ipsi cibo humano p̃stitit tã mirabilẽ statũ, vt in fictilib. vasculis farina & oleũ deficiẽtes reficerẽt, nec deficerẽt? Iã hic de gñe contentiosorũ quisquã existat, & dicat Deũ in terris nostris miracula talia facere debuisse, in paradiso aut nõ debuisse; quasi vero nõ vel de puluere hoĩe, vel de latere viri mulierẽ, maius ibi miraculũ fecit K q̃ φ hic mortuos suscitauit. Sequitur vt videamus de ligno scientię dignoscendi bonũ & malũ. Prorsus & hoc lignũ erat visibile ac corporale, sicut arbores cęteræ. Quod ergo lignũ esset, nõ est dubitandũ: sed cur hoc nomen acceperit, requirendũ. Mihi aũt etiã atq; ẽt consideranti dici non potest quantũ placeat illa sententia, non fuisse illã arborem cibo noxiam: neq; enim qui fecerat omnia bona valde, in paradiso instituebat aliquid mali: sed malũ fuisse homini transgreßionẽ præcepti. Oportebat autẽ vt homo sub dño Deo positus alicunde prohiberetur, vt ei ꝓmerendi dominũ suũ virtus esset ipsa obedientia, quã possum verissime dicere solam esse virtutem omni creaturæ rationali agenti sub Dei potestate, primũq; esse & maximũ vitiũ tumoris, ad ruinã sua potestate velle vti cuius vitij nomẽ est inobedientia. Neq; esset ergo vnde se homo ad dñm habere cogitaret atq; sentiret, nisi aliqd ei iuberet. Arbori atq; illa nõ erat mala, sed appellata est sciẽtię di L gnoscendi bonũ & malũ, quia nisi post prohibitionẽ ex illa homo ederet, nulla erat pręcepti futura trangreßio, in qua homo ꝑ experimẽtũ pęnę disceret, quid interesset inter obedientię bonũ & inobedientię malum. Proinde & hoc non in figura dictum, sed quoddã vere lignum accipiendum est, cui non de fructu vel pomo quod inde nasceretur, sed ex ipsa re nomen impositũ est, quæ illo contra vetitũ tacto fuerat secutura. Flumẽ autẽ exijt de Eden φ irrigabat paradisũ, & inde diuisum est in quatuor partes. Ex his vni nomen Phison, hoc est φ circumit totã terrã Euilath, vbi est aurũ aurũ aũt terrę illius bonũ, & ibi est Carbunculus & lapis Prasinus. Et nomẽ flumini scd̃o Geon. Hoc est φ φ circũit totã terrã Aethiopiæ, Flumẽ autẽ tertium Trigris hoc φ fluit contra Assyrios. Flumẽ aũt quartũ Euphrates. De his aũt fluminibus quid amplius satagan cõfirmare φ vera sint flumina, nec figurate dicta quæ nõ sint, quasi tantummodo aliquid nomina ipsa significent, cum regionibus per quas fluũt notissima sint, & omnib. ferè gentibus diffamata? Quinimmo ex his qm̃ constat ea prorsus esse, nã duobus eorũ nomina uetustas mutauit, sicut Tyberis dicitur fluuius qui prius Albula uocabatur: Geon quippe ipse est qui nũc dicitur Nilus, Phison aũt ille dicebatur, quẽ nũc Gangẽ appellãt, duo uero cętera Tigris & Euphrates antiqua ẽt nomina tenuerunt: nos admoneri oportet, cętera quoque primitus ad proptietatem literę accipere, non in eis figuratã locutionẽ putare, sed res ipsas q̃ ita narrantur & esse, aliquid ẽt figurare: non quia non posset parabola locutionis assumere aliquid de re, quã nõ ꝓprie quoq; eẽ constaret, sicut de illo dñs loquitur qui descendebat ab Hierusalẽ in Hierico, & incidit in latrones: * quis non sentiat & planè videat esse parabolã locutionẽq; illã totã esse figuratã? Verũ duæ ciuitates q̃ ibi nominatæ sunt hodieq; in locis ꝓprijs demõstrant: Sed hoc mõ acciperem⁹ & quatuor hęc flumina, si cętera quæ de paradiso narrant, nõ proprie sed figurate accipere ulla necessitas cogeret. At nunc cum primitus proprie res ipsas intelligere ratio nulla prohibeat, cur nõ potius authoritatẽ scripturæ simpliciter sequimur in narratione rerũ gestarũ res uere gestas prius intelligẽtes, tũ demũ quicqd aliud significãt perscrutãtes? An eo mouebimur φ de his fluminib. dicitur, aliorũ eẽ fontes notos, aliorũ aũt ꝓrsus incognitos: & iõ non posse accipi ad literã, quod ex vno paradisi flumine diuidũtur: cũ potius credẽdũ sit, qm̃ locus ipse paradisi à cognitione hominũ est remotißimus, inde quatuor aquarum

Gen. di. lib. 10. al. ali- | vride sub- sitio, alio

*Quatuor flumina. Cap. 7. Gene. 2.*

M

*Tyberis prius. Albula. Nilus. Ganges.*

*Luc. 10. al. l. quis enim hoc non sentiat.*

A

rum partes diuidi, ſicut fideliſsima ſcriptura teſtatur: ſed ea flumina quorũ fontes noti eẽ dicũtur, alicubi eſſe ſub terras, & poſt tractus prolixarũ regionũ locis alijs erupiſſe, vbi tanquã in ſuis fontib. nota eſſe phibent? Nã hoc ſolere nonnullas aquas facere quis ignorat, Sed ibi hoc ſcitur, vbi nõ diu terris currũt. Exibat ergo flumen de Eden, id eſt, de loco delitiarũ, & irrigabat paradiſum.i. ligna omnia pulchra atq; fructuoſa, q̃ oẽm terrã regionis illius opacabant. Et ſumpſit dñs Deus hominẽ quẽ fecit, & poſuit eum in paradiſo, vt operaretur & cuſtodiret: Et pcepit dñs Deus Adæ dicẽs, Ab omni ligno quod eſt in paradiſo eſcã edes, de ligno aũt cognoſcendi bonũ & malũ, non manducabitis de illo. Quo die aũt ederitis ab eo, morte moriemini. Cũ ſuperius breuiter dixerit Deũ plantaſſe paradiſum, & conſtituiſſe ibi hominẽ quẽ finxerat, recapitulauit vt narraret quomodo ſit paradiſus conſtitutus. Nũc ergo illud recapitulãdo cõmemoratuit quomodo ibi Deus poſuerit hominẽ quẽ fecit. Videamus itaq; quid ſit quod dictum eſt, vt operaretur & cuſtodiret. Nunquid forte agriculturã dominus voluit operari primum hominem? An nõ eſt credibile q̃ eum ante peccatum damnauerit ad laborem? Ita ſane arbitraremur, niſi videremus cum tanta voluptate animi agricolare quoſdam, vt eis magna pœna ſit inde ad aliud auocari. Quicq̃d ergo delitiarũ habet agricultura, tũc vtique amplius erat qñ nihil accidebat aduerſi, vel terra vel cœlo. Non.n. erat laboris afflictio ſed exhilaratio voluntatis cũ ea q̃ Deus creauerat humani operis adiutori læti⁹ fera eiuſq; prouenirent, vnde creator ipſe vberius laudaret, q̃ a aïæ in corpore animali cõſtitutæ rõnẽ dediſſet operandi ac facultatẽ, quãtũ animo volẽti ſatis eſſet, nõ quantũ inuitũ indigẽtia corporis. cogeret. Qd̃.n. maius mirabiliusq; ſpectaculũ eſt, aut vbi magis cũ rerũ natura humana ratio quodãmõ loqui põt, q̃ cum poſitis ſeminibus, plãtatis ſurculis, trãslatis arbuſtulis, inſitis malleolis tãquã interrogatur quęq; vis radicis & germinis q̃d poſsit quidue nõ poſsit: vnde poſſit, vnde nõ poſsit: quid in ea valeat numerorũ inuiſibilis interiorq; potẽtia, q̃d extrinſecus adhibita diligentia: inq; ipſa cõſideratione perſpicere, quia neq; q̃ plantat eſt aliq̃d neq; qui rigat, ſed qui incrementũ dat Deus: quia & illud operis q̃ accedit extrinſecus, per illũ accedit quẽ nihilominus creauit, & quẽ regit atq; ordinat inuiſibiliter De⁹? Hic iã in ipſum mundũ, velut in quandã magnã arborẽ rerũ, oculus cogitationis attollitur, atq; in ipſo quoq; gemina operatio prouidentię reperitur, partim naturalis, partim voluntaria. Naturalis quidẽ per occultã Dei adminiſtrationẽ, quæ ẽt lignis & herbis dat incrementũ, voluntaria vero per angelorũ opera & hominũ. Scd̃m illam primã cęleſtia ſuperius ordinari inferiusq; terreſtria, luminaria ſyderaq; fulgere, diei noctisq; vices agitari, aquis terrã fundatã interlui, atq; circũlui, aerẽ altius ſuperfundi, arbuſta & aïalia cõcipi & naſci creſcere & ſeneſcere, occidere & q̃cquid aliud in rebus interiore naturaliq; motu gerit. In hac ãt altera ſigna dari doceri & diſcere, agros coli, ſocietates adminiſtrari, artes exerceri & quęq; alia ſiue in ſuperna ſocietate agũtur, ſiue in hac terrena atq; mortali, ita vt bonis cõſulat & p neſciẽtes malos: inq; ipſo hoïe eandẽ gemmã puidentiæ vigere potentiã. Primo erga corpus naturale.ſ.eo motu quo fit, quo creſcit, quo ſeneſcit. Voluntariũ vero quo illi ad victũ, tegumentũ, curationẽq; cõſulit. Similiter erga animã naturaliter agit vt viuat, vt ſentiat, volũtarie vero vt diſcat, vt conſentiat. Sicut aũt in arbore id agit agricultura forinſecus, vt illud proficiat quod geritur intrinſecus: ſic in homine ſecũdũ corpus, ei quod intrinſecus agit natura, ſeruit extrinſecus medicina. Itemq; ſecundũ animã, vt natura beatificet intrinſecus, doctrina miniſtrat extrinſecus. Quod aũt ad arborẽ colendi negligentia, hoc ad corpus medendi incuria, hoc ad animã diſcendi ſegnitia. Et quod ad arborẽ humor inutilis, hoc ad corpus victus exitiabilis, hoc ad animã pſuaſio iniquitatis. Deus itaq; ſuper oïa, qui cõdidit omnia, & regit omnia, oẽs naturas bonas creat, oẽs voluntates iſtas ordinat. Quid ergo abhorret à vero ſi credamus hominẽ ita in paradiſo cõſtitutũ, vt operaretur agriculturã, non labore ſeruili, ſed honeſta animi * voluptate? Quid.n. hoc opere innocentius vacantibus, & quid plenius magna conſideratione prudentibus? Vt cuſtodiret autem quid? An ipſum paradiſum? Cõtra quos? Nullus certe vicinus metueba-

*Agricultura ĩ paradiſo. Cap. 8. Gene. 2.*

*Contemplatio naturæ.*

*Gemina operatio Dei. 10.*

*Alii lautæ*

ſtiebatur inuaſor, nullus limitis perturbator,
nullus fur, nullus aggreſſor. Qũo ergo intel-
lecturi ſumus corporalẽ paradiſum potuiſſe
ab homine corporaliter cuſtodiri? Sed neq;
ſcriptura dixit, vt operaretur & cuſtodiret
paradiſum: dixit aũt vt operaretur & cuſtodi
ret. Quanquã ſi de Græco diligentius ad ver-
bũ exprimatur, ita ſcriptũ eſt, Et accepit dñs
Deus hominẽ quem fecit, & poſuit eum in
paradiſo operari eũ & cuſtodire. Sed vtrum
ipſum hominẽ poſuit operari: hoc.n. ſenſit
qui interpretatus eſt, vt operaretur. An eun-
dem paradiſum operari, i. vt homo paradiſũ
operaretur, ambigue ſonat: & vr̃ magis exige
G rẽ locutio, vt non dicatur, operaretur paradi
ſum, ſed in paradiſo. Verumtñ ne forte ſic di
ctum ſit, vt operaretur paradiſum, ſicut ſupe
rius dictũ eſt. Nec erat homo qui operaretur
terrã: eadẽ quippe locutio eſt operari terrã,
quæ operari paradiſum, ambiguã ſñiam ad
vtrũq; tractemus. Si.n. nõ eſt neceſſe vt acci-
piamus paradiſum cuſtodire, ſed in paradi-
ſo, quid ergo in paradiſo * cuſtodire? Nam
quid operari in paradiſo, iã vt viſum eſt diſ-
ſeruimus. An vt ꝙ operaret̃ in terra per agri-
culturam, in ſeipſo cuſtodiret per diſcipli-
nam, i. vt ſicut ei ager obtemperaret colenti
ſe, ita & ipſe præcipienti dño ſuo, vt ſumpto
præcepto obedientiæ, fructũ non ſpinas ino-
bedientiæ redderet? Deniq; qm̃ ſimilitudinẽ
à ſe culti paradiſi in ſeipſo cuſtodire ſubdi-
tus noluit, ſimilẽ ſibi agrum damnatus acce-
pit: Spinas, inqt, & tribulos pariet tibi. Quod
ſi & illud intelligamus, vt paradiſum opera-
retur, & paradiſum cuſtodiret, operari qui-
dẽ paradiſum poſſet, ſicut ſupra diximus per
agriculturã, cuſtodire aũt non aduerſus im-
probos aut inimicos qui nulli erant, ſed for-
taſsis aduerſus beſtias. Qũo iſtud, aut quare?
Nunquid.n. beſtiæ iam in hominẽ ſęuiebãt,
ꝙ niſi peccato non fieret? Ipſe quippe beſtijs
omnibus ad ſe adductis, ſicut poſt cõmemo-
ratur nomina impoſuit. Ipſe ẽt ſexto die le-
ge verbi Dei cũ omnib. cões cibos accepit.
Aut ſi erat iam ꝙ timeretur in beſtijs, quonã
pacto poſſet unus homo illum munire para-
diſum? Neq;.n. exiguus locus erat quẽ tãtus
H fons irrigabat. Cuſtodire quidẽ ille deberet,
ſi poſſet paradiſum tali & tanta materia com
munire, vt eò ſerpens non poſſet intrare. Sed
mirum ſi priuſquã cõmuniret, oẽs ſerpentes
inde poſſet excludere. Proinde intellectũ an-
te oculos cur p̃termittimus? Poſitus eſt quip
pe homo in paradiſo vt operaretur eundem
paradiſum, ſicut ſupra diſputatũ eſt, per agri
culturã nõ laborioſam ſed delitioſam, & mẽ
tem prudẽtis magna atq; vtilia cõmonentẽ: I
cuſtodiret aũt eundem paradiſum * ipſi ſibi,
ne aliquid admitteret, quare inde mereretur *al. l. ipſe*
expelli. Deniq; accepit, & p̃ceptũ, ut ſit per
ꝙ ſibi cuſtodiat paradiſum, i. quo conſerua-
to nõ inde proijciat̃. Recte.n. quiſq; dr̃, non
cuſtodiſſe rem ſuam, qui ſic egit ut amitteret
eã, ẽt ſi alteri ſalua ſit, qui eam uel inuenit uel
accipere meruit. Eſt alius in his uerbis ſenſus
quem puto non immerito præponẽdum, ut
ipſum hominem operaretur Deus & cuſto-
diret. Sicut.n. operatur homo terram, non ut
eam faciat eſſe terram, ſed ut cultam atque
fructuoſam: ſic Deus hominẽ multo magis
quẽ ipſe creauit ut homo ſit, eũ ipſe opera-
tur ut iuſtus ſit, ſi homo ab illo per ſuperbiã
non abſcedat: hoc eſt.n. apoſtatare à Deo, ꝙ
initium ſuperbiæ ſcriptura dicit, Initium, in-
quit, ſuperbiæ hoĩs apoſtatare à Deo. Quia *Eccl. 10.*
ergo Deus eſt incõmutabile bonum, homo
aũt & ſecundũ animam & ſecundũ corpus
mutabilis res eſt, niſi ad incõmutabile bonũ
quod eſt Deus conuerſus ſubſtiterit, formari
ut iuſtus beatusq; ſit non poteſt. Ac per hoc
Deus idẽ qui creat hominem ut homo ſit, ip
ſe operatur hominem atque cuſtodit, ut etiã
bonus beatusq; ſit. Quapp qua locutione dr̃
homo operari terram, quæ iam terra erat, ut
ornata atq; fęcunda ſit: ea locutione dicitur
Deus operari hominẽ qui iam homo erat,
ut pius ſapiensq; ſit, eumq; cuſtodire, ꝙ ho-
mo ſua poteſtate in ſe, q̃ illius ſupra ſe dele-
ctatus, dñationemq; eius contemnens tutus
eſſe non poſsit. Proinde nullo modo uacare *Cur additum poſt dictio dominus.*
arbitror, ſed nos aliquid & magnum aliquid
admonere, ꝙ ab ipſo diuini libri huius exor
dio, in quo ita cęptus eſt, In principio fecit *Cap. 11.*
Deus cęlũ & terrã, uſq; ad hunc locũ, nuſ- *Gen. 1.*
quã poſitum eſt dñs Deus, ſed tantummodo
Deus. Nunc uero ubi ad id uentũ eſt, ut ho- K
minem in paradiſo conſtitueret, eumq; per
præceptũ operaretur & cuſtodiret, ita ſcri-
ptura locuta eſt, Et ſũpſit dñs Deus hominẽ *Gen. 2.*
quẽ fecit & poſuit eũ in paradiſo operari eũ
& cuſtodire: non ꝙ ſupradictarũ creatura-
rum dñs nõ eſſet Deus, ſed quia hoc nec pp

angelos,nec pp alia quæ creata sunt, sed pp
hominē scribebatur,ad eū admonendū quā-
tū ei expediat habere dñm Deū, hoc est sub
eius dñatione obedienter viuere, q̃ licētiose
abuti propria ptāte,nusquā hoc prius pone-
re voluit,nisi vbi peruentū est ad eū in para-
disum collocandū, operandū & custodien-
dū, vt non diceret sicut & cętera omnia su-
perius, sed diceret, Et sumpsit dñs Deus ho-
minē quē fecit & posuit eū in paradiso ope-
rari eū,vt iustus esset,& custodire, vt tutus es
set,ipsa vtiq; dñatione sua, q̃ non est illi, sed
nobis vtilis. Ille quippe nostra seruitute non
L indiget,nos vero dñatione illius indigemus,
vt operetur & custodiat nos:& ideo verus &
solus est dñs,quia nō illi ad suam, sed ad no-
stram vtilitatē salutemq; seruimus. Nā si no-
bis indigeret eo ipso non verus dñs esset, cū
per nos eius adiuuaretur necessitas, sub qua
& ipse seruiret. Merito & ille in Psalmo, Di-
xi,inquit,dñe, Deus meus es tu, qm̄ bonorū
*Psal. 15.* meorū non eges. Nec ita sentiendū est ꝙ di-
ximus nos illi ad vtilitatē nostram salutemq;
seruire,tanquā aliud aliquid ab illo expecte-
mus q̃ eū ipsum qui summa vtilitas & salus
nostra est. Sic.n.eū gratis secundum illam vo
cē diligimus. Mihi aūt adhærere Deo bonum
*Psal. 72.* est. Neq;.n.tale aliquid est homo factus vt de
*Hominē nihil posse sine deo* serente eo qui fecit, possit aliquid agere be-
ne tanquā ex seipso:sed tota eius actio bona
*Cap. 12.* est cōuerti ad eū à quo factus est,& ab eo iu-
stus,pius,sapiens,beatusq; semper fieri, non
fieri & recedere, sicut à corporis medico sa
nari & abire: quia medicus corporis opera-
rius fuit extrinsecus, seruiens naturæ intrinse
cus operanti sub Deo, qui operatur omnē sa
lutē gemino illo opere prouidentiæ, de qua
supra locuti sumus. Nō ergo ita se debet ho-
mo ad dñm cōuertere,vt cū ab eo factus fue-
rit iustus abscedat, sed ita vt ab illo semper
fiat. Eo quippe ipso cū ab illo non discedit,
eius ipse præsentia iustificatur & illuminat,
M & beatificatur, operante & custodiente Deo
dū obedienti subiectoq; dñatur. Neq;.n.vt di
cebamus,sicut operatur homo terram,vt cul
ta atq; fęcunda sit,qui cū fuerit operatus, ab
scedit relinquens eam vel aratā vel satam vel
rigatā, vel si quid aliud manente opere ꝙ fa-
ctū est,cū operator abscesserit:ita Deus ope-
ratur hominē iustū,i. iustificando eū, vt si ab
scesserit,maneat in absēte ꝙ fecit, sed potius

sicut aer præsente lumine nō factus est luci-
dus,sed fit:quia si factus esset, non fieret, sed
ēt absente lumine lucidus maneret:sic homo
Deo sibi pręsente illuminatur,absente aūt cō
tinuo tenebratur, à quo non locorū interual
lis, sed voluntatis auersione disceditur. Ille
itaq; operetur hominē bonū atq; custodiat
qui incōmutabiliter bonus est: semper ab il- A
lo fieri,semperq; perfici debemus inhærētes
ei & in ea conuersione q̃ ad illū est permanē
tes,de quo dr̄. Mihi aūt adhærere Deo bonū
est. Et cui dr̄, fortitudinē meā ad te custodiā.
Ipsius.n.sumus figmentū, non tm̄ ad hoc, vt
homines simus, sed ad hoc ēt vt boni simus.
Nā & Apostolus cū fidelib.ab impietate cō-
uersis,gratiā qua salui facti sumus cōmenda-
ret. Gratia.n.inquit, salui facti estis per fidē,
& hoc non ex vobis, sed Dei donū est, nō ex
operibus,ne forte quis extollatur. Ipsius.n.su
mus figmentū creati in Christo Iesu in operi
bus bonis quæ p̄parauit Deus vt in illis am-
bulemus. Et alibi cū dixisset, Cū timore & tre
more vestram ipsorū salutē operamini:ne si-
bi putarent tribuendū tanquā ipsi se facerent
bonos & iustos, continuo subiecit, Deus.n.
est qui operatur in * nobis. Sumpsit ergo dñs
Deus hominē quē fecit,& posuit eū in para-
diso operari eū,hoc est, operari in eo & cu-
stodire eū. Et p̄cepit dñs Deus Adæ dicēs,ab
omni ligno ꝙ est in paradiso edes ad escam,
de ligno aūt cognoscendi bonum & malum
non manducabitis de illo, qua die aūt ederi-
tis ab eo,morte moriemini. Si aliquid mali
esset lignū illud vnde ꝓhibuit hominē Deus,
eius ipsius mali natura venenatus videret ad
mortem. Quia vero ligna omnia in paradiso
bona plantauerat, qui fecit omnia bona val-
de,nec vlla ibi natura mali erat, quia nusquā
est mali vlla natura: ꝙ diligentius si dñs vo-
luerit differemus, cū de illo serpente dicere
cœperimus: ab eo ligno ꝙ malum non erat B
prohibitus est,vt ipsa per se p̄cepti conserua
tio bonū illi esset,& transgressio malū. Nec
potuit melius & diligentius cōmendari quā
tum malū sit sola inobedientia, cū ideo reus
iniquitatis factus est homo, quia eā rē tetigit
contra prohibitionē, q̃ si non prohibitus te-
tigisset,non vtiq; peccasset. Nā qui dicit ver-
bi gratia,noli tangere hanc herbā,si forte ve
nenosa est,mortemq; prænunciat,si tetigerit
sequitur quidē mors contēptorem præcepti,
sed

sed ēt si nemo prohibuisset, atq; ille tetigisset, nihilominus vtiq; moreretur. Illa quippe res contraria saluti vitæq; eius esset, siue inde vetaretur siue non vetaretur. Item cum quisq; prohibet eā rem tangi, q̄ non quidem tangenti, sed illi qui prohibuit obesset: velut si quisquā in alienā pecuniā misisset manū, prohibitus ab eo cuius erat pecunia illa, iō esset prohibito pctm̄, quia prohibenti poterat esse dānosum. Cū vero illud tangitur, ꝙ nec tangenti obesset si nō prohiberetur, nec

C cuiquā alteri quālibet tangeretur, quare prohibitū est, nisi vt ipsius per se bonū obedientiæ, & ipsius per se malū inobedientiæ monstraretur? Deniq; à peccante nihil aliud appetitū est, nisi non esse sub dñatione Dei, qm̄ illud admissum est, in quo ne admitteretur, sola deberet iussio dñantis attendi. Quæ si sola attenderetur, quid aliud q̄ Dei voluntas attēderetur? quid aliud q̄ Dei volūtas amaretur? quid aliud q̄ Dei volūtas humanæ voluntati præponeretur? Dñs quidē cur iusserit viderit faciendū est à seruiente ꝙ iussit, & tunc forte videndū est à promerente cur iusserit. Sed tñ vt causam iussionis huius non diutius requiramus, si hæc ipsa magna est vtilitas homini ꝙ Deo seruit, iubendo Deus vtile facit quicquid libere voluerit, de quo metuendū non est, ne iubere ꝙ inutile est possit. Nec fieri pōt vt voluntas propria non grandi ruinæ pondere super hominē cadat, si eam voluntati superioris extollendo præponat. Hoc expertus est homo contemnens præceptū Dei, & hoc experimento didicit, quid intersit inter bonum & malū: bonum, s. obediētiæ, malum aūt inobedientiæ, i. superbiæ & contumaciæ, peruersæ imitationis Dei & noxiæ libertatis. Hoc aūt in quo ligno accidere potuit, ex ipsa re vt iam supra dictū est, nomen accepit. Malum. n. nisi experimento non sentiremus, quia nullum esset si non fecissemus.

D Neque. n. vlla natura mali est, sed amissio boni hoc nomen accepit. Bonū quippe incommutabile Deus est, homo aūt quantū ad eius naturā in qua eum Deus condidit pertinet, bonū est quidem, sed non incōmutabile vt Deus. Mutabile aūt bonum ꝙ est post incommutabile bonū, melius bonum fit cum bono incōmutabili adhæserit, amando atq; seruiēdo rationali & propria voluntate. Ideo quippe & * hoc magni boni natura est, quia & hoc accepit, ut posset summi boni adhærere naturæ. Quod si noluerit bono se priuat, & hoc ei malū est, unde per iustitiā Dei ēt cruciatus consequitur. Quid. n. tā iniquum, q̄ vt bene sit desertori boni? Neq; vllo modo fieri potest ut ita sit: sed aliqñ * amissi superioris boni non sentitur malū, cum hr̄ ꝙ amatū est inferius bonū. Sed diuina iustitia est, ut q uoluntate amisit, ꝙ amare debuit, amittat cū dolore ꝙ amauit, dum naturarū creator ubique laudetur.

E Adhuc. n. est bonum, ꝙ dolet amissū bonū: nam nisi aliquod bonū remansisset in natura, nullius boni amissi dolor esset in pęna. Cui autē sine mali experimento * placeat bonum, i. ut antequā boni amissionē sentiat, eligat tenere ne amittat, super oēs homines prædicandus est. Sed hoc nisi cuiusdā singularis laudis esset, non illi puero tribueretur, q ex genere Israel factus Emanuel nobiscū Deus, reconciliauit nos Deo, hominū & Dei homo mediator, uerbū apud Deū, caro apud nos, uerbū caro inter Deū & nos. De illo quippe Propheta dicit, Priusquam sciat puer bonum aut malū, contemnet malitiam ut eligat bonum. Qūo ꝙ nescit aut contemnit aut eligit, nisi quia hæc duo sciuntur aliter per prudentiā boni, aliter per experiētiam mali? Per prudentiam boni malum scitur, & si non sentitur. Tenetur. n. bonum, ne amissione eius sentiatur malū. Item per experiētiam mali scitur bonū, qm̄ quid amiserit sentit, cui de bono amisso male fuerit. Priusquam sciret ergo puer per experientiam, aut bonum quo careret, aut malum ꝙ boni amissione sentiret, contēpsit malū ut eligeret bonum, i. noluit amittere ꝙ habebat, ne sentiret amittendo, ꝙ amittere non debebat. Singulare exemplum obedientiæ, quippe qui nō uenit facere uoluntatem suā, sed eius uoluntatem à quo missus est: non sicut ille qui elegit

F facere uoluntatē suam, non eius a quo factus est. Merito sicut per unius inobedientiā peccatores cōstituti sunt multi, ita ꝑ vnius obedientiā iusti constituuntur multi: Quia sicut in Adā omnes moriuntur, sic & in Christo oēs uiuificabuntur. Frustra aūt nōnulli acute obtusi sunt, cū requirunt qūo potuerit appellari lignū dignoscentiæ boni & mali, antequā in eo transgressus esset homo præceptū, atq; ipsa experientia dignosceret quid interesset inter bonum quod amisit, & malū quod admisit.

*hoc.*

*Al. l. amissi.*

*Al. l. placeat.*

*Christus mediator.*
*Matt. 1.*
*1. Tim. 2*
*Esa. 7.*

*Ioan. 5.*

*Rom. 5.*
*1. Co. 15.*
*Qūo appellatum lignū sciētiæ boni & mali.*
*Cap. 15.*

misit. Lignum enim tale nomen accepit, ut eo secundũ prohibitionem nõ tacto caueretur, ꝙ eo contra prohibitionẽ tacto sentiretur. Neque.n. quia inde contra præceptũ mãducauerunt, ideo factũ est illud lignũ dignoscentiæ boni & mali, sed vtiq; ẽt si obediẽtes essent, & nihil contra præceptũ vsurpassent, id recte vocaretur, ꝙ ibi eis accideret, si vsurpassent. Quẽadmodũ si vocaretur arbor saturitatis, ꝙ inde possent homines saturari, nũquid si nemo accessisset, ideo nomẽ illud esset incongruũ, qñquidem cũ accederent & saturarentur, tunc probarent q̃ hoc recte arbor illa vocaretur? Et quõ, inquiunt, intelligeret homo, ꝙ ei dicebatur lignũ dignoscentiæ boni & mali, qñ ipsum malũ ꝙ esset omnino nesciebat? Hoc qui sapiunt parũ attendunt, quẽadmodũ à contrarijs notis, sic pleraq; intelliguntur ignota, vt ẽt verba rerum, quæ non sunt cũ in loquendo interponũtur, nullus caliget auditor. Hoc.n. ꝙ omnino nõ est, nihil vocatur. Et has duas syllabas nemo non intelligit, qui Latine audit & loquitur. Vnde, nisi cũ sensus intuetur id ꝙ est, & eius priuatione quid ẽt nõ sit agnoscit? Sic & inane cũ dr̃, intuendo corporis plenitudinẽ, priuationẽ eius tanquã contrariam, quid dicat inane intelligimus. Sicut audiendi sensu non solũ de vocibus, verumẽt de silentio iudicamus. Sic ex vita q̃ inerat homini posset eius cauere contrarium, i. vitæ priuationem quæ mors vocatur: & ipsam causam qua perderet ꝙ amabat, i. quodlibet factũ suum quo fieret vt amitteret vitã quibuslibet syllabis appellaretur: quemadmodũ Latine cum dr̃ pc̃tm̃ vel malum, vt tãquam signum eius intelligeret, ꝙ mente discerneret. Nos.n. quõ intelligimus cum dr̃ resurrectio quam nunquã experti sumus? Nonne quia sentimus quid sit viuere & eius rei priuationẽ vocamus mortẽ, vnde reditũ ad id ꝙ sentimus resurrectionẽ appellamus, & si quo alio nomine in quacũque lingua idipsum appellatur, menti vtique signũ insinuatur in voce * loquendo, quo sonãte agnoscat, ꝙ etiam sine signo cogitaret. Mirum est.n. quemadmodũ rerum quas habet amissionem ẽt inexpertã natura deuitet. Quis.n. pecora docuit deuitationem mortis, nisi sensus vitæ? Quis paruulũ puerum adhærescere baiulo suo, si eum fuerit ex alto iacere minitatus? Quod ex quodã tempore incipit, sed tñ antequam aliquid hm̃oi expertus sit. Sic ergo illis primis hominibus iam vita erat dulcis, quã profecto amittere deuitabãt idq; ipsum quibuscunq; modis vel sonis significantẽ Deũ intelligere poterant: nec aliter eis posset persuaderi pc̃tm̃, nisi prius persuaderetur eos ex illo facto non esse morituros, i. illud ꝙ habebant & se habere gaudebant nõ amissuros, vnde suo loco loquendũ est. Aduertant itaq; si quos mouet, quõ potuerint intelligere inexperta nominantẽ vel minantem Deũ: & videant nos omniũ inexpertorũ nomina, non nisi ex contrarijs q̃ iã nouimus, si priuationũ sunt, aut ex similib. si specierum sunt, sine vllo æstu dubitationis agnoscere. Nisi forte aliquẽ mouet quẽadmodũ loqui potuerint, vel loquentẽ intelligere, qui non didicerant vel crescẽdo inter loquẽtes vel aliquo magisterio quasi magnũ fuerit Deo loqui eos docere, quos ita fecerat, vt hoc possent ẽt ab hominib. discere, si essent à quibus. Merito sanè quæritur, vtrum hoc præceptũ viro tm̃ dederit Deus, an ẽt fœminæ? Sed nondũ narratum est quemadmodum facta sit fœmina. An forte iam erat facta, sed hoc quemadmodũ gestum sit ꝙ prius erat gestũ, postea recapitulando narratũ est? Verba.n. scripturæ sic se habent, Et præcepit dn̄s Deus Adæ dicens: non dixit præcepit eis. Deinde sequitur, Ab omni ligno ꝙ est in paradiso escam edes: non dixit, edetis: Deinde adiungit, De ligno aũt cognoscendi bonum & malũ, non manducabitis de illo: Iam hic tanquam ad ambos pluraliter loquitur, & pluraliter præceptũ terminat dicens, Qua die autẽ ederitis ab eo, morte moriemini. An sciẽs ꝙ ei facturus erat mulierẽ, ita præcepit ordinatissime, vt per virum præceptũ dñi ad fœminam perueniret? Quam disciplinam, & in ecclesia seruat Apostolus dicens, Si quid aũt discere volunt, domi viros suos interrogent. Itẽ quæri potest quõ * nunc Deus locutus sit ad hominẽ quẽ fecit, iam certe sensu ac mente præditum, vt audire & intelligere loquentem valeret? Neq;.n. præceptũ posset accipere, quo transgressor * eius esset, nisi hoc acceptum intelligeret. Quõ ergo illi locutus est Deus? vtrũ intus in mẽte secundũ intellectũ, i. vt sapienter intelligeret voluntatem ac præceptũ Dei sine vllis corporalib. sonis vel corporaliũ similitudinibus rerũ? Sed nõ sic existimo

---
Marginalia (left): 2. sen. di. 17. ca. in hoc. — G — Hominẽ potuisse intelligere periculũ ex præcepto contempto. Cap. 16. — Al. l. loquẽtium qua. — H

Marginalia (right): I — 2. sen. 21. ca. lud. — An vt que d. sit pri. prii. — 2. sen. 21. ca. lud. — Al. Quõ sit tu. — Al. la. — K

ſtimo primo homini locutũ Deũ, talia quippe ſcriptura narrat, vt potius credamus ſic eſſe Deũ locutum homini in paradiſo, ſicut ẽt poſtea locutus patribus ſicut Abrahę ſicut Moyſi id eſt in aliqua ſpecie corporali. Hinc eſt enim ꝙ audierũt eius vocẽ ambulantis in paradiſo ad veſperã & abſconderũt ſe. Locus itaq; magnus neq; prætereundus proponitur, vt intueamur quãtũ poſſumus, quantũ ipſe adiuuare & donare dignatur, opus diuinæ prouidentię bipertitũ: quod ſuperius cũ de agricultura loqueremur, trãſitoria quadã occaſione perſtrinximus, vt inde iã inciperet legẽtis animus hoc aſſueſcere cõtueri, quod adiuuat plurimũ ne quid indignũ de ipſa Dei ſubſtantia ſentiamus. Dicimus itaq; ipſum ſummũ, verũ, vnũ ac ſolum Deũ patrẽ & filiũ & ſpm̃ ſanctũ, id eſt Deum verbũq; eius & vtriuſq; ſpiritũ Trinitatẽ ipſam neq; confuſam, neq; ſeparatã, Deũ qui ſolus habet immortalitatẽ, & lucem habitat

L

inacceſsibilẽ, quẽ nemo hoĩum vidit, nec videre põt. nec locorũ vel finito vel infinito ſpatio contineri, nec tẽporũ vel finito vel infinito volumine variari. Neq; .n. ẽ in eius ſubſtantia qua Deus eſt, quod breuius ſit in parte q̃ in toto ſicut neceſſe eſt eſſe de ijs quę in locis ſunt: aut fuit in eius ſubſtantia quod iã non eſt, vel erit quod nondũ eſt ſicut in naturis quæ poſſunt temporis mutabilitatẽ pati. Hic ergo incõmutabili æternitate viuẽs creauit oĩa ſimul, ex q̃b. currerẽt tẽpora, & implerentur loca, tẽporalibusq; & localibus rerũ motibus ſecula voluerentur. In quibus rebus quædã corporalia cõdidit, formans materiã quã nec alius nec nullus ſed omnino ipſe informẽ ac formabilẽ inſtituit vt formationẽ ſuam non tẽpore ſed origine prę ueniret. Spiritalẽ aũt creaturã corporali prę poſuit, ꝙ ſpiritalis tantũmodo per tempora mutari poſſet, corporalis aũt per tẽpora & loca. Exẽpli enim gratia per tẽpus mouetur animus, vel reminiſcendo ꝙ oblitus erat, vel diſcendo ꝙ neſciebat, vel volendo quod nolebat. Per loca aũt corpus, vel a terra in cę-

M

lũ vel a cęlo in terra, uel ab Oriente in Occidentẽ, vel ſi quo alio ſimili modo. Omne autẽ quod mouetur per locũ, nõ poteſt niſi & per tẽpus ſimul moueri. At nõ omne qđ mouetur per tps, neceſſe eſt etiã per locum moueri. Sicut ergo ſubſtãtiam quę mouetur per tẽpus & locũ, ꝓcedit ſubſtantia quæ tãtũ per tẽpus: ita ipſam præcellit illa quæ nec per locũ nec per tẽpus: ac per hoc ſicut per tẽpus & locũ mouet corpus, ipſe tantũ per tẽpus motus cõditus ſpiritus: ita ꝑ tẽpus mouet conditũ ſpiritũ, ipſe nec per tẽpus nec ꝑ locũ motus conditor ſpiritus: ſed ſpũs creatus mouet ſeipſum per tẽpus, & per tẽpus ac per locũ corpus: ſpũs creator mouet ſeipſũ ſine tempore ac loco, mouet conditũ ſpiritũ per tempus ſine loco, mouet corpus per tempus & locũ.

*Quomõ Deus creaturas moueat obſcurum. Cap. 21.*

Quo circa quiſquis intelligere conatur, quemadmodũ vere æternus & uere immortalis atq; incommutabilis Deus ipſe nec per tẽpus nec per locũ motus moueat tẽporaliter & localiter creaturã ſuã, nõ eum puto poſſe aſſequi: niſi prius intellexerit quẽadmodũ anima, hoc eſt ſpiritus creatus, nõ per locũ ſed tãtum per tẽpus motus, moueat corpus per tẽpus & per locũ.

A

Si.n. quod in ſeipſo agitur capere nõdum poteſt, quãto min⁹ illud quod ſupra eſt? Affecta qppe animalia carnaliũ ſenſuum cõſuetudine ẽt ſeipſam cũ corpore per locũ moueri putat, dũ id per locũ mouet. Quæ ſi poſſet diligenter inſpicere, tanq̃ cardines membrorũ corporis ſui, quemadmodũ articulatim diſpoſiti ſunt, ã q̃b. initia motionũ nitantur: inueniet ea q̃ per ſpatia locorũ mouentur, niſi ab eis quæ loco fixa ſunt non moueri. Nõ.n. mouetur ſolus digitus, niſi fixa ſit palma, ã cuius articulo uelut immoto cardine moueatur: ſic tota palma ab articulo cubiti, ſic cubitus ab articulo humeri, ſic humerus ab ſcapula mouetᷣ, ſtantibus vtiq; cardinib. quib. motio nitatᷣ, vt ꝑ loci ſpatiũ ꝙ mouet, moueatᷣ. Sic plantæ in talo eſt articulus, quo ſtante * moueatur: ſic crucis in genu, & toti⁹ pedis in coxa: & nullius membri motus omnino eſt, quẽ uoluntas mouet, niſi ab aliquo articulari cardine, quẽ motus eiuſdẽ uolũtaris primitus figit, vt ab eo quod loci ſpatio non mouetur, agi ualeat quod mouetᷣ. Deni que nec in ambulando pes leuatur, niſi ali⁹ fixus totũ corpus ferat, donec ille qui motus

** Al.l. Mouetur.*

B

eſt ã loco unde fertur, ad locũ quo fertᷣ, immoto articulo ſui cardinis innitatur. Porro ſi in corpore nullũ mẽbrũ per locũ uolũtas mouet niſi ab eo mẽbri articulo quẽ nõ mouet cũ & illa ꝑs corporis q̃ mouetᷣ, & illa q̃ fixa ſit vt moueatᷣ, corporeas habeãt q̃titates ſuas,

suas quibus occupēt spatia locorū suorum, quanto magis ipsæ animæ nutus cui mēbra deseruiunt, vt quod placuerit figat, vnde id quod mouēdū est innitatur: cū anima nō sit natura corporea, nec locali spatio corpus impleat, sicut aqua vtrem siue spongiam: sed miris modis ipso incorporeo nutu cōmixta sit viuificādo corpori, quo & imperat corpori quadā intentione nō mole: quanto magis, inquā, nutus ipse voluntatis eius nō per locū mouetur vt corpus per locū moueat, qn̄ totum per partes mouet, nec aliquas loco mouet nisi per illas quas loco non mouet? *Quomodo Deus moueat, quō aīa. c. 22.* Quod si intelligere difficile est, vtrunq; credatur, & q̄ creatura spiritalis non per locū mota moueat corpus per locū, & q̄ Deus nō per tēpus motus moueat creaturam spiritalē per tēpus. Quod si de anima quisq; non vult hoc credere, quod quidē sine dubio nō solū crederet, verumetiā intelligeret, si eam posset sicuti est incorporeā cogitare. Cui. n. non facile occurrat q̄ p locū non moueat

C q̄ per loci spatia non distenditur: quicquid autem per loci spatia distenditur: corpus est ac per hoc consequens est, vt anima p locū moueri non putetur, si corpus non esse credatur. Sed vt dicere cœperā, si de anima hoc quisq; nō vult credere, non nimis vrgendus est. Substantiā vero Dei nisi credat nec p tēpus nec per locū moueri, nondū perfecte incōmutabilē credit. Verū quia omnino incōmutabilis est illa natura Trinitatis, & ob hoc ita æterna, vt ei aliquid coæternum esse non possit ipsa apud seipsam, & in seipsa sine vllo tpe ac loco, mouet tn̄ per tēpus & locū sibi subditā creaturā, naturas creans bonitate voluntates ordinans potestate: vt in naturis nulla sit q̄ non ab illo sit. *Deus semper quietus omnia tamen agēs. c. 27.* In voluntatib. autē nulla bona sit cui non presit. nulla mala sit qua bene vti non possit. Sed quia nō omnibus naturis dedit voluntatis arbitrium, illæ aūt quibus dedit potentiores ac superiores sunt, illę naturæ q̄ nō habēt voluntatē, subditę sint necesse est illis quæ habent: & hoc ordinatione creatoris, qui nunq̄ ita punit voluntatē malā, vt naturę perimat dignitatem. Cū igitur oē corpus & omnis anima irrationalis nō habeat volūtatis arbitriū, subdita ista sunt eis naturis q̄ prȩditæ sunt arbitrio volūtatis, nec omnib. omnia, sed sicut distribuit

mus.Et qm̄ tot ac tanta teſtimonia q̄ ibi cōſi
derata atq; tractata ſunt,nos non ſinebāt eo-
dē ipſo ſexto die , ēt formatum de limo ho-
minē mulierēq́; de latere eius accipere : ſed
hoc poſtea factū eſſe poſt illa primitus ope-
ra Dei,in quibus creauit oīa ſimul , quæſiui-
mus qd de hominis anima crederemus , di-
ſcuſsisq; omnibus diſceptationis nr̄æ partib.
illud credibilius vel tolerabilius dici viſum
eſt,ꝙ ipſa hominis anima in illis operibus fa
cta eſt,corporis uero eius in mundo corpo
reo tanq̄ in ſemine ratio,ne cogeremur con
tra verba ſcripturæ , aut ſexto die totū factū
dicere.i.de limo uirū,& de eius latere fęmi-
nā,aut in illis ſex dierū operibus nullo mo-
do eſſe factū hominē , aut corporis humani
cauſalē rationē tantummodo factā , animæ
aūt nullā,cum potius ſm ipſam ſit homo ad
imaginē Dei.Aut certe & ſi non contra ver-
ba ſcripturæ aperte poſita,tn̄ dure atq; into-
lerabiliter diceremus:vel in ea creatura ſpiri
tali q̄ ad hoc tātūmodo creata eſſet, factam
fuiſſe animæ humanæ rōnē cū ipſa creatu-
ra in qua iſta ratio facta diceretur,non com-
memoratur in operibus Dei : vel in aliqua
creatura quæ in illis commemorat̄ operib.
factam rōnem aīę,velut in * oīb. qui iam sūt
facti,rō latet generandorū filiorū,ac ſic eam
vel angelorū filiā, vel, qđ eſt intolerabilius,
alicuius elementi corporei filiā crederemus:
Sed nunc ſi ob hoc mulier non de viro , ſed
ſimiliter vt ille à Deo factam aīam aſſerit̄ ac *Origo aīarum.c.3.*
cepiſſe, qa ſingulas ſingulis Deus facit , non
erat facta in illis primis operib. aīa fœminę.
Aut ſi generalis oīum aīarum rō facta fuerat:
ſicut in hoīb.rō gignendi, redit̄ ad illud du-
rū ac moleſtū,vt vel angelorū, vel , qđ indi-
gniſsimū eſt,cœli corporei,vel alicuius etiā
inferioris elemēti filias aīas hoīum eſſe dica
mus.Ac per hoc videndū eſt,& ſi latet qd ve A
rū ſit,qd ſaltē tolerabilius dici poſſit, vtrum
hoc qđ modo dixi an in illis primis Dei ope
rib.vnā aīam primi hominis factā , de cuius
ꝓpagine oēs hoīum aīæ crearent̄ , an nouas
ſubinde aīas fieri quarum nulla vel rō facta
præceſſerit in primis illis ſex dierū operibus
Dei. Horum aūt triām duo priora nō repu-
gnant primis illis conditionib.vbi ſimul oīa *Eccl. 18.*
creata ſunt. Siue.n.in aliqua creatura tanquā
in parente ratio aīæ facta ſit , vt omnes aīæ
ab illa gn̄entur,à Deo aūt creent̄,qn̄ ſingulis
hoīb. dantur ſicut à parentib. corpora , ſiue
non rō aīæ velut in parente rō prolis,ſed ip-
ſa oīno cum factus eſt dies facta ſit aīa , ſicut
ipſe dies,ſicut cœlum & terra , & luminaria
cœli congruenter dictum eſt,Fecit Deus ho
minem ad imaginem ſuam . Hoc vero tertiū *Gene.*
qūo non repugnet ei ſententiæ , qua & ſexto
die factus accipit̄ homo ad imaginē Dei,&
poſt diem ſeptimum viſibiliter creatus , non
tam facile videri pōt . Nouas quippe animas B
fieri , quæ neq; ipſæ neq; rō earum tanquam
in parente prolis ſexto illo die facta ſit,cum
his operibus , à quibus conſummatis & in-
choatis,Deus in die ſeptimo requieuit , ſi di
xerimus , cauendum eſt ne fruſtra tam dili-
genter ſcriptura commendet ſex diebus con
ſummaſſe Deum oīa opera ſua quæ fecit bo
na valde,ſi aliquas adhuc naturas fuerat crea
turus, quas nec ipſas nec earū ibi rōnes cau-
ſaliter fecerit, niſi intelligat̄ rationem qdem
ſingillatim faciendarum animarum naſcen-
tibus quibuſque dandarum in ſeipſo habere,
non in creatura aliqua condidiſſe. Sed quia
non alterius generis creatura eſt aīa quàm

illius, ſm̄ quam ſexto die factus eſt homo ad imaginē Dei, non recte dicimus Deū ea face re nunc, quæ tunc non cōſummauit: iam n. tunc aīam fecerat, quales & nunc facit, & iō non aliqđ nouum creaturæ genus nunc facit, qđ tunc in ſuis conſummatis operib. nō creauit, nec contra illas cāles rōnes rerum futurarum, quas vniuerſitati tunc indidit, hæc eius operatio eſt, ſed potius ſm̄ ipſas, qñ quidem corporib. humanis, quorum ex illis primis operib. propagatio cōtinuata ſucceſsione protendit, tales congruit aīas inſeri, quales nunc facit atq; inſerit. Quapp iā nihil timentes, ne contra verba libri huius quæ de prima illa ſex dierum conditione cōſcripta ſunt, qlibet harū triū ſn̄iarum probabilitas vicerit, ſentire videamur, ſuſcipiamus diligen-

C tiorē q̄nis hui⁹ ptractationē, q̄tum adiuuat Deus, ne forte fieri poſſit, vt ſi nō liquidā, de qua dubitari vltra nō debeat, tñ certe acceptabilem de hac re ſn̄iam nanciſcamur, vt eā tenere donec certum aliqd eluceſcat, non ſit abſurdum. Qđ ſi ne hoc qdem potuerimus, documentorū momentis vndiq; pariterque nutantib. ſaltem non videbitur noſtra dubitatio laborem deuitaſſe q̄rendi, ſed affirmandi temeritatē, vt me, ſi quis recte iam certus eſt, docere digneť, ſi quem vero nec diuini eloquij, nec perſpicuæ rōnis authoritas, ſed ſua præſumptio certū fecerit dubitare mecum non * dignetur. Ac primū illud firmiſsime teneamus, aīæ naturam nec in naturam corporis conuerti, vt quæ iam fuit aīa fiat corpus, nec in naturam aīæ irrōnalis, vt quæ fuit aīa hoīs, fiat pecoris, nec in naturam Dei, vt quę fuit aīa, fiat quod eſt Deus, atq; ita viciſsim nec corpus, nec aīam irrōnalem, nec ſubſtantiam, quæ Deus eſt, conuerti & fieri aīam humanam. Illud ēt non minus certum eſſe debet animam non eſſe niſi creaturā Dei. Quapropter ſi neq; de corpore, neque de anima

*a. l. dedignetur.*

*Aiam in aliam rē non mutari. cap. 4.*

D irrationali neq; de ſeipſo Deus aīam hoīs fecit, reſtat vt aut de nihilo eam faciat, aut de aliqua ſpiritali, tñ rōnali creatura. Sed de nihilo fieri aliqd conſummatis operib. quibus creauit omnia ſimul violentum eſt velle mōſtrare, & vtrum perſpicuis documentis obtineri poſſit ignoro. Nec exigendum eſt à nobis, quod vel comprehendere homo non valet, vel ſi iam valeat, mirum ſi perſuadere cuiquam pōt, niſi tali, qui etiam nullo homine docere conante pōt etiam ipſe tale aliquid intelligere. Totius eſt igitur de hmōi reb. nō humanis agere coniecturis, ſed diuina teſtimonia perſcrutari. Quod ergo ex angelis tāquam parentib. Deus creet aīas, nulla mihi de canonicis libris occurrit authoritas. Multo minus itaq; ex mūdi corporeis elemētis, niſi forte illud mouet quod apud Ezechielē Prophetam, cū demonſtrať reſurrectio mortuorū redintegratis corporib. ex quatuor vētis cœli aduocať ſpūs, quo pflante viuificentur vt ſurgant. Sic. n. ſcriptum eſt, Et dixit mihi dn̄s Propheta ſuper ſpm̄, Propheta fili hominis & dic ad ſpm̄, Hæc dicit dn̄s, A quatuor partib. ventorum cœli veni & ſpira in mortuos hos & viuant. Et prophetaui ſicut præcepit mihi dn̄s, & introiuit ſpūs vitæ in eos, & reuixerūt & ſteterunt ſup pedes ſuos congregatio multa valde. Vbi mihi vī prophetice ſignificatum, non ex illo tm̄ campo vbi res ipſa demonſtrabať, ſed ex toto orbe terrarum reſurrecturos homines, & hoc per flatum quatuor mundi partium fuiſſe figuratum. Neque enim etiam flatus ille ex corpore domini, ſubſtantia erat ſpiritusſancti, quando ſufflauit & ait, Accipite ſpiritumſanctum, ſed vtique ſignificatum eſt, ſic etiā ab ipſo procedere ſpiritumſanctum, quomodo ab eius corpore flatus ille proceſsit. Sed quia mundus non ita Deo coaptatur ad vnitatem perſonæ, ſicut caro illa verbo eius vnigenito filio, non poſſumus dicere ita eſſe animā de ſubſtantia Dei quemadmodum flatus ille à quatuor ventis de natura mundi factus eſt, ſed tamen aliud eum fuiſſe, aliud ſignificaſſe puto, quod exemplo flatus ex corpore domini procedentis recte intelligi poteſt. Etiā ſi Ezechiel Propheta illo loco non reſurrectione carnis qualis proprie futura eſt, ſed inopinatam deſperati populi reparationem per ſpiritum domini qui repleuit orbem terrarum, figurata reuelatione præuidit. Illud ergo iam videamus, cuinam potius ſententiæ diuina teſtimonia ſuffragentur, eine qua dicitur animam vnā Deum feciſſe, & dediſſe primo homini vnde cæteras fecerat ſicut ex eius corpore cætera hominum corpora, an ei qua dicitur ſingulas ſingulis facere, ſicut illi vnam, nō ex illa cæteras. Illud enim quod per Eſaiam dicit, Omnem flatum ego feci, cum hoc eum de anima dicere quæ ſequuntur

nr ſatis oſtendant, ad vtrunque accipi põt.
Nam ſiue ex vna primi hoĩs aĩa, ſiue ex ali-
quo ſuo ſecreto, oẽs proculdubio aĩas ipſe
l. 32. fecit. Et illud qđ ſcriptum eſt, Qui finxit ſin-
gillatim corda eorum, ſi nomine cordiũ vo
luerimus aĩas intelligere, neq; hoc repugnat
cuiquã duorũ de qb. nũc ambigimus. Siue. n.
ex vna illa quã flauit in faciẽ primi hoĩs, ipſe
vtiq; ſingulas fingit ſicut etiam corpora ſiue
ſingulis vel fingat & mittat, vel in eiſipſis qb.
miſerit ea fingat, q̃quam hoc nõ mihi videat̃
dictũ, niſi ex eo ꝙ per gratiam noſtrę aĩæ ad
G imaginẽ Dei renouatione formant̃. Vñ dicit
h. 2. Apoſtolus, Gratia. n. ſalui facti eſtis per fidẽ,
& hoc nõ ex vobis, ſed donum Dei eſt, non
ex operib. ne forte qs extollatur: Ipſius. n. ſu-
reati mus figmentum * creatum in Chriſto Ieſu in
operib. bonis. Non. n. per hanc gratiã fidei
corpora noſtra creata vel ficta poſſumus in-
50. telligere, ſed ſicut in Pſalmo dictũ eſt, Cor
mundum crea in me Deus. Hinc ẽt illud eſſe
puto. Qui finxit ſpiritũ hominis in ipſo, tanq̃
aliud ſit factam animam mittere, aliud in ip-
ſo hoĩe facere, i. reficere ac renouare, ſed ẽt
hoc ſi non de gratia in qua renouamur, ſed
de natura in qua naſcimur intelligamus, ad
vtranq; ſñiam duci põt, quia vel ex vna illa
primi hoĩs tanquã ſemẽ aĩæ attractũ ipſe fin
git in hoĩe vt viuificet corpus, ſiue ſpiritum
vitæ, nõ ex illa propagine ſed aliunde corpo
ri infuſum, ipſe itidem fingit per mortales
ſenſus carnis, vt fiat homo in animã viuam.
triri Illud ſane de libro ſapientiæ vbi ait, Sortitus
bo- ſum animam bonam, & cum eſſem bonus,
am: veni ad corpus coinquinatum, diligentiorẽ
ic. 7 conſiderationem flagitat, Magis. n. vr̃ atteſta-
m. 8 ri opinioni, qua non ex vna propagari, ſed
deſuper aĩę venire creduntur ad corpora, ve
runtñ quid eſt, ſortitus ſum aĩam bonã? Qua
ſi aut ĩ illo aĩarum fonte, ſi vllus eſt, alię ſint
aĩæ bonæ, aliæ non bonæ, quę ſorte quadam
exeant, quænam cui homini tribuat̃, aut alias
Deus ad horam conceptorum vel naſcentiũ
faciat bonas, alias non bonas, quarum qſque
orte. habeat * ſortem, quę acciderit. Mirum ſi hoc
H eos ſaltem adiuuat, qui credunt aĩas alibi fa-
ctas ſingillatim mitti a Deo ſingulis qbuſq;
corporib. hominum, ac nõ illos potius, qui
pro meritis operũ, quę ante corpus egerunt,
in corpora mitti animas dicunt. Secundũ qd
enim aliæ bonæ, aliæ nõ bonę venire ad cor
pora poſſunt putari niſi ſecũdum opera ſuæ?
Neque enim ſm naturam, in qua fiunt ab illo
qui oẽs naturas bonas facit. Sed abſit vt con-
tradicamus Apoſtolo, qui dicit nondũ natos
nihil egiſſe boni aut mali, vnde cõfirmat nõ Rom. 9.
potuiſſe ex operib. dici, ſed ex vocante, ma-
ior ſeruiet minori, cũ de geminis ageret ad-
huc in Rebeccæ vtero conſtitutis. Sequeſtre
mus ergo paululũ hoc de libro ſapientiæ te
ſtimoniũ, neque. n. negligendi ſunt, ſeu errẽt
ſeu verũ ſapiant, q hoc ſpecialiter & ſingula
riter de aĩa illa dictũ putant mediatoris Dei
& hoĩum hoĩs Ieſu Chriſti. Quod ſi neceſſe
fuerit, quale ſit poſtea conſiderabimus, vt ſi I
Chriſto conuenire non potuerit, quæramus 1. Ti. 2.
quẽadmodũ id accipere debeamus ne cõtra
Apoſtolicã veniamus fidẽ putantes habere
aĩas aliqua merita operum ſuorum, priuſ-
quam incipiant in corporibus viuere. Nunc
illud videamus quemadmodum dictum ſit, Spũs hoĩs
Aufer ſpm̃ eorum, & deficient, & in puluerẽ Cap. 8.
ſuum reuertentur. Emitte ſpm̃ tuum, & crea- Pſ. 103.
bunt̃, & renouabis faciẽ terræ. Pro illis enim
qui arbitrant̃ aĩas ex parentib. ſicut corpora
creari, hoc vr̃ ſonare, cum ſic intelligat̃, vt
ſpm̃ eorum propterea dixerit, ꝙ eum hoĩes
ex hoĩbus acceperint. qui cum mortui fue-
rint, non eis poterit ab hominibus reddi vt
reſurgant, quia non rurſus quemadmodum
quando nati ſunt, a parentibus dr̃, ſed Deus
cum reddet, qui reſuſcitat mortuos. Ac per
hoc eundem ſpm̃ dixit eorũ cum moriunt̃,
Dei autem cum reſurgunt, quod pñt illi qui
non ex parentibus, ſed Deo mittente animas
venire aſſerunt, pro ſua opinione ſic intelli-
gere vt eorũ dixerit ſpiritum cum moriunt̃,
quia in eis erat, & ab eis exiit, Dei aũt cũ re-
ſurgunt, ꝙ ab ipſo mittitur, ab ipſo redditur.
Proinde hoc ẽt teſtimonium neutris eorum
aduerſatur, ego vero arbitror melius intelli
gi hoc dictũ de gratia Dei, qua interius reno
uamur. Oĩum enim ſuperborum ſecundum Col. 3.
terrenum hoĩem viuentiũ, & de ſua vanitate
præſumentium, quodammodo aufertur ſpi-
ritus proprius, cum exuũt ſe veterem homi- K
nem, & infirment̃ vt perficiant̃ expulſa ſupb-
bia, dicẽtes dño per humilem cõfeſsionem,
Memento quia puluis ſumus, quibus dictum
erat, Quid ſuperbis terra & cinis? Per ocu- Pſ. 102.
lum quippe fidei cõtuentes Dei iuſtitiam, & Eccle. 10
nolẽtes cõſtituere ſuã, ſemetipſos deſpiciũt, Rom. 10.
ſicut

ſicut Iob dicit, & diſtabeſcunt, & æſtimant
ſe terrrã & cinerẽ, hoc.n.eſt, Et in puluerem
Pſ. 103. ſuum conuertentꝰ. Accepto aũt ſpũ Dei, di-
Gal. 2. cunt, Viuo autem iã non ego viuit aũt in me
*Quo corpus quo aĩa reuertatur. c.9* Chriſtus: Sic innouatꝰ facies terræ per noui
teſtamẽti gratiã numeroſitate ſanctorũ. Illud
ẽt qđ apud Eccleſiaſten ſcriptũ eſt, Et couer
Eccle. 12. tatꝰ puluis in terrã ſicut fuit, & ſpũs reuertatꝰ
ad Deum qui dedit eũ, neutri ſniæ contra al
terã ſuffragatꝰ, ſed in vtraq; conſiſtit. Tum. n.
iſti dixerint hinc probari nõ a parentib. ſed
a Deo aĩam dari, qđ conuerſo puluere in ter
rã ſuã.i.carne: q̃ de puluere facta eſt, reuertetꝰ
ſpũs ad Deum, qui dedit illũ. Rñdent illi, Vti
que ita eſt, Redit.n.ſpũs ad Deũ, qui eũ dedit
L homini primo, qñ in eius faciẽ ſufflauit, cõ-
uerſo puluere.i humano corpore in terram
ſuam, vñ primitus factum eſt. Neque.n.ad pa
rentes erat ſpũs rediturus, q̃uis inde ſit crea-
tus ex illo vno qui homini primo datus eſt,
ſicut nec ipſa caro poſt mortẽ ad parentes re
uertitꝰ, à q̃b. eam certe conſtat eſſe propaga-
tã. Quẽadmodũ ergo caro nõ redit ad hoĩes
ex q̃b. creata eſt, ſed ad terrã vñ primo homi
ni formata eſt, ita & ſpũs non redit ad hoĩes
a q̃b. transfuſus eſt, ſed ad Deum, a quo pri-
mæ illi carni datus eſt. Quo teſtimonio ſanè
ſatis admonemur ex nihilo Deũ feciſſe ani-
mam, q̃ primo hoĩ dedit, non ex aliqua iam
facta creatura, ſicut corpus ex terra, & iõ cũ
redit nõ habet quò redeat, niſi ad authorem
qui eã dedit, nõ ad eam creaturã ex qua facta
eſt, ſicut corpus ad terrã. Nulla eſt.n. creatu-
ra ex qua facta eſt, q̃a ex nihilo facta eſt, ac ꝑ
hoc ad factorẽ ſuũ redit q̃ redit, a quo ex ni-
hilo facta eſt. Non.n.oẽs redeunt, qm̃ ſunt de
quib. dr̃, Spiritus ambulans & nõ reuertens.
Pſal. 77. Quocirca difficile eſt q̃dẽ oĩa de hac re ſcri
*Qõ de aĩa mulieris, difficilis. Cap. 10.* pturarũ ſanctarũ teſtimonia colligere, ꝙ &
ſi fieri poſſit, vt non ſolũ cõmemorentꝰ, ſed
ẽt pertractentꝰ, in magnã ſermonis longitudi
nem pergunt. Sed tñ niſi aliquid tam certum
M proferatꝰ, q̃ certa proferuntꝰ, quib. oſtenditur
ꝙ Deus aĩam fecerit, vel ꝙ eam primo homi
ni dederit, quonam modo per diuini eloq̃
teſtimonium iſta qõ ſoluatur ignoro. Si. n.
ſcriptum eſſet, ꝙ ſimiliter ſufflauerit Deꝰ in
faciem formatæ mulieris, & facta fuerit in
animam viuam, iam q̃dem plurimum lucis
accederet, qua cuiq; formatæ carni hoĩs non
ex parentib. dari aĩam crederemus, adhuc tñ
expectaretꝰ quid proprie teneretꝰ in prole, q̃
nobis modus vſitatus eſt hoĩs ex hoĩe: Prima
vero mulier aliter facta eſt, & iõ adhuc dici
poſſet, aĩam ꝑpea non ex Adã diuinitus Euæ
datam, q̃a non ex illo tanq̃ proles orta eſt. Si
aũt homini qui primus ex illis natus eſt com
memoraret ſcriptura, nõ ex parentib. ductã,
ſed deſuper aĩam datã, illud iam in cæteris ẽt
tacente ſcriptura oporteret intelligi. Nũc ita
que & illud conſideremus vtrũ neutram cõ
firmet ſnĩam, ſed vtrique poſſit accommoda
ri, quod ſcriptũ eſt, Per vnũ hoĩem peccatũ
in hũc mundũ intrauit, & per peccatũ mors,
& ita in oẽs hoĩes pertranſiit, in quo oẽs pec
cauerũt. Et paulo poſt, Sicut per vnius deli-
A ctum in oẽs hoĩes ad cõdemnationẽ, & per
vnius iuſtificationẽ in oẽs hoĩes ad iuſtifica-
tionẽ vitę. Sicut.n.ꝑ inobediẽtiam vnius ho-
minis peccatores conſtituti ſunt multi, ita &
per vnius obedientiam iuſti conſtituentꝰ mul
ti. Ex his.n.verbis Apoſtoli, qui defendũt aĩa-
rum propaginem, ſnĩam ſuã ſic aſtruere mo
liuntꝰ: Si ſm̃ ſolam carnẽ, inquiunt, põt intel
ligi peccatũ vel peccator, nõ cogimur in his
verbis ex parentib. aĩam credere. Si aũt q̃uis
per illecebram carnis, non tñ peccat niſi ani
ma, quomodo accipiendum eſt quod dictũ
eſt, in quo oẽs peccauerunt, ſi non ex Adam
etiam aĩa ſicut caro propagata eſt? Aut quo-
modo per illius inobedientiã peccatores cõ
ſtituti ſunt multi, ſi tm̃ ſecundum carnem in
illo, non etiam ſecundum animam fuerunt?
Cauẽdum eſt enim ne vel Deus videatur au-
thor eſſe peccati, ſi dat animam carni, in qua
eã peccare neceſſe ſit, vel poſſit eſſe aĩa, præ-
ter ipſius Chriſti, cui liberandæ à peccato nõ
ſit Chriſtiana gratia neceſſaria, quia nõ pec-
cauit in Adam, ſi oẽs in eo peccaſſe ſecundũ
carnem tm̃ quæ de illo creata eſt non etiam
ſecũdum aĩam dictum eſt, quod vſqueadeo
contrariũ eſt Eccleſiaſticæ fidei, vt parentes
ad percipiendã gratiam ſancti baptiſmi etiã
B cum paruulis atque infantibus currant: In
quib. ſi hoc vinculum peccati ſoluitur quod
tantummodo carnis, non etiam quod animę
eſt, merito quæritur quid eis obeſſet ſi in il-
la ætate, de corpore ſine baptiſmo exirent.
Si enim per hoc ſacramentum corpori eo-
rum, & non etiam animę conſulitur, debe-
rent & mortui baptizari. At cum videamus
hoc vniuerſaliter Eccleſiã retinere, vt cũ vi-
uentibus

uentibus curratur, & viuētibus succurratur, ne cum mortui fuerint nihil posit fieri qđ prosit: non uidemus quid aliud possit intelligi, nisi vnumquemque paruulum non esse nisi Adam & corpore & anima, & ideo illi Christi gratiam necessariā. Aetas quippe illa in seipsa nihil egit uel boni vel mali. Proinde ibi anima innocentissima est, si ex Adam propagata non est. vnde quō possit iuste ire C in condemnationem si de corpore sine baptismo exierit, quisquis istam sententiam de anima tenens potuerit demōstrare, mirādus est. Verissime quippe ac veracissime scriptū est, Caro cōcupiscit aduersus spiritū & spiritus aduersus carnē: sed tñ carnē sine anima cōcupiscere nihil posse puto, quod omnis doctus & indoctus nō dubitet. Ac per hoc ipsius concupiscentiæ carnalis causa nō est in aīa sola, sed multo minus est in carne sola. Ex vtroq;.n. fit: ex aīa.s. ꝙ sine illa delectatio nulla sentit: ex carne aūt, ꝙ sine illa carnalis delectatio nō sentitur. Carnem itaque concupiscentem aduersus spiritū dicit Apostolus carnalē proculdubio delectationē, quā de carne & cū carne spiritus habet aduersus delectationē quā solus habet. Solus quippe habet, nisi fallor, illud desideriū, nō cū carnis voluptate, vel carnaliū rerū cupiditate commixtū, quod desiderat & *deficit aīa in atria dñi. Solus habet ēt illud de quo ei dr̃. Concupisti sapientiā, serua mandatū, & dominus ꝓbet illā tibi. Nam cum spiritus imperat membris corporis vt huic desiderio seruiant quo solus accendit: velut cū assumitur codex, cum aliquid scribitur, legitur, disputatur, auditur, cū deniq; panis frangit esurienti, & cętera humanitatis ac misericordię ꝓstantur officia: obedientiā caro exhibet, non concupiscentiā mouet. His atq; huiusmodi bonis desiderijs quibus sola aīa concupiscit, cū aduersatur aliquid quod eandē animā secundū car D nem delectat, tunc dicitur caro cōcupiscere aduersus spiritū, & spiritus aduersus carnē. Sic.n. dicta est caro in eo ꝙ secundum ipsā facit anima, cum ait, Caro concupiscit; quēadmodum dictum est, Auris audit, & oculus videt. Quis.n. nescit ꝙ anima potius & ꝑ aurem audiat, & per oculum videat? Ita loquimur etiā, cum dicimus, manus tua subuenit homini, cum aliquid porrecta manu dat quo cuiquā subueniatur. Quòd si de ipso ēt fidei oculo ad quem pertinet credere q̄ per carnem non videntur, dictum est, Videbit omnis caro salutare Dei: nō utiq; nisi de aīa qua viuit caro: cū ēt per ipsam carnē nostrā Christū pie videre.i. formā qua indutus est propter nos, non pertineat ad cōcupiscētiā, sed ad ministeriū carnis. Ne forte aliquis ita uelit accipere, qđ dictū est, Videbit omnis caro salutare Dei: quanto cōgruentius dr̃, caro concupiscere, qñ aīa non solū carni animalē uitā præbet: uerumetiā secundū ipsam carnē aliquid cōcupiscit: quod in potestate non est ne concupiscat, quandiu inest peccatum in membris.i. uiolenta quædā carnis illecebra in corpore mortis huius ueniens de uindicta illius peccati unde propaginē ducimus, secundū q̄ oēs ante gratiā filij sunt iræ. Contra quod peccatū militant sub gr̃a constituti, non ut non sit in eorū corpore quandiu ita mortale est, ut & mortuū iure dicat, sed ut non regnet. Non aūt regnat, cū desiderijs eius.i. his quæ secundū carnē contra spiritū concupiscunt, non obeditur. Proinde Apostolus, Nūquid ait non sit peccatū in uestro mortali corpore? Sciebat quippe inesse peccati delectationē, quā peccatū uocat, de prauata.s. ex prima trāsgressione natura. Sed nō, inquit, regnet peccatū in uestro mortali corpore ad obediēdū desiderijs eius, nec exhibeatis membra uestra arma iniquitatis peccato. Secundū hanc sententiā nec rem absurdissimā dicimus, ꝙ caro sine anima concupiscat: nec Manichæis consentimus, qui cum uiderent non posse carnē sine anima concupiscere, aliā quandā animā suā ex alia natura Deo contrariā carnē habere putauerunt unde concupiscat aduersus spiritū. Nec alicui animæ non esse necessariā Christi gratiā dicere cogimur, cum dr̃ nobis, Quid meruit aīa infantis, unde illi pniciosum sit nō percepto Christiani baptismi sacramēto exire de F corpore, si nec ꝓprium aliquod peccatum commisit, nec ex illa est que in Adam prima peccauit? Non.n. de pueris grandiusculis agimus, quibus qdem peccatū proprium nolunt attribuere quidā, nisi ab anni quartidecimi articulo cum pubescere cœperint. Quod merito crederemus, si nulla essent peccata nisi que membris genitalibus admittuntur. Quis uero audeat affirmare, furta, mendacia, periuria, nō esse pctā, nisi q talia uult impune

Marginal notes: *Gal. 5.* (beside "Caro cōcupiscit"); *Psal. 83.* / *Eccl. 1.* / *defuit* (beside "deficit aīa in atria"); *Lucæ. 3.*; *Ephe. 2.*; *Rom. 6.*; *Gal. 5.*; *Rom. 6.*; *An caro concupiscat sine anima. Cap. 13.*; *Peccata puerorū.*

impũne committere? At his plena eſt pueri-
lis ætas, quanuis in eis non ita vt in maiorib.
punienda videant̃, ꝙ ſperent̃ annis acceden-
tib.⁹ qb. ratio conualeſcat poſſe præcepta ſa-
lutaria melius intelligere, eisque libentius
obedire. Sed nunc de pueris nõ agimus, quo
rum carnalẽ ac puerilem voluptatẽ vel cor-
poris vel animi ſi veritas & æquitas oppugna
uerint, quib. pñt virib. dictorum atq; factorũ
G repugnant, pro qua niſi pro falſitate & iniq-
tate q̃ ſuffragari videbitur eis, vel ad perci-
pienda quæ alliciunt, vel ad vitanda q̃ offen-
dunt. De infantib. loquimur, non qa naſcunt̃
plerunque de adulteriis, neq; enim in prauis
a l. germinare. morib. naturæ dona culpanda ſunt, aut ꝑpea
non debuerunt * germinari frumenta ꝙ ea
ſeuerit furãtis manus, aut vero ipſis parentib.
offutura ſit iniquitas ſua, ſi ſe ad eũ conuertẽ
do correxerint, quãto minus filiis ſi recte vi
a. l. põt omitti, ſic Infantes, ſeruari baptiſmo. xerint. Sed illas ætas (ſic) vehementem qõnẽ
mouet, cuius anima cũ peccatum nullum ha
beat de proprio volũtatis arbitrio, quæritur
qũo poſſit iuſtificari ꝑ illius vnius hoĩs obe
cap. 14. Rom. 5. dientiam, ſi per alterius vnius inobediẽtiam
rea non eſt. Hæc vox eorum eſt, qui aĩas ho-
minum ex hominib. parentib. creatas volũt,
non qdem niſi à creatore Deo, ſed ſicut etiã
corpora. Non. n. & hoc parentes creant, ac
Hiere. 1. non ille qui ait, Priuſquam te formarẽ in vte
ro noui te. Quib. rñdetur aĩas quidem corpo
rib. hominum Deum nouas ſingillatim da-
re, ad hoc vt ĩ carne peccati de originali pec
cato veniente recte viuendo, carnalesq; con
cupiſcentias ſub Dei gratia ſubigendo, meri
tum cõparent, quo cum ipſo corpore in me
lius transferant̃ tpe reſurrectionis: & in Chri
ſto in æternum cum angelis viuant. Sed ne-
a.l. omittendũ, ut ceſſe eſſe (vt) cum mẽbris terrenis atq; mor-
talib. maximeq; de peccati carne propaga-
tis, miro modo coaptantur, vt ea primitus vi
uificare, poſt ẽt ætatis acceſſu regere poſſint,
H tanq̃ obliuione prægrauent̃. Quæ ſi eſſet quo
dammodo indigeſtibilis, creatori tribueret̃.
Cum vero paulatim ab hui⁹ obliuionis cor
pore aĩa reſipiſcens poſſit conuerti ad Deũ
ſuum, eiusq; miſericordiam & veritatem
primo ipſa pietate cõuerſionis, deinde ſeruã
di præcepti eius perſeuerãtia promereri, qd
ei obeſt illo velut ſomno paululum immer-
gi, vnde paulatim euigilans in lucem intelli-
gentiæ, ꝑ ꝑ quam rõnalis aĩa facta eſt, poteſt
per voluntatem bonam eligere vitam bonã,
quod qdem non poterit niſi adiuuerit gratia
Dei per mediatorẽ, hoc ſi neglexerit hõ, non
tm̃ ſecundum carnem, verumetiam ſecundũ
ſpm̃ erit Adam. Si aũt curauerit, erit Adam ſe
cundum carnem tantummodo ſm ſpm̃ autẽ
recte viuens. illud ẽt quod de Adam * culpa- a.l. cu[...]
bili tractum eſt, mundatum à labe peccati re bili.
cipere merebitur illa commutatione quam
ſanctis reſurrectio pollicet̃. Sed antequam ꝑ I
ætatem poſſit ſecundum ſpm̃ viuere, neceſſa
rium habet mediatoris ſacr̃m, vt quod per
eius fidem nondum põt, per eorum qui eum
diligunt fiat. Eius. n. ſacro ſoluit̃ etiam in æta-
te infantili originalis pœna peccati, à quo ni
ſi adiutus, ẽt iuuenis carnalem concupiſcen-
tiam non domabit, nec ea ſubiugata æternæ
vitæ meritum apprehendet, niſi eius dono
quem promereri ſtudet. Ideo viuus oportet
ẽt infans baptizet̃, ne obſit aĩæ ſocietas carnis
peccati, qua participata fit vt nihil poſſit aĩa
infantis ſecundum ſpiritum ſapere. Ipſa qp-
pe affectio grauat etiam corpore exutam, ni
ſi cum in corpore eſt, per vnicum ſacrificiũ
Cur infan[...] mo[...] ptin[...] dem[...] Ca[...] veri ſacerdotis expiet̃. Quid ergo, ait aliqs,
ſi hoc non curauerint ſui, vel infidelitate vel
negligentia? Hoc qdem ẽt de maiorib. dici
poteſt. Poſſunt. n. vel repente emori, vel apud
eos ægrotare, vbi eis quo baptizentur nemo
ſubueniat. Sed illi, inquit, habent etiam pro-
pria peccata quorum indigeant remiſſione,
quæ ſi dimiſſa nõ fuerint, nemo eos recte di-
cet immerito plecti, pro iis quæ in ſua vita
ſua voluntate commiſerint. Illa vero anima
cui quædam contagio tracta de carne pecca
ti, ſi de illa prima anima peccatrice nõ crea-
ta eſt, nullo modo imputari poteſt, neque. n.
vllo peccato, ſed natura qua ſic facta eſt, &
Deo dante carni data eſt, cur alienabitur ab
æterna vita ſi baptizando infanti nemo ſub-
uenerit? An forte nihil oberit? Quid ergo pro K
deſt ei cui ſubuenitur, ſi nihil obeſt cui non
ſubuenitur? Hic pro ſua cauſa quid reſponde
re poſſint, qui ſecundum ſcripturas ſanctas,
vel ꝙ apud eas inueniatur, vel ꝙ eis non ad-
uerſetur, conantur aſſerere animas nouas, nõ
de parentibus tractas corporibus dari, non-
dũ me audiſſe, vel vſpiam legiſſe fateor. Non
ideo ſanè abſentium negocium deſerendum
eſt, ſi quid mihi quo adiuuari videatur, oc-
currerit. Poſſunt. n. * adhuc dicere, Deũ præ- a.l. ad[...]
ſcium,

scium, quomodo quæque aīa victura esset, si
diutius in corpore viueret, eiq; procurare la
uacri salutaris ministrationē, cuius futuram
fuisse præuidet pietatē, cū ad annos fidei ca-
paces veniret, si non eum oporteret pp aliq̄
occultam cām morte præueniri. Occultum
itaq; est atq; ab humano, vel certe ab īgenio
meo remotissimū, cur nascat̄ infans, vel cōti
nuo vel cito moriturus. Sed hoc ita occultū
est, vt neutros adiuuet, de quorū nunc snīis
disceptamus. Illa.n. explosa opinione qua pu
tant aīæ pro anteactę vitæ meritis in corpo-
ra detrudi, vt ea citius solui meruisse videat̄,
q̄ non multa peccauerat, ne contradicamus
Apostolo nihil nondū natos boni vel mali
egisse testanti, nec illi qui aīę traducē affir-
mant, pñt pro se ostendere, cur aliorū mors
acceleret̄, retardet̄ aliorū, nec q̄ eas dari no-
uas volūt singulas singulis. Occulta ergo ista
causa est, & vtrisq; pariter, q̄tū existimo, nec
suffragat̄ nec aduersat̄. Proinde qui de infan
tiū mortib. vrgebant̄, cur oīb. sit necessarium
baptismi sacramentū quorū aīę non ex illa
ductæ sunt, cuius inobediētia peccatores cō
stituti sunt multi, cum rñdēt peccatores qui-
dem cōstitutos omnes ſm carnem, ſm aīam
vero nō nisi eos q̄ eo tpe male vixerunt, quo
& bene potuissent. Oēs autē aīas, hoc est in-
fantium iō hr̄e necessariū baptismi sacr̄m, si
ne quo ex hac vita ēt in illa ætate emigrare
nō expedit, quia contagio peccati ex carne
peccati qua obruitur anima, cum his inse-
rit̄ membris, oberit ei post mortem, nisi cū
adhuc in ipsa carne est, sacro mediatoris ex-
piet̄, eiq; diuinitus hoc auxiliū procurari, q̄
Deus præsciit si vsq; ad annos fidei cōgruos
hic viueret pie fuisse victuram, q̄ pp aliqd
quod ipse nouit & nasci voluit in corpore,
& cito extraxit è corpore. Cum ergo hęc rñ
dent, quid eis contradici potest, nisi incertos
nos eorum salutis fieri, qui hac vita bene ge-
sta, in Ecclesiæ pace defuncti sunt, si non so-
lum ſm id quod qsq; vixit, verumetiam ſm
id quod victurus esset, si amplius viuere po-
tuisset, quisq; iudicādus est, qñquidem valēt
apud Deum merita mala, non tm̄ præterito-
rum, sed futurorū ēt delictorum, à quorum
reatu nec mors liberat, si anteq̄ fuerint ꝯmis-
sa prouenerit, nec aliquid ex pręstitutum est
qui raptus est, ne malitia mutaret intellectū
eius. Deus. n. præscius illius futuræ malitię,
cur nō eū ſm ipsam potius iudicaturus est, si
moriturę animæ infantis ne obesset ei ex cor *Sapien. 4*
pore peccati participata colluuies: ideo sub-
ueniendū iudicauit per baptismū, quia præ-
sciuit eā si viueret, pie fideliterq; fuisse vi-
cturā? An ideo potius refelli hoc inuentum
potest, quia meū est? illi aūt qui de hac sentē
tia certos se esse confirmant, alia fortasse ꝓ-
ferunt vel testimonia scripturarū, vel docu-
menta rationū, quibus hac auferant ambigui
tatē: vel certe ostēdant nō esse cōtra id quod *Supra*
sentiunt illud Apostoli, quo gratiā qua salui *cap. 13.*
efficimur magna intentione cōmendās, ait,
Sicut in Adam omnes moriuntur, sic & in A
Christo oēs viuificabuntur: Sicut per inobe-
dientiā vnius hominis peccatores constituti *1. Co. 15.*
sunt multi, sic & per obediētiam vnius ho-
minis iusti constituentur multi: Eosdemque
multos peccatores, nō quibusdā exceptis,
sed oēs intelligi volens, superius ait de Adā. *Rom. 5.*
In quo omnes peccauerunt: vnde vtiq; infan
tiū animas nō posse secerni, & eo ꝙ dictū ē,
omnes, & eo ꝙ eis per baptismū subuenitur
non absurde credunt, qui animas ex vnius
traduce sapiūt, nisi aliqua manifesta & liqui
da vel ratione quę scripturis sanctis non re-
pugnet, vel earum ipsarum scripturarum au
thoritate redarguantur. Iam itaq; videamus *Sia cum*
quantū suscepti huius operis necessitas pati *carne cree*
tur, quale etiam illud sit quod paulo ante di *tur, an a*
stulimus. Scriptū est enim in libro sapientiæ *Deo mitta*
Puer aūt erā ingeniosus, & sortitus sum ani- *tur. c. 17.*
mā bonā: & cū essem magis bonus, veni ad *Sapien. 8.*
corpus incoinquinatū. Cū enim videat̄ illos
adiuuare hoc testimoniū qui nō ex parenti-
bus creari sed venire ad corpꝰ vel descēdere
Deo mittēte aīas dicūt, rursus hoc īpedit eo
rū sententiā, qđ ait, Sortitus sum aīam bonā
cum proculdubio vel ex vno fonte manare
quodāmodo tanquā riuulos, vel pari natura
fieri animas credūt, * quas Deꝰ mittit in cor *a.l. credāt*
pora: non aūt alias bonas vel magis bonas,
& alias nō bonas vel minus bonas. Vnde.n.
bonę aut magis bonæ, seu non bonę, aut mi
nus bonæ aīæ, nisi vel moribus secundū libe
rū voluntatis arbitrium, vel differentia tem B
peraturæ corporū, dum aliæ magis alię mi-
nus grauantur corpore, quod corrumpit̄, &
aggrauat animam? Sed neque actio erat ali- *Sapien. 9*
qua singularum quarunque animarum, qua
earū mores discernerentur antequā venirent
ad

ad corpora, nec ex corpore minus grauante potuit iste dicere aĩam suam bonam, qui ait:
Sapien. 8. Sortitus sum aĩam bonam, & cum essem magis bonus, veni ad corpus incoinquinatũ. Accessisse.n. dixit bonitati, quia bonus erat, sortitus videlicet aĩam bonam, vt ẽt ad corpus incoinquinatũ veniret. Aliunde ergo bonus anteq̃ veniret ad corpus. Sed vtiq; non dñia morum, q̃a nullum antea vitę gestæ meritũ, non dñia corporis, q̃a prius bonus q̃ veniret ad corpus. Vñ igitur? Hoc aũt illis qui extraduce aĩæ illius præuaricatricis animas creari asserunt, q̃uis pro eis sonare non videat̃ qđ dictum est, Veni ad corpus, tñ in cæteris nõ incongrue coaptatur, vt cum dixisset, Puer
C aũt erã ingeniosus, idipsum explicãs q̃b. causis ingeniosus esset, cõtinuo subiungeret, Et sortitus sum aĩam bonam, videlicet ex paterno ingenio vel corporali temperamento. Deniq; cum essem, inq̃t, magis bonus, veni ad corpus coinquinatum. qđ si maternum intelligat̃, ne hoc q̃dẽ dictũ est, veni ad corpus, huic opinioni refragabit̃, cum ex aĩa & corpore paterno venisse ad maternum corpus accipit̃ incoinquinatũ videlicet vel à cruore menstruo, dñr.n. ex hoc ingenia grauari vel à cõtaminatione adulterina. Ita & hæc verba libri huius, aut magis eis fauent qui aĩarum traducem loquunt̃, aut si & isti ea pñt pro se
Aĩa Christi. c. 18. interpretari, inter vtroq; alternant. Quę si de dño secundum humanam q̃ à verbo assumpta est creaturã velimus accipere, sunt q̃dẽ in eadem circunstãtia lectionis, q̃ illi excellẽtię non conueniant, maxime illud, q̃a idem
a. l.hoc. ipse qui * hoc in eodẽ libro loquit̃, aliquãto superius cũ ista verba de q̃b. nunc agimus diceret, confessus est se ex semine viri in sanguine coagulatum, à quo nascendi modo vti
Sapien. 7. que alienus est. Virginis partus quam non ex
Psal. 21. semine viri carnẽ concepisse Christi, nullus ambigit Christianus. Sed q̃a in Psalmis, vbi ait Foderunt manus meas & pedes meos, di
D numerauerunt oĩa ossa mea: Ipsi vero considerauerunt & conspexerũt me diuiserunt sibi vestimenta mea, & super uestem meam miserunt sortem q̃ proprie illi uni congruunt ibi ẽt dixit, Deus Deus meus respice in me ut quid me dereliquisti, longe à salute mea uerba delictorum meorum, quæ rursus ei non conueniunt, nisi transfiguranti in se corpus humilitatis nostræ, quoniã membra sumus corporis eius. Et quia in ipso Euãgelio, puer proficiebat ætate & sapientia, sic pñt ẽt ista q̃ *Philip.* circa hanc sñiam in libro sapientiæ legunt̃, p̄p humilem formam serui, & unitatem corporis Ecclesię cũ capite suo, eidem ipsi dño *Luc.* coaptari. Quid ingeniosius illo puero cuius in annis duodecim seniores sapiẽtiam mirabant̃? Et quid illa aĩa melius? Quæ etiã si uincant non certando, sed probando, qui aĩarũ traducem affirmant, non erat consequens ut etiam ipsa ex illius præuaricatoris traduce uenisse credenda sit, ne per illius hoĩs inobedientiam etiam ipse peccator constituatur, p̄ *Rom.* cuius unius obedientiam ab illo reatu liberati, iusti constituunt̃ multi. Et q̃d in coinquinatius illo utero Virginis, cui⁹ caro ẽt si de peccati propagatione uenit, non tñ de peccati *E* propagine concepit, ut ne ipsum quidem corpus Christi ea lex seuerit in utero Marię, quæ in membris posita corporis mortis, repugnat legi mentis, quam sancti patres cõiugati refrenantes, non quidem nisi quousq; licebat, inconcubitum relaxauerunt, nec tñ tantummodo quousque licebat eius impetũ pertulerunt? Proinde corpus Christi q̃uis ex carne fęminæ assumptum est, q̃ de illa carnis peccati propagine cõcepta fuerat, tñ q̃a non sic in ea conceptum est, q̃uo fuerat illa concepta, nec ipsa erat caro peccati, sed similitudo carnis peccati. Non.n. accepit inde reatũ mouendi, qui apparet in motu carnis *Gal.* nõ uoluntario, q̃uis uoluntate superando, ad uersus quẽ spũs concupiscit, sed accipit inde non qđ cõtagioni pręuaricationis, sed qđ exoluendę indebitę morti, & ostendendę p̄missæ resurrectionis sufficeret, quorum unũ nobis ad non timendum, alterum ad sperandum ualeret. Deniq; si à me quærat̃, unde acceperit aĩam Iesus Christus, mallem quidem hinc audire meliores atq; doctiores, sed tñ pro meo captu libentius rñderim, non de Adã: q̃ de Adã. Si.n. puluis assumptus ex terra in qua nullus hominum fuerat operatus me- *F* ruit diuinitus animari, quanto magis corpus assumptum ex carne in qua itidem nullus hominum fuerat operatus sortitum est animam bonam, cum illic erigeret̃ casurus, hic descẽderet leuaturus. Et fortasse ideo ait, Sortitus *Sap.* sum animam bonam, si tũ hoc de illo oportet intelligi, quia solent quæ forte dantur diuinitus dari, aut quod fideliter dicendum est,

eſt,ne vel illa anima aliquibus operib.præcedentib.ad tm̃ apicem ſubuecta putaret̃,vt cũ ea verbũ caro fieret,& habitaret in nobis,ad auferendã ſuſpitionem præcedentium meritorũ,ſortis nomen acceſsit. Eſt in epiſtola q̃ inſcribitur ad Hebreos locus q̄dam diligenti conſideratione digniſsimus. Cum.n.ꝑ Melchiſedech in quo hui⁹ rei futuræ figura ꝓceſſerat diſcerneret̃ ſacerdotiũ Chriſti a ſacerdotio Leui. Videte ergo,inquit,qualis hic eſt cui & decimã partẽ Abrahã dedit de primitiis Patriarcha Et ij q̄dẽ qui de filiis ſũt Leui ſacerdotiũ accipientes,mandatũ habent a decimis populi ſ̃m legem, hoc eſt a fratribus ſuis, quãuis & ipſi ex lumbis Abrahæ exierint. Qui aũt non eſt ex genere eorũ, decimauit Abrahã, & habẽtẽ ꝓmiſsionẽ benedixit. Sine vlla aũt contradictione qui minor eſt a maiore benedicit̃,& hic q̄dẽ decimas morientes hoĩes accipiunt, ibi aũt q teſtificat̃ ſe viuere, & ſicut oportet dicere, ꝑ Abrahã & Leui accipiens decimã decimatus eſt,adhuc .n.in lumbis patris ſui fuit. Si ergo ẽt hoc valet ad iſtã diſtantiã q̄tum præemineat ſacerdotio. Leuitico ſacerdotiũ Chriſti, ꝙ ſacerdos Chriſtus per illum præfiguratus eſt, qui decimauit Abrahã,in quo & ipſe Leui decimatus eſt, ꝓfecto Chriſtus ab eo non eſt decimatus. At ſi propterea decimatus eſt Leui, q̄a erat in lumbis Abrahæ,& ſi propterea nõ eſt decimatus Chriſtus,qua nõ erat in lumbis Abrahæ. Porrò aũt ſi non ſ̃m aĩam, ſed tm̃ ſ̃m carnẽ accipimus Leui fuiſſe in Abrahã, ibi erat & Chriſtus,q̄a & Chriſt⁹ ſ̃m carnem ex ſemine eſt Abrahæ, & ipſe itaq; decimat⁹ eſt. Quid eſt ergo q̄d affertur pro magna differentia ſacerdotij Chriſti à ſacerdotio Leui, ꝙ Leui decimatus eſt a Melchiſedech cũ eſſet in lumbis Abrahæ, vbi & Chiſtus erat, vnde pariter decimati ſunt, niſi quia neceſſe eſt,intelligamus ſecundũ aliquẽ modum ibi Chriſtum non fuiſſe? Quis autem negat eum ſ̃m carnem ibi fuiſſe? Ergo ſ̃m animam ibi non fuit. Non eſt igitur aĩa Chriſti de traduce prçuaricationis Adæ, alioquin ẽt ipſa ibi fuiſſet. Hinc exiſtunt illi qui traducem aĩarũ defendunt, & dicunt confirmatã eſſe ſñiam ſuam ſi Leui conſtat etiam ſ̃m animam fuiſſe in lumbis Abrahæ,in quo eum decimauit Melchiſedech, vt poſsit ab eo Chriſt⁹ in iſta decimatione diſcerni qui quoniam decimatus non eſt, & tñ in lumbis Abrahæ ſ̃m carnem fuit, reſtat vt ſecundum aĩam ibi nõ fuerit, & iõ ſit conſequens vt ibi Leui ſecundũ animam fuerit. Hoc ad me non multum attinet, qui vtrorumque collationẽ adhuc audire ſum paratior, q̃ vtrorumlibet iam confirmare ſñiam. Interim Chriſti animam ab origine huius traducis per hoc teſtimonium ſecernere volui. Inueniunt iſti qui eis pro cęteris fortaſſe rñdeant, & dicant quod etiã me nõ parum mouet, quamuis nullius hominis anima ſit in lũbis patris ſui,ſecundum carnẽ tñ in lumbis Abrahæ conſtitutum Leui decimatum,& ibi conſtitutum ſ̃m carnem Chriſtum non decimatum. Secundum rationem quippe illam ſeminalem ibi fuit Leui, qua ratione per concubitum vẽturus erat in matrem ſecundum quam rationem non ibi erat Chriſti caro, quamuis ſecundum ipſam ibi fuerit Mariæ caro. Quapꝑ nec leui nec Chriſtus in lumbis Abrahæ ſecundum animam, ſecũdum carnem vero & Leui & Chriſtus, ſed Leui ſecundum concupiſcentiam carnalem? Chriſtus autem ſecundum ſolam ſubſtantiã corporalem. Cum. n. ſit in ſemine & viſibilis corpulentia & inuiſibilis ratio vtrũque concurrit ex Abraham vel etiam ex ipſo Adã vſque ad corpus Mariæ, quia & ipſum eo modo cõceptum & exortum eſt. Chriſtus aũt viſibilem carnis ſubſtantiã de carne Virginis ſumpſit,rõ vero cõceptionis eius nõ a ſemine virili ſed longe aliter ac deſuper venit. Proinde ſecundum hoc q̄d de matre ącepit,ẽt in lumbis Abrahę fuit. Ille eſt igitur decimatus in Abrahã:qui licet ſ̃m carnẽ tm̃, ſic tñ fuit in lũbis eius,quemadmodũ in ſui patris ẽt ipſe Abraham, i. qui ſic eſt natus de patre Abraham, quemadmodũ de ſuo patre natus eſt Abraham, per legem.ſ.in membris repugnantem legi mentis & inuiſibilem concupiſcentiam quamuis eam caſta & bona iura nuptiarum non ſinant valere,niſi quantum ex ea poſſunt generi ſubſtituendo proſpicere. Non autem & ille ibi decimatus eſt, cuius caro inde non feruorem vulneris, ſed materiam medicaminis traxit. Nam cum ipſa decimatio ad prçfigurandam medicinam pertinuerit, Illud in Abrahæ carne decimabatur quod curabatur non illud vnde curabatur. Eadẽ nanq; caro non Abrahę tantum, ſed ipſius primi terreniq; hominis ſimul habebat

Marginal notes: I. Chri[sti] ex duce c.19 7. — G — H — I — 3. ſen. di. 3. cap. cũ autem. — K

bebat & vulnus præuaricationis & medicamentum vulneris. Vulnus præuaricationis in lege membrorũ repugnante legi mẽtis,quæ per oẽm inde propagatam carnẽ seminali rõne quasi transcribit? Medicamẽtũ aũt vulneris in eo qđ inde sine opere cõcupiscentiali in sola materia corporali ꝑ diuinã cõceptionis formationisq; rõnem de virgine assumptum est, ꝑꝑ mortis sine iniquitate consortiũ, & sine falsitate resurrectionis exemplũ.

L Quapꝑ ꝙ aĩa Christi non sit ex traduce aĩæ illius primæ præuaricatricis,puto ꝙ ẽt ipsi q̃ aĩarum traducẽ defendunt, cõsentiãt. Per semen qppe cõcũbentis patris transfundi etiã semen aĩæ volunt,à quo genere cõceptionis Christus alienus est, & ꝙ in Abraham si ẜm aĩam fuisset,ẽt ipse decimatus esset. Non esse aũt decimatũ scriptura testat̃, q̃ hinc quoq; sacerdotiũ eius à Leuitico sacerdotio distinguit. An forte dicent sicut potuit ibi esse ẜm carnẽ & non decimari, cur non ẽt ẜm aĩam sine decimatione potuerit? An hoc rñdetur, Quia vtiq; simplicem aĩæ substãtiã incremẽtis augeri corporalib. nec illi putauerũt qui eam corpus existimant, quorũ in parte sunt maxime, q̃ eam ex parentib. creari opinant?

*An aĩa hẽat rõnẽ seminis occultam. Cap. 21.*

Proinde in corporis semine põt esse vis inuisibilis quæ incorporaliter numeros agit, non oculis sed intellectu discernenda ab ea corpulentia q̃ visu tactuq; sentit̃ & ipsa quantitas corporis humani,q̃ vtiq; modulum seminis incõparabiliter excedit, satis ostẽdit posse inde aliq̃d sumi,qđ non habeat illam vim seminalem sed tm̃ corporalem substanciam, quæ diuinitus non de propagine cõcũbẽtiũ in carnem Christi assumpta atq; forma a est. Hoc aũt de aĩa quis valeat affirmare,ꝙ vtrũque habeat & materiam seminis manifestã, & rõnem seminis occultam? Sed q̃d laborẽ in re,q̃ persuaderi verbis nemini forsitan potest,nisi si tm̃ ac tale ingenium sit,quod possit

M loquentis præualere conatum nec totum expectare à sermone? Breuiter itaque colligam,* si potuit & de aĩa fieri,qđ cũ de carne diceremus forsitan intellectũ sit,ita est de traduce aĩa Christi,vt non secum labem ꝑuaricationis attraxerit. Si aũt sine isto reatu non * posset inde esse,non est inde. Iam de cæterarũ aĩarum aduentu,vtrũ ex parentib. an desuper sit, vincãt qui poterunt. Ego adhuc inter vtrosque ambigo & moueor,aliqñ sic,aliqñ

*a. l. si oportuit.*

*a. l. potuisset.*

aũt sic,saluo eo duntaxat, vt vel corpus esse aĩam, vel aliq̃ corpoream qualitatẽ siue coaptationẽ,si ita dicenda est, q̃ Græci harmoniã vocant,non credã,nec quolibet ista garriente me crediturum esse cõfidã, adiuuante Deo mentẽ meam. Est aliud testimoniũ non negligendum quod pro se pñt proferre, qui venire desuꝑ aĩas credunt,dicente ipso dño, Quod natũ est ex carne caro est, qđ natum est ex spũ spũs est. Quid hac, inquiunt, snia determinatius, nõ posse ex carne aĩm nasci, (&) quid. n. est aliud aĩa q̃ spũs vitę, creatus itaq; non creator? Cõtra quos illi alij: Quid enim inquiunt,nos aliud sentimus,qui dicimus carnem ex carne, animam ex anima? Nam ex vtroq; constat homo, de quo vtrunque venire sentimus,carnem de carne operãtis,spm̃ de spũ cõcupiscẽtis, vt interim omittat̃ ꝙ illud dñs non de carnali gñatione, sed spiritali regeneratione dicebat. His igit̃ quãtum pro tempore potuimus pertractatis,oĩa paria vel penè paria ex vtroque latere rationum testimoniorumque monumenta pronũciarem, nisi eorum sententia qui animas ex parentibus creari putant, de baptismo paruulorum præponderaret. De quibus quid eis responderi possit, nondum mihi interim occurrit. Si quid forte postea Deus dederit, si quam etiam scribendi cõcesserit facultatem studiosis talium non grauabor. Nunc tñ non esse contemnendum testimonium paruulorum,vt quasi refelli si veritas contra est negligatur,ante denuncio. Aut. n. de hac re nihil quærendum est, vt sufficiat fidei nostræ scire nos quò pie viuendo venturi sumus & si nesciamus vnde venerimus: Aut si non impudenter æstuat anima rationalis, etiam hoc nosse de seipsa,absit peruicacia contendẽdi, assit diligentia requirendi, humilitas petendi, perseuerentia pulsandi, vt si nobis hoc expedire nouit,qui melius quàm nos quid nobis expediat vtique nouit,det etiam hoc,qui nouit dare bona data filiis suis. Consuetudo tamen matris Ecclesiæ in baptizandis paruulis nequaquam spernenda est,neq; vllo modo superflua deputanda, nec omnino credẽda nisi Apostolica esse traditio. Habet.n. & illa parua ætas magnum testimonij pondus, quæ prima pro Christo meruit sanguinem fundere. Admoneo sanè quantum valeo, si quos ista præoccupauit opinio, vt animas

ex

ex parentibus credant propagari, quantum
pñt seipsos considerent, & interim sapiant
corpora nõ esse animas suas. Nulla.n.pro-
prior natura est, qua diligenter inspecta pos
sit ẽt Deus qui suprà oẽm creaturã suam in-
cõmutabilis ꝑmanet, incorporaliter cogitari
q̃ ea quæ ad ipsius imaginẽ facta est: & nihil
C vicinius, aut fortasse nihil tã cosequens q̃ vt
credito ꝙ anima corpus sit, etiã Deus cor-
pus esse credat. Propter hoc.n.corporalib.
assuefacti & affecti sensibus, nolũt animã cre
dere aliud esse q̃ corpus ne si corpus nõ fue-
rit nihil sit. Ac ꝑ hoc tanto magis timent ẽt
de Deo credere ꝙ corpus nõ sit quanto ma
gis timent Deũ credere nihil esse. Ita.n.ferũ
tur in phantasias vel phãtasmata imaginũ, q̃
cogitatio de corporalibus versat, vt his sub
tractis tanq̃ per inane pereundum sit refor-
mident: Ita necesse est vt & iustitiã & sapiẽ
tiã pingant quodãmodo in cordib. suis cum
formis & colorib. quas nõ pñt incorporeas
cogitare. Nec tñ dicũt quando iustitia vel sa
pientia mouentur, vt vel laudent eas, vel se-
cũdũ eas aliquid a[illegible]t quẽ colorẽ, quã statu
rã, quæ lineamẽta vel quales formas conspe
xerint. Sed de his alias & multa iã diximus,
& si Deus voluerit, vbi res videbitur postula
re, dicemus. Nũc ꝙ dicere cęperamus, si de
traduce animarũ à parentibus vel non dubi
tant quidã quod ita sit, vel dubitant an ita sit
animã tñ corpus esse nõ audeãt credere aut
dicere: maxime propter quod dixi, ne Deũ
quoq; ipsum nihil aliud opinentur esse quã
corpus etsi excellentissimũ, etsi naturæ cuius
dã proprie cętera supergrediẽtis, corpus tñ.
Deniq; Tertullianus quia corpus esse animã
credidit, nõ ob aliud nisi quod iam incorpo
reã cogitare non potuit, & ideo timuit ne ni
hil esset si corpus nõ esset, nec de Deo va-
luit aliter sapere: qui sanè q̃m acutus est, in-
terdũ cõtra opinionẽ suam visa veritate su-
perat. Quid.n.verius dicere potuit q̃ ꝙ id ait
D quodã loco, oẽ corporale passibile est? De-
buit ergo mutare sententiã, qua paulo supe-
rius dixerat ẽt Deũ corpus esse. Neq;.n.arbi
tror eũ ita desipisse, ut ẽt Dei naturã passibi
lẽ crederet, ut iã Christus non in carne tãtũ
neq; in carne & anima, sed in ipso verbo ꝑ
quod facta sunt omnia, passibilis & commu
tabilis esse credatur, qđ absit à corde Chri-
stiano. Itẽ cum animæ etiam colorem daret
aereũ & lucidum, vẽtum est ad sensus quib.
eam mẽbratim quasi corpus * instituere co- *Al. instruere.*
natus est, & ait, Hic erit hõ interior, alius ex
terior, dupliciter vnus hẽns & ille oculos &
aures suas qb. populus Deum audire & vide
re debuerat, habẽs & cæteros artus ꝑ * quos
in cogitationib. vtit, & in somnis fungit. Ec- E
ce qb. aurib. & quib. oculis debuerit audire *Al. quibus.*
& videre Deũ populus, quib. aĩa in somnis
fungit, cum si ipsum Tertullianũ q̇squam vi
deret in somnis, nunq̃ se diceret ab eo visum
& cum eo locutum, quẽ vicissim ipse nõ vi-
disset. Postremo si aĩa seipsam videt in som-
nis, cũ iacentib. vtiq; vno in loco membris
corporis sui, ipsa ꝑ varias imagines euagatur
quas videt, q̇s eam vidit aliq̃n in somnis ae-
rei coloris ac lucidi, nisi forte vt cętera, quæ
similiter falso videt? Nam & hoc põt videre,
sed absit vt eam talem cũ euigilauerit credat:
Alioquin q̃n se aliter viderit, qđ magis cre-
brum est, aut mutata erit aĩa eius, aut nec tũc
aĩę vr̃ substantia, sed imago corporis incor-
porea, q̃ miro mõ sic in cogitatione format.
Quis.n. Aethiops non pene semper nigrum
se videt in somnis, aut si in alio colore se vi-
dit, nõ magis miratus est, si fuit cum illo me-
moria? Aereo tamen colore ac lucido nescio
vtrum se vnq̃ vidisset, si nunquam istum le-
gisset vel audisset. Quid ꝙ dicuntur homines
talib. visis, & de scripturis nobis volunt præ
scribere, tale aliquid esse, nõ animam, sed ip
sum Deum, qualis figuraliter sanctorum spi
ritibus demonstratus est, qualis etiam in ser-
mone allegorico * ponitur. Similia quippe
sunt illa visa talibus dictis, ac sic errant con *al. l cõponitur.*
stituentes in corde suo simulacra vana opi-
nionis, nec intelligentes ita sanctos de suis
visis talibus iudicasse, qualiter iudicarent si *Gen. 14.*
talia diuinitus in figuris dicta legerent vel *Act. 10.*
audirẽt, sicut septem spicæ & sęptem boues,
septem anni sunt, sicut linteũ quatuor lineis
alligatum, velut discus plenus variis anima-
libus orbis terrarum est cum omnibus gen- F
tibus, sic omnia cætera, & multo magis quæ *Substantiam animæ non crescere aut decrescere.*
de rebus incorporeis, corporalibus signifi-
cantur non rebus sed imaginibus. Noluit ta-
men Tertullianus animam crescere substan-
tia sicut corpus, asserens etiam timoris sui
causam, ne etiam decrescere substantia dica
tur, inquit, atque ita & defectura credatur. Et
tamen quia per corpus eam localiter tendit,

non inuenit exitũ incrementorũ eius, quam vult de semine exiguo æquari corporis quã- al. qua. titati, & ait, Sed vis eius in * quo naturalia peculia cõsita retinent, saluo substãtię modulo, quo à primordio inflata est, paulatim cũ carne ꝑducit in mẽbris. Hoc forte nõ intelligeremus, nisi adhibita similitudine eorũ, q̃ videmus planũ faceret quod dicebat, Constitue, inquit, certũ pondus auri vel argenti rudẽ adhuc massam. Collectus habitus est illi & futuro, interim minor tñ continens intra laneam moduli totũ ꝙ natura est, auri vel argenti. Dehinc cum in laminã massa laxatur, maior efficit initio suo, per dila-
G tationẽ ponderis certi, non per adiectionẽ, dum extenditur, non dum augetur, etsi sic quoq; augeĩ dum extenditur. Licet enim & habitu augeri, cũ statu nõ licet. Tunc & splẽdor ipse perhibet auri vel argenti, qui prius fuerat quidem & in massa, sed obscurior non tñ nullus. Tunc & alij atq; alij habitus accedunt pro facilitate materiæ, qua duxerit eum qui agit, nihil cõferens modulo nisi effigiem. Ita animæ incrementa reputanda, non substantiua, sed prouocatiua. Quis hũc crederet cum isto corde tam desertum esse potuisse? Sed tremenda ista sunt, non ridenda. Adhuc enim nunquam cogeretur, si aliquid cogitare posset, ꝙ & sit, & corpus nõ sit. Quid autem absurdius quam putare massam cuiuspiam metalli ex aliqua parte crescere posse dum tunditur, nisi decrescat ex altera? vel augeri latitudine nisi crassitudine minuatur? Aut vllum esse corpus manente naturę suæ quantitate quod vndique crescat nisi rarescat? Quomodo igitur implebit anima ex illa stilla seminis magitudinem
H corporis quod animat, si & ipsa corpus est, cuius substantia nullo accessu crescat? Quomodo, inquam, implebit carnem quam viuificat, nisi tanto rarior fuerit, quanto grandius quod animauerit? Timuit videlicet, ne deficeret etiam minuendo si cresceret: & non timuit vt deficeret rarescendo cum nõ cresceret. Sed quid amplius immorer qñ & sermo pergit in prolixionem modum quã petit terminandi necessitas, & sententia mea iam satis sit nota, vel quid certum teneam, vel vnde adhuc dubitem, & quare dubitem? Proinde & hoc volumen iam cõcludatur, & quæ sequuntur deinde videamus.

D. AVRELII AVGVSTINI de Genesi ad literam.

## LIBER VNDECIMVS.


T erant nudi Adam & mulier eius, & non pudebat illos. Serpens aũt erat prudentissimus oĩum bestiarũ, q̃ sunt sup terrã, quas fecit dñs Deus. Et dixit serpẽs mulieri: Quid, quia dixit dñs De' nõ edetis ab illo ligno paradisi? Et dixit mulier serpenti, A fructu ligni qđ est in paradiso edemus, de fructu aũt ligni ꝙ est in medio paradisi, dixit Deus, nõ edetis ex eo neq; I
tangetis illud, ne moriamini. Et dixit serpẽs mulieri, Nõ morte moriemini: Scit.n. Deus, qm̃ qua die manducaueritis de eo, aperient vobis oculi, & eritis tanq̃ dij, scientes bonũ & malũ. Et vidit mulier quia bonũ est lignũ ad escã, & quia placet oculis videre & decorũ est cognoscere. Et sumens de fructu eius edit, & dedit viro suo secũ, & ederunt. Et aperti sunt oculi amborũ, & agnouerunt quia nudi erant, & consuerunt folia fici, & fecerunt sibi cãpestria. Et audierunt vocẽ domini Dei deãbulantis in paradiso ad vesperã, & absconderunt se Adã & mulier eius à facie domini Dei in medio ligni paradisi. Et vocauit dñs Deus Adã, & dixit illi, Vbi es? Et dixit ei, Vocẽ tuã audiui deambulantis in paradiso, & timui, quia nudus sum, & abscõdi me. Et dixit illi: Quis nunciauit tibi quia nudus es, nisi à ligno quod præceperã tibi tãtũ ne ex eo mãducares, ab eo edisti? Et dixit Adã, mulier quã dedisti mecũ, hęc mihi dedit de ligno, & edi. Et dixit dñs Deus mulieri: Quid hoc fecisti? Et dixit mulier. Serpens seduxit me, & manducaui. Et dixit dñs Deus serpenti: Quia fecisti hoc, maledictus tu ab K
omnib. pecoribus, & ab omnibus bestijs quę sunt super oẽm terrã. Super pectus tuũ & vẽtrẽ tuũ ambulabis, & terrã edes oẽs dies vitæ tuæ: Et inimicitias ponam inter te & inter mulierẽ, & inter semẽ tuũ & semẽ eius: Ipsa tibi seruabit caput, & tu seruabis eius calcaneũ Et mulieri dixit: Multiplicans multiplicabo tristitias tuas & gemicũ tuũ. In tristitijs paries filios, & vd virũ tuũ cõuersio tua & ipse tui dñabit. Adę aũt dixit, Quia audisti vocẽ mulieris tuę, & edisti de ligno đ quo pæcperam

peram tibi de eo solo non edere, maledicta terra in operib. tuis. In tristitijs edes illam oēs dies vitæ tuæ, spinas & tribulos germinabit tibi, & edes fœnum agri. In sudore vultus tui edes panem tuum, donec conuertaris in terram ex qua sumptus es, quia terra es, & in ter-
L ram ibis. Et vocauit Adam nomen mulieris suæ Eua, i. vita, qm̄ hæc est mater omnium viuentium. Et fecit dn̄s Deus Adam & mulieri eius tunicas pelliceas, & induit eos. Et dixit dn̄s Deus: Ecce Adā factus est tanquam vnus ex nobis in cognoscendo bonum & malum: Et nunc ne aliqn̄ extēdat manū suā & sumat de ligno vitæ & edat & viuat in æternū. Et dimisit illum dn̄s Deus de paradiso voluptatis operari terram, ex qua sumptus est. Et eiecit Adam, & collocauit eū cōtra paradisum voluptatis, & ordinauit Cherubin, & flammeā romphæā quæ vertitur, custodire viam ligni vitæ. Antequā huius propositæ scripturæ textum ex ordine pertractemus, admonendū arbitror q; iam me & alibi in hoc opere memini prælocutū, illud à nobis esse flagitandum, vt ad proprietatē literæ defendatur, q; gestū narrat ipse qui scripsit. Si aūt in verbis Dei vel cuiusquam personæ in officium propheticum assumptæ dr̄ aliquid q; ad literam nisi absurde non possit intelligi, proculdubio figurate dictum ob aliquam significationē accipi debet: dictum tn̄ dubitare phas non est: hoc. n. à fide narratoris & pollicitatione expositoris exigitur. Erant ergo ambo nudi: verum est, omnino nuda erant corpora duorū
[illegible] hominū in paradiso conuersantium, nec pudebat eos. Quid. n. puderet qn̄ nullam legem senserant in membris suis repugnantem legi mentis suæ, quæ illos pœna peccati post perpetrationē p̄uaricationis secuta est, vsurpante inobedientia prohibitū, & iustitia puniente cōmissum? Quod antequā fieret, nudi erāt vt dictum est, & non confundebātur. Nullus
M erat motus in corpore cui verecundia deberetur: nihil putabant velādum, quia nihil senserant refrenandū, quemadmodū propagaturi filios iam antea disputatum est. Non tn̄ eo modo credendū est quo propagauerunt posteaquā crimen admissum prædicta vltio cō secuta est: cū priusquam morerentur, iam in corpore inobediētium hominum iustissimo reciprocatu inobedientiū membrorū tumultū mors concepta versaret. Nondum erāt tales Adam & Eua, cū nudi essent & non confundebantur. Serpens aūt erat ibi prudentissimus quidē, sed omniū bestiarum quæ erant super terram quas fecerat dn̄s Deus. Translato. n. verbo dictū est, prudentissimus, vel sicut plures Latini codices habent, sapientissimus, non proprio quo in bonū accipi solet sapientia vel Dei vel angelorū vel animæ rationalis: tanquā si sapiētes apes & formicasq; dicamus, pp opera velut imitātia sapientiā. Quanquā iste serpens non irrationali anima sua, sed alieno iam spiritu, i. diabolica, posset sapientissimus dici omniū bestiarum. Quantūlibet. n. præuaricatores angeli de supernis sedibus suæ peruersitatis & superbiæ merito deiecti sunt, natura tn̄ excellētiores sunt omnibus bestijs propter rationis eminentiam. Quid ergo mirum si suo instinctu diabolus iam implens serpentē, eiq; spm̄ suum miscēs eo more quo vates dæmoniorum implere solet, sapientissimū eū reddiderat omnium bestiarum secundum animam viuam: irrationalemq; viuentiū? Abusione quippe nominis ita sapientia dr̄ in malo, quemadmodum in bono astutia: cū proprie magisq; vsitate in Latina duntaxat lingua sapientes laudabiliter appellentur: astuti aūt male cordati intelligantur. Vnde nonnulli sicut in plerisq; codicibus inuenimus, ad vsum Latinæ locutionis, non verbum, sed potius sn̄iam transferētes, astutiorem omnibus bestijs istum serpentem q̄ sapientiorem dicere maluerunt. Quid autem habeat Hebræa proprietas, utrum illic in malo, nō abusiue, sed proprie possint dici & intelligi sapientes, viderint qui * eam proprie nouerunt. Nos tn̄ aperte legimus alio scripturarum sanctarum loco, sapientes ad malum non ad bonum: Et dn̄s dicit sapientiores esse filios seculi filijs lucis, ad consulēdum sibimet in posterum, quāuis fraude nō iure. Nec sane debemus opinari q; serpentē sibi per quem tentaret persuaderetq; peccatum diabolus eligeret: sed cum esset in illo propter peruersam & inuidam uoluntatem decipiendi cupiditas, non nisi per illud animal potuit per quod posse permissus est. Nocendi. n. uoluntas potest esse à suo quoq; aīo praua, non est aūt potestas nisi à Deo, & hoc abdita altaque iustitia, qm̄ non est iniquitas apud Deū. Si ergo quæritur, cur Deus tētari permiserit hominē quem tentatori consen-

*Sapientia serpentis.* *Cap. 2.*

A

*2. sen. di. 21. c. 2.*

*Al. l. Diabolus sapientissimus, quia naturalia dona non amisit, sed tātum grā tuita.*

*Al. l. prouè.*

*Hier. 4.*

*Luc. 16.*

*Diabolus in serpētes. c. 3.*

*2. sen. di 21. c. 2.*

B

*Rom. 9.*

surum esse præsciebat. Altitudinē quidē con filij eius penetrare non possum, & longe supra vires meas hoc esse cōfiteor. Est ergo aliqua causa fortasis occultior, q̄ meliorib. sanctioribusq; reseruatur, illius gratia potius q̄ meritis eorū: sed tñ quantū vel donat sapere vel sinit dicere, non mihi vř magnæ laudis futurum fuisse hominē si propterea posset bene viuere, quia nemo male viuere suaderet: cū & in natura posse, & in potestate habeat velle non cōsentire suadenti, adiuuante tñ illo qui superbis resistit, humilib. aūt dat gratiā. Cur itaq; tentari non sineret quē consensurū esse ipse præsciebat altitudine quidē cō filij eius, cū id facturus esset propria volūtate per culpā, & ordinandus esset illius æquitate per pœnā: vt ēt sic ostenderet animæ superbæ ad eruditionē futurorū sanctorū, q̄ recte ipse vteretur anima ū volūtatib. ēt malis, cū illæ peruersè vterentur naturis bonis. Nec arbitrandū est, q̄ esset hominē deiecturus iste tentator, nisi præcessisset in anima hominis q̄dam elatio cōprimenda, vt per humiliationem peccati, q̄ de falso p̄sumpserit disceret. Verissime quippe dictū est: Ante ruinā exaltatur cor, & ante gloriā humiliatur. Et huius forte hominis vox est in Psalmo: Et dixi in abundantia mea, non mouebor in æternum. Deinde iā expertus quid mali habeat superba p̄sumptio propriæ potestatis, & quid boni adiutoriū gratiæ Dei: Dñe, inquit, in volūtate tua p̄stitisti decori meo virtutem: Auertisti aūt faciem tuā à me, & factus sum conturbatus. Sed siue illud de hoc homine siue de alio dictum sit, extollenti se tñ animæ, & nimium tanquā de propria virtute p̄fidenti, ēt experimento pœnæ fuerat demōstrandū, q̄m non bene se habeat facta natura si à faciente recesserit. Hinc.n. ēt maxime cōmendatur, quale bonum sit Deus, q̄ñ nulli ab eo recedēti bene est: quia & qui gaudent in mortiferis voluptatibus, esse sine dolorū timore nō possunt: & qui omnino malū desertionis suę maiore superbiæ stupore non sentiunt, alijs qui hæc discernere nouerunt, miseriores prorsus apparent: vt si voluerint recipere medicinam talia deuitandi, valeant ad exemplū quo possunt talia deuitari. Sicut.n. Apostolus Iacobus dicit: Vnusquisq; tentatur à concupiscentia sua abstractus & illectus. Deinde cōcupiscentia cū conceperit parit pctm̄, pctm̄ aūt cum consummatū fuerit generat mortē. Vnde sanato superbiæ tumore resurgitur, si voluntas q̄ ante experimentū defuit vt permaneretur cū Deo, saltem post experimentum asit vt redeatur ad Deū. Sic aūt quidam mouentur de hac primi hominis tentatione, q̄ eam fieri permiserit Deus, quasi nunc nō videant vniuersum genus humanū diaboli insidijs sine cessatione tētari. Cur & hoc permittit Deus? An quia probatur & exercet virtus, & est palma gloriosior non consensisse tentatū q̄ non potuisse tentari: cū ēt ipsi qui deserto creatore erunt post tentatorē, magis magisq; tentent eos qui in verbo Dei permanēt, præbeantq; illis contra cupiditatē deuitationis exēplū, & incutiant cōtra superbiā timorē piū? Vnde dicit Apostolus: Intendens teipsum ne & tu tenteris. Mirū est.n. quantū ista humilitas qua subdimur creatori, ne tanquā eius adiutorio non egentes, de nostris virib. p̄sumamus, per scripturas oēs diuinas cura continua omnib. cōmendatur. Cū ergo etiā per iniustos iusti, ac per impios pij proficiūt frustra dř: Nō crearet Deus quos præsciebat malos futuros. Cur.n. non crearet quos præsciebat bonis profuturos, vt & vtiles eorū bonis voluntatib. exercendis admonendisq; nascantur, & iuste pro sua mala voluntate puniantur? Talē, inquiunt, faceret hominē qui nollet omnino peccare. Ecce nos concedimus meliorē esse naturā q̄ omnino peccare nolit: concedant & ipsi non esse malā naturā, q̄ sic facta est vt posset non peccare si vellet, & iustā esse sñiam qua punita est quæ voluntate non necessitate peccauit. Sicut ergo ratio vera docet meliorē esse naturā quā p̄rsus nihil delectat illicitū: ita ratio vera nihilominus docet ēt illā bonā esse, q̄ habet in ptāte illicitā delectationē si extiterit ita cohibere, vt non solū de cęteris licitis recteq; factis verumēt de ipsius prauæ delectationis cohibitione lętet. Cū ergo hæc natura bona sit, illa melior, cur illā solā & nō vtranq; potius faceret Deus? Ac per hoc q̄ parati erāt de illa sola Deū laudare, vberius eū debent laudare de vtraq;. Illa quippe est in sanctis angelis, hæc in sanctis hominibus. Qui aūt sibi partes iniquitatis elegerūt, laudabilemq; naturā culpabili voluntate deprauarunt, num quia p̄sciti sunt ideo creari minime debuerunt? Habent.n. & ipsi locum suum quem in rebus

*Tentatio hominis quare permissa c. 4. 2. sen. di. 23. c. 1.* — C — *Iac. 4.* — *Quare tentator hominē deiecerit. cap. 5.* — *Prou. 16* — *Psal. 29.* — D — *Iac. 1.* — E — G — *Gal.* — F

bus impleat pro vtilitate ſanctorũ. Nã Deus nec iuſtitia cuiuſquã recti hominis eget, quãto minus iniq̃tate ꝑuerſi? Quis aũt ſobria cõſiderarione dicat, melius nõ crearet, quem ꝓſciebat ex alterius iniquitate poſſe corrigi, q̃ crearet quæ pręſciebat pro ſua iniquitate debere dãnari? Hoc eſt.n. dicere, melius non eẽ qui alterius malo bñ vtẽdo miſericorditer coronaretur, q̃ eſſe ẽt malũ qui pro ſuo merito iuſte puniretur. Cũ enim ratio certa demonſtrat duo q̃dã non æqualia bona, ſed vnum ſuperius alterũ inferius, non intelli-

*...orum malo- crea- c.8.*

G gunt tardi corde cũ dicũt, vtrunq; tale eſſet, nihil ſe aliud dicere q̃ ſolum illud eſſet. Ac ſic cum ęquare volũt gña bonorũ, numerũ minuunt, & immoderate augẽdo vnum genus, alterũ tollunt. Quis autem hos audiret, ſi dicerẽt, qm̃ excellentior ſenſus eſt videndi q̃ audiendi, quatuor oculi eſſent & aures nõ eſſent? Ita ſi excellentior eſt creatura illa rationalis, quę ſine vllius pęnæ cõparatione ſine vlla ſuperbia Deo ſubditur: aliqua vero in hominibus ita creata eſt, vt in ſe Dei beneficiũ non poſsit agnoſcere, niſi alterius videndo ſuppliciũ, vt altũ ſapiat, ſed timeat 11. ideſt, non de ſe ꝓfidat, ſed confidat in Deũ: quis recte intelligẽs dicat talis eſſet iſta qualis illa, nec videat ſe nihil aliud dicere, quã non eſſet iſta, ſed ſola eſſet illa? Quod ſi inerudite atq; inſipienter dicitur, cur ergo nõ crearet Deus etiã quos malos futuros eſſe præſciebat, volens oſtendere irã & demonſtrare potentiã ſuã, & ob hoc ſuſtinens in multa patiẽtia vaſa iræ, quæ perfecta ſunt in perditionẽ, vt notas faceret diuitias gloriæ ſuę, in vaſa miſericordiæ q̃ ꝓparauit in gloriã. Sic.n. qui gloriatur non niſi in dño gloriaẽ, cũ cognoſcit nõ ſuũ ſed illius eſſe non ſolũ vt ſit, verũẽt ut nõ niſi ab alio bene ſibi ſit, a quo habet vt ſit. Nimis itaq; importune dicitur, Nõ eſſent quibus Deus tantã bene-

H ficentiam miſericordiæ ſuæ tribueret, ſi aliter eſſe non poſſent, niſi eſſent & hi in quib. vindictæ iuſtitiam demonſtraret. Cur.n. nõ vtiq; potius eſſent qñ in utriuſq; & bonitas Dei & æquitas iure pręedicatur? At.n. ſi De⁹ uellet ẽt iſti boni eſſent. Quãto melius hoc Deus voluit, vt q̃ vellẽt eſſent: ſed boni infructuoſe mali aũt impune non eſſent, & in eoipſo alijs vtiles eſſent. Sed ꝓſciebat * q̃d eorũ factura eſſet volũtas mala. Præſciebat ſanè, & quia falli non poteſt eius præſcientia, iõ nõ ipſius, ſed eorũ eſt voluntas mala. Cur ergo eos creauit quos tales futuros eſſe pręſciebat? Quia ſicut præuidit q̃d mali eſſent facturi, ſic etiam præuidit de malis factis eorũ quid boni eſſet ipſe facturus. Sic.n. eos fecit vt eis relinqueret vnde & ipſi aliq̃d I

facerẽt, quo quicquid etiam culpabiliter eligerẽt, illũ de ſe laudabiliter operantẽ inuenirent. A ſe quippe habent voluntatẽ malã, ab illo autẽ, & naturã bonã, & iuſtã pęnã: ſibi debitũ locũ, alijs exercitationis adminiculũ & timoris exemplũ. Sed poſſet, * inquit, ẽt ipſorũ volũtatẽ in bonũ conuertere, quoniã omnipotens eſt. Poſſet planè. Cur ergo non fecit? Quia noluit. Cur noluerit, penes ipſum eſt. Debemus enim non plus ſapere quã oportet ſapere. Puto autẽ pauloante ſatis nos oſtendiſſe non parui boni eſſe rationalẽ creaturã, etiam iſtã, quę malorũ comparatione cauet malum. Quod genus bonæ creaturæ utiq; nõ eſſet, ſi omniũ malas volũtates in bonũ Deus cõuertiſſet, & nulli iniquitati pęnã debitã infligeret: ac ſic non eẽt niſi ſolũ illud genus quod nulla vel peccati vel ſupplicij malorũ cõparatione ꝓficeret. Ita uelut aucta numeroſitate excellentioris generis ipſorum generum bonorũ numerus minueretur. Ergo, inquiũt, eſt aliquid in operibus Dei quod alterius malo indigeat quo proficiat ad bonũ? Itane obſurduerunt & excęcati ſunt homines, neſcio quo ſtudio contentionis, vt non audiant vel uideant quibuſdam punitis, quã plurimi corrigantur. Quis enim Paganus, quis Iudęus, quis hæreticus non hoc in domo ſua quotidie probet? Verũ cũ uenitur ad diſputationẽ inquiſitionẽq; veritatis, nolunt aduertere ſenſus ſuos homines, ex quo opere diuinę prouidentiæ in eos veniat imponendę cõmotio diſciplinę ut ſi non corrigũtur qui puniunẽ, eorũ tamẽ exẽplo cętceri metuãt, valeatq; ad eorũ ſalutẽ iuſta pernicies aliorũ. Nunquid.n. mali- K

tiæ eorũ vel neq̃tiæ Deus author eſt, de quorũ iuſta pęna conſulit, quibus hoc mõ cõſulendũ eſſe cõſtituit? Nõ vtiq;, ſed cũ eos vitijs ꝓprijs malos futuros eſſe ꝓſciret, nõ eos tñ creare deſtitit. utilitati deputãs eorũ quos in hoc genere ita creauit, vt ad bonum proficere, niſi malorum * cooperatione nõ poſſent. Si enim non eſſent, nulli rei utique pro

*Al. l. Inquiunt.*

*Voluntas Dei ĩ malos. c. 10.*

*Rom. 12.*

*Bonũ mali ſubſidio nõ indiget. c. 11.*

*Al. l. cõparatione.*

dessent, parūne boni est actū vt sint, qui certe illi generi vtiles sunt: ꝙ genus quisquis nō vult vt sit, nihil aliud agit nisi vt ipse in eo nō

*Psal. 110.* sit? Magna opera dñi exquisita in oēs voluntates eius: ꝓuidet bonos futuros & creat: prȩuidet malos futuros & creat. Seipsū ad fruēdū ꝓbens bonis, multa numerū suorū largiēs

L & malis, misericorditer ignoscens, iuste vlciscens. Itemq; misericorditer vlciscens, iuste ignoscens: nihil metuens de cuiusquam malitia, nihil indigens de cuiusquā iustitia: nihil sibi cōsulens nec de operibus bonorū, & bonis cōsulens etiā de pȩnis malorū. Cur ergo nō permitteret tentari hominē illa tentationē probandū, conuincendū, puniendū, cum superba concupiscentia propriæ potestatis quod conceperat pareret, suoq; fȩtu confunderetur iustoq; supplicio à superbiȩ atq; inobediētiæ malo posteros deterreret, quibus ea conscribenda & annūcianda parabantur? Si aūt quæritur, cur potissimum per serpentē diabolus tentare permissus sit, iam hoc significandi gratia factū esse quē nō admoneat scriptura tantæ authoritatis, tantis diuinitatis documentis agens in prophetando quantis effectis iā mundus impletus est? Non quod diabolus aliquid ad instructionē nostram significare voluerit, sed cum accedere ad tētandum non posset nisi permissus, num per aliud posset nisi per quod permittebatur accedere? Quicquid igitur serpens ille significauit, ei prouidentiæ tribuendum est, sub qua & ipse diabolus suam quidem habet cupiditatem nocendi, facultatē autem nō nisi quæ datur, vel ad subuertenda ac perdenda vasa irȩ, vel ad humilianda siue probanda vasa misericordiæ.

*Cur tentatio per serpentē. Cap. 12. 2.sen. di. 21.ca.2.*

M Natura itaq; serpētis vñ sit nouimus: produxit.n.terra in verbo Dei oīa pecora & bestias & serpētes: q̄ vniuersa creatura habens in se animā viuā irrationalē, vniuersȩ rationali creaturæ siue bonȩ siue malȩ voluntatis, lege diuini ordinis subdita est. Quid ergo mirū si per serpētē mali quid agere permissus est diabolus, cū dęmonia ī porcos intrare Chrs ipse ꝑmiserit? Magis de ipsa natura diaboli scrupulosius q̄ri solet, quā totā quidā * hęretici, offensi molestia malæ volūtatis ei⁹, alienare conātur à creatura sūmi & veri Dei, & alterū ei dare principiū ꝙ sit cōtra Deū. Nō enim valent intelligere oē quod est, inquantum aliqua substantia est, & bonū esse, & nisi ab illo vero Deo à quo oē bonū est esse non posse. malā vero volūtatē inordinate moueri, bona inferiora superiori ꝓponendo: atq; ita factū esse vt rationalis creaturæ spūs, sua potestate ꝑꝑ excellētiā delectatus, tumesceret superbia, ꝑ quam

*Matt. 8. In eos qui diabolo separatim ptātē quā dam tribuunt. Cap. 13. Al. l. aliquid. * al.l. Manicheos ītelligit.*

A caderet à beatitudine spiritalis paradisi, & inuidētia contabesceret. In quo tñ bonū est hoc ipsum quod viuit & viuificat corpus: siue aereū sicut ipsius diaboli, vel dęmonum spūs: siue terrenū, sicut hominis aīa, cuiusuis ēt maligni atq; peruersi. Ita dū * volūt aliqd quod Deus fecerit propria volūtate peccare, ipsius Dei substantiā dicunt primo necessitate, & post inexpiabiliter voluntate corruptā atq; peruersam. Sed de istorū dementissimo errore aliàs iam diximus multa. In hoc hoc autem opere quærendū est secundū sanctā scripturā, quid de diabolo dicēdum sit. Primo vtrū ab initio ipsius mūdi sua potestate delectat⁹ abstiterit ab illa societate & charitate qua beati sunt angeli qui fruūtur Deo, an aliquo tēpore in sancto cętu fuerit angelorū, ēt ipse pariter iustus, & pariter beatus. Nōnulli.n.dicūt ipsum ei fuisse casum à supernis sedibus, ꝙ inuiderit homini facto ad imaginē Dei. Porro hæc inuidia sequit̄ superbiam, non præcedit: non.n. causa superbiendi est inuidentia, sed causa inuidendi superbia. Cū igitur superbia sit amor excellentiæ propriæ, inuidia vero sit odiū fęlicitatis alienæ, q̄d inde nascatur satis in promptu est. Amando.n.quisq; excellentiā suā, vel paribus inuidet quod ei coæquantur: vel inferioribus, ne sibi coæquentur: vel superioribus, quod eis non coæquentur. Superbiendo igit̄ inuidus, nō inuidendo quisq; super-

*Al.l. ... lum.* *Cap. ... 13. ... ce.c.14.* *2.sen.di. 42.ca. Super...* *Al. ... sit ... Qui ... uid...*

B bus est. Merito initiū omnis peccati superbiā scriptura definiuit, dicens: Initiū omnis peccati superbia. Cui testimonio nō incōueniēter aptatur ēt illud ꝙ Apostolus ait: Radix oīū malorū est auaritia: si auaritiā gñalē intelligamus, qua quisq; appetit aliquid amplius q̄ oportet ꝑꝑ excellentiā suā, & quēdā propriȩ rei amorē: cui sapienter nomen Latina lingua indidit cū appellauit priuatum, quod potius à detrimento q̄ ab incremento dictū elucet. Omnis enim priuatio minuit: vnde itaque vult eminere superbia, inde in angustias egestatemq; contruditur, cum ex communi ad propriū dānoso sui amore redi-

*Superbia & cupiditas ... tes mal... riūc. 16. Eccl. 10. 1. Tim. ... Al.l. ... malig... amore priuat...*

redigitur. Specialis est aũt auaritia, q̃ vsitatius appellatur amor pecuniæ. Cuius noĩe Apostolus per speciẽ genus significans, vniuersalẽ auaritiã volebat intelligi dicendo: Radix omniũ malorũ est auaritia. Hinc.n. & diabolus cecidit, qui vtiq; nõ amauit pecuniã, sed ꝓpriã potestatẽ. Proinde peruersus sui amor priuat sancta societate turgidũ spm̃, eumque C coarctat miseria iã per iniquitatẽ satiari cupientẽ. Hinc alio loco cũ dixisset, Erũt.n. homines seipsos amantes: continuo subiecit, amatores pecuniæ, ab illa generali auaritia cuius superbia caput est, ad hãc specialẽ descẽdens quæ propria hominũ est. Neq;.n. essent ẽt homines amatores pecuniæ, nisi eo se putarent excellentiores quò ditiores. Cui morbo contraria charitas non quærit q̃ sua sunt, idest non priuata excellentia lætatur. Merito ergo & non inflatur. Hi duo amores, quorũ alter sanctus est, alter immundus: alter socialis, alter priuatus: alter cõi vtilitati consulens ꝑꝑ supernã societatem, alter ẽt rem cõem in ptãtem propriã redigens ꝑꝑ arrogantẽ dñationẽ: alter subditus, alter ęmulus Deo: alter tranquillus, alter turbulentus: alter pacificus, alter seditiosus: alter veritatẽ laudibus errantiũ præferens, alter quoquo modo laudis auidus: alter amicabilis, alter inuidus: alter hoc volens proximo ꝙ sibi alter subijcere proximũ sibi: alter ꝑꝑ proximi vtilitatẽ regens ꝓximum, alter ꝑꝑ suã: præcesserũt in angelis, alter in bonis, alter in malis, & distinxerunt conditas in gñe humano ciuitates duas sub admirabili & ineffabili prouidentia Dei, cũcta quæ creata sunt administrantis & ordinãtis, alterã iustorũ, alterã iniquorum. Quarum ẽt quadã tpali cõmixtione peragitur seculũ, donec vltimo iudicio separẽtur: & altera cõiuncta angelis bonis, in rege suo vitã consequat̃ æternã, altera cõiuncta angelis malis, in ignẽ cũ rege suo mittatur ęternum. De quib. duabus ciuitatibus latius fortasse alio loco si dñs voluerit disseremus. Qñ ergo deiecerit superbia diabolũ, vt naturã suam bonã praua voluntate peruerteret, scriptura nõ dicit: ante tñ factũ fuisse, & ex hac eũ homini inui-D disse, ratio manifesta declarat. In promptu est.n. omnib hoc intuentibus, non ex inuidẽtia superbiã nasci, sed ex superbia potius inuidentiã. Nec frustra putari põt ab initio tẽporis diabolum superbia cecidisse, nec fuisse vllũ antea tp̃s quo cũ angelis sanctis pacatus vixerit & beatus: sed ab ipso primordio creaturæ a suo creatore apostatasse, vt illud q̃d dñs ait. Ille homicida fuit ab initio, & in veritate non stetit: vtrũq; ab initio intelligamus, non solũ ꝙ homicida fuit, verumẽt quia in veritate non stetit. Et homicida quidẽ ab illo initio ex quo homo potuit occidi: non autẽ potuit occidere antequã esset qui occideretur. Ab initio ergo homicida diabolus, quia ipse occidit hominẽ primum, antequam nullus hominũ fuit. In veritate aũt non stetit, & hoc ab initio ex quo ipse creatus est, qui staret si stare voluisset. Qũo.n. duxisse vitã beatã inter beatos angelos credi põt, qui futuri sui peccati atque supplicij, i. desertionis & ignis æterni si præscius non fuit, merito quæritur cur non fuerit? Neque.n. sancti angeli æternæ suæ vitæ ac beatitudinis incerti sunt. Nã qũo beati si incerti? An dicimus hoc Deũ diabolo reuelare noluisse, cũ adhuc esset angelus bonus: vel quid facturus vel quid passurus esset: cęteris vero hoc reuelasse qui essent in æternum in eius veritate mansuri? Quod si ita est, ideo iã non æqualiter beatus, imo iã nec planè beatus fuit, qñ quidem planè beati de sua beatitudine certi sunt vt eam nullus perturbet metus. Quo autẽ malo merito ita discernebat̃ a cęteris, vt ei Deus nec ea quæ ad ipsum pertinerẽt futura reuelaret? Nunquid ille prius vltor: quã iste peccator? Absit. Neq;.n. Deus damnat innocentes. An forte ex alio genere angelorum fuit, quibus Deus non dedit vel de seipsis præscientiam futurorum: qui quonam modo beati possent esse, non video, quibus incerta est ipsa sua beatitudo: nam & hoc quidam senserunt nõ fuisse diabolum in illa sublimi natura angelorum quæ supercęlestis est, sed in eorũ qui aliqñ inferius in mundo facti sunt, & per sua officia distributi. Tales.n. fortasse posset aliquid etiam illicitum delectare, quam tamen delectationem si peccare noluissent libero arbitrio cohiberent: sicut homo, maxime ille primus qui peccati pęnam nondum habebat in membris, quandoquidẽ & ipsa a sanctis uiris Deo subditis per eius gratiã pietate superatur. Porro ista quæstio de beata vita, vtrum eam quisquam iam habere dicendus sit, cui incertum est vtrum secum permansura sit, an ei miseria quãdoq; succedat, potest

*2. sen. di. 3. c. putauerunt.*

*Ioan. 8.*

E

*Præscientia angelorũ. c. 17.*

*2. sen. di. 26. ca. 1. & 2.*

F

*An Adã & Eua præsciuerint casũ suum.*

& de ipso primo homine oriri. Nã si futuri
sui peccati præscius erat diuinæq; vindictæ,
*Cap. 18.* beatus esse vnde poterat? Ergo erat in paradi-
so nõ beatus. Si autem nõ erat futuri peccati
sui præscius: ergo per hanc ignorantiam aut
eiusdem beatitudinis incertus, & quõiam ve
re beatus? aut falsa spe certus non scientia, &
G quõ nõ stultus? Sed tñ hominis adhuc in cor
pore animali constituti, cui obedienter viuẽ
ti dandum adhuc esset angelorũ cõsortium,
& mutatio corporis ex animali in spiritale,
possumus intelligere beatam vitã secundum
quendam modum, ẽt si non erat præscius fu
*Gal. 6.* turi sui peccati. Neq;.n.& illi pręscij fuerunt
quib. Apostolus dicit, Vos qui spiritales estis
instruite hmõi in spiritu lenitatis, intendens
teipsum ne & tu tenteris. Nõ absurde tñ nec
improbe dicimus, beatos iã fuisse hoc ipso
ꝙ spiritales essent, non corpore sed iustitia
fidei, spe gaudentes, in tribulatione patiẽtes.
*Rom. 1.* Quanto magis ergo & ampliore modo bea-
tus erat homo in paradiso ante pc̃tm̃, quan-
uis incertus futuri sui casus, qui spe ita gaude
bat ꝑ ꝑ præmium futuræ cõmutationis vt nul
la esset tribulatio cui tolerandæ patientia mi
litaret. Quamuis.n.non vana ꝑsumptione de
incerto certus velut stultus, sed spe non infi-
delis, antequã apprehenderet illam vitã, vbi
certissimus ipsius æternæ vitæ suæ futurus es
set, posset exultare queadmodũ scriptũ est,
cũ tremore & exultatione, multo abundan-
tius in paradiso q̃ sancti in his terris, beatus
esset modo quodã inferiore q̃ i illa vita æter
na sanctorũ supercęlestiumq; angelorũ, non
tñ nullo. Dicere aũt de aliquibus angelis ꝙ
in suo quodã genere beati esse possint futu-
ræ suę iniquitatis & dãnationis, vel certę per
petuæ salutis incerti, quib. nec spes subesset,
ꝙ aliqñ & ipsi aliqua in melius mutatione
certi de hac re futuri essent, vix ferenda præ-
sumptio est, nisi forte & hoc dicatur, ita crea
tos istos angelos mundanis ministerijs distri
butos sub alijs sublimioribus & beatiorib. vt
H pro recte gestis præposituris suis accipiant
illam vitam beatam ac sublimiorem, de qua
possint esse certissimi, cuius vtiq; spe gaudẽ
tes possint nõ incongrue dici iam beati. Ex
quorũ numero si diabolus cecidit cũ socijs
iniquitatis suæ: simile hoc est ei ꝙ cadunt à
iustitia fidei ẽt hoĩes simili superbia ꝑuarica
ti, vel seipsos seducentes, vel illi seductori

*Angelorum conditio. c. 19 2. sen. di. 4. cap. sed hoc.*

consentientes. Sed afferãt hæc duo genera bo
norum angelorũ qui potuerint, vnũ supercę
lestiũ in quib. nunquam fuit qui cadendo dia
bolus factus est: alterũ aũtꝙ mundanorum in
quib. fuit: mihi aũt, fateor, vnde hoc secundũ
scripturas afferã, nõ interim occurrit, sed co
arctatus qõne illa qua quæritur, vtrũ sui ca-
sus præscius antequam caderet fuerit, ne suæ I
beatitudinis incertos esse vel aliqñ fuisse an-
gelos dicerẽ, non sine causa * putaui posse di
ci diabolũ ab ipso creaturæ, hoc est ab ipso
vel tẽporis vel suæ conditionis initio cecidis
se, nec aliqñ in veritate stetisse. Vnde nõnul-
li eum non in hanc malitiã libero voluntatis
arbitrio esse deflexũ, sed in hac omnino crea
tũ putant, quãuis à dño Deo summo & vero
naturarũ omniũ creatore: adhibẽtq; testimo
niũ de libro Iob, qm̃ ibi scriptum est cũ de il
lo sermo esset, Hoc est initiũ figmenti dñi ꝙ
fecit vt illudatur ab angelis eius. Cui sñiæ cõ
gruit ꝙ in Psalmo scriptũ est, Draco iste quẽ
finxisti ad illudendũ ei: nisi ꝙ hic quem finxi
sti dixit non aũt sicut ibi, hoc est initium fig-
menti dñi: tanquam in initio eũ ita finxisset,
vt malus, vt inuidus, vt seductor, vt omnino
diabolus esset, non voluntate deprauatus, sed
ita creatus. Hæc opinio qũo non sit aduersa
ei ꝙ scriptum est, Fecit Deus omnia bona
valde: * vbi inuenitur diabolus non propria
voluntate deprauatus, sed ab ipso dño Deo
factus malus valde: quamuis conetur osten-
dere vt insulse ẽt vel inerudite afferatur, non
tm̃ conditione prima, sed ẽt nunc deprauatis
tot voluntatibus: in summa tñ omnia q̃ crea-
ta sunt, i. vniuersam omnino creaturam bo-
nam esse valde, non * quo boni sint in ea ma
li, sed ꝙ non efficiant malitia sua, vt sub Dei
administratoris imperio, virtute, sapientia,
& decus & ordo vniuersitatis aliqua ex par-
te turbetur siue turpetur, cum suis quibusq;
voluntatibus ẽt malis tribuantur certi & con
grui limites potestatum & pondera merito-
rum, vt ẽt cũ ipsis conuenienter iusteq; ordi K
natis vniuersitas pulchra sit: tñ quia cuilibet
occurrit & verũ est atq; manifestum, iustitiæ
ipsi esse contrariũ, vt nullo præcedente meri
to, hoc ipsum in quoquã Deus damnet, ꝙ in
eo ipse creauit, certaq; & euidens damnatio
diaboli & angelorũ eius ex Euangelio recita
tur, vbi se dicturum dñs prænunciauit eis di
cens qui à sinistris sunt, Ite in ignem æternũ

qui

qui præparatus eſt diabolo & angelis eius,
nullo modo in eo naturã quam Deus crea-
uit,ſed malã propriam voluntatẽ pęna ignis
æterni plectendam eſſe credendum eſt. Nec
eius naturã eſſe ſignificatam ꝙ dictũ eſt, Hoc
eſt initiũ figmenti dñi ꝙ fecit vt illudatur ab
angelis eius: ſed vel corpus aerẽ ꝙ tali volũ-
tati cõgruenter aptauit, vel ipſam ordinatio-
nem in qua eũ fecit ẽt nolentem vtilẽ bonis:
vel ꝙ præſciens eũ propria voluntate malũ
futurũ, fecit tñ, non abſtinens bonitatẽ ſuam
in præbenda vita atq; ſubſtantia futuræ ẽt no
xiæ voluntati, ſimul præuidens quanta de il-
lo bona eſſet ſua mirabili bonitate ac ptãte
facturus. Initiũ aũt figmenti dñi dictus eſt, ꝙ
fecit vt illudatur ab angelis eius, non quia ip
ſum primitus condidit, vel initio malum cõ
didit, ſed quia cũ ſciret eũ ad hoc propria vo
luntate malũ futurũ vt bonis noceret, creauit
eũ ad hoc vt de illo bonis ipſe prodeſſet. hoc
eſt.n. vt illudatur ab angelis, qm̃ ſic illuditur
cum ſanctis proſunt tentationes eius, quibus
eos deprauare conatur, vt malitia in qua ip-
ſe eſſe uoluit, eo nolente ſit utilis ſeruis Dei,
quia * hoc præuidens eum finxit. Ideo initiũ
ad illudendum quia & mali hoĩes uaſa eiuſ-
dẽ diaboli, & tanquam capitis corpus, quos
nihilominus Deus malos futuros præuidẽs,
creauit tñ ad utilitatẽ ſanctorũ, ſimiliter illu
duntur, cũ & ipſis nocere uolentib. prẹſtatur
ſanctis ex eorum cõparatione cautela, & pia
ſub Deo * humilitatis & intelligentiæ gratia,
& exercitatio ad tolerandos malos, & proba
tio ad diligendos inimicos. Sed ille eſt initiũ
figmenti ꝙ ſic illuditur, quia præcedit iſtos
& temporis antiquitate & principatu mali-
tiæ. Hoc aũt Deus per ſanctos angelos facit
illo opere prouidentiæ quo creatas naturas
adminiſtrat, ſubdẽs uidelicet angelos malos
angelis bonis, ut malorum improbitas, non
quantum nititur, ſed quãtũ ſinitur poſſit: nec
tantorum angelorum malorum, uerumẽt &
hominũ donec ẽt iſta iuſtitia qua uiuitur ex
fide, quæ nunc patienter in hominibus exer-
cetur, conuertatur in iudicium, ut poſſint &
ipſi non ſolum duodecim tribus Iſrael, ſed
etiam angelos iudicare. Quod ergo putatur
nunquam diabolus in ueritate ſtetiſſe, nun-
quam cum angelis beatam duxiſſe vitam ab
ipſo ſuæ conditionis initio cecidiſſe, nõ ſic
accipiendũ eſt ut non propria uoluntate de-
prauatus, ſed malus à bono Deo creatus pu-
tetur, alioquin non ab initio cecidiſſe dice- *Ioan. 8.*
retur. Neq;.n. cecidit * ſi talis eſt factus: ſed *Al. l. Si,*
factus continuo ſe à luce veritatis auertit, ſu *pro quia.*
perbia tumidus, & proprie poteſtatis delecta
tione corruptus: vnde beatæ atq; angelicæ ui
tæ dulcedinẽ non guſtauit, quã non utiq; ac-
ceptã faſtidiuit, ſed nolendo accipere deſe-
ruit & amiſit. Proinde nec ſui caſus præſcius
eſſe potuit * quæ ſapiẽtia pietatis eſt fructus. *Al. l. quo-*
Ille aũt continuo impius, cõſequenter & mẽ *niam.*
te cęcus, non ex eo ꝙ acceperat cecidit, ſed A
ex eo ꝙ acciperet ſi ſubdi uoluiſſet Deo, ꝙ
profecto quia noluit, & ab eo ꝙ accepturus
erat cecidit, & poteſtatem illius ſub quo eſſe
noluit non euaſit, factumq; in illo eſt ponde
re * meritorum, ut nec iuſtitiæ poſſit lumine *Al. l. Me*
delectari, nec ab eius ſnĩa liberari. Quod er- *rita, pro*
go per Eſaiam Prophetã in eum dr̃, Qũo ce *demeri-*
cidit de cęlo Lucifer mane oriens, contritus *tis poſuit*
eſt in terrã qui mittebat ad omnes gentes. Tu *Vocabu-*
aũt dixiſti ſenſu ſuo, In cęlũ aſcendam, ſuper *lũ diabo-*
ſydera cęli ponã thronũ meũ, ſedebo in mõ *l.c.24.*
te excelſo ſuper montes excelſos qui ſunt ad *Eſa. 14.*
Aquilonẽ, aſcendam ſuper nubes, ero ſimilis
altiſsimo: nunc aũt ad inferos deſcẽdẽs, &c.
Quę in figura regis velut Babylonis in diabo
lum dicta intelliguntur, plura in eius corpus
conueniunt, ꝙ ẽt de humano genere cõgrue
bat: & in eos maxime qui ei per ſuperbiam
cohęrent, apoſtatando à mandatis Dei: Sicut *Mat. 13.*
enim qui erat diabolus homo dictus eſt, ut
in Euangelio, Inimicus homo hoc fecit: ita
qui homo erat diabolus dictus eſt, ut rurſus
in Euangelio, Nonne ego uos duodecim elę *Ioan. 6.*
gi, & unus ex uobis diabolus eſt? Et ſicut cor *Col. 1.* *Gal. 3.*
pus Chriſti ꝙ in eccleſia dr̃ Chriſtus, ſicut il
lud eſt, Vos Abrahæ ſemen eſtis: cum paulo
ſuperius dixiſſet, Abrahæ dictæ ſunt promiſ-
ſiones & ſemini eius. Non dicit in ſeminibus
tanquã in multis, ſed tanquã in uno, & ſemi-
ni tuo qui eſt Chriſtus. Et iterũ, Sicut.n. cor- *1. Co. 12.*
pus unũ eſt & membra habet multa, omnia *Corpus*
aũt membra corporis cũ ſint multa unũ eſt *Chriſti.*
corpus, ita & Chriſtus. Eo modo ẽt corpus *Corpus*
diaboli, cui caput eſt diabolus, i. ipſa impio- *diaboli.*
rũ multitudo, maximeq; eorũ qui à Chriſto B
uel de eccleſia ſicut de cęlo decidunt, dr̃ dia
bolus, & in ipſum corpus figurate multa di- *Al. l. cor-*
cuntur, q̃ non tam capiti q̃ * corporis mem- *pori, mẽ-*
bris cõueniãt. Itaq; Lucifer qui mane orie- *briſque.*
batur

batur & cecidit, pōt intelligi apoſtatarũ genus, vel à Chriſto vel ab eccleſia, ꝙ ita cõuertiť ad tenebras amiſſa luce quã portabat, quẽadmodũ qui conuertunť ad Dcũ à tenebris ad lucẽ tranſeunt, i. qui fuerunt tenebræ lux fiunt. Itẽ in figura Principis Tyri per Ezechielẽ Prophetã in diabolũ dicta intelligunť, Tu es ſignaculũ ſimilitudinis & corona decoris in delitijs paradiſi fuiſti, oĩ lapide ꝑtioſo ornatus es: & cętera, q̃ non tã in ipſum Principẽ nequitiæ q̃ in corpus eius dicta cõueniũt. Paradiſus. n. dicta eſt eccleſia, ſicut in Cantico canticorũ legitur, Hortus cõcluſus, fons ſignatus, puteus aquæ viuæ, paradiſus cũ fructu pomorum. Inde ceciderunt vel aperta & corporali ſeparatione oẽs hęretici: vel occulta & ſpiritali, quãuis in ea corporaliter eſſe videãtur oẽs cõuerſi ad vomitũ ſuũ, cũ poſt remiſsionẽ omniũ peccatorũ paululũ ambulaſſent in via iuſtitiæ, in quib. facta ſunt poſteriora deteriora priorib. & quibus expediebat non cognoſcere viam iuſtitiæ, q̃ cognoſcentib. retrorſum reflecti, tradito ſibi ſancto mãdato. Hanc peſsimã generationẽ dñs deſcribit, cũ dicit ſpiritũ nequã exire ab homine, & cũ alijs ſeptẽ redire, & in domo quã mundatam iam inuenerat inhabitare, vt ſint nouiſſima hominis illius peiora prioribus. Tali. n. generi hominũ ꝙ iam factũ eſt corpus diaboli, poſſunt hæc verba cõgruere, A die qua creatus es tu cũ cherubin, i. cũ ſede Dei, quæ interpretatur multiplicata ſcientia: & poſuit te in monte ſancto ſuo, hoc eſt in eccleſia: Vnde eſt, Et exaudiuit me de monte ſancto ſuo: Fuiſti in medio lapidũ flammeorũ, i. ſanctorum ſpiritu feruentiũ lapidum viuorum: ambulaſti ſine vitio, in dieb. tuis ex quo die creatus es tu, donec inuenta ſunt delicta tua in te. Poſſunt diligentius iſta tractari, vt fortaſsis oſtendatur nõ ſolũ & hunc intellectũ eſſe in his verbis poſſe, ſed omnino aliũ eſſe non poſſe. Verũ quia longũ eſt & alium ſermonem exigit eidẽ tantum quæſtioni deputatũ, nunc ſufficiat iſta cõplexio: aut ab initio creationis ſuæ diabolũ à beatitudine, quam ſi voluiſſet percepturus fuerat, impia ſuperbia cecidiſſe: aut alios eſſe angelos inferioris miniſterij in hoc mundo, inter quos ſecundũ eorum quandam non præſciam beatitudinem vixerat, & à quorũ ſocietate cũ ſibi ſubditis angelis ſuis tanquã archangelus cecidit per ſuperbię impietatẽ: * ſed hoc nullo modo aſſeri poteſt, illud mirũ ſi poteſt. Aut certe ratio eſt requirẽda, quemadmodũ omnes ſancti angeli, ſi inter illos aliqñ pariter beatus, cũ ſuis angelis diabolus vixit, nondũ habuerint ẽt ipſi certam præſciẽtiam perpetuæ fęlicitatis ſuæ, ſed eã poſt caſum eius acceperint. Aut quo merito ante ſuum pctm̃ diabolus cũ ſocijs ſuis à cęteris angelis diſcretus fuerit, vt ipſe ſui caſus futuri eſſet ignarus, illi aũt certi permanſionis ſuæ: dũ tñ & peccatores angelos minime dubitemus detruſos tanq̃ in carcerem caliginis huius aereæ circa terras, ſecundũ Apoſtolicã fidem in iudicio puniendos ſeruari: & in illa ſuperna beatitudine ſanctorum angelorũ non eſſe incertã vitam æternã, nec nobis ſecundũ Dei miſericordiam & gratiã & fideliſsimã pollicitationem incertam futuram, cum fuerimus eis poſt reſurrectionem & iſtorũ mutationẽ corporũ copulati. Ad hanc. n. ſpem viuimus, & eius promiſsionis gratia recreamur. Quicquid a̅.. ẽt de diabolo dici pōt, cur eũ Deus creauit cũ talẽ præſciret futurũ, & cur omnipotens eius voluntatẽ non * conuertit in bonũ, ſecundũ ea q̃ diſſeruimus cũ de malis hominib. ſimiliter quæreremus, ſiue intelligať, ſiue credatur, ſiue quid melius inueniri pōt inueniatur. Ab illo ergo cuius ſuper omnia, quæ creauit ſumma poteſtas eſt, per angelos ſuos à quibus illuditur diabolus, cum & de ipſius maleuolentia cõſulatur eccleſiæ Dei, non eſt permiſſus tentare fęminam, niſi per ſerpentem, nec virum niſi per fęminam: ſed in ſerpente ipſe locutus eſt, vtens eo velut organo, mouẽsq; eius naturam eo modo, quo modo vere ille mouere, & moueri illa potuit, ad exprimendos verborũ ſonos & ſigna corporalia, per quæ mulier ſuadentis intelligeret volũtatem. In ipſa vero muliere quia illa rationalis creatura erat, quæ motu ſuo poſſet vti ad verba facienda, nõ ipſe locutus eſt, ſed eius operatio atq; perſuaſio, q̃uis occulto inſtinctu adiuuaret interius, quod exterius egerat per ſerpentem. Quod quidẽ ſi ſolo inſtinctu * occultius ageret, ſicut egit in Iuda vt traderet Chriſtum, poſſet efficere in animo ſuperbo amore ſuæ poteſtatis inducto: ſed ſicut iam dixi, tentandi voluntatem habet diabolus: in poteſtate aũt nec vt faciat habet, nec qũo faciat. Quia permiſſus eſt ergo

*Princeps Tyri diabolum ſignificat. Cap. 25. Ezec. 28. Paradiſus eccleſia. Cant. 4. 2. Pet. 2. Matt. 12. Pſal. 3. Rurſus p repetitionẽ de diaboli conditione. Cap. 26.*

go tentauit, & quō permissus est ita tentauit. Cui aūt generi hominū prodesset quod faciebat, neq; sciebat, neq; volebat, & eo ipso illudebatur ab angelis. Non itaq; serpēs verborū sonos intelligebat, qui ex illo fiebāt ad mulierē. Neq;.n. conuersa credenda est anima eius in naturā rationalē: quandoquidem nec ipsi homines quorū rationalis natura ē, cū dęmon in eis loquitur ea passione cui exorcista requiritur, sciūt quid loquant̄. Quāto minus ille intelligeret verborum sonos, quos per eū, & ex eo diabolus illo modo faciebat, qui hoīem loquentē non intelligeret
G si eū à diabolica passione immunis audiret. Nā & quod putantur audire & intelligere serpentes verba Marsorū, vt eis incantantibus prosiliant plerunq; de latebris, etiam illic diabolica vis operatur, ad cognoscendā vbiq; prouidentiā, quam rem cui rei naturali ordine subijciat, & q.d etiam voluntatibus malis sapientissima potestate permittat, & hoc magis habeat vsus, serpētes moueri carminibus hominū, q̄ vllū aliud genus animātium. Etiam hoc.n. non parua testatio est, naturam primitus serpētis seductam esse colloquio. Gaudent.n. dęmones hanc sibi potestatem dari, vt ad incantationem hominū serpentes moueant, vt quolibet modo fallant quos possunt. Hoc autem permittuntur ad primi facti memoriam commendandam, quod sit eis quædā cum hoc genere familiaritas. Porro ipsum primū factū ad hoc permissum est, vt per naturam serpentis significaretur generi hominum, cui erudiēdo hæc gesta cōscribi oportebat, omnis diabolicę tentationis similitudo, quod apparebit cum in serpentem proferri cęperit diuina sententia. Proinde prudentissimus omniū bestiarū hoc est astutissimus, ita dictus est serpens p̄p astutiā diaboli q. in illo & de illo agebat dolum, quēadmodū dicit̄ prudēs vel astuta lingua, quā prudēs vel astutus mouet ad aliq̄d prudenter astuteq; suadendū. Non.n. est hęc
H vis seu virtus membri corporalis quod vocatur lingua, sed vtiq; mentis quæ vtitur ea. Ita etiam dictus est stylus mendax scribarum. Neq;.n. esse mendacem pertinet nisi ad viuentem atq; sentientem: sed stylus mendax dictus est, ꝙ per eū mēdax mendaciter operetur, quemadmodum si & iste serpens mendax diceretur, quod eo diabolus tanquam stylo mendaciter vteretur. Hoc ideo cōmēdandū putaui, ne quisquā existimās animantia rationis expertia humanum habere intellectū, vel in animal rōnale repēte mutari, seducatur in illā opinionē ridiculā & noxiā reuolutionis animarū vel hominū in bestias vel in homines bestiarū. *2. sen li. 22. ca 2.* *Nūc. 22.* Sic ergo locutus est serpēs homini, sicut asina in qua sedebat Balaam locuta est homini, nisi ꝙ illud fuit opus diabolicū, hoc angelicū. Habēt.n. quędā boni & mali angeli opera similia, Sicut Moyses & magi Pharaonis. *Exod. 7.* Verum in his etiā boni angeli potentiores sunt, quia nec mali angeli etiā taliū operum quicquā possunt, nisi I ꝙ per bonos angelos permiserit Deus, vt retribuatur vnicuiq; secūdū cor eius, vel sc̄d̄m grām Dei, vtrūq; iuste ac benigne per altitudinē diuitiarū sapientiæ & scientiæ Dei. *Rom. 11.* Dixit ergo serpēs mulieri. Quid quia dixit De⁹ *Verba tētatoris.* Non ederis ab omni ligno paradisi, Et dixit mulier serpenti: A fructu ligni quod est in paradiso edimus, de fructu aūt ligni quod est in medio paradisi dixit Deus, nō edetis ex eo, neque contingetis illud ne moriamini. *Cap. 30.* *Gene. 3.* Iō prius interrogauit serpens, & rn̄dit hæc mulier, ut p̄uaricatio esset inexcusabilis, neque ullo mō dici posset, id ꝙ p̄ceperat Deus oblitā fuisse mlierē, quanq̄ obliuio p̄cepti, maxime vni⁹ & tā necessarij, ad maximā culpā dānabilis negligētiæ pertineret: *Obliuio præcepti.* verūtn̄ euidētior eius trāgressio est cū memoria retinet̄, & tanq̄ in illo Deus assistens pręsensq; cōtēnitur. Vnde necessariū fuit cū in Psalmo diceret̄: *Ps. 102.* Et memoria retinentibus mādata eius, addere, vt faciant ea. Multi enim retinent memoria, vt contemnant ea, præuaricationis maiore pc̄tō vbi obliuionis nulla est excusatio. Dixit ergo serpēs mulieri: Nō morte moriemini. Scit.n. Deus qm̄ qua die māducaueritis de eo, adaperiētur vobis oculi, & eritis sicut dij cognoscētes bonū & malū. Qn̄ his verbis crederet mulier a bona atq; vtili re diuinitus se fuisse p̄hibitos, K nisi iā inesset mēti amor ille p̄priæ ptātis, & quędā de se superba præsumptio quæ per illā tentationē fuerat cōuincēda & humilianda. Deniq; uerbis nō cōtēta serpentis cōsiderauit lignū uiditq; bonū ad escam & decorū ad aspectū, *2. sen. di. 22. ca. 1.* & non credens posse inde se mori, arbitror quod putauerit Deū alterius significationis causa dixisse, si māducaueritis morte moriemini:

mini:atq; ideo sumpsit de fructu eius & mã ducauit,& dedit etiã viro suo secũ.Fortassis ẽt cũ verbo suasorio,ꝙ scriptura tacẽs intel ligendũ reliquit. An forte nec * suaderi iam opus erat viro,quãdo illã eo cibo mortuam nõ esse cernebat? Ergo ederunt,& aperti sũt oculi amborũ.Qũo nisi ad inuicẽ cõcupiscẽdũ ad peccati pęnã carnis ipsius morte conceptã:vt iã esset corpus non animale tantũ, quod poterat, si obedientiã cõseruarent ,in meliorẽ spiritalemq; habitũ sine morte mutari : sed iã corpus mortis in quo lex in mẽbris repugnaret legi mentis. Neq;.n.clausis oculis facti erant & in paradiso delitiarũ cęci palpantesq; oberrabant, vt vetitũ lignũ ẽt nescientes attingerent, palpantesque fructus prohibitos ignorando decerperent. Qũo autẽ animalia & volatilia adducta sunt ad Adã vt videret quid ea vocaret si non videbat? Et qũo ipsa mulier ad virũ adducta est,qñ facta est vt de illa quam nõ videbat diceret: Hoc nunc os de ossibus meis , & caro de carne mea:& cętera. Postremo qũo vidit mulier quia bonũ est lignũ in escam, & quia placet oculis ad videndũ , & decorum est cognoscere,si eorũ clausi erant oculi? Nec tñ ideo propter vnius verbi translationẽ totũ figurate accipiendũ est. Viderit enim quemadmodum dixerit serpens ? Aperientur vobis oculi . Hoc enim eũ scriptor libri dixisse narrauit : in qua vero significatione vel sententia dixerit, lectori cõsiderare permisit. Hoc aũt quod scriptũ est : & aperti sunt oculi eorũ, & cognouerũt quia nudi erant:ita scriptum est, quẽadmodũ omnia quæ gesta narrãtur, nec tñ ideo in allegoricã narrationẽ nos debent ducere.Neq;.n.& Euangelista narrator dicta cuiusquã figurata ex eius persona inserebat,ac non persona sua q̃ fuerãt gesta narrabat,cũ diceret de illis duobus,quorũ vnus erat Cleophas,quod cũ fregisset eis dñs panẽ aperti sunt oculi eorũ , & cognouerunt eũ quẽ per viã nõ cognouerãt:nõ vtiq; clausit oculis ambulãtes,sed eũ cognoscere * nõ valẽtibus.Sicut ergo ibi,sic in isto loco narratio figurata est, quãuis trãslato verbo scriptura vsa videatur,vt apertos diceret oculos qui & antea patebant . Apertos vtiq; ad aliquid intuendum & cogitandum , quod antea nunquã aduerterant. Vbi enim ad transgrediẽdum præceptũ audax curiositas mota

*Al.l.Suadere.* *Qũo aperti oculi. cap. 31.* L *Gene. 2.* *Ibidem.* *Gene. 3.* M *Luc. 24.* *Al.l.non valentes.*

est,auida experiri latentia,quidnã tacto vetito sequeretur,& noxia libertate habenas ꝓhibitionis rumpere delectata , probabilius existimans nõ esse mortẽ quã timuerant secuturã. Tale ꝗppe pomũ credendũ est fuisse in illa arbore, cuius generis poma iã in alijs arboribus innoxia senserãt vnde magis crediderunt Deũ posse peccantibus facile ignoscere,ꝙ patiẽter tulerint nõ cognoscere, q̃d nã esset vel cur eos inde cibũ sumere vetuisset . Mox vt ergo præceptũ transgressi sunt, intrinsecus gratia deserente omnino nudati A quã typho quodã & superbo amore suæ potestatis offenderãt, in sua mẽbra oculos iniecerunt,eaq; motu quẽ nõ mouerant concupiuerunt . Ad hoc ergo aperti sunt oculi ad q̃d antea nõ patebant,quãuis ad alia paterẽt Hęc mors ea die accidit qua factũ est ꝙ Deꝰ vetuit. Amisso ꝗppe statu mirabili , corpus ipsum cui status ẽt de ligno vitæ virtute mystica præbebatur, per quẽ nec morbo tẽtari nec mutari ætate potuisset, vt hoc in eorum carne,quãuis adhuc animali & in melius cõ mutanda, iã tamen significaretur per escam ligni vitæ , quod ex ipso spiritali alimento cuius sacramentũ illud lignũ erat, fit in bonis angelis per ęternitatis participationẽ vt in deterius nõ mutent.Hoc ergo amisso statu corpus eorũ duxit morbidã & mortiferã qualitatẽ, quę inest ẽt pecorũ carni , ac per hoc etiã eundem motũ qui fit in pecoribus cõcũbendi appetitus,vt succedant nascentia morientibus. Sed tamen etiam in ipsa pœna suę generositatis vindex anima rationalis bestialem motum in membris suæ carnis erubuit eiq; incussit pudorem,non solum quia hoc ibi sentiebat, vbi nunquã antea tale aliquid senserat,verumetiã quod ille pudẽdus motus de præcepti transgressione veniebat. Ibi enim sensit qua prius gratia vestiretur, quando sua nuditate nihil indecens patiebatur. B Ibi completum est. Domine in volũtate tua p̃stitisti decori meo virtutẽ:Auertisti autem faciẽ tuã à me, & factus sum conturbatus. Deniq; illa cõturbatione ad folia * ficulnea cucurrerunt succinctoria cõsueuerũt,& quia glorianda deseruerant,pudẽda texerũt. Nec arbitror eos cogitasse aliquid in illis folijs quod talibus congrueret contegi iã mẽbra prurientia,sed occulto instinctu ad hoc illa cõturbatione cõpulsi sunt, vt etiam talis

pęnæ

*Psal.*

pęnæ ſuæ ſignificatio à neſcientibus fieret, q̃
peccatorẽ factũ conuinceret & doceret ſcri
Dei ptũra lectorem. Et audierunt vocem dñi Dei
ambulantis in paradiſo ad veſperã. Ea quip-
33. pe hora tales iã conuenerat viſitare qui defe
illis. cerant à luce veritatis. Fortaſsis.n.in * alijs
intrinſecus vel effabilibus vel ineffabilib.mo
dis Deus cũ illis antea loquebatur, ſicut ẽt cũ
angelis loquitur ipſa incõmutabili veritate,
illuſtrans mentes eorũ vbi eſt intellectus noſ
ſe ſimul quæcunque ẽt per tpa non fiunt ſi-
A mul. Forte, inquã, ſic cũ eis loquebatur, etſi
non tanta participatione diuinę ſapiẽtię quã
C tum capiunt angeli: tñ pro humano modulo
quantũlibet minus, ſed ipſo genere viſitatio-
nis & locutionis, fortaſsis ẽt illo qui fit per
ſcripturã, ſiue in ecſtaſi ſpiritus corporalib.
imaginib. ſiue ipſis ſenſibus corporis aliqua
ſpecie p̃ſentata vel ad videndũ vel ad audien
dum, ſicut in angelis ſuis ſolet videri Deus,
vel ſonare per nubem. Nunc tñ ꝙ audierũt
vocẽ Dei ambulãtis in paradiſo ad veſperã,
non niſi per creaturã viſibiliter factũ eſt, ne
ſubſtantia illa inuiſibilis & vbique tota q̃ eſt
patris & filij & ſpiritusſancti corporalib.eo-
rũ ſenſibus locali & tẽporali motu apparuiſ-
ſe credatur. Et abſconderunt ſe Adã & mu-
lier eius a facie dñi in medio ligno ꝙ eſt in
paradiſo. Cũ Deus auertit intrinſecus faciem
ſuam & fit homo conturbatus: nõ miremur
hæc fieri quæ ſimilia ſunt dementiæ per ni-
mium pudorẽ ac timorem, illo quoq; occul
to inſtinctu non quieſcente, vt ea neſcientes
facerent quæ aliquid ſignificarent qñq; ſcitu
ris poſteris ꝑ quos iſta conſcripta ſunt. Et
vocauit dñs Deus Adam, & dixit illi, Vbi es?
Increpantis vox eſt, non ignorantis. Et hoc
ſanè ad aliquã pertinet ſignificationẽ ꝙ ſicut
præceptum viro datum eſt per quẽ veniret
ad fęminam, ita vir prior interrogatur. Præ-
ceptum.n. a dño per virum vſque ad fęmi-
nam: peccatum aũt a diabolo per fęminam
vſque ad uirum: hæc myſticis ſignificationi-
bus plena ſunt, non id agentibus in quib. fa-
cta ſunt, ſed de his illud agente potentiſsima
ſapientia Dei. Non aũt nunc ſignificata reſe-
ramus, ſed geſta defendimus. Reſpõdit ergo
Adam, Vocẽ tuam audiui in paradiſo & ti-
D mui, quia nudus ſum, & abſcondi me. Satis
probabile eſt ſolere Deum per creaturã tali
actioni cõgruã in forma humana primis il-
lis hominib. apparere: quos tñ nunquã per-
miſit aduertere nuditatem ſuã, eorũ intentio
nem in ſuperna ſuſtollens, niſi cũ poſt pctm̃
pudendum in membris motũ pęnali mẽbro
rum lege ſenſiſſent. Sic ergo affecti ſunt ut ſo *Nuditas*
lent affici homines ſub oculis hominũ, & ta- *carnis.*
lis affectio de peccati pęna erat, cum latere
uellent quẽ latere nihil poteſt, & ab eo car-
nẽ occultare qui cordis inſpector eſt. Sed qđ *Rom. 5.*
mirũ ſi ſuperbi uolẽtes eſſe ſicut dij, euanue
runt in cogitationib. ſuis, & obſcuratũ eſt in-
ſipiens cor eorũ? Se quippe dixerunt eſſe ſa-
pientes in abundantia ſua, & illo auertente fa
ciẽ ſtulti facti ſunt. Quod.n.iam ipſos pude-
bat erga ſeipſos, unde ſibi & ſuccinctoria fe E
cerant, multo uehementius ab illo ẽt ſic ſuc
cincti videri verebantur, qui tanquam fami-
liari tẽperamento ad eos videndos per crea-
turam uiſibilẽ, uelut humanos oculos affere
bat. Si.n. propterea ſic apparebat ut homines
tanquã cum homine loquerentur, queadmo
dũ Abraham ad quercum Mambræ, illa ipſa
prope amicitia * pudorẽ onerabat poſt pec- *Gen. 18.*
catũ, quę fiduciam dabat ante pctm̃: nec iam *Al. l. pu-*
illam nuditatem audebant oſtendere talibus *dore.*
oculis, quæ diſplicebat & ſuis. Dñs ergo uo- *Excuſa-*
lens iam peccatores more iuſtitiæ interroga- *tio Adã.*
tos punire, amplius quam erat illa pęna de *Cap. 35.*
qua iã cogebantur erubeſcere, quis nuncia-
uit, inquit, tibi quia nudus es, niſi a ligno ꝙ
præceperam tibi tñ ne ex eo mãducares ab
eo ediſti? Hinc.n. mors concepta ꝑ Dei ſen
tentiã qui ſic fuerat cõminatus, fecit aduerti
concupiſcentialiter membra: & ibi dicti ſunt
aperti oculi, & ſecutũ eſt ꝙ puderent. Et di-
xit Adam, Mulier quã dediſti mecũ hæc mi- *2 ſen. di.*
hi dedit a ligno & edi, nunquid dixit, pecca- *22. c. ſed*
ui? Superbia habet confuſionis deformitatẽ, *huic.*
& non habet confeſsionis humilitatem. Ad *Superbia*
hæc iſta conſcripta ſunt, quia & ipſę interro
gationes nimirũ ad hoc factæ ſunt, ut & ue-
raciter & utiliter ſcriberentur: quia ſi menda
citer, non utiq; utiliter, ut aduertamus quo F
morbo ſuperbiæ laborant hoïes hodie, non
niſi in creatorẽ conantes referre ſi quid ege-
rint mali, tñ ſibi velint tribui ſi quid egerint
boni. Mulier inquit, quam dediſti mecum, i.
quã dediſti ut eſſet mecum, hæc mihi dedit
a ligno & edi: quaſi ad hoc data ſit, ut nõ ipſa
potius obediret uiro, & ambo Deo. Et dixit
dñs Deus mulieri: Quid hoc feciſti? Et dixit
mulier;

mulier: Serpens seduxit me & manducaui. Nec ista confitetur pctm̃, sed in alterũ refert impari sexu, pari fastu. Ex his tñ nat⁹ est, nec eos imitatus est, sed planè plurib. malis exercitatus, qui dicit, & dicet vsq; terminũ seculi: Ego dixi dñe miserere mei, sana animam
*Psal. 40.* meam, quia peccaui tibi. Quanto melius sic & isti. Sed adhuc ceruices peccatorũ nondũ cõsiderat dñs: Restabant labores, dolores mor-
*Ps. 128.* tis, & oĩs contritio seculi, & gratia Dei qua tpe opportuno subuenit hominibus, quos afflictos docuit non de seipsis debere pręsumere. Serpens, inquit, seduxit me & manducaui:
G quasi cuiusquã suasio, præcepto Dei debue-
*Maledictio serpentis. Cap. 36.* rit anteponi. Et dixit dñs Deus serpenti. Quia fecisti hoc, maledictus tu ab omnib. pecoribus, & ab omnibus bestijs quæ sunt super terrã. Super pectus tuũ & ventrem tuũ ambulabis, & terrã edes omnes dies vitæ tuæ: & inimicitias ponã inter te & mulieré, & inter semen tuum & semen illius. Ipsa tibi seruabit caput, & tu seruabis eius calcaneum. Tota ista sñia figurata est nec aliquid debet ei scriptoris fides narrationisq; veritas, nisi ne illã dictam fuisse dubitemus. Quod.n. positũ est, Et dixit dñs Deus serpenti: verba sola scribẽtis sunt, & hæc exigenda sunt per proprietaté. Hoc ergo vere est dictũ serpenti. Iam cęte ra verba Dei sunt quæ libero lectoris intellectui relinquuntur, vtrum proprie an figurate accipi debeant, sicut in exordio voluminis huius nostri prælocuti sumus. Proinde ꝙ serpens cur hoc fecerit non est interrogatus, potest videri, ꝙ non ipse vtique id sui sua natura & voluntate fecerat, sed diabolus de illo & per illũ & in illo fuerat operatus, qui iam ex peccato impietatis & superbiæ suæ igni destinatus fuerat sempiterno: Nunc ergo ꝙ serpenti dr̃ & ad eum qui per serpẽtem operatus est, vtique refertur, proculdubio figurata est: nã in his verbis tentator ille describitur, qualis generi humano futurus esset: ꝙ genus humanum propagari tunc cępit, qñ hæc
H in diabolũ est tanquam in serpentem prolata sñia. Hæc itaque verba quõ figuris expositis accipienda sint, & in illis duob. aduersum Manichęos ęditis libris de Genesi quantũ potuimus disseruimus: & si quid diligentius & congruentius alias potuerimus, Deus aderit
*Al. l. nõ.* vt efficiamus. * Nunc tñ nostra intentio in aliud tendit, & ꝙ suscepimus nullo exigente aduertenda est. Et mulieri dixit: Multiplicans multiplicabo tristitias tuas & gemitum tuũ: *Pæna mulieris. Cap. 37. Gen. 3.*
in tristitijs paries filios, & ad virum tuũ conuersio tua, & ipse tui dñabitur. Hæc quoque in mulierem, Dei verba, figurate ac prophetice multo cõmodius intelliguntur: verumtñ quia nondum pepererat fœmina, nec dolor & gemitus parientis, nisi ex corpore mortis quæ illa præcepti transgreßione concepta est, animalibus quidem etiam tũc membris, sed si homo non peccasset, non vtique morituris, & alio quodam statu faciliore victuris, donec post vitam bene gestam in melius mu I
tari mererentur, sicut iam supra pluribus locis insinuauimus refertur hęc pęna & ad proprietatem literæ: nisi quia id ꝙ dictum est, Et ad virum tuum conuersio tua, & ipse dñabitur tui, videndum est quemadmodũ proprie poßit accipi. Neque.n. & ante peccatum, aliter factam fuisse decet credere mulierem, nisi vt vir ei dñaretur, & ad eum ipsa seruiendo cõuerteretur. Sed recte accipi potest hãc seruitutem significatam, quę cuiusdam conditionis est potius q̃ dilectionis: vt etiam ipsa talis seruitus qua homines hominib. postea esse serui cœperunt, de pęna peccati reperiatur exorta. Dixit quidem Apostolus: Per *Gal.*
charitatem seruite inuicem, sed nequaquam diceret, inuicem dñamini. Possunt itaque cõiuges per charitatem seruire inuicẽ, sed mulierem non permittit Apostolus dñari in vi- *1. Tim.*
rum. Hoc.n. viro potius Dei sententia detulit, & maritum habere dñm meruit mulieris *Imperium mariti.*
non natura, sed culpa. Quod tñ nisi seruetur, deprauabitur amplius natura, augebitur culpa. Dixit ergo ad virum eius, quia audisti vo- *Labor Adæ. Cap. 38.*
cem mulieris tuæ, & edisti de ligno de quo præceperam tibi de eo solo non edere, maledicta terra in operibus tuis: in tristitijs edes illam omnes dies vitæ tuæ: spinas & tribulos germinabit tibi, & edes fœnum agri: in sudore faciei tuæ edes panem tuum, donec conuertaris in terrã ex qua sumptus es, quia terra es & in terram ibis. Hos esse in terra labores humani generis, quis ignorat? Et quia nõ K
essent si fęlicitas quæ in paradiso fuerat teneretur, non est vtiq; dubitandũ, ac per hoc et proprie verba hæc primitus accipere ne pigeat. Seruanda tñ est & expectanda significatio prophetiæ, quam maxime hic intuetur Dei loquẽtis intentio. Neq;.n. frustra & ipse

Adam

Adam malori quodā instinctu tunc vocauit
nomē mulieris suę vitā subijciens etiā, qm
ista est mater omniū viuentiū. Nā & hæc nō
scriptoris narrātis vel affirmantis, sed ipsius
primi hominis verba intelligenda sunt, vt di
ceret, quoniā hæc est mater omniū viuentiū
tanq̄ nominis à se impositi causam inferens
cur eā vocauerit Vitā. Et fecit dñs Deus Adę
& mulieri ei' tunicas pelliceas & induit eos.
Et hoc significationis gratia factū est, sed tñ
factū: sicut illa quæ significationis gratia di-
cta sunt, sed tamē dicta sunt. Hoc.n. quod sę
pe dixi, nec me sæpius piget dicere, à narra-
tore rerū proprie gestarū exigendū est, vt ea
narret facta esse quæ facta sunt, dicta esse quę
dicta sunt, sicut aūt in factis quærit quid fa-
ctū sit & quid significet, ita in verbis quid di
ctū sit & quid significet. Siue enim figurate
siue proprie dictū sit quod dictū esse narrat,
dictū tamē esse non debet putari figuratū. Et
dixit Deus: Ecce Adā factus est tanquā vnus
ex nobis in cognoscendo bonum & malū.
Quoniā hoc, per quodlibet & quomodoli-
bet dictum sit, Deus, tñ dixit, nō aliter intel-
ligendum est & quod ait, vnus ex nobis, nisi
propter Trinitatē numerus pluralis accipia-
tur: sicut dictū erat, faciamus hominē, sicut
etiā dominus de se & de patre. Veniemus ad
eū & mansionē apud eum faciemus. Repli-
catū est igitur in caput superbi quo exitu cō
cupiuerit quod à serpēte suggestū est: Eritis
sicut dij Ecce, inquit, Adā factus est tanquā
vnus ex nobis. Verba enim sunt hęc Dei nō
tā huic insultantis, quā cęteros ne ita super-
biant deterrentis, propter quos ista conscri-
pta sunt. Factus est, inquit, tanquam vnus ex
nobis in cognoscendo bonū & malū. Quid
aliud intelligendū nisi exemplū timoris in-
cutiendi esse propositū, ꝙ non solū nō fue-
rit factus, qualis fieri voluit, sed nec illud ꝙ
factus fuerat conseruauit. Et nunc, inquit,
Deus ne aliquando extendat manū, & sumat
de ligno vitę & edat & viuat in ęternū: & di
misit illū dominus Deus de paradiso volu-
ptatis operari terrā ex qua sumptus est. Supe
riora verba Dei sunt: hoc autē factū propter
ipsa verba secutū est. Alienatus.n. à vita non
solū quā fuerat si præceptum seruasset cum
angelis accepturus, sed ab illa etiam q̄ duce
bat in paradiso, fęlici quodam corporis sta-
tu separari vtiq; debuit à ligno vitæ. Siue ꝙ
ex ipso illo subsisteret fœlix ille ipse status
corporis ex re visibili, virtute inuisibili, Siue
ꝙ in eo esset sacramētū visibile inuisibilis sa
piētię: alienādus inde vtiq; fuerat, vel iā mo
riturus, vel etiā tanquā excōmunicatus sicut
etiā in hoc paradiso.i.ecclesia, solēt à sacra-
mētis altaris visibilibus homines disciplina *Excōmu-*
ecclesiastica remoueri. Et eiecit Adā, & col- *nicatio.*
locauit eum contra paradisum voluptatis. Et
hoc significandi gratia factū est, sed tñ factū
vt contra paradisum quo beata vita etiā spi-
ritaliter significatur habitaret peccator vtiq:
in miseria. Et ordinauit Cherubin, & flāmeā *2. sen. di.*
romphæā quæ vertit, custodire viā ligni vi- *29. ca. ne*
tæ. Hoc per cęlestes vtiq; potestates etiam in *vero.*
paradiso visibili factū esse credendum est, vt
per angelicū ministeriū esset illic ignea q̄dā A
custodia: non tamē frustra factū esse, nisi q̄a
significat aliquid etiā de paradiso spiritali,
non est vtiq; dubitandū. Non tamen ignoro
quibusdam esse visum festinatio ne peruer- *Opiniones*
tisse illos homines appetitū scientiæ boni & *de tēpore*
mali, & immaturo tēpore percipere voluis- *percipien*
se, quod dilatū opportunius seruabatur: idq; *dæ sciētiæ*
egisse tentatorē, vt præoccupando quod nō *boni & mali.*
dū talibus cōgruebat offenderēt Deū, & ab *cap. 41.*
eius rei vtilitate alienarentur exclusi atq; dā
nati, ad quam si suo tēpore sicut Deus vole-
bat accederent, possent ea salubriter ꝑfrui.
Hoc si forte per lignū illud nō ad proprieta
tem vt verum lignū & vera poma eius, sed
ad figuram velint accipere, habeat exitū ali-
quē recte fidei veritatiq; propabilē. Visum *Ceremo-*
est & quibusdam, duos illos primos homi- *niæ nu-*
nes nuptias suas fuisse furatos, & ante mix- *ptiales.*
tos concubitus, quam eos qui creauerat
copulasset. Quam rem nomine ligni fuis-
se significatam, vnde prohibiti erant, donec
oportuno tempore iungerētur. Quasi vero
in ea ætate facti esse credendi sint, vt expectā
da esset maturitas pubertatis: aut nō illud tūc
legitimū esset, cū primū fieri potuisset: cum
autem non potuisset, non vtique fieret nisi
forte sponsa erat à patre tradenda, & expe-
ctanda erat votorum solennitas, & conui-
uij celebritas, & dotis æstimatio, & conscri B
ptio tabularum. Ridiculum istud est, pro-
pter quod à rerum gestarum proprietate di
scedat, quam suscepimus asserendam, &
quantum Deus donare voluit, asseruimus.
Illud magis mouet, si iam spiritalis erat
Adam,

Adam, quanuis mente nō corpore, quomodo credere potuerit quod ꝑ serpētem dictū est, ideo Deū prohibuisse ne fructu ligni illius vescerentur, quia sciebat eos si fecissent futuros vt Deos ꝓpter dignoscētiā boni & mali, tanquā hoc tantū bonum creaturæ suę creator inuiderit: hoc mirū si homo spiritali mente prędit⁹ credere potuisset. An quia credere ipse nō posset, propterea mulier addita est, quæ parui intellectus esset, & adhuc fortasse secundum sensum carnis, non secundum spiritum mentis viueret, & hoc est ꝙ ei Apostolus non tribuit imaginē Dei. Sic.n.ait. Vir quidē non debet velare caput, cū sit imago & gloria Dei: mulier autem gloria viri est. Non ꝙ mens fœminæ eandē imaginē capere non possit, cū in illa gratia nos dicat nec masculū esse nec fęminam. Sed ꝙ fortassis illa hoc nōdū perceperat quod sit in agnitione Dei, & viro regente ac dispensante paulatim fuerat pręceptura. Neq;.n. frustra est illud quod Apostolus ait: Adā.n. primus formatus est, deinde Eua: & Adā non est seductus mulier aūt seducta in præuaricatione facta est.i. vt per illā ēt vir ꝑuaricaretur. Nā & ipsum dicit præuaricatorem, vbi ait: in similitudinem præuaricationis Adæ qui est forma futuri. Seductū tamen negat. Nam interrogatus non ait: Mulier quā dedisti mecū seduxit me & manducaui: sed ipsa mihi, inquit, dedit à ligno, & manducaui. Illa vero: Serpens, inquit, seduxit me. Ita Salomon vir tantę sapientię, nūquid nā credendū est ꝙ in simulachrorū cultu credidit esse aliquid vtilitatis: sed mulierū amori ad hoc malū trahenti resistere nō eualuit, faciēs qđ sciebat nō esse faciendū, ne suas quibus deperibat atq; diffluebat mortiferas delitias cōtristaret. Ita & Adā, posteaq̄ de ligno prohibitio seducta mulier manducauit, eiq; dedit vt simul ederēt, noluit eā * cōtristari, quā credebat posse sine suo solatio cōtabescere, si ab eius alienaretur animo, & oīno illa interire discordia. Non quidē carnis victus cō cupiscentia quā nondū senserat in resistente lege mēbrorum legi mentis suæ: sed amicali quadā beneuolentia, qua plerunq; fit vt offendatur Deus, ne homo ex amico fiat inimicus: quod eū facere non debuisse, diuinæ sententię iustus exitus iudicauit. Ergo alio quodammodo etiam ipse deceptus est, sed dolo illo serpētino quo mulier seducta est, nullo modo illum arbitror potuisse seduci in illo modo quo illa potuit. Hanc autem proprie seductionē appellauit Apostolus, qua id qđ suadebatur cū falsum esset verū esse putatū est.i. ꝙ Deus ideo lignū illud tangere prohibuerit ꝙ sciebat eos si tetigissent velut Deos futuros tanquam eis diuinitatē inuidere qui eos homines fecerat. Sed etiam si virum propter aliquā mentis elationē, quæ Deum interiorū scrutatorem latere non poterat, sollicitauit aliqua experiēdi cupiditas, cum mulierē videret accepta illa esca non esse mortuā secundum ea quæ superius tractauimus, non tamē eū arbitror si iam spiritali mente prędit⁹ erat, vllo mō credere potuisse, ꝙ eos Deus ab esca illius ligni inuidēdo vetuisset. Sed quid plura? Persuasum est illud peccatū sicut persuaderi talibus posset: conscriptum est autē sicut legi ab omnibus oportet, & si à paucis hæc intelligerentur sicut * oportet.

*Qui potuerit Adā credere serpenti, Cap. 42.*

2.Co.11.

C

1.Tim.

*2.sen.di.22.ca.so let.*

*Rom 5.*

*Salomonis idolatria.*

*3.Reg.1.*

*2.sen.di.22.ca.ex quo.*

*Al.l.contristare.*

D

*2.sen.di. c. prec.*

*Al. l. op eret.*

D. AVRELII AVGVSTINI de Genesi ad literam.

B

## LIBER DVODECIMVS.



Ab exordio scripturę sanctę quę inscribitur Genesis, donec homo primus de paradiso dimissus est vndecim libris siue asserēdo atq; defendendo q̄ certa nobis sunt, siue inquirendo & ambigēdo de incertis, q̄ potuimus & sicut potuimus disseruimus atq; conscripsimns, nō tā præscribentes de rebus obscuris vnicuiq; quid sentiat, q̄ nos docendos in quibus dubitauimus ostendētes, temeritatēq; affirmādi amouentes a lectore, vbi non valuimus præbere sciētię firmitatē, Iste autem duodecimus liber ea iā cura expeditus, qua nos pertractandus textus sacrarū literarum occupabat, liberius atq; prolixius versabit de paradiso quæstionē: ne putemur euitasse, quod videtur Apostolus in tertio cęlo insinuare paradisū, vbi ait: Scio hominē in Christo ante annos quatuordecim, siue in corpore nescio, siue extra corpus nescio, Deus scit, raptū eiusmodi vsq; in tertiū cęlū: & scio eiusmodi hoiē siue ī corpore siue extra corpus, nescio, De⁹ scit qa raptus ē in paradisum, & audiuit ineffabi-

fabilia verba quæ non licet homini loqui. In his verbis primū quęri solet, quid dicat tertiū cęlū: deinde vtrum illic intelligi voluerit paradisum: an posteaquā raptus est in tertiū cęlū, raptum esse & in paradisum, vbicunq; sit paradisus: non vt hoc fuerit rapi in tertiū cęlū, quod in paradisum, sed prius in tertiū cęlū, & post inde in paradisum. Et hoc sic ambiguum est vt non mihi videatur posse dissolui, nisi aliquis nō ex p̄sentibus Apostoli verbis, sed ex alijs forte scripturarū locis vel ratione perspicue inueniat aliq̄d quo doceat siue in tertio cęlo esse paradisum, si-
G ue nō esse: cū & ipsum tertiū cęlū quid sit nō liquido appareat, vtrū in rebus corporalib. an forte in spirtalibus intelligendū sit. Posset quidē dici non nisi in locū aliquē corporalē hominem rapi potuisse cū corpore: sed quia & hoc ita posuit vt nescire se dixerit, vtrum in corpore, an extra corpus raptus sit, quis audeat dicere se scire, quod se nescire Apostolus dixit? Veruntamen si neq: spiritus sine corpore ad loca corporalia rapi potest, nec corpus ad spiritalia, hæc ipsa dubitatio eius velut cogit intelligi, siquidem de seipso hæc eū scripsisse nemo ambigit, tale fuisse illud ꝙ raptus est, ꝙ vtrū corporale an spiritale esset dignosci discerniq; nō posset. Cum enim vel in somnis vel in ecstasi corporum exprimuntur imagines, non discernūtur omnino à corporibus, nisi cum homo redditus sensibus corporis, recognoscit se in illis fuisse imaginibus, quas non ꝑ sensum corporis hauriebat. Quis.n̄.cum à somno euigilauerit nō cōtinuo sentiat imaginaria fuisse quæ videbat, quanuis cū ea videret dormiens à vigilantiū corporalibus visis discernere non valebat? Quanquā mihi accidisse scio, & ob hoc etiā alijs accidere potuisse vel posse nō dubito, vt in somnis videns in somnis me videre sentirē, illasq; imagines quę ipsam nostram consuetudinem ludificare consueuerunt, non esse vera corpora, sed in somnis * ea præsentari firmissime etiam dormiens tenerem quādo sentirem. Hoc tamen fallebar aliquando, quod amico meo quem similiter
H in somnis videbam idipsum persuadere conabar, non esse illa corpora, quæ videbamꝰ, sed esse imagines somniantium, cum & ipse utique inter illos sic mihi appareret quomodo illa. Cui autem & hoc dicebam, neq; id uerum esse quod pariter loqueremur, sed etiam ipsum tūc aliud aliquid uidere dormientem, & vtrum ista ego uiderē omnino nō * scire: uerū cū eidē ipsi persuadere mo- *Al.l. nescirem.*
liebar ꝙ ipse nō esset, adducebar ex parte ēt *Al.l. adducebar.*
ipsum putare esse, cui ꝓfecto non loquerer, si omnimodo sic afficerer ꝙ ipse nō esset: Ita non poterat quanuis mirabiliter vigilās aīa dormiētis, nisi duci imaginibus corporum, ac si corpora ipsa essent. In ecstasi autē unū audire potui, & eū rusticanū * uirū ualentē *Al.l. uix*
quod sentiebat exprimere, & qui uigilare se sciret & uidere quiddā nō oculis corporeis. Nā ut eius uerbis utar, quantū recolere possum, anima mea, inquit, uidebat eū, nō oculi mei. Non tñ sciebat vtrū corpus esset aut imago corporis. Non.n̄.erat talis ut ista discerneret, uerūetiā simpliciter fidelis, vt eū sic audirē, ac si illud quod se uidisse narrabat ipse vidissem. Ac per hoc si paradisum Paulus ita
vidit ut apparuit Petro ille discus submissus *Acto. 10.*
à cęlo ut Ioanni quicquid in Apocalypsi se *Apoc. 1.*
uidisse conscripsit, Et Ezechieli campus ille *Eze. 37.*
cum ossibus mortuorū, & illa eorum resur- *Esa. 6.*
rectio, ut Esaię sedens Deus, in conspectu eius Seraphin, & ara unde carbo assumptus Prophetę labia mundauit, manifestū est eū
ignorare potuisse, utrū in corpore an extra corpus ea uiderit. Sed si extra corpꝰ visa sint, & corpora non fuerunt, adhuc quæri potest vtrū imagines corporū fuerint, an ea substātia quæ nullam corporis similitudinē gerit, *Quid sit q̄d uiderit Paulus. Cap. 3.*
sicut Deus, sicut ipsa mens hominis uel intelligentia vel ratio, sicut uirtutes, prudētia, iustitia, castitas, charitas, pietas, quæcunq; alię sunt quas intelligendo atq; cogitando, enumeramus, & discernimus, & definimus: non utique intuentes lineamenta earum uel colores aut quō sonent, aut quid redoleant, aut q̄d in ore sapiāt, aut q̄d cōtrectantibus de calore seu frigore, mollitudine seu duritia, lenitate seu asperitate renūciēt, sed alia quadā uisione, alia luce, alia rerū euidentia, & ea longe cęteris pręstantiore atq: certiore. Rursus igitur ad eadē ipsa Apostoli uerba redea- K
mus, & ut ea diligentius perscrutemur, hoc sine dubitatione primitus cōstituto multomagis atq; incōparabiliter amplius Apostolū scisse, ꝙ de icorporea corporeaq; natura nos ut sciamus utcūq; conamur. Si ergo sciebat, spiritalia ꝑ corpus, corporalia extra cor

pus videri oĩno nõ posse, cur nõ per ea ip-
sa,quæ vidit qũo ẽt potuerit videre discer-
*Al.l. illa visa.*
nit? Si.n.certus erat* ille esse spiritalia cur
nõ consequenter extra corpus ea se vidisse
certus nihilominus erat? Si aũt corporalia
esse nouerat,nõ nisi per corpus videri potuis
se,cur nõ ẽt mouerat?vnde ergo dubitat vtrũ
ĩ corpore an extra corpus ea viderit,nisi for
te ita ẽt dubitet, vtrũ illa corpora an simili-
tudines corporũ fuerint? Prius itaq; videa-
*Al.l. cõtextionem.*
mus quid sit in verborũ istorũ* connexione
vnde non dubitet, atq; ita cũ remanserit vñ
dubitet, fortaſsis ex his de quibus nõ dubi-
L tat,qũo ẽt illud dubitet apparebit.Scio,inqt,
*2. Cor. 12.*
hoĩem in Christo añ annos quatuordecim,
siue in corpore nescio,siue extra corpus ne-
scio, Deus scit,raptũ eiusmodi vsq; in ter-
tiũ cęlũ. Scit ergo ante annos quatuordecim
in Christo raptũ hoĩem vsq; ad tertiũ cęlũ,
hoc oĩno non dubitat,nec nos ergo dubite-
mus:sed vtrũ in corpore an extra corpus,du
bitat: vnde illo dubitãte,qs nostrũ certus eẽ
audeat? Nũ forte hinc ẽt illud cõsequẽs erit,
vt tertiũ cęlũ fuisse dubitemus,quo raptũ ho
minẽ dixit? Si.n.res ipsa demonstrata est, ter
tiũ cęlum demonstratũ est. Si aũt imago ali-
qua corporaliũ similis facta est,nõ erat illud
tertiũ,sed illa ostẽsio sic ordinata est,vt vide
ret sibi ascẽdere primũ cęlũ, sup qđ videret
alterũ,quo rursus ascẽdẽs iterũ alterũ videret
sup ꝙ videret superi⁹, quo cũ puenisset, pos
set dicere se in tertiũ cęlũ raptũ, Sed illud ꝙ
tertiũ cęlũ esse quo raptus est,neq; dubitauit
neq; dubitare nos voluit. Ad hoc n.pmisit,
scio: & inde cępit, vt id quod se scire Apo-
stolus dicit, solus ille nõ credat verũ esse ꝗ
non credit Apostolo. Scit ergo hominẽ ra-
M ptũ eẽ vsq; in tertiũ cęlũ: proinde illud in ꝙ
*Quid fuerit cælũ tertiũ. Cap. 4.*
raptus est vere tertiũ cęlũ est: non signũ ali-
quod corporale,quod cum ostẽderet Moy-
si, vsq; adeo sentiebat aliud esse ipsam Dei
substantiam, aliud visibilem creaturam, in
qua se Deus humanis & corporalibus sensi-
*Exo. 33.*
bus pręsentabat,vt diceret,Ostende mihi te-
metipsum:nec aliqua imago rei corporalis,
quam cum Ioannes videret in spiritu, quę-
rebat quid esset,eiq; respondebatur, vel ci-
uitas est. vel populi sunt, vel aliquid aliud,
cum videret ille bestiam siue mulierem, si-
ue aquas, siue quid eiusmodi: Sed scio,in-
quit,hominem raptum vsque in tertium cę-
lum. Quod si spiritalem imaginem corpora
*2. Cor. 12.*
li similem cęlũ appellare voluisset, sic erat
etiã imago corporis eius in qua illuc raptus
ascenderat. Sic ergo & suum corpus appella
ret,quanuis imaginem corporis, quomodo
illud cęlũ, quanuis imaginẽ cęli: neq; cura-
ret discernere quid sciret & quid nesciret,
ideſt quia sciret raptũ vsq; ad tertiũ cęlum,
nesciret autẽ vtrum in corpore an extra cor
pus, sed simpliciter narraret visionem earũ
rerũ nominibus appellans illa, ꝗ vidit,qua-
rum erant similia. Nam & nos dicim⁹ cum
somnia nr̃a narramus, vel aliquã in eis reue
lationẽ, vidi montẽ, vidi fluuium, vidi tres A
homines,& si quid eiusmodi, ea nominatri
buentes illis imaginibus, quæ habent res ip-
sæ quarũ similes erãt. Apostolus autẽ illud,
inquit,scio,illud nescio. At si vtrunq; imagi
naliter apparuit,vtrunq; pariter scitur pari-
terue nescitur. Si autẽ proprie cęlũ, & ideo
scitur, quomodo potuit imaginaliter cor-
pus illius hominis apparere? Nam si cęlum
corporeum videbatur,quare latebat vtrum
corporeis oculis videretur? Si autem incer-
tum erat vtrum oculis corporeis an spiritu
videretur,& ideo dictum est, Siue in corpo
re siue extra corpus, nescio:quomodo non
incertum & illud, vtrum vere cęlũ corpo-
reum videretur, an imaginaliter ostenderet?
Itemq; si substantia incorporea videbatur,
non in aliqua imagine corporis, sed sicut vi
detur iustitia,sapientia,& si qđ eiusmodi,&
hoc erat cęlum, id quoq; manifestum est,o-
culis huius corporis videri aliquid tale nõ
posse:ac per hoc si aliquid tale se vidisse scie
bat, non per corpus se vidisse dubitare non
poterat,Scio,inquit, hominẽ in Christo an- B
te annos quatuordecim, Hoc scio,nemo du
bitet qui mihi credit,sed vtrũ in corpore an
extra corpus, nescio, Deus scit. Quid ergo
*An non viderit cælum. Cap. 5.*
scis quod discernis ab eo quod nescis, ne
credentes fallantur? Raptum, inquit, eundẽ
hominem vsq; in tertiũ cęlum. At illud cę-
lum aut corpus erat,aut spiritus; Si corpus
erat corporeis oculis visum est,cur illud cę
lum esse scitur,& in corpore visum esse ne-
scitur? Si autem spũs erat,aut corporis imagi
nem præbuit, & tam incertum est vtrũ cor-
pus fuerit, quam incertum est vtrum in cor
pore visum sit: aut* sic visum est, qũo videt
*Al.*
mente sapientia sine vllis imaginibus cor-
porum,

porum, & nihilominus certũ est videri non potuisse per corpus: aut ergo vtrunq; certũ est aut vtrunq; incertũ: aut quõ certũ quod visum est: incertum aũt per quod visum est? Manifestum est.n. incorpoream naturam ab eo videri non potuisse per corpus. Corpora vero ẽt si possunt videri sine corpore, nõ vtique sic videntur per corpus, sed longe ille dispar modus est si quis est. Vnde mirũ si posset Apostolum tanquã simili modo fallere,
C aut ad dubitationem cogere, ut si corporeũ cęlũ incorporeis oculis uidit, incertum sibi esse diceret vtrũ in corpore an extra corpus id viderit. Restat ergo fortasse, vt q̃m mẽtiri non posset Apostolus, qui tanta cura egit vt discerneret quid sciret & quid nesciret, hoc ipsum eũ ignorasse intelligamus, vtrum q̃n in tertiũ cęlum raptus est, in corpore fuerit, quõ est anima in corpore, cũ corpus uiuere dr̃, siue uigilantis, siue dormientis, siue in ecstasi à sensibus corporis alienata, an omnino de corpore exierit vt mortuũ corpus iaceret, donec peracta illa demonstratione membris mortuis anima redderetur, & non quasi dormiens euigilaret aut ecstasi alienatus denuo rediret in sensus, sed mortuus omnino reuiuisceret. Proinde ꝙ uidit raptus usq; in tertiũ cęlũ, quod etiã se scire confirmat, proprie vidit non imaginaliter: Sed quia ipsa a corpore alienatio vtrũ oĩno mortuũ corpus reliquerit, an scd̃m modũ quendã viuentis corporis ibi anima fuerit, sed mens eius ad videnda vel audiẽda ineffabilia illius visionis arrepta sit, hoc incertũ erat, iõ forsitã dixit, Siue in corpore siue extra corpus nescio Deus scit. Quod aũt nõ imaginaliter sed ꝓprie videtur & nõ per corpus videt̃, hoc ea visione videtur: q̃ oẽs cęteras superat. Harum species atq; differentias quantũ me dñs adiuuerit explicare curabo. Ecce in hoc vno p̃cepto cũ legit̃ Diliges proximũ tuũ tanq̃ teipsum,
D tria genera visionũ occurrunt. Vnũ per oculos, quibus ipsæ literę uidentur: alterũ ꝑ spiritum hominis, quo proximus & absens cogitatur: tertiũ per contuitum mentis, quo ipsa dilectio intellecta conspicitur. In his tribus generibus illud primum manifestum est omnibus: in hoc enim videtur cęlum & terra & omnia quę in eis cõspicua sunt oculis nostris. Nec illud alterum quo absentia corporalia cogitantur, insinuare difficile est. ipsum quippe cęlũ & terrã & ea quæ in eis videre possumus, etiã in tenebris constituti cogitamus: vbi nihil videntes oculis corporis, animo tñ corporales imagines intuemur: seu veras, sicut ipsa corpora videmus & memoria retinemus: seu fictas, sicut cogitatio * imaginari potuerit. Aliter enim cogitamus Chartaginẽ quã nouimus, aliter Alexandriã quã non nouimus. *Al.l. formare.*
E Tertiũ vero illud quo dilectio intellecta cõspicitur, eas res cõtinet quæ nõ habent imagines sui similes, q̃ non sunt quod ipsæ. Nã homo vel arbor vel sol, & quæcunq; alia corpora, siue cęlestia siue terrestria, & præsentia videntur in suis formis, & absentia cogitantur imaginibus animo impressis, & faciũt duo genera visorum, vnũ per corporis sensus, alterũ per spiritum quo illæ imagines continentur. Dilectio aũt nũquid aliter videtur præsens in specie qua est & aliter absens in aliqua imagine sui * similis? *Al.l. simili.* Non vtiq; sed quantũ mẽte cerni põt, ab alio magis, ab alio minus ipsa cernitur. Si autem aliquid corporalis imaginis cogitatur, non ipsa cernitur. Hæc sunt tria genera visionũ de quibus & in superioribus libris aliquid diximus sicut res postulare videbat̃, non tamen earum numerum commemorauimus: & nũc breuiter eis insinuatis, q̃m suscepta quæstio flagitat, vt de his aliquanto vberius disseramus, debemus ea certis & cõgruis signare nominibus, ne assidue circumloquendo moras faciamus. *Visio corporalis, spiritalis, intellectualis. c.7.* Primũ ergo appellemus corporale, quia per corpus percipitur & corporis sensibus exhibetur. Secũdũ spiritale, quicquid enim corpus nõ est, & tñ aliquid est, iã recte spiritus dicit̃: & vtiq; nõ est corpus quãuis corpori similis sit imago absentis corporis, nec ille ipse obtutus quo cernitur. Tertiũ vero intellectuale, ab intellectu, quia mentale a mente, ipsa vocabuli nouitate nimis absurdũ est vt dicamus. Horum vocabulorũ rationẽ si subtilius reddã, & ꝓlixior & perplexior sermo erit, cum hoc vel F
nulla, vel certe non tanta necessitas exigat: satis est ergo scire corporale aliquid vel proprie dici cũ de corporibus agitur, vel ẽt trãslato vocabulo, sicut dictum est, quia in ipso inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. *Colos. 3.* Neq; enim diuinitas corpus est, sed quia sacramenta veteris testamenti appellat vmbras futuri, propter vmbrarum

comparationẽ corporaliter dixit habitare in
Christo plenitudinẽ diuinitatis: ꝙ in illo im-
pleãtur omnia q̃ in illis vmbris figurata sunt,
ac si quodãmodo vmbrarũ illarũ ipse sit cor
pus, hoc est, figurarũ & significationũ illarũ
ipse sit veritas. Sicut ergo ipsæ figuræ signifi-
catiuæ, translato vtiq; vocabulo, nõ proprie
dictæ sunt vmbræ, ita & ꝙ ait plenitudinẽ di-
uinitatis corporaliter habitare, translato ver
bo vsus est. Spiritale aũt pluribus modis dr̃,
1.Co.15. Nã & corpus ꝙ futurum est in resurrectione
sanctorũ, spiritale appellat Apostolus: vbi ait
G Seminatur corpus animale, resurget corpus
spiritale: eo ꝙ miris modis ad oẽm facilita-
tẽ & incorruptionẽ spiritui subdatur, & sine
vlla indigentia corporaliũ alimentorũ solo
viuificetur spũ, non ꝙ incorporeã substantiã
sit habiturũ: neq;.n.& hoc corpus quale nũc
habemus animæ habet substantiã, & hoc est
*Spiritus vocabulũ πολυώνυμον.* ꝙ anima, quia dictũ est animale. Itẽ spũs dr̃,
vel aer iste, vel flatus eius, i. motus eius, sicut
dictũ est: Ignis, grando, nix, glacies, spũs tem
Ps. 148. pestatis. Dr̃ etiam spũs anima, siue pecoris,
Eccl. 3. siue hominis, sicut scriptũ est, Et quis scit spi
ritus filiorũ hominis si ascendat ipse sursum,
& spiritus pecoris, si descẽdat ipse deorsum
in terram? Dr̃ spiritus & ipsa mens rationalis
vbi est quidam tanquã oculus animæ ad quẽ
Ephes. 4. ptinet imago & agnitio Dei. Vnde dicit Apo
stolus, Renouamini spiritu mentis vestræ, &
induite nouum hominẽ qui secundũ Deum
creatus est: Cũ & alibi dicat de interiore ho-
mine, Qui renouatur in agnitione Dei secun
Colos. 3. dum imaginem eius qui creauit eũ. Item cũ
dixisset, Igit̃ ipse ego mente seruio legi Dei,
carne autem legi peccati: Alio loco eandem
Rom. 7. Gal. 5. sñiam cõmemorans, Caro, inquit, concupi-
scit aduersus spiritũ, & spiritus aduersus car-
nem, vt non ea quæ vultis faciatis: quam dixit
Ioan. 4. mentem, hanc ẽt spiritum appellauit. Dr̃ spi-
ritus etiam Deus, sicut ait dñs in Euangelio:
H Spiritus est Deus, & eos qui adorant eum, in
spiritu & veritate oportet adorare. Ex his om
*Differentia spiritus & mentis. c. 8.* nibus modis quos cõmemorauimus quibus
appellatur spiritus, non traximus hoc voca-
bulũ quo appellauimus spiritale hoc visionis
genus de quo nũc agimus, sed ex illo vno mo
do quem inuenimus in epistola ad Corin-
thios, quo spiritus à mente distinguitur eui-
dentissimo testimonio. Si.n. orauero, inquit,
1.Co.14. lingua spiritus meus orat, mẽs aũt mea infru-
ctuosa est. Cum ergo lingua intelligatur hoc
loco dicere obscuras & mysticas significatio
nes, à quib. si intellectũ mentis remoueas, ne
mo ædificatur, audiendo ꝙ non intelligit, vn
de ẽt dicit, Qui.n. loquitur lingua, non homi
nibus loquitur sed Deo: nemo.n. audit, spiri-
tus aũt loquitur mysteria: satis indicat eam se
linguam hoc loco appellare, vbi sunt signifi
cationes velut imagines rerum ac similitudi- I
nes, quæ vt intelligantur, indigent mentis in-
tuitu. Cum autem non intelliguntur, in spiri-
tu eas dicit esse, non in mente. Vnde apertius
ait, Si benedixeris spiritu, quis supplet locũ
idiotæ? Q̃uo dicet amen super tuam benedi-
ctionem, quandoquidem nescit quid dicas?
Quia ergo etiam lingua, i. membro corporis
quod mouemus in ore cum loquimur, signa
vtique rerũ dantur, non res ipsæ proferũtur:
propterea translato verbo linguam appella-
uit quamlibet signorum prolationem prius-
quam intelligantur: quo cũ intellectus acces
serit, qui mentis est proprius, fit reuelatio, vel
agnitio, vel prophetia, vel doctrina. Proinde
ait, Si venero ad vos linguis loquẽs, quid vo
bis prodero nisi loquar vobis in reuelatione
aut in agnitione aut in prophetia aut in do-
ctrina? idest cum signis hoc est linguæ acces-
serit intellectus, vt non spiritu tantum, sed ẽt
mente agatur quod agitur. Proinde quibus
signa per aliquas rerum corporalium simili-
tudines demonstrabantur in spiritu, nisi ac-
cessisset mentis officium, vt etiam intellige-
rentur, nondũ erat * Propheta. Magisq; pro-
pheta erat qui interpretabatur quod alius vi-
disset quã ipse qui vidisset. Vnde apparet ma
gis ad mentem pertinere prophetiam, quam
ad istum spiritũ qui modo quodam proprio
vocatur spiritus, vis animæ quædam mente
inferior, vbi corporalium rerum similitudi-
nes exprimuntur. Itaque magis Ioseph pro-
pheta, qui intellexit quid significarent septẽ
spicæ & septem boues q̃ Pharao qui eas vi-
dit in somnis. Illius enim spiritus informa- K
tus est vt videret, huius mens illuminata vt
intelligeret. Ac per hoc in illo erat lingua,
in isto prophetia, q̃a in illo rerũ imaginatio,
in isto imaginationũ interpretatio. Minus er-
go propheta qui rerũ q̃ significãtur sola ipsa
signa in spiritu per rerum corporaliũ imagi
nes videt, & magis propheta qui solo earum
intellectu præditus est: sed & maxime pro-

phata, qui vtroq; pręcellit, vt & videat in spiritu corporaliũ rerũ significatiuas similitudines, & eas viuacitate mentis intelligat, sicut Danielis excellentia tentata & probata, qui regi & somniũ quod viderat dixit, & quid significaret aperuit. Et ipsę quippe imagines corporales in spiritu eius expressæ sunt, & earũ intellectus reuelatus in mente. Ex hoc ergo mõ quo appellatur in ista distinctione spũs, secundũ quem dixit Apostolus, Orabo spiritu, orabo autem & mente, vt & signa rerũ formarentur in spiritu, & eorũ refulgeret

L intellectus in mẽte, secundũ hanc, inquam, distinctionẽ spiritale nunc appellauimus tale genus visorũ quali etiã corporũ absentiũ imagines cogitamus. Intellectuale aũt illud excellẽtius quod mentis est propriũ. Nec mihi occurrit omnino ita pluribus modis dici posse intellectũ, sicut spiritum multis modis appellatũ esse comperimus. Siue autem intellectuale dicamus siue intelligibile, hoc idẽ significamus. Quanquã nõnihil interesse nõnulli uoluerunt, vt intelligibilis sit res ipsa q̃ solo intellectu percipi põt, intellectualis autem mens quę intelligit: sed esse aliquã rem quæ solo intellectu cerni possit, ac non etiã intelligat, magna & difficilis quæstio est. Esse autem rem quę intellectu percipiat, & nõ etiam intellectu percipi possit, non arbitror quenquã uel putare uel dicere. Mens quippe non uidetur nisi mente. Quia ergo uideri potest, itelligibilis, quia & videre, intellectualis est, secundum illam distinctionẽ. Quapro

M pter sequestrata illa difficillima quæstione, utrum sit aliquid quod tm̃ intelligatur, nec intelligat, nunc intellectuale & intelligibile sub eadem significatione appellamus. Tria igitur ista genera * uisorum, corporale, spiritale & intellectuale singillatim cõsideranda sunt, ab inferioribus ratio ad superiora cõscendat. Iam quidem superius exemplum proposuimus. quo in una sententia omnia tria uideantur genera. Cum enim legitur, Diliges proximum tuum tanquam teipsum: corporaliter literæ videntur spiritaliter proximus cogitatur, intellectualiter dilectio conspicitur. Sed & literæ absentes possunt spiritaliter cogitari, & proximus præsens potest corporaliter uideri: dilectio autem nec per substantiam suam potest oculis corporis cerni, nec per imaginem corpori similem spiritu cogitari, sed sola mẽte, id est intellectu cognosci & percipi. Corporalis sanè visio nulli horum generi præsidet, sed quod per eam sentitur, illi spiritali tanquã præsidenti nunciatur. Nam cũ aliquid oculis cernitur, continuo fit imago eius in spiritu, sed nõ dignoscitur facta, nisi cũ ablatis oculis ab eo quod per oculos uidebamus, imaginem eius in animo inuenerimus. Et si quidem spiritus irrationalis est ueluti pecoris, huc usq; oculi nũ A

ciãt. Si aũt anima rationalis est, etiã intellectui nunciatur qui & spiritui præsidet, ut si illud quod hauserunt oculi atq; id spiritui ut eius illic imago fieret nunciauerunt, alicui⁹ rei signũ est, aut intelligatur cõtinuo quid significet, aut quæratur, quoniã nec intelligi nec requiri nisi officio mentis põt. Vidit rex Balthasar articulos manus scribẽtis in pariete, continuoq; per corporis sensum imago rei corporaliter factæ spiritui eius impressa est, atq; ipso uiso facto ac præterito illa in cogitatione permansit: uidebatur in spiritu, & nondũ intelligebatur, nec tunc intellectũ erat hoc signum cum corporaliter fieret, atque oculis corporalibus appareret, iã tamẽ signũ esse intelligebatur, id habens ex mentis officio. Et quia requirebatur quid significaret, etiam ipsam inquisitionẽ utiq; mens agebat. Quo non comperto Daniel accessit, & spiritu prophetico mente illustrata, perturbato regi quid illo signo portenderet aperuit, ipse potius propheta per hoc genus ui- B

sionis, quod mẽtis est propriũ, q̃ ille qui & signũ corporaliter factũ uiderat, & transacti eius imaginẽ in spiritu cogitando cernebat, nec aliqd intellectu poterat, nisi nosse signũ esse, & quid significaret inquirere. Vidit Petrus in alienatione mẽtis uas quatuor lineis alligatũ submitti de cęlo plenũ uarijs animalibus, cũ audiuit uocẽ, macta & manduca. Qui cũ redditus sensibus de uisu disceptaret, ecce quos Corneli⁹ miserat, nũciauit ei spũs dicẽs, Ecce uiri q̃rũt te: sed surge descẽde & uade cũ illis, qa ego misi eos. Qui cũ uenisset ad Corneliũ, quid in illa uisione intellexerit, ubi audierat. Quæ Deus mundauit, tu ne communia dixeris: ipse indicauit dicens, Sed mihi Deus ostendit neminem cõmunẽ aut immundũ hominem dicere. Cur ergo illum discum uideret, alienatus à corporis sensibus, & illas uoces macta & manduca, &

Dani. 2.

Dan. 5.

Act. 10.

quæ Deus mundauit, tu communia ne dixe-
ris: in ſpiritu audiebat? Redditus aũt corpo-
ris ſenſibus, idipſum quod viſum atq; auditũ
memoria tenuerat, in eodẽ ſpiritu cogitãdo
cernebat. Quæ omnia nõ corporalia, ſed cor
poraliũ imagines erant, ſiue cũ primũ in ip-
ſa alienatione viſæ ſunt, ſiue cũ poſtea recor
datę atq; cogitatę. Cũ vero diſceptabatur &
C requirebatur vt illa ſigna intelligerẽtur, men
tis erat actio conantis, ſed deerat effectus do
nec nunciati ſunt qui venerant à Cornelio:
hac vero corporali etiã accedente viſione,
cũ & ſpũſſanctus rurſus ei in ſpiritu diceret,
Vade cũ eis, vbi & illud ſignũ oſtenderat, &
& impreſſerat voces, adiuta diuinitus mens
intellexit, quid illis ſignis omnibus ageretur
His atq; huiuſmodi rebus diligenter cõſide-
ratis ſatis apparet corporalẽ viſionẽ referri
ad ſpiritalẽ, eamq; ſpiritalem referri ad in-
tellectualẽ. Sed cũ vigilantes, neq; mẽte à ſen
ſib. corporis alienata in viſione corporali ſu
mus, diſcernimus ab ea viſionẽ ſpiritalẽ qua
corpora abſentia imaginaliter cogitamus,
ſiue memoriter recordantes, quæ nouimus,
ſiue quæ non nouimus, & tamen ſunt, in ip-
ſa ſpiritus cogitatione vtcunq; formantes,
ſiue, quæ omnino nuſquam ſunt, pro arbi-
trio vel opinatione fingentes. Ab his omni-
bus ita diſcernimus illa corporalia, quæ vi-
demus, & in quibus præſentibus ſunt ſenſus
corporis noſtri, ut non dubitemus hæc eſſe
corpora, illas vero imagines corporũ. Cum
aũt vel nimia cogitationis intentione, vel a-
liqua vi morbi, vt in phreneticis & per febrẽ
accidere ſolet, vel commixtione cuiuſquam
D alterius ſpiritus ſeu boni, ita corporaliũ re-
rũ in ſpiritu exprimuntur imagines, tanquã
ipſis corporis ſenſibus corpora præſentẽtur
manente tamen etiam in ſenſibus corporis
intentione, ſic videntur quæ in ſpiritu fiunt
imagines corporum, quemadmodum cor-
pora ipſa per corpus: ita vt ſimul cernatur
& homo aliquis præſens oculis, & abſens a-
lius ſpiritu tanquam oculis. Nã experti ſu-
mus ſic affectos, & cum eis locutos qui vere
aderãt, & cũ eis qui nõ aderant tanquã adeſ-
ſent. Reſipiſcentes aũt aliqui referunt quod
vidiſſent, aliqui non poſſunt. Sic.n. & ſom-
nia quidã obliuiſcuntur, quidã meminerũt.
Quando autem penitus auertitur atq; abri-
pitur animi intentio à ſenſibus corporis, tũc

*Imaginationes vigilantiũ. Cap. 12.*

magis ecſtaſis dici ſolet. Tunc omnino quæ-
cunq; ſint pręſentia corpora ẽt patẽtib. ocu-
lis nõ videnẽ, nec vllę voces, pſus audiũtur:
totus animi cõtuitus aut in corporũ imagi-
nibus eſt per ſpiritalẽ, aut in rebus in corpo-
reis nulla corporis imagine figuratis per in-
tellectualẽ viſionẽ. Sed cũ ſpiritalis viſio pe E
nitus alienato à ſenſibus corporis animo ima
ginibus corporaliũ detinetur, ſiue in ſomnis
ſiue in ecſtaſi, ſi nihil ſignificant, quę videnẽ
ipſius animæ ſunt imaginationes. Sicut etiã
vigilantes & ſani, & nulla alienatione moti
multorũ corporũ quę nõ aſſunt ſenſibus cor
poris cogitatione imagines verſant. Verum
hoc intereſt, ꝙ eas à præſentibus verisq; cor
G poribus conſtanti affectione diſcernunt. Si
aũt aliquid ſignificãt, ſiue dormientibus ex-
hibeantur ſiue vigilantibus, cũ & oculis vi-
dẽt pręſentia corpora, & abſentiũ imagines
cernunt ſpũ tanquã oculis præſto ſint, ſiue
illa quæ ecſtaſis dicitur alienato prorſus ani
mo à ſenſibus corporis mirus modus eſt. Si
commixtione alterius ſpiritus fieri poteſt vt
ea, quę ipſe ſcit per huiuſmodi imagines ei
cui miſcetur oſtẽdat, ſiue intelligenti, ſiue vt
ab alio intellecta pandanẽ. Si enim demon-
ſtranẽ hæc, non vtiq; à corpore demõſtrari
poſſunt, quid reſtat niſi vt aliquo ſpũ demõ-
ſtrenẽ? Nõnulli quidẽ volũt animã humanã
habere vim quandã diuinationis in ſeipſa.
Sed ſi ita eſt, cur nõ ſemper poteſt, cũ ſemp
velit? An quia non ſemper adiuuatur vt poſ-
ſit? Cũ ergo adiuuatur, nunquid à nullo aut
à corpore ad hoc adiuuari poteſt? Proinde
reſtat vt à ſpiritu adiuuetur. Deinde quomo
do adiuuatur, vtrũ in corpore fit aliquid, vt F
inde quaſi relaxeẽ & emicet eius intẽtio, quo
in id veniat vbi in ſeipſa videat ſignificantes
ſimilitudines quę ibi iam erant nec videbã-
tur, ſicut multa habemus & in memoria quę
non ſemper intuemur. An fiunt illic quæ an
te non fuerant, vel in aliquo ſpiritu ſunt, quo
illa erumpẽs & emergens ibi eas videat? Sed
ſi iam in illa erant quaſi propriæ: cur eas nõ
ẽt cõſequenter intelligit? Aliqñ enim, immo
plerunq; non intelligit. An ſicut ſpiritus eius
adiutus eſt vt eas in ſe videret, ita & mens ni
ſi adiuuetur, ea quæ habet ſpiritus intellige-
re nõ poteſt? An forte non corporea remo-
uentur, vel quaſi relaxantur impedimen-
ta, vt ſuo impetu anima in ea, quę videnda
ſunt

sunt exeratur, sed ipsa prorsus in hęc assumitur, siue tm̃ spiritaliter cernenda, siue ẽt intellectualiter cognoscenda? An aliqñ in seipsa uidet ista: aliqñ per alterius spiritus cõmixtionem? Quicquid horũ est temere affirmari non oportet. Illud tñ dubium esse nõ debet, corporales imagines quæ spiritu cernuntur nõ semper signa esse aliarũ rerũ, siue in uigilantib. siue in dormientibus, siue in ægrotantibus. Mirum est aũt si aliqñ ecstasis fieri potest, ut non illæ corporaliũ rerũ similitudines aliquid significent: non sanè mirum est si ẽt dęmonium habentes aliqñ uera dicũt quæ absunt a præsentium sensibus, ꝙ certe nescio qua occulta mixtura eiusdẽ spiritus fit, ut tã-
G quã unus sit patientis atq; uexantis. Cũ autẽ spiritus bonus in hæc uisa humanũ spiritum assumit aut rapit, nullo modo illas imagines signa rerũ aliarum esse dubitandum est, & earum quas nosse utile est, Dei.n. munus est. Discretio sanè difficillima est cum spiritus malignus quasi trãquillus agit, ac sine aliqua uexatione corporis assumpto humano spiritu dicit, ꝙ potest: qñ etiam uera dicit & utilia prædicat, transfigurans se sicut scriptum est, uelut in angelum lucis, ad hoc ut cum il-
11. li in manifestis bonis creditum fuerit, seducat ad sua. Hunc discerni non arbitror, nisi
12 dono illo de quo ait Apostolus, cum de diuersis Dei muneribus loqueretur, alij discretio spirituum. Non.n. magnũ est tunc eũ discernere cũ ad aliqua peruenerit uel produxerit quæ sunt contra bonos mores uel regulam fidei. Tunc.n. a multis discernitur. Illo autem dono in ipso primordio quo multis adhuc bonus apparet, continuo diiudicatur an malus sit. Tñ & per corporalem uisionem & per imagines corporalium quæ demonstrãtur in spiritu, & boni instruunt: & mali fallunt. Intellectualis aũt uisio non fallitur. Aut enim non intelligit qui aliud opinatur q̃ est, aut si intelligit continuo uerum est. Quid.n. faciant oculi non habent cum simile corpus uiderint, ꝙ ab alio discernere non possint: aut quid faciat animi intentio cum spiritu fa-
H cta fuerit corporis similitudo quã non ualeat distinguere a corpore? Sed adhibetur intellectus quærens quid illa significent uel utile doceant: & aut inueniens ad fructum suũ peruenit, aut non inueniens in disceptatione se tenet, ne aliqua pernitiosa temeritate prolabatur in exitiabilem errorem. Iudicat aũt sobrius intellectus diuinitus adiutus, quæ uel quanta sint, in quibus ẽt aliud putare q̃ est nõ sit animę pernitiosum. Nec.n. putantium periculo, & non potius exitio suo quisq; a bonis putatur bonus, ẽt si occultus sit malus, si I
in reb. ipsis, i. in ipso bono quo fit quisq; bonus non erretur. Aut aliquid obest omnibus hominibus, ꝙ cum dormiunt uera corpora esse arbitrantur, quorũ similitudines in somnis uident. Aut aliquid obfuit Petro, ꝙ solu- *Act. 12.*
to se a uinculis, seq; angelo deducente factũ est repentino miraculo, ut putaret se uisum
uidere. Vel cum in illa ecstasi respondit, ne- *Act. 10.*
quaquam dñe, quia nunquã manducaui omne cõe, & immundum, putans ea ipsa quæ in disco demonstrabantur tanquã uera animalia: hæc qñ aliter inuenta fuerint q̃ putata sũt cum uiderentur, non nos pęnitet ita nobis fuisse uisa, si non arguatur uel infidelitas dura, uel opinatio uana siue sacrilega. Quapropter & cum uisis corporalib. diabolus fallit, nihil obest ꝙ ludificantur oculi, si non erratur in ueritate fidei, & intelligentiæ sanitate, quæ docet Deus subiectos sibi. Aut si ludificet animam spiritali uisione imaginibus corporum, ut putet corpus esse quod nõ est, nõ aliquid obest animæ, si pernitiosæ suasioni non consentiat. Vnde aliqñ fit quæstio de cõ- *Somni. Venerea. Cap. 15*
sensionibus somniantium, cum etiam concũbere sibi uidentur uel contra propositũ suũ, uel contra etiam licitos mores. Quod nõ cõtingit nisi cum ea quæ uigilantes etiam cogitamus, non * complacito consensionis, sed sicut ẽt talia propter aliquid loqmur, sic ad- *Al. l. cõplacito.*
mouentur in somnis, & exprimuntur, ut eis naturaliter etiam caro moueatur, & quod naturaliter colligit, per genitales uias emittat: sicut hoc ipsum dicere utique non possem, nisi ẽt cogitarem. Porro imagines rerũ corporaliũ quas necessario cogitaui ut hoc dice- K
rem, si tãta expressione præsentẽtur in somnis quanta præsentantur corpora uigilantibus, fieret illud quod sine peccato fieri a uigilante non posset. Quis enim uel cũ loquitur, & postulãte necessitate sermonis de suo concubitu aliquid dicit, possit non cogitare quod dicit? Porro ipsa phantasia quæ fit in cogitatione sermocinantis, cum ita expressa fuerit in uisione somniantis ut inter illam & uerã cõmixtionem corporum nõ discer-

natur, cõtinuo mouetur caro, & sequitur ꝙ eum motũ sequi solet: cũ hoc tam sine pctõ fiat, q̃ sine pctõ à vigilãte dr̃, ꝙ vt diceretur, sine dubio cogitatum est. Verumtñ pp animæ affectionem bonã quæ desiderio meliore mũdata multas interficit cupiditates, quæ ad naturalem carnis motũ nõ pertinent, quẽ casti vigilantes cohibent & refrenant, dormientes aũt ideo non possunt, quia nõ habẽt
L in ptãte quæ admoueatur expresio corporalis imaginis quæ discerni non posit à corpore. Propter illam ergo affectionem animæ bonam, ẽt in somnis quædã eius merita clarent. Nã ẽt dormiens Salomon, sapientiã præposuit omnibus rebus, eamq; neglectis cęteris est pręcatus à dño. Et sicut scriptura testatur, placuit hoc corã dño nec distulit retributionem bonã pro desiderio bono. Quę cum ita sint, pertinet corporis sensus ad visa corporalia, qui per quinq; quasi riuulos distanter valentes distribuitur: cũ illud ꝙ est subtilisimum in corpore & ob hoc animæ vicinius q̃ cętera, i. lux, primum per oculos sola diffunditur, emicatq; in radijs oculorum ad visibilia contuenda: deinde mixtura quadã, primũ cum aere puro, secundo cum aere caliginoso atq; nebuloso, tertio cũ corpulentiore humore, quarto cũ terrena crasitudine, quinq; sensus cum ipso, vbi sola excellit, oculorum sensu efficit, sicut in libro quarto, itemq; in septimo disseruisse me recolo. Est aũt hoc cęlum oculis conspicuũ, vnde luminaria & sydera effulgent excellentius vtique omnib. corporeis elementis, sicut oculorum sensus excellit in corpore. Quia vero spiritus omnis omni est corpore sine dubitatione præstantior, sequitur vt non loci positione, sed naturæ dignitate præstantior sit natura spiritalis isto corporeo cęlo: ẽt illa vbi rerũ corporaliũ exprimũtur imagines. Hic existit
M quiddã mirabile, vt cũ prior sit corpore spiritus, & posterior corporalis imago q̃ corpus, tñ quia illud ꝙ tpe posterius est, fit in eo ꝙ natura prius est, præstantior, sit imago corporis in spiritu, q̃ ipsum corpus in substãtia sua. Nec sanè putandum est facere aliquid corpus in spiritu, tanquam spiritus corpori facienti, materię vice subdatur. Omni. n. modo præstantior est qui fecit, ea re de qua aliquid facit: neq; vllo modo spiritu præstãtius est corpus, imo ꝑspicuo modo spiritus corpore: quamuis ergo prius videamus aliquod corpus ꝙ antea non videramus, atque inde incipiat imago eius esse ĩ spiritu nostro, quo illud cũ absens fuerit recordemur, tñ eandẽ eius imaginẽ non corpus in spiritu, sed ipse spiritus in seipso facit celeritate mirabili, q̃ ineffabiliter longe est à corporis tarditate: cuius imago mox vt oculis visum fuerit, in spi- A ritu videntis nullius puncti tẽporalis interpositione formatur. Itemq; in auditu, nisi in auribus perceptæ vocis imaginẽ continuo spiritus in seipso formaret ac memoria retineret, ignoraretur secunda syllaba vtrum secũda esset, cũ iam prima vtiq; nulla esset, quæ percussa aure * trãsiret: ac sic locutionis vsus omnis cantandi suauitas, omnis postremo in actibus nostris corporalis motus dilapsus occideret, neq; vllũ progressum nancisceretur, si transactos corporis motus memoriter spiritus non teneret, quib. consequentes in agẽdo connecteret. Quos vtique non tenet nisi imaginaliter à se factos in se. Ipsarum ẽt futurarum motionũ imagines præueniũt fines actuũ nostrorum: quid. n. agimus per corpus ꝙ non cogitando præoccupauerit spiritus, omniumq; visibiliũ operũ similitudines in seipso primitus viderit, & quodãmodo disposuerit? Quæ spiritales corporaliũ similitudines in animo nostro, quemadmodũ innotescãt spiritibus ẽt immundis, vel quid obstaculi patiatur anima nostra ex isto terreno corpore, vt eos inuicẽ in nostro spiritu videre nequeamus, inuenire & explicare difficile est. Certisimis tñ indicijs apud nos constitit enũciatas à dęmonib. cogitationes hominũ, qui tñ si virtutũ internam speciem possent in hominib. cernere, non tentarent. Sicut illam in Iob nobilẽ ac mirabilẽ patientiã procul dubio si posset diabolus cernere, nollet à tẽtato vtiq; superari. Cęterũ alicubi longe iam facta ꝙ nunciant, quæ post aliquot dies vera esse firmentur, non est mirandũ. Possunt. n. hoc efficere, non solũ acrimonia cernendi ẽt corporalia incõparabiliter pręstantiore q̃ nostra est, sed ẽt ipsorum corporũ longe vtique subtiliorũ mira velocitate. Cõperimus B ẽt in domo constitutum patientẽ spiritũ immũdũ, dicere solere qñ ad eum venire cępisset ex duodecim millibus presbyter, & per omnia loca itineris vbi esset, & qui propinquaret, & qñ ingrederetur & fundum & domum

1. Reg. 3.

Quinque sensus. Cap. 15.

Spiritus corpore præstantior. c. 16

Al. fieret

Iob

mum & cubiculũ, donec in conspectu eius astaret. Quæ omnia & si non oculis patiens ille cernebat, tñ nisi aliquo modo cerneret, non tã veraciter enunciaret. Erat aũt iste febriens, & tanquã in phrenesi ista dicebat. Et forte re vera phreneticus erat, sed ꝑꝑ ista dęmoniũ pati putabatr. Nullũ refectionis cibũ accipiebat à suis, sed a solo presbytero. Resistebat ét suis violenter * qui valebat, solo pr̃sbytero veniente quiescebat, illi tm̃ subditus erat, & subdite respondebat. Nec tñ eidé salC tem presbytero illa cesſit mentis alienatio, siue dęmoniũ, nisi cũ sanus esset a febribus, sicut phrenetici sanari solét, nec aliqñ postea tale aliquid passus est. Nouimus ét sine dubitatione phreneticũ futurã mortem cuiusdã fęminæ prædixisse, non sanè specie diuinandi, sed tanquã factum ac præteritũ recolentem. Nam cũ eius apud eum cõmemoratio fieret, mortua est, inquit, ego eam vidi efferri, hac cũ eius corpore transierunt, cũ illa incolumis viueret. Post paucos aũt dies repéte defuncta & per eũ locum elata est, qua illa prædixerat. Fuit tunc apud nos puer, qui in exordio pubertatis doloré acerrimum genitalium patiebatur, medicis nequaquã valétibus quid illud esset agnoscere, nisi ꝙ neruus ipse introrsum recõditus erat: ita vt nec pręciso præputio ꝙ immoderata longitudine propendebat apparere potuerit, sed postea vix esset inuentus. Humor aũt viscosus & acer exudãs testes & inguina vrebat. Sed acutum doloré non continuũ patiebatur, & cũ patiebatur, eiulabat vehementer cum iactatione membrorum mente sanisſima, sicut in cruciatib. corporaliũ dolorũ fieri solet. Deinde inter voces suas arripiebatur ab omnibus sensibus, & iacebat patentibus oculis neminem circunstantiũ videns, ad nullam vellicationé se mouens. Post aliquantũ euigilãs, nec iam dolens, quæ viderat indicabat. Tum interpositis paucis diebus eadem patiebatur. In omnibus sanè vel penè omnibus visioniD bus suis, duos se dicebat videre, vnum prouectioris ætatis, alterũ puerum, a quibus ei dicebantur vel demonstrabantur quæ se audisse & vidisse narrabat. Vidit quodã die chorũ piorũ psallentium, lætantiũ in luce mirabili, & impiorũ in tenebris diuersas & atrocisſimas pęnas, illis ducentibus & ostendentib. fęlicitatis aliorũ, aliorumq; infęlicitatis meritum insinuantibus. Hoc aũt vidit die dñico Paschæ, cum per totã quadragesimam nihil doluisset, * q vix interuallo tridui antea *patiebatur. Viderat aũt in ipso ingressu quadragesimæ illos promittentes sibi ꝙ per quadraginta dies nullũ sensurus esset doloré, postea ipsi ei dederunt tanquam medicinale consilium, vt ei præputij longitudo pręcideretur, quo facto diu non doluit. Cum vero iterum similiter doleret, & similia videre cępisset, accepit ab eis rursus consiliũ, vt in mare pubetenus intraret, ac post aliquantã morã inde discederet, promittentib. sanè ꝙ iam deinceps vehementé illum doloré non esset passurus, sed solius illius viscosi humoris molestiã, atque ita secutum est. Nec vnquam tale aliquã postea passus est auersionem mentis a sensibus, nec tale aliquid vidit, * quale antea cum in medijs doloribus & horrendis vocibus repente obtumescens abriperetur. Postea tñ medicis cętera curantibus & sanantib. non permansit in proposito sanctitatis. Istarum visionum & diuinationũ causas & modos vestigare si quis potest certoq; comprehendere, eũ magis audire vellé quam de me expectari vt ipse disseram. Quid tñ puté ita ut nec docti me tanquam confirmanté derideant, nec indocti tanquam docentem accipiant, sed utriq; disceptanté & quærentem potius quam scienté, non occultabo. Ego visa ista omnia visis cõparo somniantium. Sicut.n. aliqñ & hæc falsa, aliqñ aũt vera sunt, aliqñ perturbata, aliqñ tranquilla, ipsa auté vera aliqñ futuris omnino similia, vel aperte dicta, aliqñ obscuris significationibus, & quasi figuratis locutionibus prænunciata: sic ét illa omnia. Sed amant homines inexperta mirari & causas insolitorũ requirere, cũ quotidiana plerunque talia sæpe etiã latentioris originis nosse non curent. Nã quemadmodũ in uocibus, hoc est, signis quibus loquendo utimur, audito uerbo inusitato, quærunt primo quid sit hoc, & quid significet: quo cognito deinde quęrunt unde ita dictum sit, cum tã multa sine cura nesciant, quæ in usu sermonis habent, unde ita sint dicta: sic cum aliquid inusitatum in reb. acciderit, siue corporalib. siue spiritalibus, causas rationemq; soliciti inquirunt, & sibi reddi a doctoribus flagitant. Soleo autem cũ me quisque interrogat verbigratia, quid sit cautus, & respondeo,

*Al. l. cui.*
*Al. l. parcebatur.*
E
*Al. l. nisi.*
*Causæ visionum. Cap. 18.*
F

deo, prudens vel acutus, nec ei sufficit, sed pergit quærere vnde dictus sit cautus, vicissim referre & quęrere vnde dictus sit acutus, ꝙ nihilominus vtique ignorabat, quia vsitatum nomen erat, patienter eius originem nesciebat. Quod aūt nouum insonuit auribus, parum putat nosse quid significando valet, nisi ẽt vnde dicatur exquirat. Quisquis ergo ex me quærit, vnde visa corporalibus similia in ecstasi appareant, quæ raro accidit animę, vicissim quæro vnde appareant dormientib.
G q̃ quotidie sentit anima, & nemo istud multum curat inquirere. Quasi vero ideo minus mira sit talium natura visorum, quia quotidiana est, aut ideo minus curanda, quia omnium est: aut si recte faciunt qui ista nõ quærunt, non rectius fecerint si nec in illa curiosi sint. Ego vero multo amplius admiror, multoq; maxime stupeo quanta celeritate ac facilitate in se anima fabricet imagines corporum, quæ per corporis oculos viderit, q̃ somniantium vel ẽt in ecstasi visiones. Quæcunque tñ illa natura visorum est, proculdubio corpus non est. Hoc nosse cui non sufficit, vnde etiam existant, inquirat ab alijs, me ignorare confiteor. Illud planè exemplorũ experimentis colligi datur, sicut corporum pallor, rubor, tremor, vel etiam morbus aliqñ à corpore habet causas, aliqñ ab anima.

*Vnde nascātur visiones. Cap. 19.*

A corpore quidem, cum vel humor suffunditur, vel cibus vel aliquid aliud corpori iniectum extrinsecus. Ab anima vero cum vel timore turbatur, vel pudore, confunditur, vel irascitur, vel amat, vel si quid eiusmodi,
H nec immerito si id quod amat, & regit etiam cum vehementius exagitat: ita & ipsi animæ vt in ea visa pergat quæ non ei per sensus corporis nunciantur, sed per incorporalem substantiam, & ita pergat vt nõ discernat vtrum corpora sint an similitudines corporum, aliquando à corpore accidit, aliquando à spiritu. Et à corpore quidem: siue naturali vicissitudine, vt sunt visa somniantium, dormire quippe à corpore est homini, siue aliqua mala valetudine sensibus perturbatis, vt cum à phreneticis simul & corpora videntur, & visa similia corporibus, tanquam & ipsa præ oculis assint: aut penitus interclusis, sicut sæpe male affecti morbo aliquo ingrauescente præsente corpore diu absentes, deinde hominibus redditi multa se vidisse dixerunt.

A spiritu vero cum omnino sano atque integro corpore in alienationem rapiuntur: siue ita vt & per sensus corporis corpora videant, & in spiritu quædã similia quæ à corporibus non discernant: siue penitus auertantur à sensibus corporis, & nihil per eos omnino sentientes, illa spiritali visione habitent in similitudinibus corporum. Sed cum malus in hæc arripit spiritus aut dęmoniacos facit, aut arreptitios, aut falsos prophetas. Cum autem bonus, fideles mysteria loquentes, aut accedente etiam intelligentia veros prophetas, aut ad tempus ꝙ per eos oportet ostẽdi, videntes atque narrantes. Sed cum à corpore causa est vt talia visa cernantur, non ea corpus exhibet, neque.n. habet eam vim vt formet aliquid spiritale: sed sopito aut perturbato, aut ẽt intercluso itinere intentionis à cerebro, qua dirigitur sentiendi motus, anima ipsa quæ motu proprio cessare ab hoc opere non potest, quia per corpus non finitur, vel non plene finitur corporalia sentire vel ad corporalia vim suæ intentionis dirigere, spiritu corporaliũ similitudines agit, aut intuetur obiectas. Et siquidem eas ipsa agit phantasiæ tantum sunt, si aūt obiectas intuetur, ostensiones sunt. Denique cum oculi dolent vel extincti sunt, quia non est causa in se de cerebri, vnde ipsa dirigitur intentio sentiendi, * tñ fiunt hmõi visiones, quamuis cernendis corporalib. obstaculum existat a corpore. Magis.n. cęci aliquid dormientes quã vigilantes vident. Dormientibus quippe in cerebro consopitur via sentiendi quæ intentionem ad oculos ducit, ideoq; ipsa intentio in aliud auersa cernit visa somniorũ tanquã species corporales assint, vt sibi dormiens vigilare videatur, & non similia corporibus, sed ipsa corpora intueri se putet. Cum autem vigilant cęci, ducitur per illa itinera intentio cernendi, quæ cum ad loca venerit oculorũ, K non exeritur foras, sed ibi remanet, vt vigilare se sentiant, potiusq; esse in tenebris vigilãdo, ẽt per diem q̃ dormiendo siue per diem, siue noctem. Nã & qui cęci non sunt, pleriq; patentib. oculis dormiunt, nihil per eos videntes, sed non ideo nihil videntes cũ spiritu cernant visa somniorũ. Si autẽ clausis oculis vigilent, neque dormientium præsto sunt uisionibus neque uigilantium. Tantum tamen ualet ꝙ usq; ad oculos eorũ, nec sopita, nec pertur-

perturbata nec interclusa peruenit, cerebro via sentiendi & animę intentionē vsq; ad ipsas quamuis clausas fores corporis ducit, vt cogitentur quidē imagines corporū, sed nullo modo pro eis habeātur corporibus quæ per oculos sentiūtur. Tātū interest vbi fiat im-
L pedimētū sentiendi corporalia cū fit in corpore. Si enim non fit nisi in ipsis aditibus & quasi ianuis sensuū, velut in oculis, in auribus, cęterisq; sensibus corporalibus, sola impedit perceptio corporaliū: nō aūt animę intentio in aliud sic auertitur, vt pro corporalibus habeat imagines corporū. Si aūt causa est intus in cerebro vnde dirigūtur viæ ad ea quæ foris sunt sentienda, ipsius intentionis vasa sopiūtur vel turbant vel intercludūtur, quibus nititur aīa in ea quæ foris sunt intuēda vel sentienda. Quē visum qm̄ nō amittit, tāta expressione format similia vt imagines corporaliū à corporalib⁹ discernere nō valens vtrū in illis an in istis sit nesciat: & cū scit, longe alio modo sciat q̄ dum in cogitādo versantur, dū occurrūt similitudines corporū. Qui modus nisi ab expertis capi vtcūque nō potest. Hinc.n. erat ꝙ me dormiens in somnis videre sciebam, nec tñ illas corporaliū rerū similitudines quas videbam, sic ab ipsis corporalibus discernebam, quemadmo ad eas cogitantes etiam clausis oculis vel in tenebris constituti discernere solemus. Tantū valet, ipsa animi intentio vtrū perducatur vsq; ad sensus licet clausos, an in ipso cerebro, vnde in hęc nititur aliqua causa existente in aliud auertatur: ut quāuis aliquādo se nouerit nō corpora, sed corporū similitudines cernere, uel minus erudita ēt ipsa esse corpora existimans, sentiat se non ea corpore, sed spū videre, longe sit tñ ab affectione qua suo corpori præsentatur: unde se norunt & cęci vigilare, cū similitudines corporū cogitatas a corporibus quæ uidere non possunt certa notione discernunt. Cū autē sano corpore, nec somno sensibus consopitis, aliquo occulto opere spiritali in ea uisa quæ. similia sunt corporalibus anima rapitur: nō quia modus diuersus est, ideo est etiā diuersa natura uisorum, cū & in illis causis q̄ de corpore existunt, sit utiq; differentia & aliqñ à contrario. Nā phrenetici non dormiēdo potius perturbatas habent sentiendi uias in ca* pite, ut talia uideant qualia somniantes uident, quorū dormiendo auertitur intentio à sensu uigilandi, & in ea uidenda cōuertitur. Cū ergo illud fiat nō dormiēdo, hoc aūt dormiendo, nō tamē ea quæ uidētur ex alio genere sunt quā ex natura spiritus, de quo uel in quo fiunt similitudines corporū. Ita quanuis diuersa sit causa intētionis alienatæ, qñ sano corpore uigilantis occulta quadā ui spiritali anima rapitur, vt uice corporū expressas corporaliū rerū similitudines in spiritu uideat, eadē tñ est natura uisorū. Neq;.n. dici A
potest, cū causa in corpore est, tunc animā sine ulla præsensione futurorū ex seipsa uersare imagines corporū, sicut ēt cogitando * eas solet: Cū uero in ea uidēda * spiritus assumitur, diuinitus hæc demonstrari, quandoquidē aperte scriptura dicit, Effundā de spiritu meo super oēm carnē, & iuuenes uisa uidebūt, & senes somnia sōniabunt, diuinæ operationi utrunq; tribuēs. Et angelus domini apparuit Ioseph in somnis dicens, Noli timere accipere Mariā coniugē tuā. Et iterū, Tolle puerū & uade in Aegyptū. Itaq; bono quidē spū assumi spiritū hominis ad has uidendas imagines, nisi aliquid significent nō puto. Cū uero in corpore causa est ut in eas expressius intuendas humanus intēdatur spūs, non semper aliquid significare credēdū est: sed tunc significant cū inspirantur à demonstrante spiritu, siue dormienti, siue aliquid aliud ex corpore, ut à carnis sensibus alienaretur patiēti. Vigilātibus ēt neq; ullo morbo afflictis nec furore exagitatis occulto quodā instinctu ingestas esse cogitationes quas promendo diuinarent, non solū aliud agentes, sicut Caiphas pontifex prophetauit, cum B
eius intentio nō haberet uoluntatē prophetādi, uerumetiā id suscipientes ut diuinandi modo aliquid dicerent, nouimus. Nam quidam iuuenes iocando ut fallerent ubi peregrini iter agebant, matematichos se esse finxerunt ignorātes omnino utrum duodecim signa dicerentur. Qui cū hospitē suū mirari cernerent quę dicebant, attestati esse uerissima, audacius in plura progressi sunt. At ille attestans ad omnia mirabaē. Postremo ab eis de filij salute q̄siuit, quē diu absentē desiderabat, & quod inopinare tardaret, ne q̄d ei accidisset solicitus erat. At illi nō curātes q̄d post eorū abscessum ueri cognosceretur, dū tamē in præsentia lętum hominem redderent,

*Al. l. eas solet.*

*Al. l. spiritu.*

*Ioel. 2.*

*Matt. 1. & 2.*

*Occulto instinctu & casu factæ diuinationes. c. 22.*

*Ioan. 11.*

mox

mox profecturi responderunt, saluũ ac pro-
pinquantẽ, & eoipso die quo hæc loquebã-
tur, esse vẽturũ: neq;.n.metuebãt, ne cũ dies
peractus esset, eos ille redarguendos postri-
die sequeretur. Quid multa? Dũ iam abire di
C sponerent, ecce subito adhuc eis illic positis
venit. Itẽ alius ante symphonia cum saltabat,
vbi erant multa idola per quandã Paganorũ
solennitatẽ, non aliquo spiritu arreptus, sed
imitatione ludicra arreptitios æmulatus sciẽ
tibus circunstantibus & spectantibus. Moris
enim erat vt ante prandiũ peractis sacrificijs,
agitatisq; phanaticis, si qui adolescentes post
prandiũ vellent eo more ludere, nullus pro-
hiberetur. Ille ergo inter saltandũ facto sibi
silentio, & iocabundus, & ridente multitudi
ne circunseptus, ea nocte quæ impendebat,
ea sylua, quæ iuxta erat, hominẽ à leone in-
teremptũ iri, ad cuius cadauer spectandũ, il-
lucescente die confluxurã turbam, & illius
solennitatis locũ desertutã, prædixit. Et factũ
est. Cum satis cunctis qui aderãt in omnibus
eius motibus claruisset, hoc eũ ludendo &
iocando nusquã perturbata vel alienata mẽ-
te dixisse: ipso etiã tanto amplius mirante ꝙ
accidit, quanto magis nosset quo id animo
atq; ore protulerit. Quonã modo hæc visa
in spiritũ hominis veniant: vtrũ ibi primitus
formẽtur, an formata ingerantur, & quadã
coniunctione cernantur: vt sic hominibus
angeli ostendant cogitationes suas, & corpo
raliũ rerũ similitudines, quas in suo spiritu
futurorũ cognitione præformant, quemad-
modũ & ipsi nostras cogitationes non vtiq;
oculis, quia non corpore sed spiritu vident:
verũ hoc interest, quod illi nostras, etiã si no
lumus, nouerunt: nos autem ipsorum, nisi
D ostendantur, nosse nõ possumus: quia sic eas
vt opinor, habẽt in potestate occultare spiri
talibus modis, quemadmodũ nos quibusdã
interiectis obstaculis, nostra corpora ne a-
liorũ oculis videantur, abscõdimus: & quid
fiat in spiritu nostro, vt aliquãdo cernantur,
tantũmodo significantes imagines, & vnum
aliquid significent ignoretur: aliquando aũt
aliquid significare sentiantur, sed quid signi
ficent nesciatur: aliquãdo vero tanquã ple-
niore demonstratione anima humana & spi
ritu ipsas & mente quid significent videat, &
scire difficillimũ est, & si iã sciamus, differe
re atq; explicare operosissimũ est. Quod au
tẽ nunc insinuare satis arbitror, certũ est esse
spiritalẽ quandã naturã in nobis, vbi corpo
raliũ rerũ formantur similitudines, siue cum
aliquod corpus sensu corporis tangimus, &
continuo formatur eius similitudo in spiri-
tu, memoriaq; reconditur: siue cũ absentia
corpora iã nota cogitamus, vt ex eis forme-
tur quidã spiritalis aspectus, ꝗ iã erant in spi
ritu & ea antequã ea cogitaremus: siue cũ eo
rũ corporũ, ꝗ nõ nouimus, sed tamen esse nõ
dubitamus, similitudines, nõ ita vt sunt illa,
sed vt occurrit intuemur: siue cum alia, quæ
vel non sunt, vel esse nesciũtur, pro arbitrio
vel opinatione cogitamus: siue vnde neque
id agentibus neq; volentibus nobis variæ for
mæ corporaliũ similitudinũ versantur in ani
mo: siue cũ aliquid corporaliter acturi, eaip
sa disponimus, ꝗ in illa actione futura sunt,
& omnia cogitatione antecedimus: siue iam
in ipso actu vel cũ loquimur, vel cũ facim⁹,
omnes corporales motus, vt exeri possint ꝓ-
ueniuntur similitudinibus suis intus in spiri-
tu: neq; enim vlla vel breuissima syllaba in
ordine suo nisi prospecta sonuisset: siue cum
à dormientibus somnia videntur, vel nihil
vel aliquid significãtia: siue cum valetudine
corporali turbatis intrinsecus itineribus sen
tiendi, imagines corporũ spiritus veris cor-
poribus ita miscet, vt internosci vel vix pos-
sint, vel omnino non possint: & aut signifi-
cent aliquid, aut sine vlla significatione obo
riant: siue prorsus ingrauescẽte aliquo mor-
bo vel dolore corporis, & intercludẽte int⁹
vias, quib. aiæ, vt per carnẽ sentiret, exereba
tur ac intelligebatur intẽtio, altius quã som-
no absentato spiritu, corporaliũ rerũ existũt
aut monstrantur imagines, vel significantes
aliquid, vel sine vlla significatione apparen-
tes: siue nulla ex corpore cã existẽte, sed assu
mẽte atq; rapiente aliquo spiritu tollitur aĩa
in hmõi vidẽdi similitudines corporũ, mi-
scens eis visa corporalia, cũ simul etiã cor-
poris sensib. vtitur: siue ita spiritu assumẽte a-
lienatur ab omni corporis sensu, & auertit,
vt solis similitudinibus corporũ spiritali vi-
sione teneatur, vbi nescio vtrum possint ali-
qua nihil significantia videri. Hæc igitur na
tura spiritalis, in qua non corpora, sed cor-
porũ similitudines exprimuntur, inferioris
generis visiones habet, ꝗ illud mentis atque
intelligentiæ lumen, quo & ista inferiora
dijudi-

diiudicantur & ea cernuntur, quæ neq; sunt
24. corpora, neque vllas gerunt formas similes
corporū, velut ipsa mens & omnis aīæ affe-
ctio bona, cui contraria sunt eius vitia, q̄ re-
cte culpantur atq; damnantur in hominib.
25. Quo.n. alio modo ipse intellectus nisi intel-
ligendo cōspicitur? Ita & charitas, gaudium,
pax, longanimitas, benignitas, bonitas, fides,
mansuetudo, cōtinentia, & cętera hmōi, q.b.
propinquatur Deo: & ipse Deus, ex quo oīa
11. per quē omnia, in quo omnia. Quāquā itaq;
in eadem aīa fiant visiones siue q̄ sentiuntur
G per corpus, sicut hoc corporeū cęlū, terra,
& q̄cunq; in eis nota esse possunt, quēadmo-
dū pn̄t: siue q̄ spiritu videntur similia corpo-
rū, de quib. multa iā diximus: siue cū mente
intelliguntur, q̄ neç corpora sunt, nec simili-
tudines corporū, habent vtiq; ordinē suū, &
est aliud alio præcellentius. Præstātior est.n.
visio spiritalis q̄ corporalis, & rursus p̄stan-
tior intellectualis q̄ spiritalis. Corporalis n.
sine spiritali esse non potest, qn̄ quidē momē
to eodē quo corpus sensu corporis tāgitur,
fit ēt in animo tale aliquid: non ꝙ hoc sit, sed
ꝙ simile sit: ꝙ si non fieret, nec sensus ille es-
set, quo ea quæ extrinsecus adiacent, sentiun
tur. Neq;.n. corpus sentit, sed anima per cor
pus, quo velut nuncio vtitur ad formandum
in seipsa ꝙ extrinsecus nunciatur. Non pōt
itaq; fieri visio corporalis, nisi ēt spiritalis si-
mul fiat: sed nō discernitur, nisi cū fuerit sen-
sus ablatus à corpore: vt id ꝙ per corpus vi-
debatur, inueniatur in spiritu. At vero spiri-
talis visio ēt sine corporali fieri potest, cum
absentiū corporū similitudines in spiritu ap
parent: & finguntur multæ pro arbitrio, vel
p̄ter arbitrium demonstrantur. Itē spiritalis
visio indiget intellectuali vt diiudicetur, in-
tellectualis aūt ista spiritali inferiore nō in-
diget: ac per hoc spiritali corporalis, intelle
ctuali aūt vtraq; subiecta est. Cū ergo legi-
mus, Spiritalis omnia iudicat, ipse aūt a ne-
mine diiudicatur: nō secundū spiritū, a quo
mens discernitur, sicut illud ꝙ dictum est,
Orabo spiritu, orabo & mente: sed ex illa no
H tione debemus accipere quā dictū est, Reno
uamini aūt spiritu mētis vestræ. Iam.n. supra
docuimus alio modo & ipsam mentē spm̄
dici, secūdū quā spiritalis omnia diiudicat.
Quapp non absurde neq; incōuenienter ar-
bitror spiritalem visionem inter intellectua-
lem & corporalē tanquā medietatē quandā
obtinere. Puto.n. nō incongruenter medium
dici, ꝙ corpus quidem non est, sed simile est
corpori, inter illud ꝙ vere corpus est, & il-
lud ꝙ nec corpus est, nec simile corpori. Il-
luditur aūt anima similitudinib. rerū, nō ea- *Sola visio intellectualis certa. Cap. 25.*
rū vitio, sed opinionis suæ, cum approbat q̄
similia sunt pro ijs quib. similia sunt, ab intel
ligentia deficiēs. Fallitur ergo in visione cor
porali, cum in ipsis corporib. fieri putat, ꝙ
fit in corporis sensibus. Sicut nauigantibus
videntur in terra moueri quæ stant, & intuē I
tibus cęlū, stare sydera quæ mouentur, & di-
uaricatis radijs oculorum, duas lucernæ spe-
cies apparere, & in aqua remus infractus, &
multa hmōi. Aut cū putat aliquid hoc esse, ꝙ
similiter coloratū est, vel similiter sonat, vel
olet, vel sapit, vel tangitur. Hinc.n. & medi-
camentū aliquod ceratū coctum in cacabo
putatur legumen, & sonitus transeuntis uehi
culi putatur ex tonitruo: & si nullis alijs sen
sibus exploretur, sed soli adiaceat olfactui,
citrium putatur herba, q̄ uocatur apiaria, &
cibus aliquo dulciculo succo affectus puta-
tur melle conditus: & ignotus annulus con-
trectatus in tenebris, putatur aureus, cum sit
æreus aut argenteus, aut cum repentinis ino-
pinatisq; corporalib. uisis anima turbata uel
in somnis uidere se putat, uel aliquo hmōi
spiritali uiso affici: unde in omnibus corpo-
ralibus uisis, & aliorū sensuum cōtestatio, &
maxime ipsius mentis atq; rationis adhibet̄,
ut ꝙ in hoc rerum genere uerū est, inueniat̄
quātū inueniri pōt. In uisione aūt spiritali, i.
in corporū similitudinibus, q̄ spiritu uident̄,
fallitur anima, cū ea q̄ sic uidet, ipsa corpora
esse arbitratur, uel ꝙ sibi suspitione falsaque
cōiectura finxerit, hoc ēt in corporib. putat,
q̄ non uisa coniectat. At uero in illis intelle-
ctualib. uisis non fallitur: aut.n. intelligit &
uerū est, aut si uerū non est, non intelligit: un
de aliud est in his errare q̄ uidet, aliud ideo K
errare quia non uidet. Quapropter cū rapit̄
anima in ea uisa q̄ spiritu cernuntur similia *Anima rapta visione spiritali & intellectuali. Cap. 26.*
corporalib. ita ut omnino a sensib. corporis
auertatur amplius q̄ in somno solet, sed mi-
nus q̄ in morte: iam diuinæ admonitionis est
& adiutorij, ut se nō corpora, sed uisa corpo
rū similia spiritaliter nouerit cernere, sicuti
q̄ in somnis uidere, ēt antequā euigilēt sciūt.
Ibi si ēt uidentur futura, ita ut omnino futu-

ra noſcantur, quorū imagines præſentes videntur, ſiue ipſa hominis mente diuinitus adiuta, ſiue aliquo inter ipſa viſa quid ſignificēt exponente, ſicut in Apocalypſi Ioannis exponebatur, magna reuelatio eſt: etiā ſi forte ignoret ille cui hæc demōſtrantur, vtrum ex corpore exierit, an adhuc ſit in corpore, ſed
G ſpiritu à ſenſibus corporis alienato iſta videat: poteſt.n.ſic raptus id ignorare, ſi ei & hoc non oſtendatur. Porro aūt ſi quēadmodū raptus eſt à ſenſib.corporis, vt eſſet ī iſtis ſimilitudinib.corporū, quæ ſpiritu videntur: ita & ab ipſis rapiatur, vt in illā quaſi regionē intellectualiū vel intelligibiliū ſubuehat, ibi ſine vlla corporis ſimilitudine perſpicua veritas cernitur, nullis opinionū falſarū nebulis obfuſcatur, Ibi virtutes animæ non ſunt operoſę ac laborioſę: neque.n.opere tēperātiæ libido frenatur, aut opere fortitudinis tolerātur aduerſa, aut opere iuſtitię iniqua puniuntur, aut opere prudentiæ mala deuitant̄: Vna ibi & tota virtus eſt amare ꝙ videas, & ſumma fęlicitas habere ꝙ amas. Ibi.n.beata vita in fonte ſuo bibitur, vnde aſpergitur aliquid huic humanæ vitæ, vt in tentationibus huius ſeculi, tēperanter, fortiter, iuſte, prudēterq; viuatur. Propter illud quippe adipiſcēdum, vbi ſecura quies erit, & ineffabilis viſio veritatis, labor ſuſcipitur, & continendi à voluptate, & ſuſtinendi aduerſitates, & ſubueniendi indigentibus, & reſiſtendi decipientibus. Ibi vr̄ claritas dn̄i, non per viſionē ſignificantem, ſiue corporalē, ſicut viſa eſt in mōte Sina: ſiue ſpiritalē, ſicut vidit Eſaias vel Ioānes in Apocalypſi: ſed per ſpeciem non per ænigmata, quantum ea capere mens humana poteſt, ſecundum aſſumentis Dei gratiam, vt os ad os loquatur ei, quē dignum tali Deus colloquio fecerit: non os corporis, ſed mentis. Sic intelligēdū arbitror ꝙ de Moyſe ſcriptum eſt, Concupiuerat.n.vt in Exodo legimus, videre Deum, non vtiq; ſicut viderat in monte, nec ſicut videbat in tabernaculo, ſed in ea ſubſtantia qua Deus eſt, nulla aſſumpta corporali creatura, q̄ mortalis carnis ſenſib. præſentet̄: neq; in ſpiritu figuratis ſimilitudinib.corporū: ſed per ſpeciē ſuā quantū eam capere creatura rōnalis & intellectualis pōt, ſeuocata ab omni corporis ſenſu, & ab omni ſignificatiuo ænigmate ſpiritus. Sic.n.ſcriptū eſt, Si ergo inueni gratiam in conſpectu

Exo. 19. Eſa. 6. Apoc. 1. 1.Co.13. Exo. 33.

Quomodo Moyſes viderit Deū. Cap. 27. Exo. 19. & 33.

H

Exo. 33.

tuo, oſtende mihi temetipſum manifeſte, vt videā te: cum paulo ſuperius legatur locutus dn̄s ad Moyſen facie ad faciē, ſicut quis loquitur ad amicum ſuū. Sentiebat ergo quid videbat, & ꝙ non videbat deſiderabat. Nam & paulopoſt cum dixiſſet ei Deus, Inueniſti gratiā in conſpectu meo, & ſcio te præ omnibus: Reſpondit ei, Oſtende mihi claritatē tuā. Et tunc quidē reſponſum accepit à dn̄o figuratum, de quo nunc longū eſt diſputare, qn̄ ei dixit, Non poteris videre faciem meā & viuere: Non.n.videbit homo faciem meā & viuet. Deinde ſubiecit & ait illi, Ecce locus penes me eſt, & ſtabis ſuper petram, ſtatim vt tranſiet mea maieſtas, & ponam te in * ſpelunca petræ, & tegam * manum meam ſuper te donec tranſeam, & auferā manum meā, & tunc videbis poſteriora mea: nā facies mea nō apparebit tibi. Nec tn̄ ſecuta ſcriptura hoc ēt corporaliter factum eſſe narrauit, ſatiſq; per hoc demonſtratum eſt figurate dictum eſſe in Eccleſiæ ſignificatione. Ipſa eſt.n.locus penes dn̄m, quia Eccleſia eſt templum eius, & ipſa ædificata eſt ſuper petram, & cętera quæ ibi dicta ſunt, eidem intelligentiæ congruunt. Niſi tn̄ concupitam & deſideratam Dei claritatem Moyſes videre meruiſſet, non in libro Numerorū diceret Deus ad Aaron, & Mariam fratres eius, Audite verba mea. Si fuerit propheta inter vos dn̄o, in viſione illi cognoſcar, & in ſomnio loquar illi, non ita quomodo famulus meus Moyſes in tota domo mea fidelis eſt, Os ad os loquar ad illum in ſpecie, & non per ænigmata, & claritatem dn̄i vidit. Neque.n.hoc ſecūdum ſubſtantiā corporis, quæ carnis ſenſibus præſentatur, intelligendum eſt: nam vtiq; ſic loquebatur ad Moyſen facie ad faciem, contra in contra. Quando tn̄ dixit ei, Oſtende mihi temetipſum: & nunc etiam ad ipſos quos obiurgabat, & quibus Moyſi meritum ita præferebat, ſic loquebatur per creaturam corporalem præſentatam ſenſibus carnis. Illo ergo modo, in illa ſpecie qua Deus eſt, longe ineffabiliter ſecretius & præſentius loquitur locutione ineffabili, vbi eū nemo videns viuet vita iſta qua mortaliter viuitur in iſtis ſenſib. corporis. Sed niſi ab hac vita quiſq; quodāmō moriat̄, ſiue oīno exiēs de corpore, ſiue ita auerſus & alienatus à carnalib. ſenſibus, vt merito neſciat, ſicut Apoſtolus ait, vtrum

I

Al. ſpecula.
Al. manu mea.
Nu. 12.

K

in

in corpore an extra corpus sit, cum in illam rapitur & subuehitur visionē. Quapropter si hoc tertium visionis genus, quod superius est, non solum omni corporali, quo ꝑ corporis sensus corpora sentiuntur, verũetiam omni illo spiritali, quo similitudines corporũ spiritu & non mente cernuntur, tertium cęlũ appellauit Apostolus: in hoc videtur claritas Dei, cui videndæ corda mũdantur. vnde dictum est, Beati mundo corde, quia ipsi Deum videbunt: & non ꝑ aliquã corporaliter figuratam significationem tanquã ꝑ speculũ in ænigmate, sed facie ad faciem: quod de Moyse dictũ est, os ad os, ꝑ speciē. s. qua est Deus quicquid est: quantulumcunq; eum mens, q̃ non est quod ipse est, etiã ab omni corpore, & ab oī terrena labe mũdata, ab oī corpore & similitudine corporis alienata & abrepta capere pt: a quo peregrinamur mortali & corruptibili onere grauati, q̃diu ꝑ fidē ambulamus, non per speciem, & cum hic iuste viuimus. Cur aũt non credamus, quod tãto Apostolo doctori gentiũ, rapto vsque ad istã excellentissimam visionē, voluerit Deus demonstrare vitam in qua post hanc vitã viuendũ est in æternũ? Et cur non dicatur iste paradisus,

D

excepto illo in quo corporaliter vixit Adã inter ligna nemorosa atq; fructuosa, quandoquidē & Ecclesia, quæ nos cõgregat ĩ charitatis sinu paradisus dicta est cũ fructu pomorũ? Sed hoc figurare dictũ est, tãq̃ illo paradiso, vbi proprie fuit Adam, Ecclesia figurata sit per formam futuri. Quanquã diligentius considerantibus fortassis occurrat illo paradiso corporali, in quo Adã corporaliter fuit, & istã vitã sãctorũ significatã, quæ nunc agitur in Ecclesia, & illã quę post hanc erit in æternũ: sicut Hierusalē quæ interpretatur visio pacis, & tñ quędam terrena ciuitas demonstratur, quæ significat Hierusalem matrem nostram æternã in cęlis: siue in ijs qui spe salui facti sunt, & ꝙ nõ vident, sperãtes ꝑ patiētiã expectãt, scd̃m quos multi filij desertę magis q̃ eius, q̃ habet virũ, siue in ipsis angelis sanctis per Ecclesiã multiformis sapientię Dei, cũ quibus post hanc peregrinationē sine labore & sine fine viuendũ est. Si aũt sic accipiamus tertiũ cęlum, quo Apostolus raptus est, vt quartum ēt, & aliquot vltra superius cęlos esse credamus,

E

infra quos est hoc tertiũ cęlum, sicut eos alij septem, alij octo, alij nouē vel etiã decē perhibent: & in ipso vno, quod dicitur firmamentũ, multos gradatim esse confirmãt: ac ꝑ hoc corporeos esse vel ratiocinantur vel opinantur, de quorum ratione siue opinione nunc differere lõgum est. Põt aũt fieri vt ēt in spiritalibus, vel intellectualibus multos quosdã gradus quisquã esse contendat, aut si possit ostendat, eosq; distinctos iuxta aliquē prouectũ magis vel minus illustriũ reuelationũ. Sed vtcunq; se ista habeant, & * accipiuntur vt libet ab alio aũt sic, ego uisorũ uel uisionũ præter ista tria genera, aut corpore, aut spiritu, aut mente, usq; adhuc vel nosse vel docere nõ possum. Sed quot & quãtæ singulorũ generũ sint differentiæ, ut in unoquoq; aliud alio gradatim superferatur, ignorare me fateor.

*Cap. 29*
*Ephe. 3*
*Al. l. accipiantur.*

Sicut aũt in ista luce corporea est cęlũ, quod super terras suspicimus vnde luminaria clarent & sydera, quæ corpora lõge sunt meliora terrestribus: sic in illo genere spiritali, in quo uidentur corporũ similitudines luce quadã in corporali ac suã, sunt quædã excellētia & merito diuina quæ demonstrant angeli miris modis, vtrũ uisa sua facili quadã & præpotenti cõiũctione uel cõmixtione ēt nostra esse faciētes, an sciētes nescio qũo nostrã in spiritu nostro informare uisionē, difficilis perceptu, & difficilior dictu res est. Sunt aũt alia uisa usitata humana, quæ siue ex ipso spiritu nostro multipliciter existunt, siue ex corpore spiritui quodãmodo suggerũtur, sicut fuerimus affecti uel carne uel animo. Non solũ .n. uigilantes homines curas suas cogitãdo uersant in similitudinibus corporũ, uerũetiã dormientes hoc sepe somniant quo indigent: nam & negocia sua gerunt ex animi cupiditate, & epulis poculisq; inhiãtes insistũt, si forte sitiētes esurientesq; dormierunt. Quæ oīa puto comparata illis angelicis demonstrationib. sic habenda, ac si in ista natura corporum terrena cęlestibus cõparentur.

*Spiritalis uisio qũo accipienda. Cap. 30.*

F

Sic ēt in illo genere intellectualiũ uisorũ alia sunt quæ in ipsa anima uidentur, uelut uirtutes quibus uitia sunt cõtraria: siue permansurę ut pietas: siue utiles huic uitę & postea nõ futurę, sicut fides qua credimus ea quæ nondũ uidemus: & spes qua futura cũ patientia expectamus, & ipsa patientia qua oīa toleramus aduersa, donec quo uolumus ueniamus.

*Virtutes in anima Cap. 31.*

G

Istę

Istę quippe & huiusmodi virtutes, q̄ nunc ꝓpter trāsigendā istā peregrinationē valde necessariæ sunt, nō erunt in illa vita, propter q̄ adipiscendā sunt necessarię, & tñ etiam ipsæ intellectualiter videntur, neq; enim aut corpora sunt, aut species habent similes corporū. Aliud aūt est ipsum lumen, quo illustratur anima, vt omnia vel in se vel in illo veraciter intellecta cōspiciat: nā illud ipse Deus est, hoc autē creatura: quāuis rationalis & intellectualis ad eius imaginē facta, quę, cum conatur lumē illud intueri, palpitat infirmitate, & minus ualet. Inde est tamen quicquid intelligit sicut valet. Cum ergo illuc rapitur & à carnalibus subtracta sensibus, illi visioni

*Lumen animæ.*

H expresſius prę̄sentatur non spatijs localibus, sed modo quodā suo etiā supra se videt illud, quo adiuta videt quicquid ēt se intelligendo videt. Si aūt quæritur cum anima de corpore exierit, vtrum ad aliqua loca corporalia feratur, an ad incorporalia corporalibus similia: an vero nec ad ipsa, sed ad illud quod & corporib. & similitudinib. corporū est excellentius. Cito quidē respōderim, ad corporalia loca eā vel nō ferri, nisi cū aliquo corpore, vel nō localiter ferri. Iā vtrū habeat aliquod corpus, cū de hoc corpore exierit, ostendat qui potest, ego aūt nō puto: spiritalē. n. arbitror eē, non corporalē. Ad spiritalia vero pro meritis fertur, aut ad loca pęnalia similia corporibus. Qualia sæpe demonstrata sunt ijs q̧ rapti sunt à corporis sensibus, & mortuis similes iacuerunt, & infernales pęnas viderūt, cū & ipsi in seipsis gererēt quādā similitudinē corporis sui, per quā possent ad illa ferri, & talia similitudinibus sensuum experiri. Neq;. n. video cur habeat anima similitudinē corporis sui, cū iacente sine sensu ipso corpore, nōdū tñ penitꝰ mortuo, videt talia qualia multi ex illa subductione viuis redditi narrauerunt, & nō habeat cum perfecta morte penitus de copore exierit. Aut ergo ad illa fertur pęnalia, aut ad alia itidē similia corporalibus, nec tñ pęnarū, sed quietis atq; gaudiorū. Neq;. n. recte

*Anima corpore exuta, quò feratur.*
*Cap. 32.*

I dici potest, vel illas falsas esse pęnas, vel iā falsam requiem atq; lętitiā: tunc. n. hæc falsa sunt, qñ per opinionis errorem alia pro alijs putantur. Nā Petrus non solum cū discum illum videbat, & in eo nō similitudines corporum, sed corpora putabat, in hoc vtique fallebatur: verumetiam cū alio tempore ab angelo solutus, è vinculis ibat in corpore ambulās, & prę̄sentatus corporalib. formis, & putabat se visum videre, nihilominus fallebatur: nā & illæ in disco erant spiritales formæ corporalibus similes: & ista corporalis expresſio soluta de vinculis, propter miraculū spiritali similis erat. Fallebatur aūt anima in vtrisq; nō nisi cū alia ꝓ alijs approbaret. Quanuis ergo nō sint corporalia, sed similia corporalibus, quibus animæ corporibus exutæ afficiuntur, seu bene seu male, cū ipsę

*Act. 10.*
*Act. 1[2]*

K corporibus suis similes, sibimet appareant: sunt tñ & vera lętitia & vera molestia facta de substantia spiritali: nā & in somnis magni interest vtrū in lętis an in tristib. simus. Vnde quidā in rebus quas concupiuerant cōstituti, se euigilasse doluerunt, & rursus grauibus terroribus atq; cruciatib. exagitati atq; vexati, cū expergefacti essent, dormire timuerūt, ne in eadē mala renouarentur. Et vtiq; dubitādū nō est ꝙ expresſiora sint illa quæ inferna dicūtur, atq; ob hoc vehementius sentiantur, Nā & qui subtracti sunt sensibus corporis, minus quidē q̄ si omnimodo morerētur, sed tñ amplius q̄ si dormirēt, expresſiora se vidisse narrauerunt, q̄ si somniū narrauissent. Est ergo prorsus inferorū substātia, sed eā spiritalē arbitror esse nō corporalē. Nec

D audiendi sunt qui affirmant inferos in hac vita explicari, nec esse post mortē. Viderint enim quēadmodū poetica figmenta interpręntur, nos ab authoritate diuinarū scripturarū, quibus solis de hac re fides habēda est, recedere nō debemus. Quanquā posſimus ostendere illorū quoq; sapientes de inferorū substantia minime dubitasse, q̄ post hanc vitā excipit animas mortuorum. Vnde aūt sub terris esse dicantur inferi, si corporalia loca

*Cap.*
*2. Re[g]*
*Cap.*

L non sunt. Aut vnde inferi appellantur, si sub terris nō sunt, merito quæritur, Animā vero non esse corporeā non me putare, sed planè scire audeo profiteri: tñ habere posse similitudinē corporis, & corporaliū omnino mēbrorum quisquis negat, pōt negare animā quæ in somnis videt, vel se ambulare, vel sedere, vel hæc vtiq; illac * egressu aut ēt volatu ferri atq; referri, qđ sine quadā similitudine corporis nō fit. Proinde si hanc similitudinē ēt apud inferos gerit, nō corporalē sed corpori similem: ita ēt in locis videtur esse

*All[e]g.*
*Isa.*
*4. [...]*
*44. [...]*

non

non corporalibus, ſed corporalium ſimilib. ſiue in requie, ſiue in dolorib. Quanquam & illud me nondum inueniſſe confiteor, iſeros appellatos, vbi iuſtorum aĩæ requieſcunt. Et Chriſti q̃dem aĩam veniſſe vſq; ad ea loca, in q̃b. peccatores cruciant̃, vt eos ſolueret à tormẽtis, quos eſſe ſoluendos occulta nobis ſua iuſtitia iudicabat, non immerito credit. Qũo.n.aliter accipiẽdũ ſit qđ dictũ eſt, Quẽ Deus ſuſcitauit ex mortuis, ſolutis doloribus inferorum, q̃a non poterat teneri ab eis, non video, niſi vt quorundam dolores apud inferos eũ ſoluiſſe accipiamus ea p̃tãte qua dñs eſt, cui oẽ genu flectit̃, cœleſtium, terreſtriũ, & infernorum, per quã p̃tãtem etiã illis dolorib. quos ſoluit, nõ potuit teneri. Neque.n. Abraham, vel ille pauper in ſinu eius, hoc eſt in ſecreto quietis eius, in dolorib. erat, inter quorũ requiem & alia inferni tormenta legimus magnum chaos firmatũ: ſed nec apud infeors eſſe dicti ſunt. Cõtigit.n. inquit, mori inopem illum, & afferri ab angelis in ſinum Abrahę mortuus eſt aũt & diues, & ſepultus eſt. Et cum apud inferos in tormentis eſſet, & cętera. Videmus itaq; inferorum mentionẽ non eſſe factã in requie pauperis, ſed in ſupplicio diuitis. Illud etiã quod Iacob dicit ad filios ſuos, Deducetis ſenectutem meam cũ triſtitia ad inferos, vr̃ hoc magis timuiſſe, ne nimia triſtitia ſic perturbaret̃, vt non ad requiem beatorum iret, ſed ad inferos peccatorum. Neque.n paruum aĩæ malum eſt triſtitia, cum etiam Apoſtolus cuidam tam ſolicite timuerit, ne maiore triſtitia abſorberetur. Proinde, vt dixi nondum inueni, & adhuc quæro, nec mihi occurrit inferos alicubi in bono poſuiſſe ſcripturam duntaxat canonicam. Non aũt in bono accipiendum ſinum Abrahæ, & illã requiem, quo ab angelis pius pauper ablatus eſt, neſcio vtrum quiſquam poſſit audire, & iõ quomodo eum apud inferos credamus eſſe, non video. Verum hoc dum quærimus, & aut inuenimus, aut nõ inuenimus, vrget nos longitudo libri huius eũ aliquando concludere. Quapropter quoniã de paradiſo ſermonem inſtituimus, propter illud quod Apoſtolus ait, ſcire ſe raptum hominem vſque in tertium cœlum, neſcire autem ſiue in corpore ſiue extra corpus, & q̃a raptus eſt in paradiſum, & audiuit ineffabilia verba, quæ non licet homini loqui, nõ temere affirmamus, vtrum in tertio cęlo ſit paradiſus, an ẽt in tertium cœlum, & inde rurſus in paradiſum raptus ſit. Si. n. proprie quidem eſt nemoroſus locus, tranſlato aũt verbo, oĩs etiã ſpiritalis quaſi regio, vbi animæ bene eſt, merito paradiſus dici poteſt, non ſolum tertium cœlum, quicquid illud eſt, qđ profecto magnum ſublimiterq; præclarum eſt, verumetiam in ipſo homine lętitia quædam bonæ conſcientiæ paradiſus eſt. Vnde & Eccleſia in ſanctis temperanter & iuſte & pie viuentib. paradiſus recte dr̃, pollens affluentia gratiarum caſtiſq; deliciis, quandoquidem & in tribulationib. gloriatur de ipſa patientia plurimum gaudens, quia ſecũdum multitudinem dolorum in corde conſolationes Dei iocundant animam eius. Quanto magis ergo poſt hanc vitam ẽt ſinus ille Abrahæ paradiſus dici poteſt, vbi iam nulla tentatio, vbi tanta requies poſt omnes dolores vitæ huius? Neque.n. & lux ibi non eſt propria quædam & ſui generis, & profecto magna, quam diues ille de tormentis & tenebris inferorum, tam vtique de longinquo cum magnum chaos eſſet in medio, ſic tñ vidit vt ibi illum quondam contemptũ pauperẽ agnoſceret. Quæ ſi ita ſunt, ideo ſub terris dicũtur inferi vel creduntur, q̃a congruenter in ſpũ per illas corporalium rerum ſimilitudines ſic demonſtrantur, vt q̃m defunctorum aĩæ inferis dignæ, carnis amore peccauerũt, hoc eis per illas corporalium rerũ ſimilitudines exhibeatur, quod ipſi carni mortuæ ſolet, vt ſub terram recondatur. Denique inferi eo ꝓ infra ſint, Latine appellantur, ſicut autem ſecundum corpus ſi ponderis ſui ordinem teneant inferiora ſunt omnia grauiora, ita ſecundum ſpiritũ inferiora ſunt omnia triſtiora: Vñ & in Græca lingua origo nomini quo appellantur inferi, ex eo quod nihil ſuaue habeant, reſonare perhibetur. Nec ipſam tamen rerum partem noſter ſaluator mortuus pro nobis viſitare contempſit, vt inde ſolueret quos eſſe ſoluendos ſecundum diuinam ſecretamque iuſtitiam ignorare non potuit. Quapropter animæ illius latronis cui dixit, Hodie mecum eris in paradiſo, nõ vtiq; inferos pręſtitit vbi pęnæ ſũt peccatorũ, ſed aut illam requiem ſinus Abrahæ, non enim alicubi nõ eſt Chriſtus, cũ ipſe ſit ſapientia Dei attingens vbique propter ſuam munditiam,

B

Pſal. 93.

ᾅδης.

C

Luc. 23.

Sapien. 7

aut illum paradisum,siue in tertio cœlo, si-

*Co. 12.*

ue vbicunq; alibi, quò post tertiũ cœlũ est raptus Apostolus,si tñ non aliquid vnum est diuersis nominib. appellatũ sũt aĩæ beatorũ. Si ergo cœlũ primum rectè accipimus, hoc oẽ corporeũ generali nomine q̃cquid est super aquas & terram.Secundũ aũt in similitudine corporali quod spũ cernit, sicut illud

*Act. 10*

vnde animalibus plenus in ecstasi Petro di-

D

Ctauiani Augusti Cęsaris quadragesimoprimo anno, Zacharias sacerdos de vice Abia cū in ordine suo holocaustū offerebat angelus Gabriel vnus de illorū numero qui stāt in cōspectu dñi, * cęli nūcius ipsi rñsa deferebat: quibus subnectēs, Vxor, inqt, tua huc usq; sterilis Elizabet grādæua satis cōcipiet filiū, quē Ioannē noīe
C altissimi Prophetā & pręcursorē tibi pariet. Sed incredula mente sacerdos, parū his dictis fidē accomodās, qūo, rñdit, hoc fieri poterit, cū ego sim satis senex, & vxor mea isto officio in iuuentute priuata, in diebus suis ꝓuecta ætate * ꝓcessit. Attñ Angelus ī ista nequaq̄ excusatione depulsus, non causa inuidię vel ꝑfidię illatū munus retraxit, sed quo à dño q̄ dicebat̄, impleret̄, cōueniētiori suę vindictæ subiectū mutū sacerdotē dereliquit: donec nascēte postmodū puero, ligatæ linguæ vinculū solutū est, cui nomē filij scribere tētans, Ioannes dixit est nomen eius. Conueniēte aūt dispēsatione factū est, vt Ioānes q̄ postea hominibus victu & vestitu & loco, exēplū pęnitētię prębere, & pęnitentiā prędicās, ēt conceptionis eius tpe p̄r pęnitētię modū sibi ab angelo impositū, donec ille nasceret̄ sustineret. Aliter quoq; cōgrue hoc signū euenerat, vti dū regnū cęlorū nasciturus cōciperet antiquæ legis & prophetarū p̄dicator sacerdos silētio dānaret̄: qm̄ lex & ꝓphetæ vsq; ad Ioānē fuerūt, ex eo aūt regnū
D Dei euāgelizatur. Qui cōceptus adhuc in matris vtero manēs, priusquā nasceretur, cū Mariæ matris dñi introitū in domum vbi fuerat sensit, spiritali famine ꝑ os matris de nascituro ex ea Christo dño ꝓphetauit. Dū.n. Moysi spiritus in septuagintaduos consiliarios distribuit, q̄d mirū si pueri adhuc in vtero manētis spūs ꝑ matrē loqueret̄. Interea nūcius ad spōsam Ioseph Mariā virginē de stirpe Dauid talia dicta detulit, cui sine viri cogitatione parturire filiū spūssancti munere prædixit. Hic inquiēs natus quē oīum spōdēt oracula prophetarum, magnus erit in cōspectu dñi, & in æternū filius credentiū vocabit̄ altissimi. Huic enim pręcepto munere patris sui Dauid sedē dictauit, & regni domus Iacob absq; fine imperiū fine succedēte hærede in sempiternū tenebit. Quibus verbis auditis, orās virgo accōmodata fide, sine vllo incredulitatis aut inobediētiæ obiectu consensit, Sed mentē Ioseph, cōiugis tumentē vterū videntis, quā ipse non cognouerat, ista res solicitā reddidit. Quē quidē ne hac cogitatione fatigaretur, idē angelus de cōcepto puero & nasciturо, & accipienda virgine cōmonuit. Quod ergo postmodū instante tpe filiū quē sine viri semine, & carnalis oblectamento voluptatis concepit, sine damno suæ virginitatis peperit. In qua re quanuis pręter cunctorum hominum cōceptionis consuetudinem absque viri semine factū opus ostenditur, non tamē extra naturā de muliebri vtero sumpta substātia carnis nascebatur. Ex natura naturaliter naturam suscepit, qui cooperā
E te spiritusancto ex materna quanuis sola carne verā carnis substantiā humanæ, exceptis vitiorū passionibus integrā contulit. Quam rem ne sine exēplo naturæ alicuius, velut nouā in Dei creaturis, dimittamus, multa animantia absq; parentum coitu progigni cōprobamus. Qualiter apes sine patribus, fotu materni corporis tantummodo crescunt, & omnia illiusmodi volatilia, foetus suos totaliter

*Al.l. celesti nuncio*

*Al.l. processit.*

*Nu. 11.*

*Natiuitas Christi.c.1.*

taliter

taliter concipiunt. Sed & multæ aues absque marib. oua gignere pñt. Et tale conceptũ in multis piscium generib. oua gignere pñt, vt Philosophi aiũt: In sola quoq; carne sine patre vermis nascitur, cui se dñs hac de causa similẽ dicere per Prophetã non dedignatur. Quod ergo in multis reb. cõsueto more dñs operatur, quid naturæ cõtrariũ dicendũ est, si qñ ipse voluit, vt in virginali vtero spũssancti dispensatione filius sine viri coitu nasceretur? Quo nascente in Bethleẽ ciuitate David, pastores custodiæ gregũ destinati, ab angelis imbuunt, ꝙ rex cęli in terra cũ hominibus ex hoĩe carnẽ nascẽdi lege assumere tũc dignaret. Et deinde cũ hoc nuncio coueniẽs aduenientib. pastorib. carmẽ cõcinunt, ad cęlũ rursum conscendẽtes angeli redeunt. Et in hoc conueniens ab angelis peractus ordo cõspicitur, natus agnus, & gregib. pastor nunciaretur. In his duob. pueris Iesu & Ioanne, ꝑcursore & dño, non sine historica ratione natiuitatis ordo intendit, ꝙ de anu vnus, alter de virgine puella gñatur. Chri. n. dñi præcursor per oĩa Ioãnes idcirco de vetula matre debuit nasci, Chrs vero de puella virgine corpus assumpsit. Ipse est. n. noui testi princi piũ filiorũq; ꝙ ex noua lege nascerent, exordiũ extitit. Igitur quadragesimosecũdo anno Octauiani Augusti Cęsaris, tꝑib. Herodis regis Iudęorũ, ablata ex Iudęis oĩ dñandi ptãte, in oppido Iudęæ Bethleẽ de Dauid stirpe ex virgine Maria Iesus Chrs dñs nascit. Qđ cõpetenter euenerat, vt cũ regum & Pontificũ ex Iacob stirpe descendentiũ successio cõsumpta fuerat, qui inęternũ Rex est & Pontifex tũc nasceretur. Nascente ergo illo puero quẽ Israelitarũ & gentiũ prophetæ vtriusq; populi Saluatorẽ fore ꝑdixerant, Magi de terra Euilath ducti stella, ad eũ cum muneribus longo admodũ itinere venerant. Qui oblatis muneribus & adorato per tꝑs puero reuersi sunt, nõ eadẽ tñ via qua uenerũt, sed per aliã ad patriæ loca remeare moniti diuino famine curabant. De hac aũt stella, ꝙ ab Hierusalem pergentibus Magis vsq; ad Bethleem lux itineris fuit, Euangelij dicta exponunt. Cęterũ vero qui de terra sua vsq; Hierusalẽ hãc ducem itineris habuisse Magos existimãt ex Euangelica authoritate firmare non possunt: qm Magi in terra sua cum essent, excellẽtem syderibus stellã vidẽtes, Dei esse & regis, qui iuxta prophetias tã ipsorum ꝗ ecclesiasticas ex Israel nasceretur, seu ex propria eorũ sciẽtia, seu angelica admonitione intelligentes, ad terrã Israel venerunt, & ad Hierosolymã, vbi totius prouinciæ principatus fuerat venientes de rege nato & pariter Deo perquirunt. Vnde in veterib. Israelitarũ oraculis vatum de eodẽ nato vbi nascendi locũ acciperet, monente subdolo sermone, reges alacres pergunt. Egressiq; vrbẽ mox ducẽ itineris ad Christũ stellam sequentes deueniunt. De ista vero stella dubitatur, vtrũ stella simplex, an angelus, an spũssanctus accipiat. Etsi catholico sensui nihil repugnat, cũ de singulis disputatũ fuerit, arbitris maiorib. eligendi liberam voluntatẽ ingenioli nři mensura concedet. Si. n. simpliciter stellã accipiendam esse quis maluerit, à cęteris stellis in hoc ducatu qũo deuiauit? Quarũ natura ab initio cõdita in firmamento cęli constituta fuisse dignoscit, sicut libri Geneseos authoritate manifestatur. Si ergo in firmamento cœli maneret in Bethleem & Hierusalẽ, dux fieri ambulantibus qualiter posset? Et si per aera sagittæ more ꝗuis paulo lentiore cursu ꝑꝑ sequentes peruolaret, assuetũ in firmamento locũ & cursum interim desereret. Quod nec maiorib. quidẽ luminarib. accidisse scripturæ describunt, cũ in signis aut steterũt, aut reuersa sunt: nisi forte aereus ille ignis ꝗ tale ministeriũ accepit ꝑꝑ similitudinẽ, sicut in multis diximus, stellæ vocabulum accepit. Aut si angelus habitu stellæ hoc ministeriũ fecit, ꝙ nõ repugnat, dũ se angeli qñ se hoĩb. ostẽdunt, in multos trãsformant habitus. Qũo & Moysi in Oreb de rubo angelus ignita facie loquebat, & velut miles armatus Iosue filio Nun, extra castra in Galgalis ostẽdit. Sicut currũ & equos igneos ascẽsione Heliæ angeli funguntur. Et qñ Helisæus pueri sui oculos aperuit, in eisdẽ habitudinib. angeli manifestant. In forma hospitũ Abrahæ & Loth cõspectib. se ꝑbuerunt: & Manue & vxor eius prophetali habitu loquẽtẽ ad eos angelũ viderũt. Nimirũ & ista vice angelus dux Magorũ efficit, ꝗ astrologis in stellæ similitudinẽ & clarissimi syderis fulgorẽ trãsformatur. Licet. n. per imaginẽ rerũ, ꝗ Ioanni in Apocalypsi sua per visionẽ dicuntur, huic tñ intellectui nõ contra facit, Stellæ septem ecclesiarũ septẽ angeli sũt. Vnde quamuis in spiritu, dũ tamen stellę angeli

Exo. 3. Iosue 5. 4. Reg. 2. 4. Reg. 6. Gen. 18. Gen. 19. Iud. 13. Apoc. 1.

geli dñr, quid repugnat, si ēt in hoc loco stel
la angelus dictus esse sentiatur? Vel certe si
neq; angelus neq; stella fuisse dignoscit̄, spi-
ritus ergo sanctus hęc stella fieri concedatur.
Matt. 3. Qui sicut postmodū corporali specie colū-
bæ descendit super Iesum dñm in Iordane,
sic gentes adoratrices, stellæ specie duxit ad
Nu. 24. cunabula dñi nascentis in carne. De quo spū
per parabolā Balaam astrologus loquebat̄:
Orietur stella ex Iacob, rutilum, s. lumen spi
Acto. 2. ritalis gratiæ Christi, qua nox infidelitatis gē
Baptizatur Christus. c. 5. tiū illuminatur. Sicut ergo in igne super Apo
stolos postea in cęnaculo Sion descendit, ita
in specie stellæ magos ad dñm spiritussan-
Matt. 3. ctus deduxit. Hic igitur puer scientia pręibat
Ibidem. ætatem, donec tricesimum annum agens ad
Iordanem venit, & ab Ioanne, de quo supra
L dixim us, Zachariæ filio, qui tunc populū in
eū crediturum qui venturus erat baptizabat,
& ipse baptismum ab agnoscente suscepit, &
confitendū vnda Iordanis lauabat. In specie
columbæ spiritussanctus super eū descendit,
& patrem de cęlis loquentem de se audiuit:
Hic est filius meus dilectus, in quo sibi ani-
ma mea bene cōplacuit. Cum his signis cœ-
lum apertum vidit, & ita baptizatus de flumi
nis lauacro ascēdit. Ad baptismnm vero de-
scendit dñs Iesus, non q baptismi sacr̄o ege-
ret, qui proprij aut originalis peccati nullā
culpam haberet, sed vt aquas quas quāuis in
delicto Adæ Deus nō maledixerat, terræ qua
continebantur maledictione infectas purga-
ret. Et ne quisquam baptismi sacr̄m neglige-
ret, dū q sine peccato fuerat, baptismi aquas
iniuit. Et ne quisquam ab inferiori baptizari
paruipenderet, dū Deus dñs à seruo suo mer
gi vndis baptismi appeteret. Et quatenus ad-
huc à diabolo se donec tentatio perficeret̄,
vt occultaret, qui illū velut lauacro indigen-
tē, vt inter pollutos peccaminib. ablui aquis
conspiceret. Spm̄ vero sanctū super se in ba-
ptismo descēdentē vidit, & vocem patris de
cęlo se confitentē filium suū audiuit, & cęlū
coram se apertū conspexit. Non q ante ba-
ptismū suum hæc oīa Dei filius nō haberet,
M sed vt baptismi sacr̄m quid valeat ostēderet.
Non. n. tunc spiritū ille cępit accipere, qui eā
Ps. 109. dem cum spiritusancto substātiā habere cre-
ditur. Nec tunc illum pater filiū professus est
esse cui dixit: Ex vtero ante Luciferum genui
te: ante videlicet omnem angelicā creaturā,
quæ Luciferi appellationē per scripturas sæ-
pe tenet. Neq; tunc illi aperiri cęperat thala- Esa. 66.
mus cęlorū, qui ait: Cęlū mihi sedes, terra au
tem scabellū pedum meorū. Sed idcirco hęc
omnia sancta Trinitas in baptismo dñi con-
gessit, vt sciret vnusquisque quid muneris in
sacri baptismatis mysterio suscepit. Tunc. n.
spm̄ sanctū quisq; pctōrum sordibus ablutus A
accipit, & à Deo patre profiteri filius adop-
tionis gratia incipit, & tunc sibi regni cęlo-
rū ianuā aperiri, & ciuē se cęlestis patriæ an-
gelorū sanctorū consors intelligit. Quamuis
vero corporali specie spiritussanctus super
dñm descendere dr̄, non tñ de auibus sum-
psisse columbam, sed ex aere minime dubita
tur. Nequaquam enim ex auibus spm̄ sanctū
necesse fuit corpus assumere dū aues sibi cō-
nexæ in nullo trāsgressæ sunt legem naturæ:
sed si in aliquo transgrederentur, in hoc tan-
ti meriti transgredi nō haberent, vtpote nec
æterna, nec rationabili creatura, vt à spiritu
assumptione carnis à delicti vindicta solue-
rentur. Sed q filij persona corpore carnis hu
manæ induebatur, conueniens erat vt spiri-
tussancti persona per corporalem super eū
descenderet, & vox patris corporalis de nu-
be per aerem corporeis auribus audiretur.
Præterea quoq; idcirco in nube & columbæ
imagine pater & spiritussanctus ad baptismū
veniunt, qm̄ aquaticæ naturæ res illæ aliquid
haberent. Dum. n. in terra filius ad baptismi
mysterium aquæ creaturam elegisset, necesse
fuit vt & pater per aquaticam nubem intona
ret, & spiritussanctus illud corpus quod de
aqua in principio factum est, ex illa nube ac-
ceptum simularet, vt sic tota Trinitas eandē
voluntatem sicut haberet ostenderet. Cū er- Tent...
go de aqua dñs Iesus baptizatus, confestim & iei...
ascendit, vt diabolo daret occasionem ten- niū. c. 6
tandi, antra deserti petiuit, vbi & quadragin- Matt. 4
ta dies, & totidem noctes nullo humani pa-
stus suffragio fultus ieiunauit. Ibiq; per tria B
est tētatus, in quibus primus homo seductus
est, tentantē satanam tribus responsionib. vi-
cit. In diaboli tribus propositionib. tota ini-
quitas: in Christi vero tribus responsionib.
quib. diabolus repugnatur, tota iustitia fuit.
Cū inimicus damnatur & vincitur, & huma
no generi libertas & redemptio præparatur.
In hoc nanq; conspectu satanas dū supra au
thorē se eleuare voluit, qui sub eo illuc vsq;
fuerat,

fuerat, ideſt hõ, per domini victoris auxiliũ
vltra ipſum excreuit. Et dũ illũ qui ab omni
impedimento liber fuerat alligare tẽtabat, in
terim vinctus ille quẽ ipſe tenebat in carce-
re, quibus tenebat̃ vincula deponit. Et dum
cõtra ſe fortiorẽ pugnare nitit̃, interim ipſe
qui erat infirmior aduerſus eũ roborat̃. Ete-
nim qui hucuſq; de cęlo tm̃ in terrã eiectus
B fuerat errore ẽt de terra ad inferna eũ migra-
re dominus iubebat. Quadraginta dierũ ine-
diã dñi incarnatio ſuſtinere ſine vitæ pericu
lo poterat, qm̃ ſermo dominicus qui Moy-
ſen per aera quadraginta diebus bis reno-
uauerat, hic Chriſti artus & neruus intus ir-
rigabat. Quare igit̃ cõſummatis quadragin-
ta dieb. & quadraginta noctibus eſurire dñs
Ieſus deſcribit̃, cũ Moyſes & Helias tãti tp̃is
ſpatio ꝑ ieiuniũ famẽ pati non memorant̃:
famẽ vero & laborẽ redẽptor noſter cõſum-
mato tãto dierum numero ſuſtinet, quatenus
& tentatori occaſionem tentandi inferret, &
noſcetur, quã verã humanæ carnis ſubſtan-
tiã geſtaret. Vnde nec extra humanũ opus &
in hoc ieiunio aliquid egit noui, dũ tp̃is qđ
prius homines ieiunauerunt ſpatiũ non ex-
celsit. Deuicto ergo aduerſario & quadra-
ginta dierũ ꝑfecto ieiunio, per Iudęã & Ga
lileam Iſraeliticũ populum ad viam ſalutis
vocabat, & primarios duodecim ſibimet mi
tes, ex omnib. ſpeciali electionis munere ſe-
gregabat. Qui vt de vitę æternę ſubſtãtia aĩa
rũ videlicet ſanitate faceret fida omniũ cor-
da, ẽt in ſerui poteſtate viſibiliter nulla reſi-
ſtente vi lãguoris curata reddebat corpora.
vnde cũ prędicans Euangeliũ regni Dei, Ga-
lilęã circumiret, & promiſcuũ vulgus cura
varia preſſum cerneret, quoſdã quorũ prę-
ſentis defectio lucis lætitia priuabat, alios ꝑ-
fuſa per totius corporis ſuperficiẽ lepra fę-
dauerat, nonnullos pedum fruſtratos habita
C forma, curauit. In paralytico aũt à quatuor
viris portato, quatuor diuina opera cernun-
tur: Dũ dimittũtur ei pc̃tã, & præſentis ęgri-
tudinis plaga verbo tũc ſoluitur, & cogita-
tionibus in ore Dei omnia ſcrutantis rñdet̃.
Et in hoc viro oñditur quoſdã ꝑꝑ animę ma
culas dolore graſſati. Mutus loqui non pote
rat verbũ, vt Dei prophetes reſponſa ab illo
poſtularet. qui in ore aſinæ facundiã reperte
rat, qũo humanã linguã quanuis mutam ad
verba nõ ſolidaret? & cũ iuſtitiæ lux quæ in
mundũ venit, appareret, qualiter cęcus non
videret? & qua poteſtate diabolus in homi-
ne ꝑmaneret, ad quẽ eijciendũ quomodo il-
lũ peccãtẽ de cęlo expulerat Chriſtus veni-
ret? In q̃nq; panibus & duobus piſcibus q̃nq;
millia ſaturãtibus continentur miratione di-
gna tria, ſcilicet materię paucitas, & populi
ſaturati multitudo & fragmẽtorũ copia. De- Mat. 14
ambulante domino ſuper vndas, Dominus *Ambulatio ſuper aquas.*
de terra diſcipulos petens neceſſe habuit in
vndis ambulare. Cauſa huius Petrus fuit, id-
eſt, ne ſi eẽt Chiſtus ſolus, veritatẽ carnis du- Cap. 8.
biã relinqueret. Dũ aũt Petrus filius viri & D
mulieris hoc faceret, ꝑ impetrantis Chriſti
auxiliũ, nullã de carne virginis filij dubita-
tionẽ admittit. Vtrũ dñi & Petri corporum
leuigata eſt natura, vt illa aqua ſuſtineret: an
aquę ſubſtãtia ſolidata eſt, vt corpora huma
na fulcire poſſet? Quanuis ergo vtrunq; hoc
faceret, nõ cõtra naturã domino præcipien-
te eſſet, ſi aut aquã ſolidaret, aut humanã do
mini iuſsio carnẽ leuigaret, vbi militantes iu
ſtorũ foris vt antiqui ferunt, & ſuper equorũ
auribus proludant: natandi arte quoq; im-
buti, merſo medio in profunda vix ſubeunt.
Hominibus ergo illud valentibus, quid mi-
rum ſi domino imperãte caro leuigaretur,
præſertim cum reſurrectionis corpora intã-
tum leuigabuntur, vt non ſolum craſſa aqua
ſed etiã nubibus & aere ſuſtineantur vt Apo-
ſtolus ait, Rapiemur ad occurrendũ Chri-
ſto in aera. Aliter ſi aquę naturã ſolidatã eſſe
quiſquã elegit, qm̃ aqua terrenã habet craſsi
tudinẽ, vt cũ ſe gelu perſtrinxerit in duriorẽ
q̃ terræ ipſius ſoliditatẽ rigeat, & multitudi
nẽ ſuſtinere valeat, & poſtea calida aura re-
ſoluat. Vel certe, ſi liquidas vndas non per- 1. The. 4
ſtrinxerit, natura q̃ aquis inſerta eſt, ligna q̃-
uis grãdia, & humana, & cęterorũ animaliũ
corpora, & naues liburnicas ſupernatantes
ſuſtinere conſueſcit. Illa ſoliditas domino E
imperante facta, nec mirum ſi etiam Petrum
diffidentẽ non ſuſtinet, cum infideles domi-
no volente, ẽt terra nõ ſuſtentabat, vt Dathan
& Abiron. In naturali rerum adminiſtratio-
ne binę rões deprehenduntur. Deinde in- Nu. 16.
ferior ratio quotidiana rerum adminiſtratio
intelligitur, vt de aqua in animalibus ſanguis Exod. 7.
fit, & vnda ſalſa per nubes aut terræ infuſio- Exo. 15.
nem dulceſcit. Et ratio ſuperior inuſitata gu-
bernatio ſit, quæ in miraculis rerum digno-

ſcitur, vt in ſanguinẽ aquã in Aegypto in momento. & intincto ligno in dulcedinẽ Deus cõmutauit. Quapropter & panẽ de paruo ſemine iuxta inferiorẽ rationẽ in magnã ſegetẽ per longi temporis adminiſtrationẽ innumerabiliũ hominũ paſtũ procreat, quem ſecundũ ſuperiorẽ rationẽ de materia modica in momento per benedictionẽ multiplicat. Sic & piſces per primã benedictionẽ multiplicat, qñ dictũ eſt, Creſcite & multiplicamini, & replete aquas maris. Quorum nunc carnes per ſuperioris rõnis cauſam, ad turbarũ ſaturitatẽ pſenti benedictione multiplicantur. De viſione dñi in monte cum Moyſe & Helia colloquẽtibus. Licet in hac oſtẽſione dñi facies ſolari ſplendore fulſerit, non ipſa caro ſplenduit, ſed diuinitas latens in corpore luminis ſui portiunculã foris videntibus quantũ poterant, conceſsit. Vnde ergo veſtimenta candorẽ niuis habuerunt, dũ neq; de diuinitate erãt? Niſi forte vt per carnẽ diuinitas foris illuxit, ſic caro illuminata de diuinitate, per veſtimenta radiauit. Moyſes autẽ & Helias ſpecialiter ad talẽ viſionẽ, velut legis propheti**ę** Principes ad finem conducuntur. Vel ideo vt Moyſi cornuta facies, in quã non poterant filij Iſrael intendere, & Helias curru igneo raptus, cõparato Chriſto obſcurarentur. Et tamen iſti quadraginta diebus ieiunaſſe ſcripturæ vocibus memorantur. De Ieſu tantum domino his præſentibus, patris ſe illis pronunciantis teſtimonium. Sed dum Helias manens in corpore vel ad talẽ conductionẽ venerat, quid de Moyſe dicendũ eſt: vtrũ in corpore iterum ad hanc oſtẽſionem aderat: an ex aere ſimulatum, Sicut Samuel viſus eſt, habitum fingebat, & ſi ſuo corpore venit indutus, ſi hac vice reſurrectionem ſuã quæ c**ę**teris non niſi in nouiſsimo eſt futura, compleuit? De qua quæſtione authores vna eademque ſententia prolata non differenter dicunt quod dum dominus cum tribus diſcipulis ſuis & Helia, non cum imaginatis ſed veris corporibus conueniſſe non dubitantur, & ipſe Moyſes in ſuo vero corpore de ſepulchro reſumpto videtur, Sed dominus Ieſus primogenitus mortuorum, recte creditur Moyſi iterum poſt hanc viſionem corpus ſepulturæ commendaſſe, vt ipſum in nouiſsimo die quando reſurgent mortui, aſſumere ſperetur. De Lazaro & c**ę**teris mortuis. Immobili ergo voluntate Deus vniuerſorum vitas certo fini & termino præordinauit, quorundam igitur vita non vt moriantur, morte interfici videtur, ſed vt per hoc qui reſuſcitantur clariores vt pote Deo cum hominibus etiã habeantur. Vnde de ipſo Lazaro diſcipulis à domino dicitur, Hæc infirmitas nõ eſt ad mortem, ſed vt filius hominis per eã clarificetur. Quarto die reſuſcitatur, quod non ſpatium vit**ę** eius poſuit, ſed quod ſine mutatioue dominus diſpoſuit facere, ſ**ę**pe retrahere ſimulat, vt patrum vxoribus Abraham & Iſaac diſtulit vt gratius foret. Et dominus occaſiones præſtat, vt quod ipſe aliter donare cupit, indulgere rogetur. Si etenim ea qu**ę** nõ diſpoſuit aliquis ſanctorũ rogauerit nullo modo fieri permittit, vt quod Moyſes terrã repromiſsionis ingrederetur, & Paulus vt ab eo angelus ſatanæ recederet, & petentes non impetrauerunt. De omnibus ergo generaliter mortuis tale quid ſentitur, quod de prima vice moriuntur, vt per illos digni clarificẽtur. In his enim octo mortuis quos diuina ſcriptura veteris & noui teſtamẽti reſuſcitatos cõmemorat, hoc cõſiderandum eſt, quod de eorũ primo, ideſt, filio viduæ, quem Helias reſuſcitauerat ita refertur, Reuertatur obſecro anima pueri. De nouiſsimo, ideſt, de Eutyco in actibus Apoſtolorũ, Et ſublatus repertus eſt mortuus. Ad quẽ cũ deſcendiſſet Paulus, incubuit ſuper eum, & complexus dixit, Nolite turbari, anima enim eius in eo eſt. Caute vtrunque intelligendum eſt, quod vidu**ę** filius mortuus eſt, atque anima eius reuerti à propheta poſtulatur: alter vero mortuus eſt, & in eo eius eſſe animam Paulus dixit. In vtroq; nanq; ſcriptura vera eſt, quia mentiri non poteſt. Sed qua ratione percipi poteſt, vbi in membris occultari corporis poſſet mortui anima? Niſi forte anima, quæ incorporalis eſt, corpori ineſſe occulte creditur. Sed quidam intelligendi laborem vitantes, dicunt de Euthyco, quod emittens animam ita mortuus eſt vt poſt modicum interuallum anima reuertente Paulum dixiſſe putent, Anima illius in eo eſt. Sed tamen ſcriptura tacet, ſi egreſſa eſt aut reuerſa anima. C**ę**teri vero ſex mortui quibus nec egreſſæ anim**ę**, nec reuerſæ nunciantur, ſine vlla hic ambiguitate præſtant quod mortui ſint, & diuina operatione reſuſcitati ſint

*Paſcitur turba quinq; panib. c. 9. Ioan. 6.*

*Gene. 2.*

*Transfiguratio. Cap. 10. Mat. 17.*

F

G

*De Lazaro, & ceteris ſuſcitatis mortuis. Cap. 11. Ioan. 11.*

H

*Deut. 3. 2. Cor.*

*Act. 20.*

I

sint. Solis defectio iuxta crucem non vt solet qñ Luna accenditur facta erat: sed in plena Luna, s. quintadecima die mensis, ne casu putaretur fuisse ꝙ euenerat, & tantũ lucem Solis media die tenebræ obscurauerunt, vt per tres illas horas defectionis stellæ in cęlo visæ sint. De corporibus sanctorum venientib. de monumentis suis post resurrectionem domini: sed rursum in monumenta quõ & de Moyse memini reintrarunt, vbi resurrectionem omniũ nouissimam expectant, vt Apostolus ait, Hi oẽs testimonio fidei probati inuenti sunt, non acceperunt repromissionem

K à Deo pro nobis melius aliud prouidente, vti ne sine nobis cõsummarẽtur. Si igitur isti & Moyses bis resurgere in hac ostẽsione vtique, & in nouissima cunctorum resurrectione credendi sunt? Sed hoc absit à catholica fide, vt semel morientem bis credat quis resurgere. Nisi forte bis mori Moysen & istos aliquis dicat, sed nusquam de his scribitur, qui sic apparuerunt, resurrexisse: sed aut viuere aut apparuisse vel de sepulchris exisse. Nomen aũt resurrectionis in ijs qui post mortẽ in vita hac conuersati sunt, aut in communi, aut in futura omniũ resurrectione ponitur. Talis autem apparitio istorum, nec ad vitam humanam, neque ad resurrectionem futurã pertinet, sed ad consummationem dñicæ resurrectionis: & ad credulitatem resurrectionis animarum ex inferis, talis apparitio animos mouet: sicut in resuscitatis mortuis similitudo tantum, non mors continua fieri cernitur. Ita & in his similitudo resurrectionis, non ipsa resurrectio ostendebatur. De con-

L tinua morte nullus ad vitam indeciduam, nisi dominus vsque ad nouissimũ diem reuertitur, & à vera resurrectione nunquã in mortem iterum aliquis detrahitur. De cibo domini post resurrectionem, hunc autem carnalẽ cibum qualiter resurrectionis caro susceperit, docti requirunt, dum resurrectura corpo-

I ra spiritalia esse cuncti fideles sciunt, vt dicitur, Resurget corpus spiritale. Quapropter resurgent corpora non gustatura, sano sensu creditur possibilitatem edendi cibos, si necesse foret, habitura. Hæc Dei exempla minime denegant, vt angeli iuxta ilicem Mambræ. Sed hoc non vt nos ruminatos cibos stomacho & intestinis cõferunt, sed statim, vt accepta velut videntur degustent, in spiritalem naturam non ex parte, sed tota transformant. Conuenientia de spiritusancto in columba super Christum, & in igne super Apostolos perscripta sunt: & qñ diximus de diuisione linguarum, & de virtutibus Apostolorum post acceptum spiritum in excusatione eleemosynæ & paupertatis professione, quãdo Petrus paralytico dixit, Surge & ambula, magistri præceptum seruans, Nolite habere aurum, neq; argentũ, dum soli Deo seruiens de iniquo mãmona expeditus fuerat, verbo imperij morbo ligatum cito soluebat. Ecce quanta est Apostolica virtus in Christo, sanũ Ananiã dum Petrus arguit per sermonis tm̃ imperium, morte ligauit, & Tabithan mortis vinculo ligatam, eadẽ imperij potestate dissoluit. Ideoq; prius Ananias & Saphira in cõspectu Ecclesiæ cito mortui sunt, vt Apostolica authoritas quanta esset ostenderetur, & quam magnum peccatũ esset, ꝙ oblatum est iterum ab Ecclesia retrahere, monstraretur, & cęteri exemplo huius castigarentur.

*Tenebræ Cap. 12.* *Sepul. ... Mat. 13. Heb. 11.* *Mat. 3. Acto. 2. Mat. 10.* M *Virtus petra. c. 16.* *Acto. 5. Acto. 9.*

## D. AVRELII AVGVSTINI de Agone Christiano.

## LIBER VNVS.



Corona victoriæ non promittitur nisi certantibus. In diuinis aũt scripturis assidue inuenimus promitti nobis coronam si vicerimus. Sed ne longũ sit multa cõmemorare, apud Apostolum Paulũ manifestissime legitur, Opus perfeci, cursum consummaui, fidem seruaui, iam superest mihi corona iustitiæ. Debemus ergo cognoscere quis sit ille aduersarius, quẽ si vicerimus coronabimur. Ipse est.n. quem dominus noster prior vicit, vt etiã nos in illo permanentes vincamus per ipsum. Et Dei quidem virtus atque sapientia, & verbum per ꝙ facta sunt omnia, qui filius Dei vnicus est, super omnem creaturam semper incõmutabilis manet. Et qm̃ sub illo est etiam creatura quæ non peccauit, quanto magis sub illo est omnis creatura peccatrix? Ergo quoniã sub illo sunt omnes sancti angeli, multo magis sub illo sunt oẽs præuaricatores angeli, quorum diabolus princeps est. Sed quia naturam nostram deceperat, dignatus est vnigenitus

*Corona certantibus datur Cap. 1.* *1. Tim. 4.* *Aduersarius noster.* *1. Cor. 1. Ioan. 1.* A

Dei filius ipsam naturā nostram suscipere, vt de ipsa diabolus vinceretur, & quem semper ipse sub se habet, ēt sub nobis eū esse faceret, ipsum * significat dicens, Princeps huius mūdi missus est foras, Non quia extra mundum missus est qūo quidā hæretici putant, sed foras ab animis eorū qui cohærent verbo Dei, & nō diligūt mundū, cuius ille princeps est, quia dominatur eis qui diligūt tēporalia bona quæ hoc visibili mundo continentur, nō quia ipse dñs est huius mundi, sed princeps cupiditatum earū quibus concupiscitur omne ꝙ transit, vt ei subiaceant, qui negligunt æternum Deum, & diligunt instabilia & mutabilia, Radix.n.est omnium malorum cupiditas. Quam quidā appetentes à fide errauerunt, & inseruerunt se doloribus multis. Per hanc cupiditatē regnat in homine diabolus & cor eius tenet. Tales sunt omnes qui diligunt istum mundum. Mittitur aūt diabolus foras, qñ ex toto corde huic mundo renunciatur. Sic.n.renunciatur diabolo, qui Princeps est huius mundi, cū renunciatur corruptelis & pompis & angelis suis. Ideoq; ipse dñs iam triumphantē naturam hominis portans, Scitote, inquit, quia ego vici mundum. Multi aūt dicunt, qūo possumus vincere diabolum quē non videmus? Sed habemus magistrum qui nobis demōstrare dignatus est, qūo à nobis inuisibiles hostes vincantur. De illo.n.dixit Apostolus, Exuens se carne principatus & ptātes exemplauit fiducialiter triūphans eos in semetipso. Ibi ergo vincuntur inimicæ nobis inuisibiles potestates, vbi vincuntur inuisibiles cupiditates. Et ideo qui in nobisipsis vincimus temporalium rerum cupiditates, necesse est vt in nobipsis vincamus & illum, qui per ipsas cupiditates regnat in homine. Qñ.n.dictum est diabolo, Terram manducabis: dictū est peccatori, Terra es, & in terram ibis. Datus est ergo in cibum diabolo peccator. Non simus terra, si nolumus mā ducari à serpente. Sicut.n.ꝙ manducamus in nostrū corpus conuertimus, vt cibus ipse secundum * corpus hoc efficiatur, ꝙ nos sumus: sic malis moribus per nequitiam & superbiā & impietatem hoc efficitur quisq; ꝙ diabolus est, i. similis eius: & subijcitur ei, sicut subiectū est nobis corpus nostrū. Et hoc est ꝙ dr̄, manducari à serpente. Quisquis itaque timet illum ignem, qui paratus est diabolo & angelis eius, det operā triumphare de illo in semetipso. Eos.n. qui foris nos oppugnant, intus vincimus, vincendo concupiscētias per quas nobis dñantur. Et quos inuenerint sui similes, secum ad pęnas trahunt. Sic & Apostolus dicit, ꝙ i semetipso pugnat aduersus potestates exteriores. Ait.n. Nō est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principatus & ptātes huius mundi, rectores harum tenebrarū. aduersus spiritalia nequitię in cęlestibus. Cęlum.n. dr̄ & iste aer, vbi venti & nubes & procellæ & turbines fiunt, sicut etiam scriptura dicit in multis locis. Et tonuit de cęlo dñs: Et aues cęli & volatilia cœli: cū manifestum sit aues in aere volare. Et nos in consuetudine hunc aerē cœlum appellamus: nam cū de sereno vel nubilo quærimus, aliqñ dicimus. Qualis est aer? aliqñ. Quale est cœlum? Hoc dixi, ne quis existimet ibi habitare mala dœmonia, vbi Solem & Lunam & stellas Deus ordinauit: quæ mala dœmonia ideo Apostolus appellat spiritalia, quia ēt mali angeli in scripturis spiritus appellantur: ideo aūt rectores harum tenebrarū eos dicit, qm̄ pc̄tores homines tenebras appellat, quib. isti dñantur. Ideo & alio loco dicit, Fuistis.n. aliqñ tenebræ nunc aūt lux in dño: quia ex peccatorib. iustificati erant. Non ergo arbitremur in summo cęlo habitare diabolū cū angelis suis vnde lapsum esse credimus. Sic.n. errauerunt Manichæi, qui dicunt ante mundi cōstitutionem fuisse gentem tenebrarum, quæ contra Deum rebellauit, in quo bello credunt miseri omnipotentem Deū non sibi aliter potuisse succurrere, nisi partem suā contra eam gētem mitteret. Cuius gentis Principes, sicut illi dicunt, deuorauerunt partem Dei, & temperati sunt vt posset mundus de illis fabricari. Sic dicūt Deum peruenisse ad victoriā cum magnis calamitatibus & cruciatibus & miserijs membrorū suorum quæ membra dicunt esse commixta tenebrosis visceribus principum illorū vt eos tēperarent & à furore cōpescerent. Et non intelligunt tā sacrilegam esse suam sectā, vt credāt omnipotentem Deū non per creaturam quā fecerit, sed per ipsā naturā suā bellasse cū tenebris, ꝙ nephas est credere. Neq; hoc solū, sed ēt illos qui victi sunt, factos esse meliores, quia furor eorum cōpressus est: Dei aūt naturam, quæ vicit, factam

Marginalia (left): Al. l. significabat. Ioan. 12. — C — 1. Tim. 6 — Ioan. 16. Quod vincamus diabolū vincendo concupiscentias. c. 2. Colos. 2. 3 sen. di. 19. c. nūc ergo. Gen. 3. — D — Al. l. secūdum corporis qualitatem.

Marginalia (right): Mat. 15. — Ephes. 6. — E — Vocabulum cœli. Cap. — Psal. — Mat. — Locus demonum. — Ephes. 5. — Somnia Manichæorum Cap. — F

ctam eſſe miſerrimam. Dicunt ẽt eam per ipſam cõmixtionem perdidiſſe intellectum & beatitudinem ſuã, & magnis erroribus & cladibus eſſe implicatam. Quam ſi aliqñ vel totam purgari dicerent, magnam tñ impietatẽ contra omnipotentem Deũ affirmarent, cuius partem crederent tanto tempore in erroribus & pęnis eſſe iactatã ſine aliquo peccati crimine. Nunc vero infęlices audẽt adhuc G dicere, nec totã poſſe purgari: & ipſam partem quæ purgari non potuerit, proficere ad vinculũ, vt inde inuoluatur, & illigetur malitiæ ſepulchro, & ſic ibi ſemper ſit pars ipſa Dei miſera, quæ nihil peccauit, & affligatur in æternum carcere tenebrarum. Hoc illi dicunt, vt ſimplices animas fallant. Sed quis tã ſimplex eſt, vt iſta non ſentiat eſſe ſacrilega, quibus affirmant omnipotentẽ Deum neceſſitate oppreſſum eſſe, vt partem ſuam bonam & innocentem tantis cladibus obruendã, & tanta immunditia inquinandã daret, & non totam liberare poſſet: & ꝙ liberare non poterat, æternis vĩculis colligaret? Quis ergo iſta non execretur? Quis non intelligat impia eſſe & nephanda? Sed illi qñ capiũt homines, non iſta prius dicunt: q̃ ſi dicerent, riderentur aut *fugarentnr ab hominibus. Sed eligũt capitula de ſcripturis, quæ ſimplices homines non intelligunt, & per illa decipiunt animas imperitas quærendo vnde ſit malum. Sicut in iſto capitulo faciunt, quo ab Apoſtolo dictum eſt, Rectores harum tenebrarum & ſpiritalia nequitiæ in cœleſtibus. Quærũt enim deceptores illi, & interrogant hominẽ ſcripturas diuinas non intelligentẽ, vnde ſint in cœlo rectores tenebrarum, vt cũ reſpondere non potuerit, traducatur ab eis per curioſitatem: quia omnis anima indocta curioſa eſt. H Qui aũt fidem catholicã bene didicit, & bonis morib. & vera pietate munitus eſt, quãuis eorum hæreſim neſciat, reſpondet illis tñ. Nec. n. decipi põt, qui iam nouit quid pertineat ad Chriſtianam fidẽ, quæ catholica dr̃, per orbem terrarũ ſparſam, & contra omnes impios, & peccatores, negligẽtes autem ſui, dño gubernante ſecuram. Qm̃ ergo dicebamus Apoſtolum Paulũ dixiſſe habere nos colluctationem aduerſus rectores harũ tenebrarum, & ſpiritalia nequitiæ in cœleſtib. & probauimus ẽt iſtum aerem terræ proximũ cœlũ vocari, oportet credere aduerſum diabolũ & angelos eius nos dimicare, qui gaudent perturbationibus noſtris: nam & ipſe Apoſtolus alio loco diabolũ principem poteſtatis aeris huius appellat. Quamuis ille locus, vbi ait, Spiritalia nequitiæ in cœleſtibus poſſit & aliter intelligi, vt non ipſos præuaricatores angelos in cœleſtib. eſſe dixerit, ſed nos potius, de quibus alio loco dicit. Conuerſatio noſtra in cœlis eſt: vt & nos in cœleſtibus conſtituti, i. in ſpiritalibus præceptis Dei ambulantes, dimicemus aduerſus ſpiritalia nequitiæ, q̃ nos inde conãtur abſtrahere. I Magis ergo illud quærendũ eſt, qũo aduerſus eos, quos non videmus, pugnare poſſimus, & vincere, ne putent ſtulti aduerſus aerẽ debere nos certare. Docet itaq; Apoſtolus ipſe, dicens. Non ſic pugno quaſi aerem cędens: ſed caſtigo corpns meum, & in ſeruitutẽ redigo, ne forte alijs prædicans, ipſe reprobus inueniar. Itẽ dicit, Imitatores mei eſtote, ſicut & ego Chriſti. Qua in re intelligendum eſt, ẽt ipſum Apoſtolum in ſemetipſo triumphaſſe de poteſtatibus huius mundi ſicut de dño dixerat, cuius ſe imitatorem profitetur eſſe. Imitemur ergo & nos illum, ſicut hortatur, & caſtigemus corpus noſtrum, & in ſeruitutem redigamus, ſi mũdum volumus vincere: quia per illicitas delectationes ſuas & põpas, & pernitioſam curioſitatẽ nobis dñari poteſt hic mundus, i. ea quæ in hoc mundo pernitioſa delectatione colligant amatores rerum tẽporalium, & diabolo atq; angelis eius ſeruire cogunt. Quibus omnibus ſi renunciamus, redigimus in ſeruitutem corpus noſtrum. Sed ne quis forte hoc ipſum quærat, qũo fiat vt corpus noſtrum ſeruituti ſubijciamus facile intelligi & fieri poteſt, ſi pri⁹ noſipſos ſubijciamus Deo bona voluntate & charitate ſyncera: nam omnis creatura, velit nolit vni Deo & dño ſuo ſubiecta eſt. K Sed hoc admonemur, vt tota volũtate ſeruiamus dño Deo noſtro: qm̃ iuſtus liberaliter ſeruit, iniuſtus autem cõpeditus ſeruit. Omnes tñ diuinæ prouidentiæ ſeruiũt, ſed alij obediũt tanquam filij, & faciunt cum ea ꝙ bonũ eſt: alij vero ligantur tanquam ſerui, & fit de illis quod iuſtũ eſt. Ita Deus omnipotens, dñs vniuerſæ creaturæ, qui fecit omnia, ſicut ſcriptum eſt, bona valde, ſic ea ordinauit, vt & de bonis & de malis benefaciat. Quod. n. iuſte fit, bene ſit: Iuſte aũt ſunt beati boni & iu-

ſte

Marginal notes: Al. fugerent. — Epheſ. 6. — Quod ſpiritalia nequitiæ, quo accipiendum. Cap. 5. — Epheſ. 2. — Epheſ. 6. — Phil. 3. — 1. Cor. 9. — In quo Apoſtolus imitãdus ſit. Cap. 6. — 1. Cor. 4. — Omnem creaturã ſeruire Deo. c. 7. — Gen. 1.

ſte mali pęnas patiuntur. Ergo & de bonis &
de malis benefacit Deus, q̃m iuſte omnia fa-
cit: Boni aũt ſunt, qui tota voluntate Deo ſer
uiunt, mali aũt neceſsitate ſeruiunt: nemo.n.
leges omnipotentis euadit. Sed aliud eſt face
re ꝙ lex iubet, aliud pati quod lex iubet. Qua
propter boni ſecundum leges faciunt, mali
ſecundum leges patiuntur. Nec.n.nos mo-
ueat, ꝙ in hac vita ſecundũ carnem, quã por
L tant iuſti, multa grauia & aſpera tolerant: ni-
hil.n.mali patiuntur, quia iam poſſunt dice-
Al.l.exultans prædicat. re ꝙ ille vir ſpiritalis * exultat & prædicat
Apoſtolus Paulus, dicens, Gloriamur in tri-
bulationibus, ſcientes q̃m tribulatio patien-
Rom.5. tiam operatur, patiẽtia probationem, proba-
tio vero ſpem, ſpes aũt non confundit: quia
charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris ꝑ
ſpiritumſanctũ, qui datus eſt nobis. Si ergo
in hac vita, vbi tanta tormenta ſunt, poſſent
boni & iuſti viri, cum talia patiuntur, nõ ſo-
lum æquo animo tolerare, ſed ẽt charitate in
Deo gloriari: quid cogitandũ eſt de illa vita,
quæ nobis promittitur, vbi nullã de corpore
moleſtiam ſentiemus? Q̃m non ad hoc reſur
1.Co.15. get corpus iuſtorum, ad ꝙ reſurget corpus
impiorum, ſicut ſcriptum eſt, Omnes reſur-
gemus, ſed non omnes immutabimur. Et ne
quiſquã putet non iuſtis immutationem iſtã
promitti, ſed potius iniuſtis, & eam æſtimet
eſſe pœnalem, ſequitur & dicit, Et mortui re
ſurgẽt incorrupti, & nos immutabimur. Qui
cunq; ergo mali ſunt, ſic ordinati ſunt: quia
& vnuſquiſque ſibi, & omnes inuicem ſibi
nocent. Hoc.n.appetunt ꝙ pernitioſe diligi-
tur, & ꝙ eis facile auferri poteſt, & hoc ſibi
auferunt inuicem, q̃n ſe perſequuntur. Et id-
eo cruciantur quibus auferũtur temporalia,
quia diligunt ea, Illi autem qui auferunt, gau
dent. Sed talis lętitia cęcitas eſt, & ſumma mi
ſeria: ipſa.n.magis implicat animam, & ad
maiora tormenta perducit. Nam gaudet &
piſcis q̃n hamum nõ videns, eſcam deuorat:
M ſed cum piſcator eum adducere cœperit, vi
ſcera eius torquentur primo, deinde ab om-
ni lætitia ſua per ipſam eſcam, de qua lętatus
eſt, ad cõſumptionẽ trahitur. Sic ſunt omnes,
qui de bonis temporalibus beatos ſe eſſe pu-
tant: hamum.n.acceperunt: & cũ illo ſibi va-
gantur. Veniet tps, vt ſentiant quanta tormen
ta cum auiditate deuorauerint. Et ideo bo-
nis nihil nocent, quia hoc eis auferunt, quod

non diligunt: nam ꝙ diligunt, & vnde beati
ſunt, auferre illis nemo poteſt. Cruciatus ve-
ro corporis malas animas miſerabiliter affli
git, * bonos aũt fortiter purgat. Sic fit vt & Al.l.bonas.
malus homo & malus angelus diuinæ proui
dentiæ militent, ſed neſciunt quid boni de il
lis operetur Deus. Non itaq; pro meritis of- A
ficij, ſed pro meritis malitiæ ſtipendiantur.
Sed vt hæ animæ quæ habent voluntatem no
cendi & rationem cogitandi, ſub diuinis legi Omnia diuina prouidentia gubernari. c.8.
bus ordinatæ ſunt, ne aliquid iniuſtum quiſ-
que patiatur, ita & omnia animalia & corpo
ralia in genere ſuo & ordine ſuo diuinæ pro
uidentiæ legibus ſubdita adminiſtrantur. Id- Mat.10.
eo dñs dicit, Nonne duo paſſeres aſſe ve-
neunt & vnus eorum nõ cadit ſuper terram,
ſine voluntate patris veſtri? Hoc.n.dixit, vo-
lens oſtendere quicquid viliſsimũ homines
putant, omnipotentia dñi gubernari. Sic.n. Matt.6.
& volatilia cœli ab eo paſci, & lilia agri ab Mat.10.
eo veſtiri, veritas loquitur * quæ capillos ẽt Al.l.quũ
noſtros numeratos eſſe dicit. Sed q̃m mun-
das animas rationales per ſe ipſe Deus cu-
rat, ſiue in optimis & magnis angelis, ſiue in
hominibus tota ſibi voluntate ſeruientibus,
cętera vero per ipſos gubernat veriſsime di-
ci potuit ẽt illud ab Apoſtolo. Non.n.de bo- 1.Cor.9.
bus cura eſt Deo, In ſcripturis.n.ſanctis Deus
homines docet, qũo cum hominibus agant,
& ipſi Deo ſeruiãt: qũo aũt agant cum peco-
ribus ſuis, ipſi ſciunt, i.qũo ſalutem pecorũ
ſuorum gubernent vſu & peritia & ratione
naturali: quæ quidem omnia de magnis ſui
creatoris operibus acceperunt. Qui ergo po
teſt intelligere qũo vniuerſæ creaturæ condi
tor Deus gubernet eam per animas ſanctas,
quæ * myſteria eius ſunt in cęlis & in terris, Al.l.miniſterio.
quia & ipſæ ſanctæ animæ ab ipſo factæ ſũt,
& in eius creatura primatum tenent: qui er-
go poteſt intelligere, intelligat, & intret in B
gaudium dñi ſui. Si autem hoc non poſſu-
mus, quandiu ſumus in corpore, & peregri- Mat.25.
namur à dño, guſtemus ſaltem quã ſuauis eſt Hortatio ad diligendũ Deũ.
dñs, qui dedit nobis pignus ſpiritum, in quo
ſentiamus eius dulcedinẽ, & deſideremus ip- Cap.9.
ſum vitæ fontẽ, vbi ſobria ebrietate inunde- 1.Cor.5.
mur & irrigemur ſicut lignum, ꝙ plãtatũ eſt Pſal.33.
ſecus decurſus aquarũ, & dat fructũ in tẽpo- 2.Cor.1. & 5.
re ſuo, & folia eius non decident. Dicit.n.ſpi
ritusſanctus, Filij aũt hominum in tegmine Pſal.1.
alarum tuarum ſperabunt: Inebriabuntur ab Pſal.35.
vbertate

vbertate domus tuę, & torrente voluptatis tuæ potabis eos: Quoniam apud te est fons vitę. Talis ebrietas nō euertit mentē, sed tñ rapit sursum, & obliuionē p̄stat omniū terrenorū, Sed si possumus toto affectu iam dicere, quēadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarū, ita desiderat anima mea ad te Deus. A Quod si forte adhuc propter ęgritudines animæ, quas de seculi amore cōcepit, nec gustare sumus idonei q̄ dulcis est dominus vel credamus diuinæ authoritati, quā voluit esse in scripturis sanctis de filio suo, qui factus est ei ex semine Dauid scd̄m carnē, sicut A- B postolus loquitur: Omnia.n. per ipsum facta sunt, sicut in Euāgelio scriptū est, & sine ipso factū est nihil. Qui nr̄ę * ambecillitati misertus est, q̄ imbecillitatē nō ei⁹ opere, sed nostra volūtate meruimus: nā Deus hominē inexterminabilē fecit, & ei liberū voluntatis arbitriū dedit. Nō.n. esset optimus, si Dei pręceptis necesitate nō volūtate seruiret. Facile est oīno, quantū existimo, quod intelligere nolunt, qui catholicā * deserūt fidē, & Christiani vocari volūt: nā si nobiscū fatētur natutā nostrā nō posse sanari, nisi rectē faciēdo; fateantur eā nō infirmari, nisi peccando. Et ideo nō est credendū animam nostrā hoc esse quod Deus est; quia si hoc esset, nec sua voluntate, nec aliqua necesitate in deterius mutaretur, qm̄ omnimō incōmutabilis intelligitur Deus: sed ab eis qui nō in contentione & ęmulatione & vanæ gloriæ cupiditate amāt loqui quod nesciūt, sed humilitate Christiana sentiūt de domino, & in bonitate & in simplicitate cordis quærūt eum. Hanc ergo imbecillitatē nostram suscipere dignatus est filius Dei, & verbū caro factū est, & habitauit in nobis: non quia æternitas illa mutabilē creaturā mutabilibus hominū oculis ostenC dit, quā incōmutabili maiestate suscepit. Sūt aūt stulti qui dicunt, Non poterat aliter sapientia Dei hoīes liberare, nisi susciperet hominē, & nasceret̄ ex fęmina, & à peccatoribus omnia illa pateretur: Quibus dicimus. Poterat omnino, sed si aliter faceret, similiter vestrę stultitię displiceret. Si enim nō appareret oculis peccatorum, lumen eius vtique æternū, quod per interiores oculos videtur, inquinatis mētibus videri nō posset. Nūc aūt quia visibiliter nos cōmonere dignatus est, vt ad inuisibilia p̄pararet, displicet auaris, q͡a nō aureū corpus habuit: displicet impudicis q͡a ex fęmina natus est. Multū.n. oderūt impudici, ꝙ cōcipiūt & pariūt fęminę: displicet superbis ꝙ cōtumelias patiētissime pertulit: displicet delicatis, q͡a cruciatus est. displicet tumidis, q͡a mortuus est. Et vt nō vitia sua videātur defendere, nō in homine dicunt sibi hoc displicere, sed in filio Dei. Nō.n. intelligūt quid sit ęternitas Dei q̄ hominē assumpsit & quid ipsa humana creatura, q̄ mutationibus suis in pristinā firmitatē reuocabat̄, vt disceremus, docente ipso dn̄o, infirmitates, quas peccando collegimus: rectē faciendo D posse sanari. Ostendebatur.n. nobis ad quā fragilitatē hō sua culpa peruenerit, & ex qua fragilitate diuino auxilio liberaretur. Itaque filius Dei hominē assumpsit, & in illo humana perpessus est. Hæc medicina hominū tāta est, quāta nō pōt cogitari, nā q̄ superbia sanari pōt, si humilitate filij Dei nō sanatur? Quę auaritia sanari pōt, si paupertate filij Dei nō sanatur? Quæ iracūdia sanari pōt, si patiētia filij Dei nō sanatur? Quę impietas sanari pōt, q̄ charitate filij Dei nō sanat̄? Postremo quæ timidas sanari pōt, si resurrectione corporis nō sanatur? Erigat spē suā genus humanū, & recognoscat naturā suā, & videat quātū locū habeat ī operib. Dei. Nolite vosipsos cōtēnere viri, filius Dei virū suscepit. Nolite vosipsas cōtēnere fęminę, filius Dei natus ex fęmina est. Nolite tñ amare carnalia, quia in filio Dei nec masculus nec fęmina sumus. Nolite amare t̄palia, q͡a si bene amarent̄, amaret ea hō quē suscepit fili⁹ Dei. Nolite timere cōtumelias & cruces, & mortē, q͡a si nocerēt hoī, nō ea pateret̄ hō quē suscepit filius Dei. Hęc oīs hortatio, q̄ iā vbiq; p̄dicat̄ vbiq; venerat̄, omnē obediētē animā sanat, nō esset in in rebus humanis, si non essent facta illa omnia E q̄ stultissimis displicent. Quē dignatur imitari vitiosa iactantia, vt ad virtutē percipiendā posit adduci, si erubescit imitari eum, de quo dictū est antequā nasceretur, ꝙ filius altissimi vocaretur, & per omnes iam gentes, quod negare nemo potest, filius altissimi vocatur? Si multum de nobis sentimus, dignemur imitari eum qui filius altissimi vocatur. Si parum de nobis sentimus, audeamus imitari piscatores & publicanos, qui eū imitati sunt. O medicinam omnibus consulentē, omnia tumentia comprimentē, omnia tabescen-

*Impudici osores naturæ.*

*Galat. 3.*

*Lucæ. 1.*

tabeſcentia reficientẽ, omnia ſuperflua reſecantẽ, oĩa neceſſaria cuſtodientẽ, omnia perdita raparantẽ, omnia deprauata corrigẽtẽ. Quis iã ſe extollet contra filiũ Dei? Quis de ſe deſperet, ꝓquo tã humilis eſſe voluit fili⁹ Dei? Quis beatã vitã eſſe arbitretur in ijs quę contemnenda eſſe docuit filius Dei? Quibus aduerſitatibus cedat, qui naturã hominis à tãtis perſecutionibus cuſtoditã credit in filio Dei? Quis ſibi eſſe clauſum regnũ cęlorũ putet, qui cognoſcit publicanos & meretrices imitatores eſſe filij Dei? Qua peruerſitate nõ careat, qui facta & dicta intuetur & diligit &

*De effectu humanitatis. c. 12.*

G ſectatur illius hominis, ĩ quo ſe nobis ad exẽplũ vitæ prębuit filius Dei? Itaq; & maſculi & fęminę, & omnis ætas, & omnis huius ſeculi dignitas ad ſpẽ vitæ æternę cõmota eſt. Alij neglectis tẽporalibus bonis conuolant ad diuina. Alij cedunt eorum virtutibus qui hęc faciũt, & laudant quod imitari non audent. Pauci autẽ adhuc murmurant, & inani liuore torquentur: aut qui ſua quærũt in eccleſia, quamuis videant catholici, aut ex ipſo Chriſti noĩe gloriã q̃rẽtes, heretici: aut peccatũ impietatis ſuæ defendere cupientes, Iudęi: aut curioſitatẽ * vanæ licentię perdere timẽtes, Pagani. Sed eccleſia catholica ꝑ totũ orbẽ lõge lateq; diffuſa, impetus eorũ prioribus temporibus frãgens, magis magisq; roborata eſt: nõ reſiſtendo, ſed perferẽdo. Nũc vero inſidioſas eorũ quæſtiones fide irridet, diligentia diſcutit, intelligenter diſſoluit criminatores palearũ ſuarũ non curat, quia tẽpus meſſis, & tẽpus arearũ, & tẽpus horreorũ cautè diligenterq; diſtinguit. Criminatotores aũt frumenti ſui, aut errantes corrigit, aut inuidẽtes inter ſpinas & zizania cõputat. Subijciam⁹ ergo animã Deo, ſi volumus ſeruituti ſubijcere corpus noſtrũ, & de diabolo triũphare. Fides eſt prima quæ ſubiugat animã Deo, deinde præcepta viuendi, quibus cuſtoditis ſpes noſtra firmatur, nutritur charitas, & lucere incipit quod antea tantũ-

*Al.l. humanæ.*

*Mat. 3. & 13.*

*De fide & operatione. cap. 13*

H modo credebatur. Cum.n.cogitatio & actio dona ſint Dei, & beatũ hominẽ faciant, ſicut in cognitione cauẽdus ẽ error, ſic in actione cauenda eſt nequitia. Errat aut quiſquis putat veritatẽ ſe poſſe cognoſcere, cũ adhuc nequiter viuat. Nequitia eſt aũt mũdũ iſtũ diligere & ea q̃ naſcũtur & trãſeunt, ꝓ magno habere: & ea cõcupiſcere, & ꝓ his laborare, vt acquirantur: & lętari, cũ abundauerint: & timere, ne pereãt: & cõtriſtari, cũ pereũt. Talis vita nõ põt purã illã & ſyncerã & incõmutabilẽ videre veritatẽ, & inhęrere illi, & in æternũ * nõ moueri. Itaq; priuſquã mens noſtra purgetur, debemus credere quod intelligere nõdũ valemus: q̃m veriſsime dictũ eſt per Prophetã, Niſi credideritis, non intelligetis. Fides in eccleſia breuiſsime traditur, in qua cõmendantur ęterna, q̃ intelligi à carnalibus nõdũ poſſunt: & tẽporalia pręterita & futura, q̃ pro ſalute hominũ geſsit & geſtura eſt æternitas ꝓuidẽtiæ. Credamus ergo in patrẽ & filium & ſpm̃ſanctũ: hęc æterna ſunt & in

*Mens veritatis capax non eſt, niſi vitijs libera.*

*Al.l. iam non mori.*

*Eſa. 7.*

I commutabilia.i. vnus Deus vnius ſubſtantiæ Trinitas æterna Deus: ex quo omnia, per quẽ omnia, in quo omnia. Nec eos audiamus q dicunt patrẽ tantũmodo eſſe, nec habere filium, nec eſſe cũ eo ſpiritũſanctũ: ſed ipſum patrẽ aliq̃n appellari filiũ, aliquãdo ſpiritũſanctũ. Neſciũt enim principatũ, ex quo ſunt omnia: & imaginẽ eius, per quã formantur omnia: & ſanctitatem eius, in qua ordinãtur omnia. Nec eos audiamus, qui indignantur & ſtomachantur, quia non tres Deos colendos dicimus, Neſciũt enim ꝙ ſit vna eadẽq; ſubſtantia, & phãtaſmatibus ſuis illuduntur: quia ſolent videre corporaliter vel animalia tria, vel quæcunq; corpora tria locis ſuis eſſe ſeparata. Sic putãt intelligendã ſubſtantiã Dei: & multũ errant: quoniam ſuperbi ſunt, & non poſſunt diſcere, quia nolunt credere. Nec eos audiamus, qui patrẽ ſolũ verũ Deũ & ſempiternũ eſſe dicũt: filiũ aũt non de ipſo genitũ, ſed ab ipſo factũ de nihilo, & fuiſſe tẽpus q̃n non erat, ſed tamẽ primũ locum tenere in omni creatura: & ſpm̃ſanctũ minoris maieſtatis eſſe q̃ filiũ, & ipſum factũ eſſe poſt filium: & horũ trium diuerſas eſſe ſubſtantias, tanquã aurũ & argentũ & ęramentũ. Neſciũt.n. quid loquantur, & de his rebus quas per oculos carneos videre cõſueuerũt, vanas imagines ad diſputationes ſuas trãſferũt. Quia reuera magnum eſt mẽte conſpi-

K cere generationẽ, q̃ non ſit ex aliquo tempore, ſed æterna eſt: & ipſam charitatẽ & ſanctitatẽ, qua generator & generatus ineffabiliter ſibi copulãtur. Magnũ & difficile eſt hęc mente cõſpicere, etiam ſi pacata & tranquilla ſit, Non põt ergo fieri vt illi hæc videant, q̃ terrenas generationes nimis intuentur,

tur,& ad istas tenebras addunt adhuc fumũ, quẽ sibi contentionibus & certaminib. quotidianis exercitare non cessant: habentes animas carnis affectib. defluentes, tanquã ligna humore saginata, in quib. ignis fumũ solum vomit, & habere flãmas lucidas non potest. Et hoc quidẽ de omnibus hæreticis rectissime dici põt. Credentes ergo incõmutabilem Trinitatẽ, credamus ẽt in dispensationẽ temporalẽ pro salute generis humani esse natũ

L

Deum. Nec eos audiamus, qui filium Dei Iesum Christũ nihil esse aliud q̃ hominem dicũt: sed ita iustũ, vt dignus sit appellari filius Dei. Et hos.n.catholica disciplina misit foras, qm̃ vanæ gloriæ cupiditate decepti, contentiose disputare voluerunt, antequã intelligerent quid sit Dei virtus & Dei sapientia: & in principio verbũ, per ꝙ facta sunt omnia: & quõ verbũ caro factũ est, & habitauit in nobis. Nec eos audiamus, qui non verũ hominẽ suscepisse dicunt filium Dei, neq; natũ esse de fœmina, sed falsam carnẽ & imaginẽ simulatam corporis humani ostendisse vidẽtibus. Nesciunt.n. quõ substantia Dei administrans vniuersam creaturã, inquinari omnino non possit: & tũ prædicant istum visibilẽ Solẽ, radios suos per omnes feces & sordes corporũ spargere, & eos mundos & synceros vbiq; seruare. Si ergo visibilia munda visibilibus immundis contingi possunt, & non inquinari: quanto magis inuisibilis & incõmutabilis veritas per spm̃ animã, & per animã corpus suscipiẽs, toto homine assumpto ab omnib. eũ infirmitatib. nulla sua contaminatione liberauit? Itaq; magnas patiuntur angustias: & cũ timent ꝙ fieri non potest, ne humana carne veritas inquinetur, veritatem dicunt esse mentitã. Et cum ille præceperit, dicens, Sit in ore vestro, est est, non nõ, & Apostolus clamet, Non erat in illo est & non, sed est in illo erat: isti totũ corpus eius falsã carnem fuisse contendunt, vt non sibi videantur imitari Christũ, si non suis auditoribus mentiantur.

M

K

Nec eos audiamus, qui Trinitatem quidẽ in vna æterna substantia confitentur, sed hominẽ ipsum, qui tp̃ali dispensatione susceptus est, audent dicere non habuisse hominis mentẽ, sed solã animã & corpus: hoc est dicere, non fuit homo, sed mẽbra corporis habebat humana. Animã.n.& corpus habent & bestiæ, sed rationẽ non habent, quæ mentis est propria. Sed si execrandi sunt illi, qui eũ negãt humanũ corpus habuisse, ꝙ est infimũ in homine, miror ꝙ isti non erubescunt, qui hoc eũ negant habuisse ꝙ est optimũ in homine. Multum.n.lugenda est mens humana, si vincitur à corpore suo. Siquidẽ in illo homine non reformata est, in quo ipsum corpus humanũ iã dignitatẽ formæ cœlestis accepit. Sed absit vt hoc credamus, ꝙ confixit temeraria cęcitas & superba loquacitas.

A

*Christũ esse sapiẽtiam Dei. Cap. 20.*

Nec eos audiamus, qui sic dicunt ab illa æterna sapientia susceptũ esse hominẽ, qui de virgine natus est, quõ & alij hoĩes ab ea sapientes fiunt, qui perfecte sapientes sunt. Nesciunt.n. propriũ illius hominis sacr̃m, & putant hoc solũ eum amplius habuisse inter cęteros beatissimos, ꝙ de virgine natus est. Q̃d ipsum si bene considerent, fortassis credant ideo illũ hoc præter cęteros meruisse, ꝙ aliquid proprium præter cęteros habet ẽt ipsa susceptio. Aliud est.n.sapientem tm̃ fieri per sapientiam Dei, & aliud est ipsam personam sustinere sapientiæ Dei: quamuis.n.eadẽ natura sit corporis ecclesiæ, multum tñ distare inter caput & membra cętera quis non intelligat? Si.n.ecclesiæ caput est homo ille, cuius susceptione verbũ caro factum est, & habitauit in nobis, mẽbra cętera sunt omnes sancti, quib. perficitur & cõpletur ecclesia.

*Ioan. 1.*

Quõ ergo anima totũ corpus nostrũ animat & viuificat, sed in capite & videndo sentit, & audiendo & odorando & gustando & tangendo, in cęteris aũt membris tangendo tm̃: & ideo capiti cuncta subiecta sunt ad operandum, illud aũt supra collocatum est ad consulendũ, quia ipsius animæ quæ consulit corpori, quodãmodo personam sustinet caput, ibi.n.omnes sensus apparẽt. Sic vniuerso populo sanctorũ tãquam vni corpori caput est mediator Dei & hominũ, homo Christus Iesus.

*1. Tim. 2*

*Ioan. 1.*

Et propterea sapientia Dei & verbum in principio, per ꝙ facta sunt omnia, non sic assumpsit illũ hominẽ vt cęteros sanctos, sed multo excellentius, multoq; sublimius:*qm̃ ipsum solũ assumi oportuit, in quo sapientia Dei patris hominib. appareret, sicut eam visibiliter decebat ostendi.

*Al.l. quõ*

B

Quapp aliter sunt sapientes cęteri homines, quicunq; sunt vel esse potuerunt vel poterunt: & aliter ille vnus mediator Dei & hominũ, homo Christus Iesus: qui sapientiæ ipsius, per quam sapientes fiunt

fiunt quicunque homines, non solū beneficium habet, sed ēt personam gerit. De cęteris. n. sapientibus & spiritalibus animis recte dici pōt, ꝙ habeāt in se verbū Dei per quod facta sunt omnia: sed in nullo eorum recte dici pōt, ꝙ verbum caro factum est, & habitauit in nobis, ꝙ in solo dño nostro Iesu Christo rectissime dr̄. Nec eos audiamus, qui solum corpus humanum susceptū esse dicunt à verbo Dei, & sic audiunt ꝙ dictum est, Et verbum caro factū est, vt negent illum hominē vel animā vel aliquid hominis habuisse, nisi carnem solam. Errant. n. multū, nec intelligunt ideo carnem solam nominatam esse in eo ꝙ dictum est, Verbum caro factū est, quia hominum oculis propter quos facta est illa susceptio, caro sola potuit apparere. Nā si absurdū est & valde indignum, vt humanū spiritum homo ille non habuerit sicut superius tractauimus: quanto magis absurdum & indignū est, vt nec spiritum nec animam habuerit: sed hoc solum habuerit, ꝙ etiā in pecorib. vilius est, & extremius, i. corpus? A nostra ergo fide ēt ista impietas excludatur, totumq; hominem atq; perfectū à verbo Dei susceptū esse credamus. Nec eos audiamus, qui tale corpus dñm nostrū habuisse dicunt, quale apparuit in columba, quam vidit Ioannes baptista descendentem de cęlo & manentem super eum in signo spiritussancti. Ita. n. persuadere conantur filium Dei natū non esse de fęmina. Quia si carnalibus oculis eum oportebat ostendi, potuit, inquiunt, sic assumere corpus quō spiritussanctus. Non. n. & columba illa de ouo nata est, aiunt: & tñ humanis oculis potuit apparere. Quibus primū illud respondendum est, ꝙ ibi legimus in specie columbæ apparuisse Ioanni spiritumsanctum, vbi legimus ēt Christum natū esse de fęmina, & non oportet in parte credere Euāgelio, & in parte non credere. Vnde. n. credis in columbæ specie demōstratum esse spiritumsanctum, nisi quia in Euangelio legisti? Ergo & ego inde credo Christum natum de virgine esse, quia in Euangelio legi. Quare aūt spiritussanctus nō est natus de columba, quemadmodū Christus de fęmina? Illa causa est, quia non colūbas liberare venerat spiritussanctus, sed hominibus significare innocentiā & amorem spiritalem, ꝙ in columbæ specie visibiliter figuratum est. Dñs aūt Iesus

*Christū non solū corpus habuisse hominis. Cap. 21. Ioan. 1.*

*Corpus Christi non fuisse imaginariū. c. 22.*

C

D

Christus qui venerat ad homines liberādos, in quibus & mares & fęminæ pertinent ad salutem: nec mares fastidiuit quia marē suscepit: nec fęminas, q̃a de fęmina natus est. Huc accedit magnum sacr̄m, vt qm̄ per fęminam nobis mors acciderat, vita nobis per fœminam nasceretur: vt de vtraq; natura, i. fęmina * & masculina victus diabolus cruciaretur, qm̄ de ambarū subuersione lætabatur: cui parum fuerat ad pęnā si ambæ naturæ in nobis liberarentur, nisi ēt per ambas liberaremur. Neq; hoc ita dicimus, vt dñm Iesum Christum dicamus solū verum corpus habuisse: spm̄sanctum aūt fallaciter apparuisse oculis hominū, sed ambo illa corpora, vera corpora credimus. Sicut. n. non oportebat vt homines falleret filius Dei, sic non decebat vt homines falleret spiritussanctus. Sed omnipotēti Deo qui vniuersam creaturam de nihilo fabricauit, non erat difficile verū corpus columbæ sine aliarū columbarū ministerio figurare, sicut ei non fuit difficile verū corpus in vtero Mariæ sine virili semine fabricare: cum natura corporea & in visceribus fęminæ ad formandum hominem, & in ipso mundo ad formandā columbam imperio dñi voluntatiq; seruiret. Sed stulti homines & miseri, quod aut ipsi facere non possunt, aut in vita sua nunquā viderunt, ēt ab omnipotenti Deo fieri potuisse non credunt. Nec eos audiamus, qui propterea volunt cogere, vt inter creaturas filiū Dei numeremus, quia passus est. Dicunt. n. Si passus est, mutabilis est: & si mutabilis est, creatura est, quia Dei substantia non potest immutari. Cum quibus ēt nos dicimus, & Dei substantiā cōmutari non posse, & creaturam esse mutabilē. Sed aliud est esse creaturam, & aliud suscipere creaturam. Filius ergo vnigenitus Dei, qui est virtus & sapientia Dei, & verbū per ꝙ facta sunt omnia, quia immutari non pōt omnino, suscepit humanā creaturam, quā lapsam erigere, atq; inueteratā renouare dignatus est. Nec in ea per passionem ipse in deterius commutatus est, sed eam potius per resurrectionem in melius cōmutauit. Nec propterea verbū patris, i. vnicum Dei filium, per quem facta sūt omnia, negandum est natum & passum esse pro nobis. Et martyres enim passos dicimus, & mortuos propter regna cęlorum, nec tñ in ea passione & morte animæ eorū occisæ

sunt.

E

** Alias mutata.*

*Filium Dei passum non fuisse mutabilē. Cap. 23.*

F

*1. Cor. 1. Ioan. 1.*

ſunt. Dicit enim Nolite timere eos qui cor-
.10. pus occidunt, animæ aũt nihil poſſunt face-
re. Sicut ergo martyres paſſos & mortuos di
cimus in corporibus quæ portabant, ſine a-
nimarũ interfectione vel morte: ſic filiũ Dei
paſſum & mortuũ dicimus in homine quem
portabat, ſine diuinitatis aliqua cõmutatione
E vel morte. Nec eos audiam⁹ q negãt tale cor
...orpus pus domini reſurrexiſſe quale poſitum eſt in
...per monumento . Si enim tale nõ fuiſſet, nõ ipſe
...iſſe dixiſſet poſt reſurrectionẽ diſcipulis, Palpa-
24. te & videte, qm̃ ſpiritus oſſa & carnẽ nõ ha-
24. bet ſicut me videtis habere, Sacrilegũ eſt.n.
credere dñm noſtrũ cũ ipſe ſit veritas, in ali-
14. quo fuiſſe mẽtitũ. Nec nos moueat ꝙ clauſis
20. oſtijs ſubito eũ aparuiſſe diſcipulis ſcriptũ
eſt, vt ꝓpterea negemus illud fuiſſe corpus
F humanũ, quia contra naturã huius corporis
videmus illud ꝑ clauſa oſtia intrare. Omnia
enim poſsibilia ſunt Deo, nã & ambulare ſu
per aquas contra naturã huius corporis eſ-
ſe manifeſtũ eſt, & tamen non ſolũ ipſe dñs
.14. ante paſsionẽ ambulauit, ſed etiam Petrũ am
bulare fecit. Ita ergo & poſt reſurrectionem
.17. ſuã de corpore ſuo fecit quod voluit. Si.n.
potuit ante paſsionem clarificare illud ſicut
ſplendorẽ ſolis, quare nõ potuit & poſt paſ-
ſionẽ ad quantã vellet ſubtilitatẽ in tempo-
ris momẽto redigere, vt per clauſa oſtia poſ
...orpus ſet intrare? Nec eos audiamus, qui negant ip
...atum ſum corpus ſecum leuaſſe in cælum dñm no
...elum ſtrum, & commemorant in Euangelio quod
25. ſcriptũ eſt, Nemo aſcendit in cælum, niſi qui
3. de cælo deſcendit: & dicunt, quia corpus nõ
16. deſcendit de cælo, nõ potuiſſe aſcendere in
1. cælũ. Non enim intelligunt, qm̃ corpus non
aſcendit in cælũ. Dñs enim aſcendit, corpus
autẽ non aſcendit, ſed leuatũ eſt in cælũ, il-
lo leuante qui aſcendit. Si enim quiſq; deſcẽ
dat, verbi gratia, de monte nudus, cum autẽ
deſcenderit, ueſtiat ſe, & veſtitu iterum aſcẽ-
G dat, recte vtiq; dicimus, Nemo aſcendit, ni-
ſi qui deſcendit: nec veſtem conſideramus q̃
ſecũ leuauit, ſed ipſum qui veſtitus eſt, ſolũ
dicimus aſcendiſſe. Nec eos audiamus, qui
...riſtus negant ad dexteram patris ſedere filium. Di-
...dexte- cunt enim. Nunquid Deus pater habet latus
...patris. dexterum aut ſiniſtrum ſicuti corpora? Nec
...p. 26. nos hoc de Deo patre ſentimus: nulla enim
...at. 26. forma corporis Deus definitur atq; conclu-
...extera ditur, Sed dextera patris eſt beatitudo perpe-
...tris.
tua, quę ſanctis datur: ſicut ſiniſtra eius rectiſ
ſime dicitur miſeria perpetua, q̃ impijs dat: *Ephe. 2.*
vt nõ in ipſo Deo, ſed in creaturis hoc mõ,
quo diximus intelligatur dextera & ſiniſtra:
quia & corpus Chriſti quod eſt eccleſia, in
ipſa dextera, hoc eſt in ipſa beatitudine fu-
turum eſt, ſicut Apoſtolus dicit, quia & ſi-
mul nos ſuſcitauit, & ſimul nos ſedere fe-
cit in cœleſtibus. Quamuis enim corpus no- *Ioan. 21.*
ſtrum nondum ibi ſit, tamen ſpes noſtra iam
ibi eſt. Propterea & ipſe dominus poſt re-
ſurrectionẽ ſuã iuſsit diſcipulis, quos piſcan
tes inuenit, vt in dexteram partem mitterẽt H
retia. Quod cũ feciſſent cęperũt piſces, qui
omnes magni erãt: & oẽs iuſtos ſignificabãt,
quibus dextera promittitur. Hoc ſignificabat
ꝙ ẽt iudicio dixit ſe agnos ad dexterã, hœ-
dos aũt ad ſiniſtrã eſſe poſiturũ. Nec eos au-
diamus, qui negant diẽ iudicij futurũ, & cõ- *Mat. 25.*
memorant, ꝙ in Euangelio ſcriptũ eſt, eũ q *Iudiciũ.*
credit in Chriſtũ nõ iudicari: qui aũt nõ cre- *futurũ.*
dit in illũ, iudicatũ eſſe. Dicunt.n. Si & ille q *cap. 27.*
credit, nõ veniet in iudiciũ: & ille qui nõ cre *Ioan. 3.*
dit, iã iudicatus eſt, vbi sũt quos iudicaturus
eſt in die iudicij? Nõ intelligũt ſic loqui ſcri- *Ephe. 2.*
pturas: vt pręteritum tempus pro futuro tem
pore inſinuent: ſicut ſupra diximus, quod
Apoſtolus dixit de nobis, ꝙ ſimul nos ſede-
re fecit in cęleſtibus, nõdũ factũ eſt: ſed quia
certũ eſt futurum, ita dictũ eſt quaſi iam fa-
ctũ ſit: ſicut & ipſe dominus diſcipulis dixit,
Omnia quæ audiui à patre meo nota feci vo *Ioan. 15.*
bis. Et paulo poſt dicit. Multa habeo vobis di *Ioan. 16.*
cere, ſed nõ poteſtis illa portare modo. Quo
modo ergo dixerat: Omnia quæ audiui à pa
tre meo, nota feci vobis: niſi quia illud quod
per ſpiritum ſanctũ certiſsime facturus erat
quaſi iam feciſſet locutus eſt? Sic ergo cum
audimus, Qui credit in Chriſtũ, non veniet *Ioan. 3.*
in iudicium: intelligamus quia nõ veniet ad *Rom. 14.*
damnationẽ. Dicitur enim iudiciũ pro dãna
tione, ſicut dicit Apoſtolus, Qui non mandu I
cat, manducantẽ nõ iudicet, ideſt non de illo
male exiſtimet. Et dominus dicit, Nolite iudi *Matt. 7.*
care, ne iudicetur de vobis. Non enim tollit
nobis intelligentiam iudicandi, cum & Pro- *Psal. 57.*
pheta dicat, Si vere iuſtitiam diligitis, recte *Ioan. 7.*
iudicate filij hominũ. Et ipſe dominus dicat,
Nolite iudicare perſonaliter, ſed iuſtum iu-
diciũ iudicate. Sed illo loco vbi vetat, iudi-
care, illud admonet, ne damnemus aliquem
cuius

cuius vel cogitatio nobis non est aperta, vel nescimus qualis postea sit futurus. Sic ergo cũ dixit ad iudiciũ non veniet: hoc dixit quia non veniet ad damnationem. Qui aũt nõ credit iam iudicatus est: hoc dixit quia iã dãnatus est præscientia Dei, qui nouit quid immineat non credẽtibus. Nec eos audiamus, qui dicunt spiritum sanctũ, quẽ in Euangelio dñs promisit discipulis, aut in Paulo Apostolo venisse, aut in Montano & Priscilla, sicut Cataphryges dicũt, aut ĩ nescio quo Manite vel Manicheo, sicut Manichei dicunt. Tam.n.cęci sunt isti, vt scripturas manifestas non intelligant, aut tã negligentes salutis suæ, vt omnino non legant. Quis.n.cũ legerit, non intelligit, vel in Euangelio quod post dñi resurrectionẽ scriptum est, dicente dño, ego mittã promissum patris mei in vos, vos aũt sedete hic in ciuitate, quousq: induamini virtute ab alto? Et in Actibus Apostolorũ, postea quam dñs abscescit à discipulorũ oculis in cęlum, decẽ diebus peractis, die Pentecostes, nõ attendunt apertissime venisse spiritum sanctũ: & cum essent illi ĩ ciuitate sicut eos ante monuerat impleuisse illos, ita vt loquerentur varijs linguis. Nam diuersę nationes q̃ tũc aderãt, vnusquisq; audientiũ suam linguam intelligebant. Sed isti homines decipiunt eos qui negligentes sũnt in catholica fide, & ipsam fidẽ suam q̃ in scripturis manifesta est, nolunt discere, & quod est grauius & multũ dolendum, cum in catholica fide negligenter versentur, hęreticis diligenter aures accõmodãt. Nec eos audiamus, qui sanctã Ecclesiam, q̃ vna catholica est, negant ꝑ orbem esse diffusam, sed in parte Donati pollere arbitrantur, Ita surdi sunt aduersus Prophetã dicentem, Filius meus es tu, ego hodie genui te: postula à me, & dabo tibi gentes hęreditatẽ tuam, & possessionẽ tuam terminos terrę. Et alia multa siue in veteris siue in noui testamẽti libris, quæ scripta sunt, vt apertissime declarẽt Ecclesiam Christi per orbem terræ esse diffusam. Quod cũ eis obijcimus dicunt iam ista omnia fuisse completa, antequam esset pars Donati, sed postea totam Ecclesiã perijsse, & in sola Donati parte reliquias eius remansisse contendunt. O linguam superbã & nephariam: vec vere sic viuerent, vt vel inter se pacem postea custodirent. Nunc autem non attendunt iam in ipso Donato completum esse quod dictũ est, In qua mensura mẽsi fueritis, in ea remetietur vobis. Sicut enim Christũ diuidere conatus est, sic ipse à suis quotidiana concisione diuiditur. Ad hoc ẽt pertinet illud quod dñs dicit. Qui.n. gladio percusserit, gladio morietur. Gladius.n. illo loco, siquidẽ in malo positus est, discordiosam linguam significat, qua tunc ille infęlix Ecclesiã percusit, sed non occidit. Non aũt dixit dñs, q̃ occiderit gladio, gladio morietur, sed qui gladio vsus fuerit, inquit, gladio morietur. Ergo ille percusit Ecclesiam lingua litigiosa, qua nunc ipse cõciditur, vt omnino dispereat atq; moriatur. Et tñ illud tũc Apostolus Petrus, non superbia sua, sed quãuis carnalis, tamẽ amore dñi fecerat. Itaque admonitus recõdit gladiũ: iste aũt nec victus hoc fecit. Siquidẽ hoc Episcopo Cęciliano causam cum diceret, audientibus Episcopis Romę, quos petiuerat, nihil eorum quæ intenderat potuit probare: & sic remansit in schismate, vt suo gladio moreretur. Populus aũt ipsius, qñ non audit Prophetas & Euangeliũ, in quibus apertissime scriptũ est, Ecclesiam Christi per omnes gentes esse diffusam, & audit schismaticos, nõ Dei gloriã q̃rentes sed suã, satis significat seruũ se esse nõ liberũ, & aurẽ dexteram se habere pręcisã. Petrus.n. errãs in amore dñi, seruo non libero aurẽ dexterã præcidit, Ex quo significat eos qui gladio schismatis feriuntur, seruos esse carnaliũ desideriorũ, nondũ eductos in libertatẽ spiritussancti, vt iam non confidant in homine: & nõ audire quod dextrum est.i. dñi gloriã ꝑ catholicã Ecclesiã latissime ꝑuagatã, & audire sinistrũ humanæ inflationis errorẽ. Sed tamen cũ dñs dicat in Euangelio cum per omnes gentes Euangeliũ fuerit prędicatũ, tunc finem esse venturũ, quõ isti dicunt, ꝙ iã cęterę omnes gentes ceciderant à fide, & in sola parte Donati remansit Ecclesia, cũ manifestũ sit ex quo ista pars ab vnitale præcisa est, nonnullas gentes postea credidisse: & adhuc esse aliquas, q̃ nondũ crediderunt, quibus quotidie non cessatur Euangeliũ prædicari? Quis non miretur esse aliquẽ, qui se Christianũ dici velit, & aduersus Christi gloriam tanta impietate rapiatur, vt audeat dicere oẽs populos gentiũ, qui modo adhuc accedunt Ecclesię Dei, & in Dei filiũ festinãter credũt, inaniter facere, quia nõ eos

Ioan. 3. Spũssanctus. Cap. 28. Ioan. 14. Acto. 9. — K — Lucæ. 24 Acto. 1. & 2. — Ecclesia Catholica. c. 29. — Psal. 2. — L — Matt. 7 — Mat. 26 — M — A

eos aliquis Donatista baptizat? Sine dubio
ista execrarẽt hoĩes,& eos sine dilatione re-
linquerent,si Christum quærerẽt, si Ecclesiã
diligerent,si liberi essent, si aurem dexteram
integrã retinerent.Nec eos audiamus,q quã
uis neminem rebaptizent,præcidere se tñ ab
vnitate,& Luciferiani magis dici q̃ catholici
30. maluerunt. In eo. n. ꝙ intelligunt baptisma
Christi non esse repetendũ,recte faciunt,sen
tiunt.n.sacr̃m sancti lauacri nusquã esse, nisi
ex catholica Ecclesia,sed eam formã secum
hr̃e sarmenta præcisa,q̃ in ipsa vnitate anteq̃
B præciderent,acceperant.Hi sunt.n. de quib.
3. Apostolus dicit,habentes speciẽ pietatis, vir
tutem aũt eius abnegantes.Est.n. magna vir-
tus pietatis,pax & vnitas , qa vnus est Deus,
hãc illi non habẽt, qa præcisi ab vnitate sũt:
Itaque si qui ex ipsis ad catholicam veniunt,
non iterant speciem pietatis quã habent, sed
11. accipiũt virtutem pietatis quã non habent.
Nã & amputatos ramos denuo posse inseri,
si non permanserint in incredulitate,apertis-
sime Apostolo docet . Quod cũ Luciferiani
intelligunt, & nõ rebaptizant , nõ improba-
mus:Sed ꝙ ẽt ipsi pręcidi à radice voluerũt,
qs non detestandum esse cognoscat? Et ideo
maxime,qa hoc eis displicuit in Ecclesia ca
tholica, quod vere catholicæ sanctitatis est.
Nusquam. n.tam vigere debent viscera mise
ricordiæ, q̃ in catholica Ecclesia , vt tanquã
vera mater nec peccantib.filiis superbe insul
tet,nec correctis difficile ignoscat.Non.n.si-
ne cã inter omnes Apostolos huius Ecclesiæ
catholicæ personam sustinet Petrus, huic.n.
16. Ecclesię claues regni cœlorum datæ sunt cũ
11. Petro datæ sunt. Et cum ei dr̃ , ad omnes dr̃,
Amas me, pasce oues meas . Debet ergo Ec-
clesia catholica correctis, & pietate firmatis
A 14. filiis libenter ignoscere,cum ipsi Petro pso-
26 nam eius gestanti,& cum in mari titubasset,
& cũ dñm carnaliter à passione reuocasset,
& cum aurem serui gladio præcidisset,& cũ
2. ipsum dñm ter negasset,& cum in simulatio
nem postea superstitiosam lapsus esset, videa
mus veniam esse concessam , eumq; corre-
C ctum atq; firmatum vsq; ad dñicę passionis
gloriam peruenisse . Itaq; post persecutionẽ
quæ per Arrianos hæreticos facta est , & po
stea q̃ pax,q̃ qdem catholica in dño tenet,ẽt
a principib.seculi reddita est,epi , qui perfi-
diæ Arrianorũ in illa perturbatione consen-
serant, multi correcti , redire in catholicam
delegerunt,damnantes siue qđ crediderant,
siue qđ se credidisse simulauerant . Hos Ec-
clesia catholica materno recipit sinu,tanquã
Petrum post fletum negationis per galli can Mat.28.
tum admonitum,aut tanq̃ eundem post pra- Gala. 2.
uam similitudinẽ Pauli voce correctũ.Hanc
illi matris charitatẽ superbe accipientes , &
impie reprehendẽtes, qa Petro post galli cã
tũ surgenti,nõ gratulati sunt,cũ Lucifero , q
mane oriebat̃,cadere meruerũt.Nec eos au- Esa. 14.
diamus, qui negant Ecclesiam Dei oĩa pec- Remissio,
cata posse dimittere.Itaq; miseri,dũ in Petro peccatorũ
petram non intelligũt, & nolunt credere da D
tas Ecclesiæ claues regni cęlorum,ipsi eas de Cap. 31.
manib. amiserunt . Isti sunt qui viduas si nu- Mat.16.
pserint, tanq̃ adulteras damnant,& super do 1. Tim.5
ctrinam Apostolicã se prædicant esse mũdio
res.Qui nomẽ suum si vellent agnoscere,mũ
danos se potius q̃ mundos vocarent. Nolen
tes.n.si peccauerint corrigi , nihil aliud dele
gerunt,nisi cum hoc mundo damnari.Nam
qb veniam peccatorũm negant,non eos ali-
qua sanitate custodiunt,sed ægris subtrahunt
medicinam,& viduas suas vri cogunt , quas
nubere non permittunt.Non. n. prudẽtiores
habendi sunt,q̃ Paulus Apostolus,qui ait,Ma 1.Co.7.
lo eas nubere q̃ vri. Nec eos audiamus , qui Resurre-
carnis resurrectionem futurã negant, & cõ ctio car-
memorãt qđ ait Apostolus, Caro & sanguis nis.c.32.
regnum Dei non possidebunt , Non intelli- 1. Co. 5.
gentes qđ ipse dicit Apostolus. Oportet cor
ruptibile hoc induere incorruptionem , &
mortale hoc induere immortalitatem. Cum
enim hoc factum fuerit, iam nõ erit caro &
sanguis,sed cęleste corpus.Quod & dñs pro
mittit cum dicit,Neq; nubent , neq; vxores Mat.22.
ducent, sed erunt æquales angelis Dei . Non 1.Co.15.
enim iam hominib.sed Deo viuent,cũ æqua
les angelis facti fuerint . Immutabitur ergo
caro & sanguis,& fiet corpus cœleste & an-
gelicum. Et mortui.n.resurgent incorrupti,
& nos immutabimur, vt & illud verum sit,
ꝙ resurget caro , & illud verũ sit , ꝙ & caro
& sanguis regnum Dei non possidebunt. E
Ista fidei simplicitate & synceritate lactati Fidei sim
nutriamur in Christo , & cum paruuli su- plicitas.
mus,maiorum cibos non appetamus,sed nu Cap. 32.
trimentis saluberrimis crescamus in Chri- 1.Co.15.
sto,accidentibus bonis moribus & Christia
na iustitia , quæ est charitas Dei & proximi

perfecta & firmata, vt vnusquisque nostrum de diabolo inimico & angelis eius triũphet in semetipso Christo quẽ induit, quia perfecta caritas, nec cupiditatem hẽt seculi, nec timorem seculi, i. nec cupiditatem vt acquirat res tpales, nec timorẽ ne amittat res tpales. Per quas duas ianuas intrat & regnat inimicus, qui primo Dei timore, deinde charitate pellendus est. Debemus itaque tanto auidius appetere apertissimã & euidentissimam cognitionem veritatis, quanto nos vidimus in charitate ꝓficere, & in eius simplicitate cor habere mundatum, quia ipso interiore oculo vr̃ veritas. Beati. n. mundo corde, inquit, quia ipsi Deum videbunt. Vt in charitate radicati & fundati præualeamus comprehendere cum omnib. sanctis quæ sit latitudo & altitudo & longitudo & profundum: Scire etiam supereminentem scientiam charitatis Christi, vt impleamur in omnem plenitudinem Dei, & post ista cũ inuisibili hoste certamina, quoniam volentibus, & amantibus iugum Christi lene est, & sarcina eius leuis, coronam victoriȩ mereamur. Amen.

*Colo. 2. Charitas.* — G *Cognitio, ueritatis. Mat. 5. Ephe. 3.* — *Mat: 11.*

## D. AVRELII AVGVSTINI Liber de opere Monachorum ad Aurelium Episcopum Carthaginensem.

*Quõ defendant ociũ suũ monachi. Cap. I.*



IVssioni tuæ sanctæ frater Aureli, tãto deuotius obtemperare me oportuit, quãto magis mihi qs ex te iusserit, claruit. Dominus noster Iesus Christus habitans in interiori tuo, tibique solicitudinẽ paternæ, & fraternæ charitatis inspirans, vtrum filiis & fratrib. nostris monachis, qui Beato Paulo Apostolo obedire negligunt, dicenti, Qui non vult operari nõ manducet, ꝑmittẽda sit ista licentia, volũtatẽ ac linguam tuam assumens in opus suũ imperauit mihi ex te, vt hinc ad te aliquid scriberem. Assit itaque etiam mihi ipse quo ita pareã, vt ei me parere ex eius munere ipsa vtilitate fructuosi laboris intelligam. Primum ergo videndum quid dicant illius professionis homines qui operari nolunt. Deinde si eos non recte sentire inuenerimus, ad eorum correctionem q̃d dicendum. Non, inquiunt, de hoc opere corporali, in quo vel agricolæ vel opifices laborant pręcepit hoc Apostolus cũ diceret, Qui nõ vult operari nõ mãducet. Neque. n. Euangelio potuit esse contrarius vbi ait ipse dñs, Iõ dico vobis, ne soliciti sitis animæ vestræ quid mãducetis, neq; corpori vestro q̃d induamini, Nonne aĩa plus est q̃ esca, & corpꝰ q̃ indumentũ? Cõspicite volatilia cœli, qm̃ nõ serũt, neq; metũt, neq; cõgregant in horrea, & pr̃ vester cœlestis pascit illa. Nonne vos magis pluris estis illis? Quis aũt vestrum cogitans, põt adiicere ad staturã suã cubitũ vnum? Et de vestimẽto q̃d soliciti estis? Cõsiderare lilia agri qũo crescunt, non laborant neq; nent, Dico aũt vobis, qm̃ nec Solomõ in omni gloria sua coopertus est sicut vnum ex istis. Si aũt fœnũ agri quod hodie est, cras in clibanum mittiť, Deus sic vestit, quãto magis vos modicæ fidei? Nolite soliciti esse, dicentes, quid manducabimus, aut q̃d bibemꝰ, aut quo operiemur. Hæc. n. oĩa gẽtes inquirunt: Scit aũt pater vester cælestis q̃a his oĩb. indigetis. Quærite aũt primũ regnũ Dei & iustitiã eius, & hæc oĩa apponentur vobis. Nolite ergo soliciti esse in crastinũ, crastinus. n. dies solicitus erit sibiipsi. Sufficit diei malitia sua. Ecce, inquiunt, vbi nos dñs iubet de victu, & tegumento nostro esse securos, Qũo ergo Apostolus sentire aduersus dñm posset, vt nos ꝓciperet ita esse dr̃e solicitos, quid mãducemus & q̃d bibamus, & vnde cooperiamur, vt nos ẽt opificum artib. curis, laborib. oneraret? Quapꝑ in eo quod ait, Qui non vult operari, non mãducet, opera spiritalia, inquiunt, debemus accipere, de quibus alio loco dicit, Vnicuique sicut dominus dedit: Ego plantaui Apollo rigauit, sed Deus incrementum dedit. Et paulo post, Vnusquisque suam mercedem accipiet secundum suũ laborem: Dei. n. sumus cooperarij, Dei agricultura, Dei ædificatio estis: secundum gratiam quæ data est mihi, vt sapiens architectus fundamentum posui. Sicut ergo Apostolus operať plantando, rigando, ædificando, & fundamentum ponendo, ita qui non vult operari, nõ manducet. Quid enim prodest manducare spiritaliter. i. pasci uerbo Dei, si non inde operať aliorum ędificationẽ, sicut illi pigro seruo, quid profuit accipere talentum, & & abscondere, nec operari lucra dominica? An ut ei auferretur in fine, & ipse in exteriores tenebras mitteretur? Sic, inquiunt, &

H — *2. Thes. 3* — *Mat. 6.* — I — *2. Th.* — *1. Cor. 3.* — K — *Mat.*

& nos facimus. Legimus cum fratribus, qui ad nos ab æstu seculi veniũt fatigati, vt apud nos in verbo Dei & in orõnib. psalmis, hymnis, & cãticis spiritalib. requiescant. Alloquimur eos, consolamur, exhortamur ædificantes in eis, si q̃d eorum vitæ pro suo gradu deesse pspicimus. Talia opera si nõ faceremus, periculose à dño alimenta ipsa spiritalia sumeremus. Hoc. n. dicit Apostolus, Qui non vult operari, nõ mãducet. Ita se isti arbitranẽ apostolicæ & euãgelicę obtẽperare sñiæ, cũ & Euangelium credunt de non curanda corporali & t̃pali vitæ huius indigentia
L præcepisse, & Apostolum de cibo & opere spiritali dixisse, Qui non vult operari, non manducet. Nec attendunt, quia si alius diceret dñm qdem in parabolis & in similitudinib. loquẽtẽ de victu & tegumento spiritali monuisse, vt non inde sint soliciti serui eius, sicut dicit,
10. Cum vos attraxerint ad iudicia, nolite cogitare q̃d laquamini. Dabit. n. vobis in illa hora q̃d loquamini. Non. n. vos estis qui loquimini, sed spũs patris vestri qui loquit̃ in vobis. Sermo q̃ppe sapientiæ spiritalis est, de quo illos noluit cogitare, promittens q̃d eis nihil inde solicitis præstaretur: Apostolum autem iam more Apostolico apertius disserentem, & magis proprie q̃ figurate loquentem, sicut multa ac pene omnia sese habent in epistolis Apostolicis, proprie de opere corporali ciboque dixsse, Qui non vult operari, non manducet, redderet illis dubia sñia eorum, nisi cætera dñica verba considerantes, inuenirent aliquid unde probarent eum de uictu & uestitu corporali non locutũ fuisse, cum diceret, Nolite soliciti esse quid manducetis, & q̃d bibatis, & quo uestiamini, velut si aĩo aduerterẽt, quod ait: Hæc. n. omnia gentes inquirunt. Ibi enim ostendit de ipsis corporalibus & temporalibus se dixisse. Ita
K ergo si hoc solũ de hac re dixisset Apostol⁹, Qui nõ vult operari, non manducet, possent hæc uerba in aliam traduci sententiam. Cũ vero multis aliis locis epistolarum suarum
M quid hinc sentiat, apertissime doceat, superfluo conãtur & sibi & cæteris caliginem obducere, vt quod vtiliter illa charitas monet, non solum facere nolint, sed nec intelligere ipsi, aut ab aliis intelligi velint, non timentes quod scriptum est, Noluit intelligere vt bene ageret. Prius ergo demonstrare debemus beatum Apostolum Paulum, opera corporalia seruos Dei operari voluisse, quæ finẽ haberẽt magnam mercedem spiritalem, ad hoc vt ipso victu & tegumẽto à nullo indigerẽt, sed manib. suis hæc sibi procurarent. Deinde ostendere Euangelica illa præcepta, de quib. nonnulli non solum pigritiam, sed etiam arrogantiam fouent, Apostolico præcepto & exemplo non esse contraria. Videamus itaq; vnde adhoc venerit Apostolus, vt diceret, Si quis non vult operari, non manducet, & q̃d deinde contexat, vt ex ipsa circunstantia lectionis appareat declaratã sñia. Denũciam⁹, inq̃t, vobis fratres in nomine dñi nostri Iesu Christi, vt subtrahatis vos ab omni fratre inquiete ambulante, & non secundum traditio tionem q̃ acceperunt à nobis. Ipsi. n. scitis qũo oporteat imitari nos, quia non fuimus inquieti inter vos, neque panẽ ab aliquo gratis manducauimus, sed in labore & fatigatione die ac nocte operantes, ne quem vestrum grauaremus, non quia non habuerimus potestatem, sed vt nosmetipsos formã daremus vobis qua nos imitaremini. Nã & cũ apud uos essemus, hoc vobis præcipiebamus, q̃m si q̃s nõ uult perari, non manducet. Audiuimus. n. quosdã inter vos ambulare inquiete, sed curiose agentes. His autem qui eiusmodi sunt præcipimus & obsecramus in dño Iesu Christo, vt cum silentio operantes panẽ suũ manducent. Quid ad hæc dici potest, q̃nquidem nec cuiq; postea liceret hoc pro voluntate, non pro charitate interpretari, exemplo suo docuit quid præceperit. Illi. n. tanquam Apostolo prædicatori Euãgelij, militi Christi, plantatori vineæ, pastori gregis constituerat dñs vt de Euangelio viueret, & tñ ipse stipendium sibi debitum non exigit, vt se formã daret eis qui exigere indebita cupiebãt, sicut ad Corinthios dicit. Quis militat suis stipendiis vnquam? Quis plantat vineam & de fructu eius non edit? Quis pascit gregem & de lacte gregis non percipit? Ergo quod sibi debebatur noluit accipere, vt exemplo eius coercerentur qui sibi nõ ita * ordinatis in Ecclesia talia deberi arbitrantur. Quid est enim quod ait, Neq; panem gratis ab aliquo manducauimus, sed in labore & fatigatione die ac nocte operantes, ne quẽ vestrum grauaremus, non quia non habuerimus potestatem, sed vt nos formam daremus vobis

*Paulum, manifestè laborem, præcepisse Christianis. Cap. 3.*

*2. The. 3.* A

*2. Co. 9.*

B *a. l. ordinati.* *2. The. 3.*

qua nos imitaremini? Audiant ergo quibus
hoc prçcepit.i.qui non habent hac ptãtem q̃
ille habebat,vt tm̃modo spiritaliter operan-
tes mãducẽt panẽ à corporali labore gratui
tũ,& queẽadmodũ dicit,p̃cipim⁹ & obsecra-
mus in Christo, vt cum silentio operantes
panẽ suum manducent, non disputent cõtra
manifestissima verba Apostoli, quia & hoc
pertinet ad silentium cum quo debent ope-
*Paulum, sñiam suã de laborã do cõprobasse ipso facto.c.4* rantes manducare panẽ suũ. Enucleatius aũt
& diligentius adhuc ista verba considerarẽ
atq; tractarẽ,nisi hrẽm alia loca epistolarum
eius multo manifestiora,q̃b.collatis & ista li
quidius manifestant,& si ista non essent, illa
C sufficerent. Ad Corinthios.n. scribẽs de hac
eadem re,ita dicit. Non sum liber? non sum
*1.Co.9.* Apostolus?Nonne Christum Iesum dñm no
strum vidi?Nõne opus meũ vos istis in dño?
Si aliis non sum Apostolus,verũ vobis tñ sũ.
Signaculum.n. Apostolatus mei vos estis in
dño.Mea defensio ad eos qui me interrogãt
hæc est.Nunquid nõ habemus licentiam mã
ducandi & bibẽdi? Nunquid non habemus
ptãtem sororẽ mulierẽ circunducendi & si-
cut & Cæteri Apostoli & fratres dñi & Ce-
phas? Vide queẽadmodum primum ostendat
q̃d sibi liceat,& iõ liceat,q̃a Apostol⁹ est, in
de.n.cçpit, Nõ sum liber? non sum Aposto-
lus?Et probat se Apostolũ esse, dicens.Nõne
Christum Iesum dñum nostrum vidi? Nõne
opus meũ vos estis in dño? Quo p̃bato ostẽ
dit sibi licere q̃d cæteris Apostolis, i. vt non
operetur manib.suis,sed ex Euangelio viuat,
sicut dñs constituit eis, quod in consequen-
tib.apertissime demonstrauit,ad hoc.n.& fi-
deles mulieres habentes terrenam substantiã
ibant cum eis, & ministrabant de substantia
sua vt nullius indigerent horum quç ad ne-
cessaria vitæ huius pertinẽt. Q̃d btũs Paulus
D licere quidem sibi demõstrat, sicut & cæteri
Apostoli faciebãt,sed ea ptãte se vti noluisse
postea cõmemorat.Hoc q̃dã nõ intelligẽtes,
nõ sororem mulierem,cum ille diceret, Nũ
quid non habemus ptãtem sororem mulierẽ
circunducendi, sed vxorem interpretati sũt.
Fefellit eos verbi Græci ambiguitas q̃. &
*γυνὴ.* vxor & mulier eodem verbo Græce dr̃, quã
quã hoc ita posuerit Apostolus vt falli non
debuerint,quia neque mulierẽ tm̃modo ait,
sed sororem mulierem, neque dicendi sed
circunducendi, veruntñ alios interpretes nõ
fefellit hæc ambiguitas, & mulierem nõ vxo
rem interpretati sunt.Q̃d q̃squis putat nõ po
tuisse ab Apostolis fieri,vt cum eis sanctç cõ
uersationis mulieres circuiret quæcũq; Euã-
gelium p̃dicabant, vt eis de sua substantia mi
nistrarẽt necessaria Euangelium audiãt & co
gnoscant queẽadmodũ hoc ipsius dñi exẽplo
faciebant. Dñs. n.noster more misericordiæ
suæ infirmiorib.compatiens,cum ei possent
angeli ministrare, & loculos habebat quò *Ma.4.*
mitteret pecunia,quæ conferebatur vtique à
bonis fidelib.eorũ victui necessaria, quos lo
culos Iudæ cõmendauit,vt ẽt fures si euitare *Ioan.*
non possemus, tolerare in Ecclesia discere-
mus,ille.n.ea quç mittabant,sicut de illo scri
ptũ est,auferebat. Et mulieres voluit vt se ad E
p̃paranda & ministranda necessaria sequeret
ostendens q̃d Euangelistis & ministris Dei
tanq̃ militib.à plebib.Dei tanq̃ prouinciali-
bus deberet, vt si quis eo quod sibi deberet,
vti nollet, sicut Apostolus Paulus vti noluit
amplius impenderet Ecclesiç non exigendo *Luc.*
stipendium debitum,sed quotidianũ victum
de suis laborib.transigendo. Audierat. n. sta-
bularius,ad quẽ vulnerat⁹ ille perductus est,
Si quid amplius erogaueris, in redeũdo red *Luc.*
dam tibi. Amplius ergo erogabat Apostolus
Paulus, qui suis vt ipse testat stipendiis mili-
tabat. In Euangelio.n.scriptum est, Deinceps
& ipse iter faciebat per ciuitates & castella
prædicans & euangelizans regnũ Dei,& duo *Luc.*
decim cũ illo, & mulieres aliquæ quæ erant
curatæ à spiritib. malignis & infirmitatibus,
Maria quæ vocabatur Magdalena,de qua dæ
monia septem * eiecerat,& Ioãna vxor Chu *a.l.*
zæ procuratoris Herodis, & Susanna,& aliç
multæ quæ ministrabant eis de facultatibus
suis. Hoc exemplum dñi imitabantur Apo-
stoli accipiendum sibi debitum cibum, de
quo idem dñs apertissime loquitur, Euntes, F
inquit prædicate dicentes, quia appropin- *Mat.*
quauit regnum cœlorum. Infirmos curate, *Luc.*
mortuos suscitate,leprosos mundate, dçmo
nia eiicite.Gratis accepistis, gratis date. No-
lite possidere aurũ,neq; argentũ,neq; pecu-
niam in zonis vestris,neq; perã in via neque
duas tunicas, neq; calciamẽta, neq; virgam,
dignus est enim operarius cibo suo.Ecce vbi
constituit dominus quod idem Apostolus
commemorat. Ad hoc enim dixit illa omnia
ne portarent, vt vbi opus esset, ab eis acci-
perent

perent quibus annunciabāt regnum Dei. Ne
quis aūt arbitreť solis duodecim hoc fuisse
permissum, vide ēt quid Lucas narret. Post
hæc, inquit, designauit dn̄s & alios septuagin
taduos, & misit illos binos ante faciem suam
in oēm ciuitatem & locū quo erat ipse vētu
rus. Et dicebat illis, Messis q̃dem multa, ope-
rarij aūt pauci. Rogate ergo dn̄m messis, vt
mittat operarios ī messem suā. Ite, Ecce ego
mitto vos sicut agnos inter lupos. Nolite por
tare sacculū neq; perā neq; calciamenta, &
neminē per viā salutaueritis. In quancūq; do
mū intraueritis, primū dicite, Pax huic do-
mui, & si ibi fuerit filius pacis requiescet sup
illam pax vestra, sinautē, ad vos reuertereť. In
eadē aūt domo manete, edentes & bibentes,
q̄ apud illos sunt dignus est. n. operarius mer G
cede sua. Hic apparet nō esse illa iussa, sed p-
missa, vt q̃squis vti vellet, eo vtereť quod sibi
liceret ex dn̄i cōstitutione, si q̃s aūt vti vellet,
nō cōtra iussū faceret, sed de suo iure cedens
misericordius & laboriosius cōuersaretur in
Euangelio, in quo & debitam mercedē nol-
let accipere, Alioq̃n contra iussum dn̄i fecit
Apostolus q̃ posteaq̃ ostēdit sibi licere, statim
subiecit. Sed tn̄ ego non sum vsus hac ptāte.
Sed ad ordinē redeamus, ac totum ipsū epi-
stolę locū diligēter cōsideremus. Nunquid,
inquit, non habemus licentiā manducandi
& bibendi? Nunq̃d non habemus licentiā so
rorē mulierē circūducēdi? Quā licētiam di-
xit, nisi q̃ dn̄s dedit eis quos ad prædicandū
regnū cœlorū misit, dicens, Ea quæ apud ip-
sos sunt mādu cate? Dignus est. n. operarius
mercede sua, & seipsum * p̄ponens ad eiusdē
potestatis exēplū, cui fidelissimæ mulieres ta
lia necessaria de suis facultatib. ministrabant.
Amplius aūt fecit Apostolus Paulus, vt de co
apostolis suis documentum adhiberet huius
licentiæ à dn̄o permissę. Neque. n. reprehen-
H dens, subiecit, Sicut & cæteri Apostoli & fra
tres dn̄i & Cephas, sed vt hinc ostēderet hoc
se accipere noluisse, qđ ei liceret accipere,
ceterornm ēt commilitonum eius more p-
bareť. An ego solus & Barnabas nō habemus
potestatem non operandi? Ecce abstulit om
nem dubitationem, ēt tardissimis cordibus,
vt intelligant de qua operatione dicat. Vt q̃d
enim ait, An ego solus, & Barnabas non habe
mus potestatem non operandi, nisi quia oēs
Euangelistæ & ministri verbi Dei habebant
potestatem a dn̄o acceptā, vt non operarenť
manib. suis, sed euangelio viuerēt operantes
tātummodo spiritalia in prædicatione regni
cœlorū, & ędificatione pacis Ecclesiæ? Neq;
. n. quisquā pōt dicere de ipsa spiritali opera
tione dixisse Apostolū, An ego solus & Bar-
nabas nō habemus patestatem nō operandi?
Hanc. n. potestatem non operandi oēs illi ha
bebāt. Dicat ergo qui conatur pręcepta Apo
stolica in sn̄iam suā deprauare atq; puertere.
Dicat si audet, oēs Euangelistas à dn̄o acce-
pisse potestatē nō euāgelizandi. At si hoc ab-
surdissimum atq; insanissimū est dicere, cur
nolunt intelligere quod omnib. patet, acce-
pisse q̃dem illos potestatem non operandi,
sed opera corporalia q̃b. victū quærerent q̃a I
dignus est operarius cibo suo & mercede *Luc. 10.*
sua, sicut Euangelium loquiť. Non ergo soli *Matt. 10*
Paulus & Barnabas nō hēbant potestatem nō
operandi, sed oēs pariter habebat hanc pote
statē, qua isti non vtebantur amplius impen-
dentes Ecclesiæ, sicut in illis locis vbi euāge-
lizabant infirmis congruere iudicabant. Et
ideo ne coapostolos suos reprehendisse vide
reť, subiungit & dicit, Quis militat suis stipē
diis vnquam? Quis plantat vineam, & de fru
ctu eius non edit? Quis pascit gregem, & de
lacte gregis non percipit? Nunquid secundū *1. Co. 9.*
hoīem hæc loquor? An & lex non hæc dicit?
in lege. n. scriptū est. Boui trituranti os non
infrenabis. Nunq̃d de bob. pertinet ad Deū? *Deu. 25.*
An p̄p nos hæc dicit? Propter nos. n. scriptū
est, quia debet in spe qui arat arare, & tritu-
rans in spe fructus participandi. His verbis
satis indidat Apostolus Paulus non sibi ali-
quid vsurpasse vltra debitum coapostolos
suos, * qui nō operabanť corporaliter vnde *a. l. quia*
haberent huic vitæ necessaria, sed sicut dn̄s
cōstituit ex Euāgelio viuētes panem gratui-
tū manducarent ab eis q̃b. gratuitā gratiam K
prædicabant. Stipendium. n. suum tanquam
milites accipiebāt, & de vineæ per eos plāta
tæ fructu quod opus erat libere decernebāt,
& de gregis quem pascebant lacte potabant,
& ex area quam triturabant cibū sumebant.
Apertius autem cætera cōnectit & omnino
aufert omnes dubitationis ambages. Si nos *Aposto-*
vobis, inq̃t, spiritalia seminauimus, magnum *lum sen-*
est si nostra carnalia metamus? Quæ sunt *sisse de*
spiritalia quæ seminauit, nisi verbum & my *labore*
sterium sacramenti regni cœlorum? Quæ *manuū. Cap. 8.*

1.Co.9. autem carnalia q̃ sibi licere metere dicit, nisi si hæc temporalia, quę vitę atq; indigentiæ carnis indulta sunt? Hæc aũt sibi debita se ab eis non quæsisse nec accepisse manifestat, ne qđ impedimentũ daret Euangelio Christi. Quid restat vt intelligamus eum operatũ esse vñ victũ hr̃et, nisi corporale opus corporalibus & visibilib. manib. suis? Nam si de spiritali opere victũ & tegumẽtũ q̃reret. i. vt ab eis hæc acciperet quos in Euãgelio ædificabat, nõ cõsequẽter diceret: Si alij ptãtis vestrę participant, cur non magis nos? Sed non sumus

L vsi hac ptãte sed omnia toleramus ne quod impedimentum demus Euangelio Christi. Qua ptãte se dicit non vsum nisi q̃ habebat

Ibidem. in eos a dño acceptam, vt eorũ carnalia meteret ad victũ vitæ huius, quæ in carne agit, cuius ptãtis participes erunt etiam alij q̃ nõ eis primo Euangeliũ annunciauerũt, sed ad eorũ Ecclesiam idipsum p̃dicantes postea venerant. Iõ cũ dixisset, Si nos vobis spiritalia seminauim⁹, magnũ est si carnalia uestra metamus, subiecit? Si alij ptãtis nr̃ę participant, cur non magis nos? Et cũ demonstrasset * qđ eius ptãtis esset: Sed nõ sumus usi, inquit, hac ptãte, sed oĩa toleramus ne qđ impedimẽtũ demus Euangelio Christi. Dicant ergo isti, quõ de opere spiritali carnalem uictũ hẽbat Apostolus, cũ aperte ipse dicat, non se usum esse hac ptãte. At si de opere spiritali carnalẽ uictum non hẽbat, restat ut de opere * carnali habuerit, & inde dicat, Neq; panẽ gratis ab aliquo manducauimus, sed in labore & fatigatione nocte & die operantes ne quẽ uestrum grauaremus, nõ q̃a nõ habuerimus ptãtẽ, sed ut nos formam daremus uobis qua nos imitaremini. Oĩa, iq̃t, toleramus, ne qđ

M impedimẽtum daremus Euangelio Christi. Et redit rursus, modisq; oĩb. etiam atque etiã commendat quid sibi liceat, & tñ non faciat. Nescitis, inquit, q̃m qui in templo operant, quę de templo sunt edunt? Qui altario deseruiunt, altario compartiuntur? Sic & dñs ordinauit iis qui Euãgeliũ annũciãt, de Euangelio uiuere. Ego aũt nullo horũ usus sum. Quid hoc apertius? quid clarius? Vereor ne forte cũ differo uolens id exponere, obscurum reddam quod per se lucet, & clamat. Qui enim hæc uerba non intelligunt, aut se non intelligere fingunt, mea multo minus intelligunt uel se intelligere profitentur, nisi

*[Marginalia, left column: a. l. quod ei potestas esset. — a. l. corporali. — 2. Thes. 3. — 1. Co. 9. Paulum non fuisse vsum libertate concessa. Cap. 9. — 1. Co. 9.]*

forte propterea cito intelligant nostra, quia cõceditur eis intellecta deridere, de Apostoli aũt uerbis nõ * ita cõcedit. Propterea ubi aliter ea ẽm suã sñiam interpretari non pñt, et clara & manifesta, obscura & incerta esse rñdet, q̃a & praua & peruersa dicere nõ audẽt. Clamat hõ Dei, Dñs ordinauit iis q̃ Euãgeliũ annũciant de Euãgelio uiuere: Ego aũt nullius horum usus sum, & conatur caro & sanguis recta deprauare, aperta claudere, se-

A rena obnubilare. Spiritale, inquit, opus faciebat & inde uiuebat. Si ita est de Euangelio uiuebat, cur ergo dicit, Dñs ordinauit iis q̃ Euangelium annunciant, de Euangelio uiuere, ego autem nullo horũ usus sum? aut si & hoc ipsum quod hic dictum est uiuere secũdum spiritalem uitam uolũt interpretari, nullam spem hẽbat Apostolus ad Deum qui de Euangelio non uiuebat, quia dixit, nullo horũ usus sum. Quap̃p̃ ut spes illi certa esset uitæ ęternæ, de Euangelio utique spiritaliter uiuebat Apostolus. Qđ * aũt ait, Ego aũt nulli⁹ horũ usus sum, de uita ista quæ in carne agit sine dubitatione * facit intelligi, quod dixit dñm ordinasse iis qui euangelium annunciant de Euangelio uiuere. i. uitam cui opus est uictu & tegumento de Euangelio transigere, sicut superius de suis coapostolis dixit, unde ipse dominus ait, Dignus est operarius cibo suo, & dignus est operarius mercede sua. Hunc itaque cibum, & hanc mercedem, sustentandę huic uitę debitum concessum Euangelistis, ab eis quibus Euangelizabat non accepit Apostolus, uerum dicens, Ego autem nullius horum usus sum. Et sequitur & adiungit, ne forte quisquam arbitretur ideo eum non accepisse, quia illi

B non dederant. Non autem scripsi hæc ut ita fiant in me, bonum est mihi magis mori quam gloriam meam quisquam inanem faciat. Quam gloriam, nisi quam habere uoluit apud Deum in Christo compatiens infirmis, sicut mox apertissime dicturus est: Si enim euangelizauero, inquit, non est mihi gloria? Necessitas enim mihi incũbit. i. sustentandæ uitæ huius. Væ enim erit mihi, inquit, si non euangelizauero, idest, malo meo non euangelizabo, quia fame * cruciabor, & unde uiuam nõ * habebo. Nã sequitur & dicit, Si enim uolens hoc facio, mercedem habeo. Volentẽ se dicit facere, si nulla

*[Marginalia, right column: a. l. idem. — Ibidem. — 1. Co. 9. — a. l. ergo — a. l. unde. — Luc. 10. Matt. 10. — Necessitas prædicandi ubi in Paulo cu(m)... 1. Co. 9. — a. l. cor(ru)cior. — a. l. hab(eo).]*

nulla vitæ huius fulciendæ necessitate compulsus facit, & ob hoc hre mercedem vtiq; apud Deum gloriæ * sempiternam Si aũt inuitus, inquit, dispensatio mihi credita est, i. si necessitate transigendæ huius vitæ inuitus cogor euangelizare, dispensatio mihi credita est, vt. s. ex dispensatione mea * quia Christum, quia veritatem prædico, quanuis ex occasione, quanuis mea quærens, quanuis terrenæ emolumenti necessitate compulsus, alij proficiant, ego aũt apud Deum mercedem gloriosam illam sempiternamq; non habeã. Quæ ergo, inquit, merces mihi erit interrogans dixit, ppea suspendenda est pronunciatio donec rñdeat. Quod vt facilius intelligaĩ, tanq̃ nos eum interrogemus: Quæ ergo tibi merces erit Apostole, qñ mercedem istam terrenam ēt Euangelistis bonis debitam, non pp hoc euangelizantib. sed tñ consequẽtem & oblatam ex dñi ordinatione sumentib. tu non accipis? Quę ergo tibi merces erit? Vide quid rñdeat, Vt euangelizãs, inquit, sine sumptu ponam Euangelium, i. vt non sit credentib. sumptuosum Euangelium, ne potens ad hoc sibi euangelizari, vt id Euangelistæ quasi vendere videanĩ. Et tñ reddit ēt atque etiã vt ostendat quid sibi iure dñico liceat, & tñ nõ faciat: Vt non abutar, inquit, potestate mea in Euangelio. Iam vero quia infirmitati hominum compatiens id faciebat, audiamus sequentia. Cum. n. liber * sim, inquit, ex oĩb. omnium me seruum feci, vt plures lucrifacerẽ, iis qui sub lege sunt quasi sub lege cũ non sim ipse sub lege, vt eos qui sub lege erãt lucrifacerem, iis qui sine lege sunt quasi sine lege, cũ sine lege Dei non sim sed sim in lege Christi, vt lucrifacerẽ eos qui sine lege sunt. Quod non simulandi versutia faciebat, sed compatienti misericordia, i. non quasi vt se fingeret Iudęum, sicut nonnulli putauerunt, quia legitima vetera Hierosolymis obseruauit. Fecit. n. hoc secũdum liberam, & manifestam sñiam suã, in qua dicit, Circuncisus qs vocatus est, non adducat præputium. i. nõ sic viuat quasi præputium adduxerit, & id qđ nudauerat texerit, sicut alio loco dicit, Circũcisio tua præputium facta est. Secundum hãc ergo sñiam suam, qua dicit, Circuncisus qs vocatus est, non adducat præputium: In præputio quis vocatus est, non circuncidatur, fecit illa quæ non intelligentib. & parum attẽdentib. finxisse putatus est. Iudæus. n. erat, & circuncisus vocatus adducere noluit præputium. i. noluit ita viuere, ac si circuncisus nõ esset. Hoc. n. iã in potestate habebat, & sub lege qdem nõ erat, sicut illi qui eam seruiliter operabantur, sed tamen in lege Dei, & Christi. Non. n. alia lex erat illa & alia lex Dei, sicut perditi Manichæi solent dicere. Alioqn si cum illa fecit, finxisse putandus est, finxit, & Paganum, & sacrificauit idolis, quia dicit factum se fuisse iis qui sine lege sunt quasi sine lege. Quos vtique non nisi Gentiles, quos Paganos dicimus, vult intelligi? Aliud est ergo esse sub lege, aliud ĩ lege, aliud sine lege. Sub lege carnales Iudæi, in lege spiritales, & Iudæi & Christiani. Vnde illi seruauerunt morem illũ patrium, sed onera insolita credentibus gentibus non imposuerunt, & ideo nec illi circuncisi sunt Sine lege autem gentes quę nondum crediderunt, quibus tamen se Apostolus congruisse testatur per misericordem compassionem, nõ per versipellem simulationem. i. vt eo modo subueniret carnali Iudæo, vel Pagano, quõ sibi ipse si hoc esset, subueniri voluisset, portans vtique eorum infirmitatem in compassionis similitudine, non fallens in mendacij fictione, sicut continuo sequitur, & dicit, Factus sum infirmis infirmus, vt infirmos lucrifacerem: hinc enim loquebatur vt etiam omnia illa diceret. Sicut ergo quod factus est infirmis infirmus non erat mendacium, sic & cætera illa superius. Quam enim dicit infirmitatem suam erga infirmos fuisse nisi compatiendi eis, intantum vt ne videretur venditor in Euangelij, & verbi Dei cursum apud imperitos in malam suspitionem decidens impediret, nollet accipere quod iure dominico debebatur, quod si vellet, non vtique mentiretur, quia vere debebatur, & quia noluit, non vtique mentitus est. Neque. n. dixit, non sibi deberi, sed deberi ostendit, & debito se vsum non esse, nec omnino vti velle professus est, eoipso factus infirmus, quod * potestate sua vti noluit: tam misericordi scilicet * inductus affectu, vt cogitaret quemadmodum secum agi vellet, si & ipse ita infirmaretur, vt posset de illis per quos sibi Euangelium prædicaretur, si eos videret sumptus accipere, quasi mercimoniorum nundinas suspicari. De hac infirmitate sua dicit

*Margin notes:* al. sempiternæ. — al. qua ... uistis, — C — Co. 9. — ...mulatio Iudæ. — Ib. 11. — Co. 9. — ...eram. — D — Co. 7. — ...m. 2. — Co. 7. — *Esse sub lege, in lege, & sine lege.* — E — 1. Co. 9. — F — a.l. quo. — a.l. inductus.

*Quare mercedē fugerit Paulus.* alio loco, Facti sumus paruuli in medio vestrum, tanquam si nutrix foueat filios suos. Nam eius circūstantia lectionis hoc indicat. Neque.n.inquit, aliqñ in sermone adulatio nis fuimus sicut scitis, neq; in occasione cupiditatis, Deus tristis est, neq; q̄rentes ab hominib.gloriā, neq; à nobis, neq; ab aliis, cū possemus oneri vobis esse vt Christi Apostoli, sed facti sumus paruuli in medio vestrum tanq̄ si nutrix foueat filios suos. Quod ergo & ad Corinthios dixit hr̄e se potestatē Apostolatus sui sicut & cæteri Apostoli, qua potestate vsum se non esse testatur, hoc etiam in isto loco ad Thessalonicenses ait, Cū possemus oneri vobis esse sicut & Christi Apostoli, secundum ꝙ dn̄s dicit, Dignus est operarius mercede suá. Nam hinc eū dicere, illud indicat ꝙ supra posuit. Neq; in occasione cupiditatis, Deus testis est. Per hoc.n. qđ iure dn̄ico debebatur bonis Euāgelistis nō ꝓ hoc euangelizantib. sed quærentib. regnum Dei vt hæc omnia apponeretur eis, inueniebāt alij occasionem, de q̄b.idem dicit, Neq; .n.isti Deo seruiunt, sed suo ventri, q̄b. hanc occasionem amputare volebat Apostolus, vt etiā quod sibi iuste debebatur omitteret. Aperte quippe hoc ipse ostendit in secunda ad Corinthios, ab aliis Ecclesiis suppletas di cens necessitates suas. Venerat. n. sicut apparet ad tantam indigentiam, vt de longinquis Ecclesiis in necessaria mitterent, dum tñ ab eis apud quos erat nihil tale acciperet. Nunquid pctm̄, inquit, feci meipsum humiliādo vt vos exaltaremini, qm̄ gratias Euangelium Dei euangelizaui vobis? Alias Ecclesias expo liaui accipiens stipendium ab eis ad vestram ministrationem, & cum apud vos fuissem & & egerem, nemini grauis fui. Nam id quod deerat mihi adimpleuerunt fratres qui venerūt à Macedonia, & in oībus * ingrauatè me in vobis custodiui & custodiam. Est veritas Christi in me quia gloria hæc non infringeē in me in regionib. Achaiæ. Quare? Quia non vos diligo? Deus scit. Quod aūt facio & facturus sum, vt amputē occasionem eorū qui volunt occasionem, vt in eo quo gloriantur inueniantur sicut & nos. De hac igitur occasione q̄ hic se dicit velle amputare, voluit intelligi ꝙ ibi ait: Neque In occasione cupiditatis, Deus testis est. Et ꝙ hic dicit, Meipsum humiliando vt vos exaltaremini, hoc in prima ad eosdem Corinthios, Factus sum infirmis infirmus, hoc ad Thessalonicēses, Factus sum paruulus in medio vestrum, tanq̄ si nutrix foueat filios suos. Proinde attende sequētia, Ita inquit, desiderantes nos, placet impertire vobis, nō solum Euangeliū Dei, verumetiam aīas nostras, qm̄ charissimi nobis facti estis. Recordamini aūt fratres laborē nostrū & erumnam, nocte & die operantes, ne quē vestrum grauaremus. Hoc.n. superius ait, Cū possemus oneri vobis esse vt Christi Apostoli. Infirmorum igitur periculis ne falsis suspitionib. agitari odissent quasi venale Euangelium, tanq̄ paternis maternisq; viscerib. tremefactus hoc fecit. Sic etiam in actib. Apostolorum idem loquitur, cum à Mileto mittens Ephesum, vocasset inde presbyteros Ecclesiæ, q̄b. inter multa: Argentū, inq̄t, & aurū vel vestē nullius concupiui, ipsi scitis, qm̄ necessitatib. meis & eorum qui mecum fuerūt hæ manus ministrauerunt. Omnia ostēdi vobis, quoniam sic laborantes oportet iuuare infirmos, memores etiam esse verborum domini Iesu quia ipse dixit, Beatius est magis dare quàm accipere. Hic fortasse aliquis dicat, Si corporale opus faciebat Apostolus, vnde vitam istam sustentaret, ꝙ erat ipsum opus, & qñ ei vacabat & operari & Euangeliō prædicare? Cui rn̄deo, puto me nescire, corporaliter tñ operatum esse, & inde in carne vixisse, non autem vsum potestate quam dominus Apostolis dederat, vt Euangelium annuncians de Euangelio viueret, ea quæ supra dicta sunt sine vlla dubitatione testantur. Neque enim aut vno loco aut breuiter dictū est, vt posit cuiusuis astutissimi tergiuersatione in aliam traduci peruertique sententiam. Cum igitur tantæ authoritatis tam magis & crebris molibus contradicentium conteratur aduersitas, quid à me quærunt, vel quale opus faciebat, vel quando faciebat? Vnum scio, q̄a nec furta faciebat, nec effractor aut latro erat, nec auriga aut venator aut histrio aut turpilucrus, sed innocenter & honeste quæ apta sunt humanis vsibus operabatur, sicut sese habent opera fabrorum, structorum, sutorum, rusticorum, & his similia. Neque enim honestas ipsa reprehendit, quod reprehendit superbia eorum qui vocari honesti amant, sed esse non amant. Non igitur dedignaretur Apostolus siue rusticanum opus, aliquid

Marginalia (left column): *Cap. 12.* *1.Tim.2.* — G — *1. Co. 3.* — *1.The.2.* *Mat.10.* — *Matt. 6.* — *Ro. 16.* — *2. Co.11.* — *a. l. fine mane.* — H — *2.The. 2* *2.Co. 11.*

Marginalia (right column): *1. Co. 1.The.* — I — *Act.* — *Opera & agricolarum laboribus honestiora sanctiss. Cap.* — K

aliquid aggredi, siue in opificũ labore ver-
10. sari. Qui.n.ait, Sine offensione Iudæis & Grę
cis & Ecclesiæ Dei, quos in hac cã reuereri
posset ignoro. Si Iudæos dixerint, Patriarchę
16. pecora pauerũt. Si Græcos, quos ẽt Paganos
dicimus, ẽt philosophos, multũ sibi honora-
biles, sutores habuerunt. Si Ecclesiam Dei,
1. hõ ille iustus & ad testimoniũ coniugalis sp
mansuræ virginitatis electus, cui desponsita
erat virgo Maria quæ peperit Christũ, faber
13. fuit. Quicquid ergo horũ cũ innocẽtia & si-
ne fraude hoĩes operantur, bonũ est. Nam
præcauit hoc & ipsæ Apostolus, ne quisquã
L ex necessitate sustendandę vitæ in mala ope-
4. ra dilabaẽ. Qui furabaẽ, inquit, iam nõ fureẽ,
magis aũt laboret manib. suis bonum, vt ha-
beat vnde tribuat cui opus est. Hoc ergo sci-
re sufficit, quia & in ipso opere corporali id
quod bonum est operabaẽ Apostolus. Qñ au
tem soleret operari, i. quib. temporum spa-
tiis ne ab euangelizando impediretur, quis
posset comprehendere? sanè quia & diurnis
& nocturnis horis operabaẽ, ipse nõ tacuit.
Veruntamen isti qui tam multum negociosi
& occupati, de tpe operationis inquirunt,
14. quid agunt? Nunquid ipsi ab Hierusalem per
circuitum vsque ad Illyricum terras Euange
lio repleuerunt? Aut quicquid gentium Bar-
bararum remansit adhuc obeundũ & implẽ
dũ de pace Ecclesiæ, susceperunt? Nouimus
eos in q̃dam societatem sanctam ociosisime
congregatos. Mirandã rem fecit Apostolus
qui reuera in tanta solicitudine oĩum Eccle-
siarum & propagatarum & propagandarũ,
ad eius curam laboremq; pertinentium etiã
manib. operabatur, propterea tñ cum apud
11. Corinthios esset & egeret, nemini q̃dem eo-
rum apud quos erat grauis fuit, sed planè qđ
illi deerat, suppleuerunt fratres qui venerunt
ex Macedonia. Nam & ipse propter eiusmo-
K di necessitates sanctorum, qui quãuis præce
ptis eius obtemperent, vt cum silentio ope-
15. rantes panem suũ manducent * possent tamẽ
multis ex causis indigere supplemento ali-
M quo talium sustentationum, & cum dixisset
talia docens & præmonens, His autem qui
eiusmodi sunt præcipimus & obsecramus
in domino Iesu Christo, vt cum silentio ope
rantes panem suum manducent, ne illi qui
habebant vnde necessaria seruis Dei præbe-
rent, hac occasione pigrescerent, prouidens

continuo subiecit: Vos autem fratres nolite
infirmari benefacientes. Et ad Titum cũ scri- *Ad Ti. 3*
beret, dicẽs, Zenã legisperitũ & Apollo soli
cite præmitte, vt nihil illis desit. Et vt ostẽde-
ret vñ illis nihil esse deberet, cõtinuo subiũ- *a.l.notri*
xit, Discant aũt & * vestri bonis operib. præ
esse, ad necessarios vsus, ne sint infructuosi.
Thimotheũ ẽt quẽ dicit germanissimũ filiũ, *Timo-*
quẽ sciebat corpore infirmum, sicut ostẽdit, *theus ua*
monens eũ ne aquã biberet, sed modico vi *letudina-*
no vtereẽ p̃p stomachum, & frequẽtes * eius *rius. 1.*
infirmitates, quia in opere corporali labora *Ti. 5.*
re nõ poterat, ne forte cũ indigeret & nollet *a.l.suas.*
vti victu quotidiano ab eis q̃b. Euangeliũ mi A
nistrabat, aliqua sibi negocia q̃reret q̃b. ani-
mi eius implicareẽ intentio. Aliud est. n. cor-
pore laborare aĩo libero, sicuto pifex potest
si non sit fraudulentus & auarus, & priuatæ *Laboran*
rei auidus: Aliud aũt ipsum aĩum occupare *tium du-*
curis, colligendæ sine corporis labore pecu *plex ge-*
niæ, sicut sunt vel negociatores vel procura *nus.*
tores vel conductores. Cura. n. præsunt non
manib. operanẽ, * iõ ipsum aĩum suum occu *a.l.ideoq;*
pant habendi solicitudine. Timotheũ ergo
ne in talia incideret, q̃a per infirmitatẽ cor-
poris manib. operari nõ poterat, sic exortaẽ,
monet & consolaẽ. Labora, inquit, sicut bo- *2. Ti. 2.*
nus miles Christi Iesu. Nemo militans Deo
implicat se negociis secularib. vt ei placeat
cui se probauit: Nam qui in agone conten-
dit, non coronatur nisi legitime certauerit.
Hic ne ille patereẽ angustias, dicens, Fodere *Luc. 16.*
nõ possum, mẽdicare cõfundor, adiunxit, La *2. Ti. 2.*
borãtem agricolam primum oportet de fru
ctib. percipere, ſm illud qđ ad Corinthios
dixerat, Quis militat suis stipendiis vnquã? *1. Co. 9.*
Quis plantat vineam, & de fructu eius non
edit? Quis pascit gregẽ, & de lacte gregis nõ
percipit? Fecit itaque securum castum Euan
gelistam, non ad hoc euangelizantem vt ven
deret Euangelium, sed tamen huic vitæ neces
saria suis sibi exhibere manibus nõ volentẽ,
vt intelligeret quod necessarium sibi sume-
bat ab eis quibus tanquam prouincialibus
militabat, & quos tanquam vineam cultura B
exercebat, vel tanquam gregem pascebat, nõ
esse mendicitatem sed potestatem. Propter *Solicitu-*
has igitur vel occupationes seruorũ Dei, vel *do Pauli*
infirmitates corporales quæ omnino deesse *de eccle-*
non possunt, non solum permittit Aposto- *sia. c. 16.*
lus sanctorum indigentias suppleri a bonis
fidelibus,

fidelibus,sed ēt saluberrime hortatur. Excepta. n.illa potestate, qua se dicit ipse non visum, cui tñ seruiendum esse à fidelib. præcipit,dicens,Communicet qui catechizat verbo ei qui se catechizat in oīb.bonis.Excepta ergo hac ptāte, quā verbi Dei prædicatores hēre in eos q̃b.prædicant,sæpe testatur, ēt sanctis qui oīa sua vendita * distribuebāt & Hierosolymis habitabant in sancta communione vitæ, non dicentes aliquid proprium q̃b. erant oīa communia & aīa & cor vnum in Deū,ab Ecclesiis gentium necessaria cōferri præcipit & hortat. Inde est & illud ad Romanos. Nūc,inquit, pergam Hierusalem ministrare sanctis: Placuit enim Macedoniæ & Achaiæ communionem aliquam facere in pauperes sanctorum qui sunt Hierusalē. Placuit.n.illis & debitores eorum sunt. Si.n.spiritalib.eorum cōicauerunt gentes,debent & in carnalib.ministrare eis.Hoc simile est illi, quod ait ad corinthios. Si nos vobis spiritalia seminauimus,magnū est si carnalia vestra metamus?Item ad Corinthios in secūda. Notum aūt, inquit, vobis facimus fratres gratiā Dei quæ data est Ecclesiis Macedoniæ q̃a in multa probatione tribulationis, abundantia gaudij eorum & profunda paupertas eorum abundauit in diuitiis simplicitatis eorum,q̃a secundum vires testimonium perhibeo illis, & supra vires voluntarij fuerunt cum multis precib.obsecrantes nos gratiam & communionē ministrationis q̄ fit in sanctos, & non q̃uo sperauimus sed seipsos tradiderunt primum dño, & nobis per voluntatem Dei ad deprecandum Titum,vt q̃uo cœpit,& sic & consummet in vos etiam gratiam istam.Sed q̃uo semper abundatis in omnib.fide & verbo & scientia, & omni studio, & ea quæ ex nobis est in vos charitate, vt & in hac gratia abundetis. Non s̄m imperium dico,sed pp aliorum studium * etiam vestræ charitatis charissimum probās. Scitis.n. gratia domini nostri Iesu Christi,quoniam pp vos pauper factus est cum diues esset,vt illius paupertate vos ditaremini. Et consilium in hoc do,hoc enim vobis prodest, qui non solum facere, sed etiā velle cœpistis ab anno priore.Nunc aūt & facto perficite,vt queādmodū promptus est aīus volūtatis,ita sit & perficiendi ex eo quod quisque habet. Si enim promptus est aīus, secundum id quod habet acceptabilis est,non secundum id quod non habet,nō enim vt aliis sit refectio, vobis aūt angustia, sed pro æqualitate in hoc tempore,vt vestra abundantia sit ad illorum inopiam,vt & illorum abundantia fiat in vestram inopiam, vt fiat æqualitas,sicut scriptum est,Qui multū, non abundauit,& qui modicum,non defuit illi.Gratias aūt Deo qui dedit idem studium pro vobis in corde Titi, quia consolationes q̃dem suscepit. Studiosior aūt cū esset spōte exiit ad vos.Misimus aūt cum eo fratrem, cuius laus in Euangelio est per omnes Ecclesias. Non solum aūt, sed & ordinatus est ab Ecclesiis comes peregrinationis nostræ, cū hac gratia quæ ministratur à nobis ad domini gloriam & promptum animum nostrū, deuitantes hoc, ne quis nos reprehendat in hac plenitudine quę ministratur à nobis.Prouidemus enim bona nō solum coram Deo, sed etiam coram hominib. In his verbis apparet quantū non solum curam sanctarum plebium esse voluerit, ministrare necessaria sanctis Dei seruis,consilium in hoc Deus,q̃a hoc magis ipsis qui hęc faciebant proderat quam illis erga quos faciebant. Illis. n.aliud proderat.i.hoc erga se obsequio fratrum suorum sancte vti,nec pp hoc Deo seruire,nec ista sumere nisi ad supplēdam necessitatem, non ad pascendam pigritiam. sed etiam suā curam beatus Apostolus tantam dicit in hac ministratione, quæ nunc per Titum transmittebatur,vt comitem peregrinationis suæ propter hoc commemoraret ordinatum ab Ecclesiis,boni testimonij hominem Dei, cuius laus, inquit, in Euangelio est per omnes Ecclesias. Et ad hoc dicit illum ordinatum comitem sibi,ut deuitaret, hominum reprehensiones, ne sine testimonio sanctorum in hoc ministerio sociorū, tanquā sibi accipere, & in suos sinus cōuertere ab infirmis uel impiis putaretur, quę accipiebat ad supplendas necessitates sanctorum per se afferenda vel distribuenda indigentibus. Et paulopost dicit, Nam de ministerio quod fit in sanctos ex abundanti est mihi scribere vobis. Scio enim promptum animū vestrum, de quo glorior pro vobis apud Macedones, quoniam Achaia parata est ab anno priore, & q̄ ex vobis est ęmulatio irritauit plures. Misimus aūt fratres, ne gloria nostra quam habemus in vobis euacuetur in hac parte,

*Margin notes:* Gal. 6. — a.l. distribuerant. — Acto. 2. & 4. — Rom. 15. — C — 1.Cor.9. — 2.Cor.8. — D — a.l.et uestræ charitatis ingeniū charissimum. — Exo. 16. — E — 2.Co.8. — F — 2.Co.9.

vt ſicut dixi parati ſitis, ne cum uenerint me cum Macedones, & inuenerint vos imparatos, cõfundamur nos, vt non dicã vos in hac ſubſtantia. Neceſſariũ ergo exiſtimaui rogare fratres, vt præcedant ad vos, & præparent iampridẽ repromiſſam hãc benedictionẽ veſtram,* vt parata ſit, ſic quaſi benedictionẽ, nõ quaſi auaritiã. Hoc aũt dico, Quia q parce ſeminat, parce & metet, & qui ſeminat in benedictione in benedictione & metet. Vnuſquiſq; ſecundum q propoſuit in corde ſuo, nõ ex triſtitia aut ex neceſſitate. Hilarem. n. datorẽ diligit Deus. Potens eſt *.n. Deus oẽm gratiã abundantẽ facere in vobis, vt in oĩbus ſemper oẽm ſuficientiam habentes, abundetis in oẽ opus bonum, ſicut ſcriptum eſt, Diſperſit dedit pauperib. iuſtitia eius manet in æternum. Qui aũt ſubminiſtrat ſemẽ ſeminãti, & panẽ in eſcam ſubminiſtrabit, & multiplicabit ſeminationem veſtrã, & augebit creſcentes fruges iuſtitiæ veſtræ, vt in oĩb. ditati abundetis in oẽm ſimplicitatem quæ operat per nos gratiarum actionem Deo, qm miniſterium functionis huius non ſolum ſupplet ea quæ deſunt ſanctis, ſed abundare facit per multorũ gratiarũ actionẽ Deo, per probationem miniſtrationis huius glorificantes Deũ in obſequio confeſſionis veſtræ in Euãgelio Chriſti, & ſimplicitate cõicationis in illos & in oẽs & in ipſorum præcatione pro vobis, deſiderantiũ vos pp excellentem gratiã Dei in vobis: Gratias Deo ſuper inenarrabili dono eius. Quãta pinguedine ſanctæ lætitiæ ſit perfuſus Apoſtolus dum loquit de alterno ſupplemento indigentiæ prouincialium & militũ Chriſti, hinc de reb. carnalib. in illos, inde aũt de ſpiritalib. in iſtos, vt exclamaret, & tanquam ſanctorum gaudiorũ ſagina eructaret, dicens: Gratias Deo ſuper inenarrabili dono eius. Sicut ergo non ceſſauit Apoſtolus, immo ſpũs Dei poſſidens & implens & agens cor eius, exhortari fideles qui haberẽt huiuſmodi ſubſtantiam, vt nihil deeſſet neceſſitatib. ſeruorum Dei, qui celſiorem ſanctitatis gradũ in Eccleſia tenere voluerunt, vt ſpei ſecularis vincula cuncta præciderẽt, & aĩum liberum diuinæ militiæ dedicarent, ſic debent & ipſi præceptis eius obedire, vt compatiamur infirmis, & amore priuatæ rei non illigati manib. ſuis in communi labore, * præpoſitis ſuis ſine murmure obtẽperare, vt hoc ſuppleat ex oblationib. bonorũ fideliũ, quod laborantib. & aliqd vnde victum tranſigant operantib. pp infirmitates tñ corporales aliquorũ, & pp Eccleſiaſticas occupationes vel eruditionẽ doctrinæ ſalutaris, deeſſe potuerit. Quid. n. agãt qui operari corporaliter nolũt, cui rei vacent ſcire deſidero. Orõnib. inquiunt, & pſalmis & lectioni & verbo Dei. Sancta plane vita & in Chriſti ſuauitate laudabilis, ſed ſi ab his auocandi nõ ſumus nec mãducandũ eſt, nec ipſæ eſcæ quotidie præparandæ, vt poſſint apponi & aſſumi. Si aũt ad iſta vacare ſeruos Dei certis interuallis tpum ipſius infirmitatis neceſſitas cogit, cur nõ & Apoſtolicis præceptis obſeruandis aliquas partes temporũ deputamus? Citius. n. exaudit vna obedientis oratio, q decẽ milia contemptoris. Cantica vero diuina cantare, etiam manib. operantes, facile pñt, & ipſum laborem tanquam diuino celeuma te cõſolari. An ignoramus opifices, qb. vanitatib. & plerunq; etiam turpitudinib. theatricarum fabularum donẽt corda & linguas ſuas, cum manus ab opere nõ recedãt? Quid ergo impedit ſeruum Dei manibus operantem in lege domini meditari & pſallere nomini domini altiſſimi, ita ſanè vt ad ea diſcẽda, quæ memoriter recolat, habeat ſepoſita tempora? Ad hoc enim & illa bona opera fidelium, ſubſidio ſupplendorũ neceſſariorũ deeſſe non debent, vt horæ quibus ad erudiẽdum animam ita vacat, vt illa opera corporalia geri non poſſunt, non * opprimant egeſtate. Qui autem ſe dicunt vacare lectioni, non ne illic inueniunt quod præcipit Apoſtolus? Quæ eſt iſta ergo peruerſitas lectioni nolle obtemperare, dum vult ei vacare, & vt quod bonum eſt diutius legatur, ideo facere nolle quod legitur? Quis enim naſciat tanto citius quenque proficere cum bona legit, quanto citius facit quod legit? Si autem alicui ſermo erogandus eſt, & ita occupatur vt manib. operari non vacet, nunquid hoc omnes in monaſterio poſſunt, venientibus ad ſe ex alio genere vitæ fratribus, vel diuinas lectiones exponere, vel de aliquib. lectionib. ſalubriter diſputare? Quando ergo non omnes poſſunt, cur ſub hoc obtentu omnes vacare volunt, quãquam etſi omnes poſſent viciſſim facere deberent, nõ ſolum ne cęteri à neceſſariis operib. occuparent, ſed ẽt quia ſufficit

*Inter laborandũ licere orare & pſallere. Cap. 17.*

I *Obſerua quid præſtet obedietia prõpta.*

*κέλευμα cantus nautarũ, & remigũ quo ſe mutuo ad laborãdum excitant.*

*a. l. opprimantur.*

K *Diſputatio Pauli Athenis. Cap. 18.*

E hanc para[ta]

G

*II. Cor.*

F

H

*l. labo-[rent]*

ſufficit vt audientib. pluribus vnus loquatur?
Deinde ipſi Apoſtolo qũo vocaret operari
manib.ſuis,niſi ad erogãdum verbũ Dei cer
ta tẽpora conſtitueret?Neque.n.& hoc Deus
latere nos voluit, nam & cuius artis opiſex
fuerit,& q.b. temporib. vacaret diſpenſando
Euangelio,ſancta ſcriptura non tacuit. Nam
*Acto. 10* cum eũ dies profectionis vrgeret in Troade
conſtitutum,ẽt in vna ſabbati cõgregatis fra
L trib.ad frangendũ panẽ,tanta fuit intentio &
tam neceſſaria diſputatio,vt ſermo produce
ret vſq; ad medium noctis tanquã excidiſſet
eis ꝙ eo die non eſſet ieiunium, qñ aũt in ali
quo loco immorat⁹ quotidie diſputabat, q̃s
dubitauerit horas eum habuiſſe ad hoc offi-
*Acto.17* ciũ deputatas? Nanq; apud Athenas cũ eſſet,
quia ſtudioſiſſimos rerum inquiſitores inue
nerat,ita de illo ſcriptũ eſt, Diſputabat igiẗ
cum Iudæis in ſynagoga & gentib.in foro ꝑ
omnem diem ad omnes qui aderant.Non.n.
in ſynagoga per oẽm diem,vbi mos erat ſab
bato ſermocinari,ſed in foro,inq̇t, per oẽm
diem,ꝑꝑ ſtudia vtique Athenienſium. Sic.n.
ſequitur, Quidam vero Epicureorum &
Stoicorum Philoſophorum conferebant cũ
illo.Et paulopoſt dicit, Atheniẽſes autem &
aduenæ & hoſpites ad nihil aliud vacabant,
quã dicere aliquid noui aut audire. Putemus
Apoſtolũ illis omnibus diebus quibus fuit
Athenis,nõ fuiſſe operatum, Propter hoc.n.
*2.Cor.11.* & ex Macedonia ſupplebaẗ eius indigẽtia,ſi
cut dicit in ſecũda ad Corinthios, quanquã
& aliis horis & noctib. poterat,quia ita vale
bat & aĩo & corpore. Sed cum ab Athenis
exiſſet,videamus q̃d ait ſcriptura, Diſputa-
bat,inq̇t,in ſynagogis per oẽ ſabbatum, hoc
*Acto.20* apud Corinthũ.In Troade vero vbi neceſſi-
tate imminẽtis profectionis vſq; ad medium
noctis ſermo protractus eſt, vna ſabbati erat
quæ dies dñicus dr̃, Vnde intelligimus eũ nõ
fuiſſe cum Iudæis ſed cum Chriſtianis qñ ẽt
*Ordo in* dicit ipſe narrator ad frangendũ panẽ ſe fuiſ
*laborãdo.* ſe collectos.Et ipſa eſt optima gubernatio,vt
M omnia ſuis temporib.diſtributa ex ordine ge
rantur,ne aium humanum turbulentis impli
*Laborat* cationib.inuoluta perturbent: Ibi ẽt dr̃ quid
*manibus* operabaẗ Apoſtolus.Poſt hæc,inquit, egreſ-
*Corinthi* ſus ab Athenis venit Corinthũ,& cũ inueniſ
*Paulus.* ſet quendam Iudæum nomine Aquilã,Pon-
ticum genere,recens aduenientem ab Italia,
& Priſcillam vxorẽ ipſius, propterea ꝙ iuſ-
ſiſſet Claudius diſcedere oẽs Iudæos a Ro-
ma,acceſſit ad illos, & ꝑꝑ artis ſimilitudinẽ *Cap. 18.*
manſit apud illos opus faciens:Erant.n.taber *Acto.18*
naculorum artifices.Hoc ſi conati fuerint al *σκηνο-*
legorice interpretari,oſtẽdant qũo proficiãt *ποιοὶ*
in Eccleſiaſticis literis q.b.ſe vacare glorian-
rur,& cætera illa quæ ſupradicta ſunt,Nun-
quid ergo ſolus & Barnabas nõ habemus po *1.Cor.9.*
teſtatem non operandi,& non ſumus vſi hac
poteſtate, & cum poſſemus vobis oneri eſſe A
vt Chriſti Apoſtoli & nocte & die operan- *1.Theſ.2.*
tes,ne quem veſtrum grauaremus,& dñs or-
dinauit eos qui Euangelium annunciant de
Euãgelio viuere,ego aũt nullius horum vſus
ſum,& cætera huiuſmodi.Aut exponant ali-
ter,aut ſi prœclariſſima luce veritatis vrgen-
tur,intelligant & obediãt. Aut ſi obedire vel
nolunt vel nõ pñt, ſaltem illos qui volũt me
liores,qui aũt & pñt fœliciores eſſe fateãtur.
Aliud eſt.n.corporis infirmitatem, vel verã *Infirmi.*
allegare vel falſam prætendere, aliud aũt ſic
decipi & ſic decipere,vt inſuper ideo videaẗ
in ſeruis Dei maior eſſe iuſtitia, quia potuit
inter imperitos regnare pigritia,qui. n. verã
corporis oſtendit infirmitatem, humanè
tractandus eſt,qui autem falſam prętendit &
conuinci non põt,Deo dimittendus eſt,neu
ter tñ eorum pernicioſam regulam * fingat, *a.l.fingit*
quia bonus ſeruus Dei & manifeſto infirmo
fratri ſuo ſeruit,& fallenti cum credit, quia
malum eum non putat,non imitatur vt ma-
lus ſit,& ſi non ei credit, fallacem eum pu-
tat,ac nihilominus nõ imitatur. Ab illo vero
qui dicit,Hæc eſt vera iuſtitia,vt nihil corpo
raliter operãdo imitemur volatilia cęli, qm̃
qui tale aliquid fuerit operatus contra Euan- *Matt. 6.*
gelium facit, quiſquis animo infirmus hoc
audit & credit,non quia ſic vacat, ſed q̃a ſic B
errat lugendus eſt. Hinc oritur alia quæſtio.
Fortaſſe.n.dicant, quid ergo cæteri Apoſto- *An cæte*
li & fratres domini & Cephas,quia non ope *ri Apo-*
rabantur,peccabant? aut afferebant impedi- *ſtoli non*
mentum Euangelio, quia dicit beatus Pau- *laboran-*
lus,ideo ſe non vſum hac poteſtate,ne quod *tes pecca*
impedimentum daret Euangelio Chriſti? Si *rint.c.20*
enim peccauerunt, quia non operati ſunt,
non ergo acceperant poteſtatem non operã
di nec de Euangelio viuendi.Si autem acce-
perant hanc poteſtatem ordinante domino,
vt qui Euangelium annunciarent,de Euange
lio viuerent,& dicente,Dignus eſt operarius *Mat.10.*
cibo

cibo suo, quia potestate Paulus amplius aliquid erogans vti noluerit, non vtique peccauerunt. Si non peccauerũt, nullũ impedimẽtũ dederunt: Neque. n. nullum peccatum est impedire Euãgeliũ. Quod si ita est, & nobis, inquiũt liberũ est, & vti & non vti hac ptãte. Hanc qõnem breuiter soluerem, si dicerem, qa & iuste dicerem, credendum esse Apostolo. Ipse. n. sciebat cur in Ecclesiis gentiũ non oporteret putari venale Euangeliũ, non culpans coapostolos suos, sed distinguens ministeriũ suum, quia ita inter se distribuerant, ꝑculdubio admonente spũsancto, euangelizãdi prouincias, ut Paulus & Barnabas ad gentes irent, illi aũt in circuncisionem. Hoc tñ
C eum pręcepisse iis qui nõ habebant eiusmodi ptãtem, ea quę iã multa distincta sunt manifestant. Isti aũt fratres nostri temere sibi arrogant q̃tum existimo, qđ eiusmodi habeãt ptãtem. Si. n. Euangelistę sunt, fateor habent, si ministri altaris, dispẽsatores sacrorum, bene sibi istam non arrogant, sed planè vendicant ptãtem, si saltẽ habebant aliquid in hoc seculo, quo facile sine opificio sustentarent istam vitam, quod conuersi ad Deum indigẽtib. dispertiti sunt, credenda est eorum infirmitas & ferenda, Solent. n. tales, non melius sicut multi putant, sed quod est verum lãguidius educati laborem operum corporalium sustinere non posse, Tales fortasse multi erãt in Hierosolyma: Nam & scriptum est, quod prædia sua vendiderint, & precia eorum ante pedes Apostolorũ posuerint, vt distribuerent vnicuique prout opus erat, quapropter inuenti sunt fideles & vtiles fuerunt gentib. quæ ab idolorum cultu ex longinquo vocabant secundum illud quod dictum est, Ex Siõ
B prodiet lex, & verbum dñi ex Hierusalem. Debitores eorum dixit Apostolos ex gentib. Christianos: Debitores eorum, inquit, sunt. Et addidit quare: Si n. spiritalib. eorum, inqt, communicauerunt gentes, debent & in car-
D nalib. ministrare eis. Nunc aũt veniunt plerũque ad hanc professionem seruitutis Dei & ex conditione seruili vel etiam liberti, vel ꝑpter hoc à dñs liberati siue liberandi, & ex vita rusticana & ex opificum exercitatione & plebeio labore, tanto vtique fęlicius quãto fortius educati, qui si non admittant graue peccatum est. Multi enim ex eo numero vere magni & imitandi extiterunt. Nã ꝑpea & infirma mundi eligit Deus, vt confunderet fortia, & stulta mundi elegit, vt confunderet sapientes, & ignobilia mundi & ea q̃ non sunt tanq̃ sint, vt ea quæ sunt euacuentur, vt non glorietur omnis caro coram Deo. Hæc itaq; pia & sancta cogitatio facit, vt etiam tales admittant qui nullum afferant mutatæ in melius vitæ documẽtum. Neque. n. apparet, vtrum ex proposito seruitutis Dei venerint, in vitam inopem & laboriosam fugientes, vacui pasci atque vestiri voluerint, & insup honorari ab eis à qb. contemni conterique consueuerant. Tales ergo qm̃ se quò minus operent, de infirmitate corporis excusare nõ possũt, pteritæ quippe vite cõsuetudine cõuincunt, vmbraculo malæ disciplinæ se contegunt, vt ex male intellecto Euangelio, præ- E
cepta apostolica peruertere meditent, vere volatilia cœli, sed per superbiam in altum se extollẽdo, & fœnum agri, sed carnaliter sentiendo. Contingit enim eis quod in viduis iunioribus indisciplinatis cauendum idẽ Apostol⁹ dicit, Simul autẽ & ociosæ esse discũt, non solum autem ociosæ sed etiam curiosæ & uerbosæ, loquentes quæ non opotet. Hoc ille de malis fœminis dicebat quod nos etiã in malis uiris dolemus & plangimus, qui ad uersus eum ipsum in cuius epistolis legimus ista, ociosi & uerbosi, quæ non oportet loquuntur. Et qui sunt inter eos qui eo proposito ad sanctam militiam uenerunt, ut placeant cui se probauerunt, cum ita uigeant uiribus corporis & integritate ualetudinis, ut non solum erudiri, sed etiam secũdum Apostolum operari posśint exceptis istorũ ociosis corruptisque sermonibus quos iudicare per imperitũ tyrocinium non ualent, in eandem labem pestifera contagione * imitantur non solum non imitantes obedientiam sanctorum quiete operantium, & aliorũ monasteriorum in saluberrima disciplina secundum Apostolicam normam uiuentium, sed etiam insultantes melioribus tanquã conser- F
uatricem Euangelij prædicantes pigritiã, & tanquam præuaricatricem accusantes misericordiã. Multo enim milericordius operatur erga animas infirmorum qui bonæ famæ seruorum Dei consulit, quã erga corpora egentium qui panem esurientibus frangit. Quapropter utinam isti qui uacare uolunt manibus, omnino uacarent & linguis.

Neque

1. Co. 1.

1. Ti. 5.

a. l. mutãtur.

Neque enim tam multos ad imitationem in
uitarent, si eis non tm̃ exempla pigra, sed ēt
muta proponerent. Nunc vero contra Apo-
stolum Christi recitant Euangelium Christi.
Ita.n.mirabilia sunt opera pigrorum, vt im-
pedire velint Euangelium, quod Apostolus
iō præcepit & fecit, ne impediret ipsum Euã
gelium. Et tñ si eos ex ipsis Euãgelij verbis se
cundum eorũ intellectum viuere cogamus,
priores nobis suadere conabunt* q̃ non ita
sint intelligenda vt intelligunt. Certe.n. ꝑꝑea
se dicunt operari non dēre, q̄a nec volucres
cœli seminant neq; metunt, de q̄b. nobis dñs
similitudinē dedit ne de talib. necessariis co
gitemus. Cur ergo non attendunt quod sequi
tur? Neque.n. tantummodo hoc dictum est,
quia non seminant neq; metunt, sed adiectũ
est, neque congregant in apothecas. Apothe
G cæ aũt horrea, vel verbum ex verbo Græco,
repositoria dici possũt. Cur ergo isti manus
ociosas & plena repositoria volunt habere?
Cur ea quę sumunt ex laborib. aliorum, recõ
dunt & seruant vñ quotidie proferat? Cur de
nique molunt & coquunt? Hoc. n. aues non
faciunt. Aut si reperiunt q̄b. hoc opus quoq;
persuadeant, vt eis per singulos dies escas af-
ferant præparatas, saltem vel sibi aquam de
fontib. afferũt, vel de cisternis aut puteis hau
riut & reponũt. Hoc volatilia non faciunt.
Sed si hoc placet, studeant ēt boni fideles, &
regis æterni deuotissimi prouinciales, for-
tissimis eius militib. vsque ad ista seruire, vt
sibi nec aquam implere cogantur, fermè
etiam in illos qui tunc erant Hierosolymæ
nouo gradu iustitiæ supergressi sunt. Nam il
lis fame imminēte, & per Prophetas qui tũc
erant ante prædicta, boni fideles ex Græcia
frumenta miserunt, ex q̄b. credo ꝙ illi panē
sibi fecerunt, aut certe faciendum curauerũt,
quod aues non faciunt. Sed si iam isti vt di-
cere cęperam, ēt illos aliquo gradu iustitiæ
H transierunt, & oĩno in iis q̃ ad transigendam
vitam istam pertinent, sicut volucres agunt,
ostendant nobis homines seruire volucrib.
sicut sibi seruiri volunt nisi captis & inclu-
sis, q̄b. fides non habetur, ne volantes non re
deant, & tñ illæ malunt frui libertate, & ex
agris quantum satis est capere, q̃ ab homini-
bus apposita & apparata sumere. Proĩde rur
sus istos alios sublimiore gradu iustitiæ supe
rabunt, qui se ita instituerunt, vt quotidie in
agros tanquam in pastum pergant, & quo
tꝑe inuenerint carpant, ac* sopita fame re-
uertãtur. Sed plane ꝑꝑ agrorum custodes q̃
bonũm esset, si ēt pennas dñs largiri dignare
tur, vt serui Dei in agris alienis inuenti non
tanq̃ fures cõprehenderent, sed tanq̃ sturni
fugarent. Nunc vero ille quãtũ poterit, imi-
tabitur auem q̃ capere venator nõ potuerit.
Sed ecce concedãt oēs serui Dei, vt cum vo
lunt in eorum agros exeant, atque inde secu
ri refectiq; discedant sicut populo Israel per
legem præceptum est, vt in agris suis furem
nullus teneret, nisi qui secum aliquid vellet
auferre: nã qui nihil aliud attigisset q̃ id qđ
comedisset, liberum impunitumq; abire sine
rent. Vnde ēt spicas vellentib. discipulis dñi,
de sabbato potius q̃ de furto Iudæi calũniati
sunt. Sed quid erit agendum de his tꝑib. an- I
ni q̄b. esca quæ statim sumi possit, in agris nõ
inuenit? Quisquis aliquid domum qđ sibi co
quendo præparet, auferre tentauerit, s̃m isto
rum intellectũ audiet ex Euãgelio, Pone, hoc
enim aues non faciunt. Verũ & hoc conce-
damus, toto vertente anno posse in agris re-
periri vel ex arbore vel ex herbis, vel ex * qui
busq; radicib. quod in escam sumi possit in-
coctum, aut certe tanta exercitatio corporis
adhibeat, vt ea quæ coquēda sunt, ēt cruda
assumpta non noceant, possitq; ēt hyemalib.
quibuslibet asperitatib. ad pabula procedi, at
que ita fiat vt nihil præparandum auferat, ni
hil in crastinum reponat. non poterunt ista
seruare qui se per multos dies à conspectu
hoĩum separatos, & nulli ad se præbentes ac
cessum includunt seipsos viuentes in magna
intentione orõnum. Hi. n. facillima q̄dē atq;
vilissima, secum tñ alimenta includere con-
suescunt, quæ in illos dies q̄b. à nullo videri
statuerunt, sufficiant, qđ aues non faciunt.
Et horum quidem * exercitationem in tam
mirabili continentia, quandoquidem habēt
K ocium quo hæc agant, seque imitandos non
superba elatione, sed misericordi sanctitate
proponant non solum non repræhendo, sed
quantum dignum est laudare non possum.
Quid tamen de his dicimus secundum hi-
storiæ intellectum ex Euangelicis verbis?
An forte quo sunt sanctiores, eo sunt volu-
cribus dissimiliores, quia nisi reponant sibi
escas in plurimos dies, includere se ita vt
faciunt, non valebunt. Et vtique nobiscum
audiunt,

*Margin notes:* *Euangelium non recte intellectum ab ociosis.* *Cap. 23.* *Mat. 6.* *a l. quod.* *ἀποθήκη* *Acto. 11* *Iocose deridentur ignaui.* *a. l. positis* *Deu. 23.* *Mat. 12.* *Ioci festiui.* *a. l. quibuscunque.* *a. l. excitationem.*

audiunt,Nolite ergo cogitare in crastinum. Quapp vt breuiter cōplectar,isti qui ex Euāgelio puerse intellecto tam manifesta Apostolica præcepta puertere moliunt̃, aut non cogitēt in crastinum,sicut volatilia cœli,aut obtenperent Apostolo sicut filij dilecti, immo vtrunq; faciant,q̃a vtrunque concordat. Neque.n. contraria dño suo moneret Apostolus Paulus seruus Christi Iesu.Hoc.n.istis aperte dicimus, Si volatilia cœli sic intelligitis in Euāgelio vt nolitis operando manib. vestris victū tegumentumq; procurare,nihil ēt reponatis in crastinū,sicut nihil reponunt volatilia cęli.Si aūt aliquid reponere(aliqñ) in crastinū pōt non esse contra Euangelium, vbi dictū est. Respicite volatilia cœli quia neque seminant neq; metunt, neq; cōgregāt in apothecas,pōt ēt nō esse contra Euangeliū nec contra similitudinem volatilium cœli, vitam istam carnis corporalis operationis labore trāsigere.Si.n.vrgeant̃ ex Euangelio,vt nihil reponāt in crastinū, rectissime rñdent. Cur ergo ipse dñs loculos habuit vbi pecuniam collectam reponeret?Cur tanto ante fame imminente frumenta sanctis patrib. missa sunt?Cur Apostoli sic indigentię sanctorum necessaria procurarūt,ne deesset in posterū, vt.beatissimus Apostolus ad Corinthios in Epistola scriberet.De collectis aūt in sanctos sicut ordinaui (in) Ecclesiis Galatiæ, & ita & vos facite secundum vnam sabbati, vnusquisque vestrum apud se reponat thesaurizās qđ ei placuerit,vt nō cum venero tunc collectæ fiant.Cum aūt aduenero,quoscunq; probaueritis per epistolas,hos mittā perferre gratiam vestram in Hierusalem. Quod si dignū fuerit vt & ego eam,mecum ibunt. Hæc & alia multa copiosissime & verissime proferunt.Quib.rñdemus.Videtis ergo, quamuis dñs dixerit,Nolite cogitare in crastinū, non vos tñ istis verbis cogit,vt nihil in crastinum reseruetis. Cur ergo iisdem verbis vos cogi diciris vt vacetis?Cur volatilia cœli non vobis sunt exemplo ad nihil reseruādum,& vultis vt sint exemplo ad nihil operandum? Dicet aliquis, Quid ergo prodest seruo Dei ꝙ priorib. actib. quos in seculo habebat relictis, ad hanc spiritalem vitam militiamque conuertitur, si eum adhuc oportet tanquam * opificis exercere negocia? Quasi vero facile possit verbis explicari quantum prosit ꝙ dominus diuiti consilium capiēdæ vitæ ęternæ requirenti, ait quid faceret, si vellet esse perfectus,vt venditis quæ habebat, & indigētiæ pauperum distributis eum sequereť. Aut quis tam expedito cursu secutus est dñm, q̃ ille qui ait, Non in vacuum cucurri nec in vacuum laboraui, qui tñ opera ista & præcepit & fecit?Hoc nobis tanta authoritate doctis & īformatis sufficere debuit ad exemplū derelinquendi pristinas facultates & manib. operandi. Sed & nos ab ipso dño adiuti,possumus fortasse vtcūq; cognoscere, etiam sic operantib.seruis Dei,priora tñ negocia reliquisse quid prosit.Si.n.ad hanc vitam ex diuite quisq; conuertit̃, & nulla infirmitate corporis impedit̃,itane desipim⁹ a sapore Christi,vt nō intelligamus quantus superbiæ prioris tumor sanetur,cum circuncisis superfluis q̃b.ante anim⁹ exitialiter inflammabatur, ad modica quæ restant huic vitæ naturaliter necessaria,etiam opificis humilitas minime recusatur?Si autem ad hanc vitam ex paupertate conuertitur,non putet se id agere qđ agebat,si ab amore vel augendæ quantulecunq; rei priuatæ, iam non quærens quæ sua sunt, sed quæ Iesu Christi,ad cōmunis vitę se transtulit charitatem,in eorū societate victurus, quib.est aīa vna & cor vnum in Deum,ita vt nemo dicat aliquid proprium, sed sint illis omnia communia.Si.n.huius terrenæ reipu. antiqui principes pręclarissimo literatorum suorum eloquio prædicari solent, ꝙ rem cōmunem vniuersi populi suæ ciuitatis,priuatis suis rebus sic anteponebant, vt quidam eorum Aphrica edomita triumphator, quid nubenti filiæ daret non habuerit,nisi ex senatusconsulto de publico dotaretur, quo animo debet esse in rempu. suam ciuis æternæ illius ciuitatis Hierusalem cœlestis,nisi vt illud ipsum quod propriis manibus elaborat in commune habeat cū fratre,& si qđ ei defuerit,de communi suppleat, dicēs cum illo cuius præceptum exemplumque secutus est, Quasi nihil habentes & omnia possidentes? Quamobrem etiam illi qui relicta vel distributa,siue ampla, siue qualicunque opulenta facultate,inter pauperes Christi pia & salubri humilitate numerari voluerunt,si corpore ita valent, & ab Ecclesiasticis occupationibus vacant, quanquam eis tam magnum animi sui documentum afferentib. & eiusdē

societa-

*Mat. 16.* *Phili. 3.* A *Phili. 2.* *Acto. 2. & 4.* *In. 3. regula.c.17 12. q̃. 1. cap. Non dicatis.* B *2. Co. 6*

ſocietatis indigentiæ de his rebus quas habebant, vel plurimum vel non parum conferentib. vicem ſuſtentādæ vitæ eorū res ipſa cōis & fraterna charitas debeat, tñ ſi & ipſi aliqd manib. operentur, vt pigris ex vita humiliore & ob hoc exercitatiore venientib. auferāt excuſationē, multo miſericordius agunt, q̃ cum oĩa ſua indigentib. diuiſerunt. Quod q̃dem ſi nolunt, quis audeat cogere? Quib. tñ inuenienda ſunt opera in monaſterio, ēt ſi à corporali functione liberiora, ſed vigilanti adminiſtratione curanda, vt nec ipſi panem ſuum, qm̄ iam cōmunis factus eſt, gratis mā ducent. Nec attendendū eſt in q̧b. monaſteriis, vel in quo loco indigentib. fratrib. quiſque id qđ habebat impenderit. Oĩum enim Chriſtianorum vna reſpub. eſt. Et iō quiſq̧s
C Chriſtianis neceſſaria vbilibet erogauerit, vndecunq; ēt ipſe qđ ſibi neceſſarium eſt accipit, de Chriſti bonis accipit, quia vbicūq; & ipſe talib. dedit, q̧s niſi Chriſtus accepit? Illi aūt qui ēt præter iſtam ſanctā ſocietatem vitam labore corporis tranſigebant, ex quorū numero plures ad monaſteria veniunt, q̧a & in ipſo humano genere plures ſunt, ſi nolunt operari non manducent. Neque .n. propterea in militia Chriſtiana ad pietatem diuites humiliantur, vt pauperes ad ſuperbiam extollitur, nullo modo .n. decet vt in ea vita vbi fiūt ſenatores laborioſi, ibi fiant opifices ocioſi, & quo veniunt relictis * delitiis ſuis qui fuerant prędiorum dñi, ibi ſint ruſtici delicati. At enim dñs ait, Nolite ſoliciti eſſe aĩæ veſtræ q̧d māducetis, neq; corpori quid veſtiamini. Recte, qm̄ vt ſupra dixerat, Non poteſtis Deo ſeruire & mammonæ. Qui .n. propter hoc Euangelium prædicat, vt habeat vñ māducet, & vnde veſtiatur, ſimul ſe putet & Deo ſeruire & mammonæ. Deo, q̧a Euangelium prædicat, & mammonæ, quia p̧p iſta neceſſaria prædicat. Quod dñs dicit fieri nō
D poſſe, ac per hoc ille qui p̧p iſta Euāgelium prædicat, non Deo ſed mammonæ ſeruire conuincitur, & ſi Deus illo ad aliorum profectum q̄uo ipſe neſcit vtatur. Nā huic ſnĩæ ſubiungit dicens, Iō dico vobis nolite ſoliciti eſſe aĩæ quid manducetis, neque corpori quid veſtiamini, non vt iſta non procurent, quantum neceſſitati ſatis eſt, vnde honeſte potuerint, ſed vt non iſta intueantur, & propter iſta faciant quicquid in Euangelij præconio facere iubentur. Eam quippe intentionem quare quid fiat, oculum vocat. Vñ paulo ſuperus loquebatur vt ad hæc deſcenderet, & dicebat, Lucerna corporis tui eſt oculus tuus. Si oculus tuus ſimplex fuerit, totum corpus tuū lucidum erit. Si vero oculus tuus neq̃ fuerit, totū corpus tuuum tenebroſum erit. i. talia erūt facta tua qualis fuerit intētio tua cur ea facias. Et ad hoc .n. vt veniret, ſupra de eleemoſynis præceperat dicens, Noli te condere vobis theſauros in terris, vbi erugo & tinea ex terminat, & vbi fures effodiūt, & furanť. Recōdite vero vobis theſauros in cœlo, vbi neq; tinea neque rubigo exterminat, & vbi fures non perfodiunt & furantur, vbi .n. erit theſaurus tuus, ibi erit & cor tuū. Deinde ſubiunxit, Lucerna corporis tui eſt oculus tuus, vt illi .ſ. qui eleemoſyna faciunt,
E ne ea faciant intentione, vt vel hominibus velint placere, vel in terra ſibi quærant rependi quod faciunt. Vnde & Apoſtolus cum Timoteho diuites mouendo præciperet, Facile, inquit, tribuant, cōmunicent, theſaurizent ſibi fundamentum bonum in futurum, vt apprehendant meam vitam. Cum vero in futuram vitam dixerit oculum dñs eleemoſynas facientium, & in cęleſtem mercedem vt poſ ſint, & ipſa facta eſſe lucida, cū ſimplex oculus fuerit, in illam quippe nouiſſimam retributionem valet quod alibi ait, Qui vos excipit me excipit, & qui me excipit, excipit eū qui me miſit. Qui excipit Prophetam in nomine Prophetæ, mercedem prophetæ accipiet, & qui excipit iuſtum in nomine iuſti, mercedem iuſti accipiet, & qui potum dederit vni ex iſtis minimis calicem aquæ frigidæ tantum in nomine diſcipuli, amen dico vobis non peribit merces eius, ne forte correpto oculo eorum qui neceſſaria impendunt indigentib. & prophetis & iuſtis & diſcipulis domini, ipſorum oculus deprauaretur in quos iſta fierent vt propter iſta accipienda
F vellent Chriſto militare. Nemo, inquit, pōt duobus dominis ſeruire. Et pauloſt, Non poteſtis, inquit, Deo ſeruire & mammonæ, ſtatimque contexuit, Ideo dico vobis. Nolite ſoliciti eſſe animę quid māducetis, neque corpori quid veſtiamini. Et quod ſequitur de volatilib. cœli & de liliis agri, ad hoc dicit ne quiſquam Deum putet ſeruorum ſuorum neceſſaria non curare, cum eius ſapientisſima

*Margin notes:* *a. l. diuitiis.* — *Quare præcones verbi ſti pendium accipiant.* Cap. 26. Mat. 6. — Mat. 6. — Ibidem. — 1. Tim. 6. — Mat. 10. — Mat. 6. — *Q̄uo accipiendum illud,*

tißima prouidentia vsq; ad ista creãda & gu
bernãda perueniat. Neq; .n. nõ ipse pascit &
vestit etiã eos qui manibus operantur, sed ne
Christianã militiã ad hoc detorqueãt, vt ista
conquirãt, hoc seruos suos dominus prǽmo
net, vt in eo ministerio quod sacraméto eius
debetur, non ista, sed regnũ eius & iustitiam
cogitemus: & hæc omnia apponẽtur nobis,
siue per manus operantibus, siue infirmitate
G corporis impeditis, siue ipsius militię tali oc
cupatione districtis, vt nihil aliud agere va-
leamus. Neq; enim quia dixit Deus, inuoca
me ĩ die tribulationis, & eximã te, & glorifi
cabis me, propterea nõ debuit fugere Apo-
stolus, & per murũ in sporta submitti, vt ma-
nus persequentiũ euaderet, sed expectare po
tius vt comprehenderetur, & eum sicut tres
pueros de medijs ignibus liberaret. Aut pp
hoc, nec dñs dicere debuit, Si vos persecuti
fuerint in vnã ciuitatẽ, fugite in aliã, quia ip-
se dixit, Si quid patieritis in noĩe meo, dabi-
tur vobis. Sicut ergo quisqs persecutionẽ fu
gientibus discipulis Christi obijceret huiuſ-
cemodi qõnem, cur non stetissent potius, &
uocato Deo per eius mirabilia sic eruerentur,
vt Daniel à leonibus, & Petrus ex vincu
lis: Responderent non se oportuisse tentare
Deũ, sed tunc eũ talia si vellet esse facturum,
cum ipsi quid facerent non haberent. Cum
vero eis fugam in potestatẽ dedisset, ẽt si per
illam liberantur, nõ nisi ab ipso liberari. Sic
etiam dei seruis vacantibus & valentibus exẽ
plo & præcepto Apostolico manibus suis
victũ transire, si quis ex Euangelio mouerit
quæstionẽ de volatilibus cęli, quæ non semi
nant neq; metũt, neq; congregant in apothe
cas, & de lilijs, quia nõ laborãt neq; nent: fa-
cile respondebunt, Si & nos per aliquam vel
infirmitatẽ vel occupationem non poßimus
operari, sic ille nos pascet, & vestiet quemad
modũ aues & lilia quę nihil operantur hu-
H iuscemodi. Cum aũt possumus, non debe-
mus tentare Deũ nostrũ, quia & hoc quod
possumus, eius munere possumus. Et cũ hic
viuimus, illo largiente viuimus, qui largitus
est vt poßimus. Et ideo de istis necessarijs so
liciti non sumus, quia cũ hæc possumus age-
re, ille nos pascit & vestit, à quo pascuntur
homines, & vestiuntur. Cum vero hæc non
possumus agere, idem ipse nos pascit & ve-
stit, à quo aues pascuntur & lilia vestiuntur,
qm̃ nos pluris sumus illis. Quapropter in ista
militia nr̃a, nec in crastinũ cogitamus, quia
non propter ista tpalia quò pertinet crasti- 2. Ti. 2.
nus, sed propter illa sempiterna vbi semper *Graphice*
hodiernus est: nos illi probauimus, vt ei nul *describit*
lis negocijs secularibus implicati placeam⁹. *monachos*
Quę cũ ita sint, sine me paululũ sanctę fra- *ociosos et*
ter, Dat .n. mihi dñs per te magnã fiduciã eos *vagos.*
ipsos alloqui filios & fratres nostros, quos *Cap. 28.*
noui quãta nobiscũ dilectione parturias, do *Gala. 4.*
nec in eis Apostolica disciplina formeẽ. O *2. Cor. 2.*
serui Dei, milites Chr̃i, itane dißimulatis cal *Can. 1.*
lidißimi hostis insidias, q̃ bonã famã vestrã, I
tam bonum Christi odorẽ, ne dicant animæ
bonę, Post odorẽ vnguentorũ tuorũ curre-
mus, & sic laqueos eius euadant, omni mo-
do cupiens obscurare putoribus suis, tã mul
tos hypocriras sub habitu monachorũ vsque
quaq; dispersit, circũeuntes ꝓuincias, nusq̃
missos, nusquã fixos nusquã stantes nusquã
sedentes? Alij mẽbra martyrũ, venditant: alij *Reliquiæ.*
fimbrias & phylacteria sua magnificant: alij
parentes vel cõsanguineos suos in illa vel in
illa regione se audisse viuere, & ad eos per-
gere mentiunẽ: & omnes petunt, * oẽs exi- *al. l. oĩbus*
gunt, aut sumptus lucrosę egestatis, aut simu
latę preciũ sanctitatis: cũ interea vbicũq; in
factis suis malis deprehensi fuerint, vel quo
quo modo innotuerint, sub generali nomi-
ne monachorũ vestrũ ꝓpositũ blasphemaẽ,
tã bonũ, tã sanctũ, q̃ in Christi nomine cu-
pimus, sicut per alias terras, sic per totam
Aphricam pullulare. Nonne ergo inflamma
mini zelo Dei? Nõne cõcalescit cor vestrum *Psal. 38.*
intra vos, & in moderatione vestra exarde-
scit ignis, vt istorum mala opera bonis ope-
ribus persequamini, vt eis amputetis occa-
sionẽ turpiũ nundinarũ, quibus existimatio
vestra lęditur, & infirmis offendiculũ poni-
tur. Miseremini ergo & cõpatimini, & osten *Matt. 7.*
dite hominibus, non vos in ocio facilẽ vi- *2. Co. 11.*
ctũ, sed per angustam & arctã viã huius pro K
positi, regnũ Dei quęrere. Eadem vobis cau-
sa est quę Apostolo fuit, vt amputetis occa-
sionẽ ijs qui quęrunt occasionem, vt qui il-
lorũ putoribus præfocanẽ, in odore vestro
bono reficiãtur. Non alligamus onera gra-
uia & vestris humeris imponimus q̃ nos di- *Labores*
gito attingere nolumus. Quærite & agnosci *angusti.*
te labores occupationũ nostrarũ, & in ali- *Cap. 29*
quibus nostrorũ etiã corporũ infirmitates, *Mat. 23.*

& Ecclesiarũ quibus seruimus talem iã con-
suetudinẽ, vt nos ad illa opera ad q̃ vos hor-
1. Cor. 9. tamur vacare non sinant. Quanquam.n.di-
cere possemus: Quis militat suis stipendijs
vnquã? Quis plantat vineã & de fructu eius
nõ edit? Quis pascit gregẽ & de lacte gregis
nõ ꝑcipit? tñ dñm Iesum, in cuius nomine se
curus hęc dico, testẽ inuoco super animam
meã, qm̃ quantũ attinet ad meũ cõmodum,
L multo mellẽ per singulos dies certis horis,
quantũ in bene moderatis monasterijs con-
stitutũ est, alquid manibus operari, & cęteras
horas habere ad legendũ & orandũ, aut ali-
quid de diuinis literis agendũ liberas: q̃ tu-
multosissimas perplexitates causarũ alienarũ
pati de negocijs secularibus, vel iudicando
dirimendis, vel interueniendo pręcidẽdis: q
bus nos molestijs idem * afflixit Apostolus
Al. l. afflixit. non vtiq; suo, sed eius qui in eo loquebatur
2. Co. 13. arbitrio quas tñ ipsum perpessum fuisse non
1. Cor. 6. legimus. Alirer.n.se habebat Apostolatus ei⁹
discursus. Nec dixit. Secularia igit̃ iudicia si
habueritis, ad nos deferte, aut nos constitui-
te ad iudicandũ: sed eos qui contẽptiles sunt
in Ecclesia, hos, inquit, collocate. Ad reuerẽ
tiã vobis dico. Sic nõ est inter vos quisquã sa
piẽs qui posit inter fratrẽ suũ iudicare, sed
frater cũ fratre iudicatur, & hoc apud infide
les? Sapientes ergo qui in locis consistebant
fideles & sanctos, non qui hac atq; illac ꝑꝑ
Euangelium discurrebant, talium negocium
examinatores esse voluit. Vnde nunquã de il
lo scriptũ est, ꝙ aliquando talibus vacaue-
rit, à quibus nos excusare non possumus, ẽt
si cõtemptiles simus, quia & hos collocari
voluit si sapientes defuissent, potius q̃ vt ne-
gocia Christianorum deferrentur in forum.
Quem tamen laborẽ non sine consolatione
domini suscipimus pro spe vitæ ętermæ, vt
fructũ feramus cũ tolerantia. Serui.n.sumus
M eius Ecclesiæ, & maxime infirmioribus mem
bris, quantalibet in eodẽ corpore mẽbra su-
mus. Omitto alias innumerabiles Ecclesiasti
cas curas, quas fortasse nemo credit nisi qui
expertus est. Non ergo alligamus onera gra-
uia, & humeris vestris imponimus, quæ nos
digito nõ attingimus: qñquidẽ si officij no-
stris salua ratione possemus, videt ille qui
probat corda nostra, mallemus hæc agere,
quæ vt agatis hortamur, q̃ ea, quæ nos agere
cogimur. Sanè omnibus & nobis & vobis
pro nostro gradu & officio laborantibus, &
arcta via est in labore & erũna, & tñ in spe
gaudentibus. Iugum.n. eius leue * est, & sar- al. l. le
cina leuis, q nos vocauit ad requiẽ, qui prior Matt.
transitũ fecit à cõualle plorationis, vbi nec Rom. 1
ipse sine pressuris fuit. Si fratres, si filij nostri Mat. 1
estis, si cõserui, vel potius iu Xp̃o serui vestri Phi. 8
sumus, audite q̃ monemus, agnoscite q̃ ꝑci-
pimus, sumite q̃ dispensamus. Si aũt Phari- Mat. 23
sęi sumus, allegãtes onera grauia, & imponẽ A
tes humeris vestris q̃ dicimus facite, etiam si
quę facimus improbatis. Nobis autẽ mini-
mum est vt à vobis diiudicemur, aut ab hu-
mano die. Quã germana charitate sit nobis 1. Co
cura de vobis, ille inspiciat qui dedit ꝙ inspi
ciẽdũ eius oculis offeramus. Postremo ꝙ vul
tis, sentire de nobis, Paulus Apostolus vobis 2. Thes
ꝑcipit & obsecrat in dño, vt cũ silẽtio.i. quie
ti & obediẽter ordinati operantes vestrũ pa-
nẽ mãducetis. Nec de illo, vt arbitror, aliqd
mali creditis, & in illũ qui per eũ loquit̃ cre-
didistis, Hæc mi charissime & in Christi vi- Admon
scerib. venerãde frater Aureli, quantũ dona- bonos
nit vt possem, qui per te iussit vt facerem, de de fidi
opere monachorũ nõ distuli scribere, id ma malorum
xime curans ne boni fratres, Apostolicis ꝑce & ipsi
ptis obediẽtes, à pigris & inobediẽtibus etiã gressi
præuaricatores Euãgelij dicerẽtur. vt qui nõ corrip
operantur saltẽ illos qui operãtur, sibi ante- Cap. 3
ponẽdos esse non dubitẽt. Cęterũ quis ferat
homines contumaces saluberrimis Apostoli
monitis resistentes, non sicut infirmiores to-
lerari, sed sicut ẽt sanctiores ꝑdicari, vt mo-
nasteria doctrina saniore fundata, gemina il-
lecebra corrumpãtur, & dissoluta licẽtia va-
cationis, falso noĩe sanctitaris? Sciãt ergo ẽt
cęteri fratres & filij nostri qui fauere talibus,
& hmõi præsumptionẽ per ignorantiã de-
fendere cõsuerunt, se potissime corrigẽdos,
vt illi corrigi posint, non vt firmẽtur bene- B
facere. Sanè in eo quod seruis Dei prompte
atque alacriter necessaria subministrant, nõ
reprehendimus, sed ẽt suauissime amplecti-
mur; sed ne ꝑuersa misericordia magis eo- D
rum futuræ vitę noceãt, q̃ ꝑsenti subueniant:
minus enim peccatur si non laudetur pecca
tur in desiderijs animę suæ, & qui iniqua Psal. 9
gerit benedicatur. Quid autem iniquius quã De ca
velle sibi obtemperari à minoribus, & nol- tonso
le obtemperare maioribus? Apostolo dico, coma
non nobis intantum vt etiam iam comam Cap.
nutriant.

nutriant. Vnde ille nec disputari omnino voluit dicens.

11.

Si aũt quis vult contentiosus esse, nos talẽ consuetudinẽ non habemus, neque Ecclesia Dei. Hoc aũt præcipio, vt, s. non differentis solertia requiratur, sed præcipientis authoritas attẽdatur. Nã & hoc quo pertinet quæso tam aperte contra Apostoli præcepta comari? An ita vacãdum est, vt nec tonsores operentur? An quia Euãgelicas volucres imitari se dicunt, quasi depilari timent ne volare

C

non possint? Vereor in hoc vitio plura dicere ꝑꝑ quosdã crinitos fratres, quorũ præter hoc multa & pene oĩa veneramur. Sed quo magis eos in Christo diligimus, eo solicitius admonemus. Neq;.n. metuimus ne humilitas eorum respuat admonitionẽ nostrã, qñquidẽ & nos à talib. vbi forte titubamus aut aberramus, cupimus admoneri. Hoc ergo admonemus tã sanctos viros, ne stultis vanorũ hominum argumentationib. moueantur, & eos in hac peruersitate imitentur, quib. sunt in cęteris longe dissimiles. Illi.n. venalem circunferentes hypochrisim, timẽt ne vilior habeatur tonsa sanctitas q̃ comata, vt videlicet qui eos videt, antiquos illos quos legimus cogitet, Samuelem & cęteros qui non tondebãtur. Nec cogitant quid intersit inter illud Propheticum velamentũ, & hanc Euangelij reuelationem, de qua dicit Apostolus: Cum transieris ad Christum, auferetur velamen.

3.

Quid enim significabat velamen interpositũ inter faciem Moysi & aspectũ populi Israel, hoc significabat illis tẽporibus ẽt coma sanctorum. Nã idem Apostolus ẽt comam pro velamento esse dicit, cuius authoritate isti vrgẽtur. Aperte quippe ait: Vir quidem si comatus sit, ignominia est illi.

1.

Ipsam ignominiam, inquiunt, suscipimus merito peccatorum nostrorũ, ad hoc obtendentes simulatæ humilitatis vmbraculũ, vt sub eo proponant venalẽ typhum, quasi Apostolus superbiam doceat cũ dicit, Omnis vir orãs, aut prophetans velato capite, cõfundit caput suum: Et vir quidem non debet velare caput suũ, cũ sit imago & gloria Dei.

D

Qui ergo dicit, Non debet: nescit forte docere humilitatem. Sed si hanc ignominiã tpe Euangelij, ꝙ erat sacr̃m tempore Prophetiæ, pro humilitate isti appetũt, tondeant, & cilicio caput velent: sed nõ erit tunc species illa venalis, quia Sampson nõ cilicio, sed coma velabatur. Iã illud si dici potest, q̃ luctuose ridiculũ est, ꝙ rursus inuenerunt ad defensionẽ criminum suorũ. Virum, inquiũt, prohibuit Apostolus habere comã.

*Iud. 16.*

*Peruersa interpretatio scripturæ per monachos Cap. 2.*

Qui autem seipsos castrauerunt ꝑꝑ regnum cęlorũ, iam non sunt viri, O dementiam singularem. Merito qui hoc dicit aduersus sanctæ scripturæ manifesta præconia consilio nephandæ impietatis armatur, & perseuerat in itinere tortuoso, & pestiferam doctrinam

E

conatur inducere, quia nõ est beatus vir qui non abijt in consilio impiorũ, & in via peccatorum non stetit, & in cathedra pestilentię non sedit.

*Psal. 1.*

Nã si in lege Dei meditaretur die ac nocte, illic inueniret ipsũ Apostolũ Paulum, qui certe summã castitatem professus dicit, Vellem aũt oẽs homines esse sicut meipsum:

*1. Co. 7.*

& tñ se virum ostendit, non solum ita viuendo, sed ẽt ita loquendo, ait enim. Cum essẽ paruulus quasi paruulus loquebar, quasi paruulus sapiebam, quasi paruulus cogitabam: cum aũt vir effectus sum, euacuaui ea, quæ erant paruuli.

*1. Co. 13*

Sed quid Apostolũ commemorem, cũ de ipso dño & Saluatore nostro nesciant quid sentiant, qui hæc dicunt.

*Ephes. 4.*

Nam de quo alio dr̃: Donec occurramus oẽs in vnitatẽ fidei & agnitionẽ filij Dei, in virũ perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi, vt vltra non simus paruuli iactati & circumlati omni vento doctrinæ in illusione hominũ, in astutia ad machinationẽ erroris. Qua illusione isti decipiunt imperitos, qua astutia & machinamentis inimici & ipsi circũferuntur, & in sua circumlatione cohęrentes sibi animos infirmorum quodãmodo rotare conantur, vt pariter nesciant vbi sint. Audierunt.n. vel legerunt, ꝙ scriptum est, Quicũq;.n. baptizati estis in Christo, Chr̃m induistis, vbi non est Iudęus, neque Græcus, non seruus, neq; liber: nõ masculus neq; fęmina:

*Gal. 4.*

& non intelligunt secundũ carnalis sexus concupiscentiã hoc esse dictum, quia in interiore homine vbi renouamur in nouitate mentis nostræ, nullus sexus hmõi est.

*1. Cor. 4*
*Ephes. 4.*
*Colos. 3.*

Non ergo ꝑpea se negẽt viros, quia masculino sexu nihil operant.

F

Nã & cõiugati Christiani qui hoc operantur, non secundũ hoc vtique Christiani sunt, ꝙ habent cõe cũ cęteris non Christianis, & cum ipsis pecoribus. Aliud est.n. ꝙ vel infirmitati conceditur vel mortali propagatione persoluitur: aliud autem ꝙ ad capessendam incorruptã & æternam vitam,

tam, fideli profeſsione ſignificatur. Illud ergo ꝙ de non velando capite viris præcipit, in corpore quidẽ figuratur, ſed in mẽte agi, vbi eſt imago & gloria Dei, verba ipſa indi-
1.Co.11. cant. Vir quidẽ, inquit, non debet velare caput, cũ ſit imago & gloria Dei. Vbi autem ſit
Coloſ.3. hæc imago, ipſe declarat cũ dicit, Nolite mẽtiri inuicẽ, expoliantes vos veterem hominẽ cum actibus ſuis, induite nouũ, qui renouatˇ
G in agnitionẽ Dei ſecundũ imaginẽ eius qui creauit eum. Quis dubitat hanc renouationẽ in mente fieri? Sed & qui dubitat, audiat aper
Epheſ.4. tiorem ſnĩam. Eadẽ quippe admonens ita dicit alio loco. Sicut eſt veritas in Ieſu, deponite vos ſecundũ priorẽ conuerſationẽ veterẽ hominem eũ qui corrũpitur ſecundũ cõcupiſcentias deceptionis, renouamini aũt ſpũ mentis veſtræ, & induite nouũ hominẽ eum qui ſecundũ Deũ creatus eſt. Quid ergo? Mulieres non habent hanc innouationẽ mentis vbi eſt imago Dei? Quis hoc dixerit? Sed corporis ſui ſexu non eam ſignificant, ꝑpea velari iubentur. Illam quippe ſignificant partẽ, eoipſo quo mulieres ſunt, quæ concupiſcentialis dici poteſt, cui mens dñatur, ẽt ipſa ſubdita de ſuo, qñ rectiſsime & ordinatiſsime viuitur. Quod ergo in vno homine, mens & cõcupiſcẽtia: illa regit, hæc regitur: illa dñatur, hæc ſubditur: hoc in duob. hominib. viro & muliere ſecundũ ſexũ corporis figuratur. De
1.Co.11. quo ſacro loquens Apoſtolus dicit, virũ nõ debere velari, ſed debere mulierẽ. Tanto.n. glorioſius mens ad ſuperiora promouetur, quanto diligentius ab inferiorib. concupiſcẽtia cohibetur: donec totus homo cum ipſo ẽt mortali nunc, & fragili corpore in reſur-
H rectione nouiſsima incorruptione atq; immortalitate induatur, & abſorbeatur mors in
Al. l. victoria. victoriam. * Quapꝑ qui recte facere nolũt, deſinãt ſaltem docere peruerſa. Sed alij ſunt
1.Co.15. quos iſto ſermone corripimus: illos autẽ qui hoc vno vitio capillorũ contra præceptum Apoſtolicũ dimiſſorũ, offendunt & perturbant Eccleſiã: quia cum alij nolentes de illis mali aliquid ſentire, coguntur manifeſta verba Apoſtoli in peruersã detorquere ſnĩam: alij ſanum intellectũ ſcripturarũ defendere malunt, q̃ quibuslibet hominib. adulari: exiſtunt inter fratres infirmiores & firmiores amariſsimæ & periculoſiſsimæ contentiones: ꝙ illi forte ſi ſcirent, hoc quoq; ſine dubita-

*Quod morũ diuerſitate perturbãtes Eccleſiã, cõtra fraternã charitatẽ agẽtes, ſe corrigere debeant.*

tione corrigerent, quorum cętera miramur & amamus. Illos ergo non corripimus, ſed Cap. 3
rogamus & obſecramus per diuinitatẽ & humanitatẽ Chriſti, & per charitatẽ ſpũſſancti, ne vltra iã ponant hoc offendiculũ infirmis
pro quib. Chrs mortuus eſt, & dolorem cru 1.Co.15
ciatumq; noſtri cordis exaggerent, cũ cogitamus quanto procliuius hoc malũ ad decipiendos homines imitari poſsint mali, cũ in eis hoc vident quos ꝑꝑ alia tanta bona debitis officijs Chriſtianæ dilectionis honoram⁹. Quod ſi poſt hanc admonitionẽ vel potius obſecrationẽ noſtrã in eo ſibi perſeuerandũ
eſſe putauerint, nihil aliud faciemus q̃ dole- I
bimus & gememus. Hoc nouerint, ſufficit: ſi ſerui Dei ſunt, miſerentur: ſi non miſerentˇ, nolo quicquã grauius dicere. Hæc itaq; oĩa in quibus fortaſſe loquacior fui q̃ vellent occupationes & tuæ & meæ, ſi approbas, fac innoteſcere fratribus & filijs noſtris, ꝑꝑ quos mihi es hoc onus dignatus imponere. Si aũt aliquid retrahendum vel emendandum videtur, reſcriptis tuæ beatitudinis nouerim.

## D. AVRELII AVGVSTINI de ſpiritu & litera ad Marcellinum.

## LIBER VNVS.



LEctis opuſculis quę ad te nuper elaboraui, fili chariſsime Marcelline, de baptiſmo paruulorum, & de perfectione iuſtitiæ hominis, ꝙ eam nemo in hac vita, vel aſſecutus, vel aſſecuturus videatˇ, excepto vno mediatore, qui humana perpeſſus eſt ĩ ſimilitudine carnis peccati, ſine vllo om
nino pctõ: reſcripſiſti te moueri, eo ꝙ ĩ * po Al. l.
ſteriore duorum libro fieri poſſe dixi, vt ſit homo ſine pctõ, ſi voluntas * ei nõ deſit ope diuina adiuuante, ſed tñ præter vnum in quo oẽs viuificabuntur, neminẽ fuiſſe vel fore in
quo hic viuente eſſet iſta perfectio. Abſur- Mat.
dum.n. tibi vr̃ dici aliquid fieri poſſe cuius
deſit exemplũ, cum ſicut credo non dubites, K
nunquã eſſe factũ, vt per foramen acus camelus trãſiret, & tñ ille hoc quoque dixit Deo eſſe poſsibile. Legas etiã duodecim millia legiones angelorũ pro Chriſto ne pateretˇ pugnare potuiſſe, nec tñ factum. Legas fieri potuiſſe vt ſemel gentes exterminarentur à ter-

ra quæ dabatur filij Israel est tñ id paulatim fieri voluisse:& alia sexcenta possunt occurrere, quę fieri potuisse, vel posse fateamur, & eorũ tamen exempla quod sint proferre nequeamus. Vnde nõ ideo negare debemus, fieri posse vt homo sine peccato sit, quia nullus est hominũ præter illũ qui non tãtum homo sed etiã Deus est, in quo id perfectũ esse demonstrare possimus. Hic fortasse respondeas, ista, quę cõmemoraui facta non esse, & fieri potuisse, opera esse diuina, vt autem sit homo sine peccato, ad opus ipsius hominis pertinere, idq; opus esse optimum quo fiat plena & perfecta & ex omni prorsus parte absoluta iustitia: & ideo non esse credendũ nemiñe vel fuisse, vel esse, vel fore in hac vita qui hoc opus impleuerit, si ab homine impleri potest. Sed cogitare debes quanuis ad hominẽ id agere pertineat, hoc quoq; munus esse diuinũ, atq; ideo non dubitare opus esse diuinũ. Deus est enim qui operatur in vobis, ait Apostolus, & velle & operari pro bona voluntate. Proinde non multũ molesti sunt, & instandũ est eis, vt si possunt ostendant ita esse, qui dicunt viuere sic hominẽ, siue vixisse sine vllo omnino peccato. Nam si testimonia scripturarũ, quib. existimo definitum nullũ hominẽ hic viuentem, quanuis vtatur libero arbitrio, inueniri sine peccato, sicuti est. Ne intres in iudicium cũ seruo tuo, quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens:& cętera talia quisquã docere potuerit aliter esse accipienda quã sonant, & demonstrauerit aliquẽ vel aliquos sine vllo hic vixisse peccato, qui non ei, non solũ minime aduersarius, verumetiam plurimum gratulatus fuerit, non mediocribus inuidentiæ stimulis agitatur. Quinetiam si nemo est, aut fuit, aut erit, quod magis credo, tali puritate perfectus, & tamen esse aut fuisse, aut forte defenditur & putatur, quantum ego iudicare possum, non multum erratur, nec perniciose, cum quadam quisq: beneuolentia fallitur: si tamẽ qui hoc putat seipsum talem esse non putet, nisi reuera ac liquido talem se esse perspexerit. Sdd illis accerrime ac vehementissime resistendum est qui putant sine adiutorio Dei per seipsam vim voluntatis humanæ vel iustitiã posse perficere, vel ad eã tendendo proficere. Sed cũ vrgeri cęperint, quomodo id præsumant asserere fieri sine ope diuina, reprimunt se, nec hanc vocẽ audent emittere, qm̃ vident q̃ sit impia & non ferenda. Sed aiunt, ideo ista sine ope diuina non fieri, quia & hominẽ Deus creauit cũ libero voluntatis arbitrio, & dando præcepta ipse docet quemadmodũ homini sit viuendũ, & in eo vtiq; adiuuat ꝙ docendo aufert ignorantiã: vt sciat homo in operibus suis quid euitare, & quid appetere debeat, quo per liberũ arbitrium naturaliter insitũ, viam demõstratã ingrediens, cõtinenter & iuste & pie viuendo ad beatã eandemque æternam vitã peruenire mereatur. Nos autẽ dicimus humanã voluntatẽ sic diuinitus adiuuari ad faciendã iustitiam, vt præter quod creatus est homo cũ libero arbitrio voluntatis præterq; doctrinam qua ei pręcipitur quemadmodũ viuere debeat, accipiat spiritũsanctũ quo fiat in animo eius delectatio dilectioq; summi illius atq; incõmutabilis boni, quod Deus est, ẽt nunc cũ adhuc per fidẽ ambulet, nondũ per speciẽ: vt hac sibi velut arra data gratuiti numeris inardescat inhęrere creatori, atq; inflammet accedere participationẽ illius veri luminis, vt ex illo ei bene sit a quo habet vt sit. Nã neq; liberũ arbitriũ quicquam nisi ad peccandum valet, si lateat ueritatis via: Et cũ id quod agendum & quo nitendum est cęperit non latere, nisi ẽt delectet & amet, non agitur, non suscipitur, non bene uiuitur. Vt aũt diligat, charitas Dei diffunditur in cordibus nostris, nõ per arbitriũ liberum quod surgit ex nobis, sed per spispiritũ sanctũ qui datus est nobis. Doctrina quippe illa qua mandatũ accipimus continenter recteq; uiuendi, litera est occidens, nisi adsit uiuificans spiritus. Neq; enim solo illo modo intelligendum est quod legimus, Litera occidit, spiritus autem uiuificat: ut aliquid figurate scriptum cuius absurda proprietas, nõ accipiamus sicut litera sonat, sed aliud quod significat intuentes, interiorẽ hominem spiritali intelligentia nutriamus. quoniam sapere secundum carnem mors est, sapere autem secundum spiritum uita & pax. Velut si quisquam multa quæ scripta sunt in Cantico canticorum carnaliter accipiat, non ad luminosæ charitatis fructum, sed ad libidinosæ cupiditatis affectum: Non ergo isto solo modo intelligendum est, quod ait Apostolus, Litera occidit, spiritus autem ui-

M A B *Voluntas humana. Cap.3.* 2.Cor.3. Rom.5. *Litera occidit, uiuificat spiritus.c.4.* 2.Cor.3. C Rom.8.

uificat: sed etiã illo eoq; vel maxime quod apertissime alio in loco dicit, Cõcupiscentiã nesciebã nisi lex diceret, Non concupisces. Et paulo post ait: Occasione accepta peccatũ per mandatũ fefellit me, & per illud occidit. Ecce quid est, litera occidit. Et vtique nõ figurate aliquid dicitur quod accipiendũ
D non sit secundũ literę sonũ: cũ dicitur, Non concupisces: sed apertissimũ saluberrimũq; pręceptum est quod si quis impleuerit nullũ habebit omnino peccatum. Nã hoc ideo elegit Apostolus generale quiddã quo cuncta cõplexus est, tãquã hęc esset vox legis ab omni peccato prohibentis, quod ait, Non concupisces. Neq; enim vllum pctm̃ nisi concupiscendo cõmittitur: proinde quę hoc præcipit bona & laudabilis lex est. Sed vbi sanctus non adiuuat spiritus, inspirans ꝓ concupiscentia mala concupiscentiã bonã, hoc est, charitatẽ diffundens in cordibus nostris
Rom. 5. profecto illa lex, quanuis bona, auget, prohibendo desiderium malũ, sicut aquæ impetus si in eam partem nõ cesset influere, vehementior fit obice opposito, cuius molem cũ euicerit maiore cumulo pręcipitatus violenti⁹ per prona prouoluitur. Nescio quo enim modo hoc ipsum quod concupiscitur fit iucundius dum vetatur. Et hoc est quod fallit pctm̃ per mandatũ, & per illud occidit, cum accedit ẽt præuaricatio, quę nulla est vbi lex non est: Sed totũ ipsum Apostolicę epistolæ locũ si placet consideremus, & sicut domin⁹ adiuuerit pertractemus. Volo enim si potuero demonstrare illud quod ait Apostolus, Litera occidit, spiritus autẽ viuificat: non de figuratis locutionibus dictũ, quãuis & illic cõgruenter accipiatur, sed potius de lege aperte quod malum est prohibente. Quod cum
E ostendero, profecto manifestius apparebit, bene viuere, donũ esse diuinũ: nõ tantũ quia homini Deus dedit liberum arbitrium, sine quo nec male nec bene viuitur: nec tantum quia præceptum dedit quo doceat quemadmodũ sit viuendũ: sed quia per spiritum sanctum diffundit charitatẽ in cordibus eorum quos pręsciuit vt prædestinaret, prædestinauit vt vocaret, vocauit vt iustificaret, iustificauit vt glorificaret. Hoc aũt cũ apparuerit, videbis vt existimo, frustra dici illa tantum esse possibilia sine exemplo, quæ Dei opera sunt: sicut de cameli trãsitu per foramen acus

Per literã significatur lex. c. 5.
2. Cor. 3.
Rom. 5.

commemorauimus, & quæcunq; alia sunt apud nos impossibilia, apud Deũ aũt facilia: Mat. 19
& ideo non inter hæc humanã deputandam esse iustitiam, ꝙ non ad Dei, sed ad hominis opus pertinere debeat: cuius perfectio si est in hac vita possibilis, nullã esse causã cur sine exemplo esse credatur. Hoc ergo frustra dici satis elucebit, cũ & ipsam humanam iustitiã operationi Dei tribuendã esse claruerit quanuis non fiat sine hominis voluntate: & ideo eius ꝑfectionẽ ẽt in hac vita esse possibilem negare nõ possumus: quia omnia possibilia sunt Deo, siue quæ fecit sola voluntate, siue quę cooperantibus creaturæ suæ voluntatibus à se fieri posse constituit. Ac per F
hoc quicquid eorũ non facit, sine exẽplo est quidẽ in operib. factis, sed apud Deũ & in eius virtute habet causam qua fieri possit, & in eius sapientia quare nõ factũ sit: quæ causa ẽt si lateat hominẽ, nõ se obliuiscatur esse hominẽ, nec propterea Deo det insipiẽtiam, quia non plene capit eius sapientiã. Attende igitur Apostolũ ad Romanos explicãtẽ, satisque monstrantẽ quod scripsit ad Corinth. Litera occidit, spiritus aũt viuificat: sic magis accipiendũ queadmodũ supra diximus: qm̃ 2. Cor. 3.
legis litera, quæ docet non esse peccandum, si spiritus viuificans desit, occidit: sciri.n. facit peccatũ potius quã caueri, & ideo magis augeri q̃ minui, quia malæ concupiscentiæ ẽt pręuaricatio legis accedit. Volẽs ergo Apostolus cõmendare gratiã, quæ per Iesum Christũ omnibus gentibus venit ne Iudęi aduersus cęteras gentes de accepta lege se extollerent, posteaquã dixit peccatũ, & mortẽ per vnũ hominem intrasse in genus humanũ & per vnum hominẽ iustitiam & vitam æternam, illum Adam, hunc Christum apertissime insinuans, ait, Lex autem subintrauit vt abundaret delictũ vbi aũt abundauit delictũ, superabundauit gratia: vt quemadmodũ regnauit peccatũ in mortẽ, sic & gratia regnet per iustitiam in vitam ęternam per Iesum Christum dominum nostrũ. Deinde opponẽs sibi ipsi qõnẽ, Quid ergo dicem⁹ inquit? Permanebimus in peccato vt gratia abundet? Absit. Vidit enim a peruersis puerse posse accipi quod dixerat. Lex subintrauit vt abundaret delictum: vbi autem abundauit delictũ, superabundauit gratia: tanquã dixerit, propter abundantiã grãe prodesse peccatum,

Abundãtia delicti per legem.
G
Rom. 5.
Rom. 6.

tum, hoc diluens, respondit, Absit: atq; subiecit, Qui mortui sumus peccato, quō viuemus in eo? Hoc est, cū id præstiterit gratia vt moreremur peccato, quid aliud faciemus si viuemus in eo, nisi vt gratiæ simus ingrati? Neque.n. qui laudat beneficium medicinæ, prodesse morbos dicit, & vulnera à quib. illa hominem sanat: sed quanto maiorib. medicina laudibus prædicatur, tanto magis vituperantur & horretur vulnera & morbi à quibus liberat quæ ita laudatur. Sic laus & prædicatio gratiæ, vituperatio & damnatio est de-

H lictorum. Demonstranda.n. fuerat homini fęditas languoris eius, cui contra iniquitatem suā nec præceptū sanctum & bonū profuit, quo magis aucta est iniquitas q̄ minuta, qñquidē lex subintrauit vt abundaret delictū, vt eo modo conuictus atq; confusus, videret non tm̄ doctorem sibi esse necessariū, verūetiam adiutorē Deum, à quo eius itinera dirigantur, ne dñetur ei omnis iniquitas, & confugiendo ad opem diuinæ misericordię sanetur: atq; ita vbi abūdauit delictum, superabūdaret gratia, non peccantis merito, sed subuenietis auxilio. Consequenter eandē medicinam in passione & resurrectione Christi mystice demonstratam ostendit Apostolus dicens: An ignoratis, qm̄ quicunq; baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus? Consepulti ergo sumus illi per baptismū in mortem, vt quemadmodū surrexit Christus à mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. Si.n. complātati sumus similitudini mortis eius, simul & resurrectiouis erimus: hoc scientes, quia vetus homo noster simul crucifixus est vt euacuetur corpus peccati, vt vltra non seruiamus peccato. Qui.n. mortuus est, iustificatus est à pctō. Si aūt mortui sumus cum Christo credimus, quia simul viuemus cū illo, scientes quia Christus resurgens à mortuis iā non

I moritur, & mors ei ultra non dnabit̃. Quod enim mortuus est pctō, mortuus est semel: ꝙ aūt uiuit, uiuit Deo. Ita & uos existimate uos mortuos esse pctō, uiuere aūt Deo in Christo Iesu. Nempe satis elucet mysterio dñicæ mortis & resurrectionis figuratum uitæ nostræ ueteris occasum, & exortum nouæ demonstratamq; iniquitatis abolitionē renouationemq; iustitiæ. Vnde igitur hoc tantū beneficium homini per literā legis, nisi per fidem Iesu Christi? Hæc cogitatio sancta seruat filios hominū in protectione alarū Dei, sperantes ut inebrientur ab ubertate domus eius, & torrente voluptatis eius potent, qm̄ apud ipsum est fons uitæ, & in lumine eius uidebimus lumen: qui prætendit misericordiam suam scientibus eum, & iustitiā suam ijs qui recto sunt corde. Neq;.n. quia sciunt, sed ēt ut sciant eum, prætendit misericordiā suam: nec quia recti sunt corde, sed ēt vt recti sint corde prætendit iustitiam suam qua iustificat impium. Hæc cogitatio non affert superbiam, quod vitium oritur cū sibi quisque præfidit, seq; sibi ad viuendum caput facit. Quo motu recedit ab illo fonte uitæ cuius solius haustu iustitia bibitur, bona, s. uita: & ab illo incōmutabili lumine, cuius participatione anima rationalis quodāmodo accenditur, vt sit etiam ipsa factū creatumq; lumen: sicut erat Ioannes lucerna ardens & lucens: qui tn̄ unde luceret agnoscens, Nos, inquit, de plenitudine ejus accepimus. Cuius, nisi illius utiq; in cuius cōparatione Ioānes non erat lumen? Illud.n. erat verum lumen, ꝙ illuminat omnem hominē uenientem in hunc mundum. Proinde cum dixisset in eodem Psalmo, Prætende misericordiam tuam scientibus te, & iustitiam tuam his qui recto sunt corde. Non ueniat, inquit, mihi pes superbiæ, & manus peccatorum non moueant me: Ibi ceciderunt omnes qui operantur iniquitatē, expulsi sunt nec potuerūt stare. Hac quippe impietate qua tribuit sibi quisque ꝙ Dei est, pellitur in tenebras suas q̄ sunt opera iniquitatis. Hæc.n. plane facit ipse q̄ ad hæc implenda sibi est idoneus: Opera uero iustitiæ non facit, nisi quantum ex illo fonte atq; ex illo lumine percepit, ubi nullius indigens uita est, & ubi non est cōmutatio, nec momēti obumbratio. Ideo Paulus Apostolus, qui cum Saulus prius uocaretur, non ob aliud quantum mihi vr̄ hoc nomen elegit, nisi ut se ostenderet paruum, tanquā minimū Apostolorum, multum contra superbos & arrogantes, & de suis operibus præsumentes pro cōmendāda ista Dei gratia fortiter atq; acriter dimicans, quia reuera in illo euidentior & clarior apparuit. Qui cum talia operaretur uehementer Ecclesiā Dei persequēs, pro quib. summo supplicio dignus fuit, misericordiā pro dānatione suscepit, & pro pęna

*Bona opera ex quo fonte manent. c. 7.*
*Psal. 35.*
*Rom 4.*
*Superbia*
K
*Ioan. 5.*
*Ioan. 1.*
*Ibidem.*
*Psal. 35.*
*Iacob. 1.*
*Paulus.*
*Acto. 9.*
1. *Co.* 15
1. *Tim.* 1
L

consecutus est gratiã:merito pro eius defensione p̄cipue clamat atq; concertat,nec in re profunda & nimis abdita nõ intelligentium, & verba sua sana in peruersum sensum detorquentiũ curat inuidiã : dum tñ incunctanter prædicet donũ Dei, quo vno salui fiunt filij promissionis,filij beneficij diuini,filij gratiæ & misericordiæ,filij testamenti noui. Primũ ꝙ omnis eius salutatio sic se habet, Gratia

M vobis & pax à Deo patre & dño Iesu Christo:deinde ad Romanos penè ipsa q̃stio sola versatur,tam pugnaciter,tã multipliciter, vt fatiget quidẽ legentis intentionẽ, sed tñ fatigatione vtili ac salubri,vt interioris hominis magis exerceat membra q̃ frangat. Inde sunt

*Obseruatio legis. Cap.8. Rom.2.* illa quæ supra cõmemoraui, Inde est ꝙ Indæum arguit, eumq; dicit Iudæum cognominari,& nequaquã id ꝙ profitetur implere.Si autẽ, tu inquit, Iudæus cognominaris & requiescis in lege,& gloriaris in Deo, & nosti voluntatem eius,& probas distantia, instructus in lege confidis teipsum ducẽ esse cæcorum,lumen eorũ qui in tenebris sunt, eruditorẽ insipientiũ,magistrum infantium habentẽ formam scientiæ & veritatis in lege. Qui ergo aliũ doces,teipsum non doces,qui prædicas non furandũ,furaris:qui dicis nõ adulterandũ,adulteras: qui abominaris idola sacrilegiũ facis:qui in lege gloriaris, per præ-

*Esa. 25.* uaricationẽ legis Deũ inhonoras.Nomen.n. Dei per vos blasphematur in gentibus, sicut scriptũ est. Circuncisio quidẽ prodest si legẽ custodias:si aũt præuaricator legis sis, circuncisio tua præputiũ facta est. Si igitur præputiũ iustitias legis custodiat, nonne præputiũ eius in circuncisionẽ reputabitur? Et iudicabit ꝙ ex natura est præputiũ,legẽ cõsummãste qui per literã & circuncisionẽ præuaricator legis es. Non.n.qui in manifesto Iudæus est,neq; quæ in manifesto in carne est circũcisio,sed qui in abscondito Iudæus est,& circuncisione cordis spiritu non litera, cuius

A laus non ex hominibus, sed ex Deo est. Hic manifestauit quemadmodũ dixerit,gloriaris in Deo: nam vtiq; si vere talis Iudæus gloriaretur in Deo, eo modo quo postulat gratia, quæ non operum meritis sed gratuito datur, ex Deo esset laus eius non ex hominibus:sed ita gloriabantur in Deo velut qui soli meruissent legẽ eius accipere, secũdum illam vocẽ

*Ps. 137.* psalmi qua dictum est. Non fecit sic vlli genti,& iudicia sua non manifestauit eis. Quam tñ Dei legem sua iustitia se arbitrabantur implere, cũ magis eius præuaricatores essent. Vnde illis irã operabatur abundante p̃ctõ,ꝙ ab scientibus perpetrabãt: quia & quicunq; faciebant ꝙ lex iubebat non adiuuante spiritu gratiæ, timore pœnæ faciebant non amore iustitiæ: ac per hoc corã Deo non erat in vo-

B lũtate ꝙ corã hominib. apparebat in opere: potiusq; ex illo rei tenebantur, ꝙ eos nouerat Deus male si fieri possit impune cõmittere. Circuncisionẽ aũt cordis dicit puram,s. ab omni illicita concupiscentia voluntatẽ: ꝙ non fit litera docente & minante, sed spiritu adiuuante atq; sanante. *Circuncisio cordis.* Ideo laus taliũ non ex hominibus, sed ex Deo,qui per suam gratiam præstat,vnde * laudentur:de quo dr̃, In dño laudabitur anima mea: & cui dr̃, Apud te laus mea: non quales illi sunt, qui Deum * laudari volũt,ꝙ homines sunt, se autem ꝙ iusti sunt. *Al. laudetur. Psal. 33. Psal. 21. Al. laudare.* Sed laudamus, inquiunt, & Deum nostræ iustificationis authorem in eo ꝙ legẽ dedit, cuius intuitu nouerimus quemadmodum viuere debeamus; nec audiunt ꝙ legũt, Quia non iustificabitur ex lege omnis caro corã Deo. Potest.n.fieri coram hominibus, non aũt coram illo qui cordis ipsius & intimæ voluntatis inspector est:vbi videt, etiam si aliud faciat qui legem timet, quid tñ mallet facere si liceret. Ac ne q̃squã putaret hic Apostolũ ea lege dixisse neminẽ iustificari, quæ in sacris veteribus multa continet figurata præcepta,vnde ẽt ipsa est circũcisio carnis, quam die octauo accipere paruuli iussi sunt, continuo subiunxit quã legem dixerit, & ait,Per legem.n. cognitio peccati. *Ibidem. Rom. 7.* Illa igitur lex est de qua postea dicit, Peccatum nõ

C cognoui,nisi per legem. Nam concupiscentiam nesciebam,nisi lex diceret, Non concupisces. nam quid est aliud, per legem enim cognitio peccati? Hic forte dicat illa humana p̃sumptio,ignorans Dei iustitiã & suã volens constituere, merito dixisse Apostolum, quia ex lege nemo iustificabitur: ostendit.n. tantũmodo lex quid faciendũ,quidve cauendum sit, vt ꝙ illa ostẽderit voluntas impleat, ac sic homo iustificetur non per legis imperiũ,sed per liberũ arbitrium. *Iustitia Dei manifestata per lege et prophetas. c. 9. Rom. 3.* Sed ô homo attende ꝙ sequitur. Nunc aũt,inquit, sine lege iustitia Dei manifestata est,testificata per legẽ & Prophetas.Parũ ne insonat surdis? Iustitia,

inquit,Dei manifestata est.Hāc ignorant qui
m.10. suam volunt constituere, & huic nolunt esse
subiecti.Iustitia, inquit, Dei manifestata est:
nō dixit,iustitia hominis,vel iustitia propriȩ
voluntatis,sed iustitia Dei, non qua Deus iu-
stus est, sed qua induit hominē, cū iustificat
m.4. impiū.Hæc testificatur per legem & Prophe
tas,huic quippe testimoniū perhibent lex &
Prophetæ.Lex quidē hoc ipso, ꝙ iubendo &
minando & neminē iustificādo satis indicat
dono Dei iustificari hominē per adiutoriū
D spūs.Prophetæ aūt, quia id ꝙ prædixerunt,
m.3. Christi impleuit aduentus. Nā hinc sequitur
& adiungit dicens, Iustitia autem Dei per fi-
dem Iesu Christi,hoc est, per fidē qua credi
tur in Christū. Sicut aūt ista fides Christi di-
cta est non qua credit Christus: sic & illa iu-
stitia Dei non qua iustus est Deus. Vtrunq;.n.
nostrū est,sed ideo Dei & Christi dr̄, ꝙ eius
nobis largitate donatur.Iustitia ergo Dei sine
lege, non sine lege manifestata est. Qūo.n.
per legem testificata, si sine lege manifestata?
Sed iustitia Dei sine lege est, quam Deus per
spiritum gratiæ credenti confert sine adiuto-
rio legis,hoc est non adiutus à lege. Quādo-
quidem per legem ostendit homini infirmi-
tatem suam,vt ad eius misericordiam per fi-
dem confugiens,sanetur. De sapientia quip-
pe eius dictum est, ꝙ legem & misericordiā
in lingua portet: legem,s.qua reos faciat su-
perbos, misericordiā vero qua iustificet hu-
miliatos. Iustitia ergo per fidem Iesu Christi
in omnes qui credunt, Non enim est distin-
m.3. ctio, Omnes.n.peccauerunt & egent gloria
Cor.4 Dei,non gloria sua.Quid.n.habent quod nō
acceperunt? Si autem acceperunt, quid glo-
riantur quasi non acceperint?Egent itaq; glo
ria Dei,& vide quid sequatur, Iustificati gra
tis per gratiam ipsius: non itaque iustificati
per legem, non iustificati per propriā volū-
tatem, sed iustificati gratis per gratiā ipsius:
non ꝙ sine voluntate nostra fiat, sed volun-
tas nostra ostenditur infirma per legem,vt sa
E net gratia voluntatem & sanata voluntas im-
pleat legem non constituta sub lege nec in-
Qūo iniusto posita non iusto posita est lex.c.10. digens lege. Iusto enim lex non est posita,
quæ tñ bona est, si quis ea legitime vtatur.
Hæc duo Apostolus velut inter se contraria
connectens, monet mouetque lectorem, ad
perscrutandam quȩstionem atque soluendā:
quomodo.n. bona est lex si quis ea legitime
vtatur, si etiam ꝙ sequitur verum est, sciens
hoc quia iusto lex non est posita. Nam quis 1.Tim.1
legitime vtitur lege nisi iustus? at ei non est Ibidem.
posita sed iniusto. An & iniustus vt iustifice-
tur, i.vt iustus fiat, legitime lege vti debet, Gal.3.
qua tanquam pedagogo perducatur ad gra-
tiam, per quam solam ꝙ lex iubet possit im-
plere: per ipsam quippe iustificatur gratis, i.
nullis suorum operum præcedentibus meri-
tis: alioquin gratia iam nōn est gratia: quan-
doquidē ideo datur non quia bona opera fe Rom.11.
cimus, sed vt ea facere valeamus, i.non quia
legem impleuimus, sed vt legē implere pos-
simus. Ille enim dixit: Non veni soluere legē, F
sed implere: de quo dictum est: Vidimus glo Matt.5.
riam eius gloriam tanquam vnigeniti à pa- Ioan.1.
tre, plenum gratia & veritate. Hæc est gloria
de qua dictum est, Omnes enim peccauerūt Rom.3.
& egent gloria Dei. Et hæc est gratia de qua
continuo dicit, Iustificati gratis per gratiam
ipsius. Iniustus ergo legitime lege vtitur, vt
iustus fiat, ꝙ cum factus fuerit, ea iā non vta-
tur tanquam vehiculo cū peruenerit, vel po-
tius vt supradicta similitudine Apostoli vtar,
tanquam pedagogo cū eruditus fuerit. Quo-
modo enim iusto lex non est posita, si & iu-
sto est necessaria, non qua iniustus ad iustifi-
cātem gratiam perducatur, sed qua legitime
iam iustus vtatur? An forte, imo vero nō for
te, sed certe sic legitime vtatur lege iā iustus,
cum eam terrendis imponit iniustis, ut cum
& in ipsis cȩperit inolitæ cōcupiscentiȩ mor
bus incentiuo prohibitionis & cumulo præ-
uaricationis augeri, confugiant per fidem ad
iustificantem gratiam, & per donum spiritus
suauitate iustitiæ delectati pœnā literæ mi-
nantis euadant: Ita non erunt contraria, neq;
inter se duo ista pugnabunt, ut etiam iustus
bona lege legitime utatur, & tñ iusto lex po-
sita non sit: non enim ex ea iustificatus est, sed
ex lege fidei: qua credidit nullo modo posse
suæ infirmitati ad implenda ea quæ lex facto
rum iuberet, nisi diuina gratia subueniri. Id- Rom.3.
eo dicit. Vbi est ergo gloriatio tua? exclusa
est per quā legem factorum? non: sed per le- G
gem fidei. Siue gloriationem dixerit laudabi
lem, quæ in dn̄o est, eamq; exclusam, i.non
ut abscederet pulsam, sed ut emineret expres
sam. Vnde & exclusores dicuntur quidam ar Exclusores.
tifices argētarij. Hinc est & illud in Psalmis:
Vt excludantur ij qui probati sunt argento,
hoc

hoc est vt emineāt qui probati sunt eloquio
*Psal. 67.* dñi. Nam & alibi dr, Eloquia dñi eloquia ca
*Psal. 11.* sta, argentum igne examinatum. Siue gloria-
tionem vitiosam de superbia venientem cō-
memorare voluerit, eorum scilicet qui cum
sibi iuste videntur viuere, ita gloriantur qua-
si non acceperint eam, quam non per legem
factorū, sed per legem fidei dicit exclusam,
idest eiectam & abiectam: quia per legem fi-
H dei quisq; cognoscit, si quid bene viuit Dei
gratia se habere, & vt perficiatur in dilectio-
ne iustitiæ, non se aliunde consecuturū. Quæ
*Pietatem esse sapiētiā. c. 11.* cogitatio pium facit, quia pietas est vera sa-
pientia: pietatem dico quam Græci theose-
*Iob. 28.* biam vocant: ipsa quippe cōmendata est, cū
dictum est homini, quod in libro Iob legi-
tur, Ecce pietas est sapientia. Theosebia por-
ro si ad verbi originem Latine expressam in-
terpretaretur, Dei cultus dici poterat, qui in
hoc maxime constitutus est, vt anima ei non
sit ingrata. Vnde & in ipso verissimo & in sin
gulari sacrificio, dño Deo nostro agere gra-
tias admonemur. Erit autem ingrata si quod
illi ex Deo est sibi tribuerit, præcipueq; iusti
tiam, cuius operibus velut proprijs & velut
à semetipsa sibimet partis, non vulgariter tan
quam ex diuitijs aut membrorum forma aut
eloquentia, cęterisq;, siue externis siue inter-
nis, siue corporis, siue animi bonis, quæ ha-
bere etiam scelerati solent, sed tanquam de
ijs quæ proprie sunt bona bonorum quasi sa
pienter inflatur. Quo vitio repulsi à diuinæ
stabilitate substantiæ ēt magni quidam viri
ad idololatriæ dedecus defluxerūt. Vnde idē
Apostolus in eadē epistola, in qua vehemens
*Rom. 1.* defensor est gratiæ, cum se dixisset esse Græ-
cis ac Barbaris, sapientibus & insipientibus
debitorē, & ideo quod ad ipsum pertineret
*Ai. l. his.* promptum esse, & in * ijs qui Romæ essent
euangelizare, Non enim confundor, inquit,
I de euangelio, virtus enim Dei est in salutem
omni credenti Iudæo primum & Græco: iu
stitia.n. Dei in eo reuelatur ex fide in fidem,
sicut scriptū est: Iustus aūt ex fide viuit. Hęc
est iustitia Dei quæ in testamento veteri vela
ta, in nouo reuelatur, quæ ideo iustitia Dei di
citur, ꝙ impertiendo eam iustos facit: sicut
*Abac. 2.* domini est salus qua saluos facit: & hæc est
*Psal 3.* fides ex qua & in qua reuelatur, ex fide scili-
cet annunciantium in fidem obedientiū: qua
fide Iesu Christi, idest quam nobis contulit
Christus, credimus ex Deo nobis esse, ple-
niusq; futurum esse quod iuste viuimus, vn-
de illi ea pietate qua solus colendus est gra-
tias agimus. Nec immerito se Apostolus ex *Cognitio Dei per creaturas Cap. 12.*
hoc articulo conuertit ad eos cum detesta-
tione cōmemorandos, qui vitio illo quod su
perius memoraui leues & inflati, ac per seip-
sos velut per inane sublati, vbi non requie-
scerent sed fracti dissilirent, in *figmenta ido *Al. l. fragmenta.*
lorum tanquam in lapides deciderunt. Quia
enim cōmendauerat pietatem fidei, qua Deo
iustificati grati esse debemus, velut contrariū
quod detestaremur subinferens, Reuelatur *Rom. 1.*
enim inquit ira Dei de cęlo super omnē im-
pietatem & iniustitiam hominum eorū qui
veritatem in iniustitia detinēt: quia quod no K
tum est Dei, manifestum est in illis, Deus.n.
illis manifestauit. Inuisibilia enim eius à crea
tura mundi, per ea quæ facta sunt, intellecta
conspiciuntur, sempiterna quoque virtus e-
ius ac diuinitas, ita vt sint inexcusabiles, Quia
cognoscentes Deum, non vt Deum glorifi-
cauerunt aut gratias egerunt, sed euanuerunt
in cogitationibus suis, & obscuratum est in-
sipiens cor eorum. dicentes se esse sapientes,
stulti facti sunt, & mutauerunt gloriam in-
corruptibilis Dei in similitudinem imaginis
corruptibilis hominis & volucrum & qua-
drupedum & serpentium. Vide quemadmo-
dum non eos dixerit veritatis ignaros, sed
quod veritatem in iniquitate detinuerint:
quia occurrebat animo vt quæreretur, vnde
illis esse potuerit cognitio veritatis, quibus
Deus legem non dederat. Neque hoc tacuit
vnde habere potuerint. Per visibilia nanque
creaturæ peruenisse eos dixit ad intelligen-
tiam inuisibilium creatoris. Quoniam reue- L
ra sicut magna ingenia quærere perstiterunt,
sic inuenire potuerunt. Vbi ergo impietas?
Quia videlicet cum cognouissent Deum,
non sicut Deum glorificauerunt aut gratias
egerunt, sed euanuerunt in cogitationibus
suis. Eorum proprie vanitas morbus est, quo
seipsos seducunt dum videntur sibi aliquid
esse, cum nihil sint. Denique hoc tumore su-
perbiæ sese obumbrantes, cuius pedem sibi
non venire deprecatur sanctus ille cantor, *Psal. 15.*
qui dixit. In lumine tuo videbimus lumen:
ab ipso lumine incommutabilis veritatis a-
uersi sunt, & obscuratum est insipiens cor
eorum. Non enim sapiens cor quamuis co-
gnouissent

gnouissent Deũ, sed insipiẽs potius, quia nõ sicut Deum glorificaueruut aut gratias egerunt. Dixit.n.homini, Ecce pietas est sapientia: ac ꝑ hoc dicentes se esse sapientes, quod non aliter intelligendũ est, nisi hoc ipsum sibi tribuentes, stulti facti sunt. Iã quæ sequuntur quid opus est dicere? Per hanc.n.impietatem illi homines, illi inquã qui per creaturã creatorẽ cognoscere potuerunt, quò prolapsi, cũ Deus superbis resistit, atq; vbi diuersi sint, melius ipsius epistolę cõsequẽtia docẽt quã hic cõmemoratur à nobis. Neq;.n.isto opere hanc epistolam exponendam suscepimus, sed eius maxime testimonio demonstrare quantum possumus nitimur, nõ in eo nos diuinitus adiuuari ad operandũ iustitiam, ꝙ legẽ Deus dedit plenã bonis sanctisq; pręceptis: sed ꝙ ipsa voluntas nostra, sine qua operari bonũ non possumus, adiuuetur & erigatur impartito spiritu gratiæ, sine quo adiutorio doctrina illa litera est occidẽs, quia reos potius præuaricationis tenet quã iustificat impios. Nam sicut illis per creaturam cognitoribus creatoris ea ipsa cognitio nihil profuit ad salutẽ, quia cognoscentes Deum non sicut Deum glorificauerunt aut gratias egerunt, dicentes se esse sapientes, Ita eos qui ꝑ legẽ Dei cognoscunt quemadmodũ sit homini viuendũ, non iustificat ipsa cognitio, quia volẽtes suã iustitiã constituere, iustitiæ Dei nõ sunt subiecti. Lex ergo factorũ.i.operũ ꝑ quã non excluditur illa gloriatio, & lex fidei, per quã excluditur, quo inter se differant operæprecium est considerare, si tamẽ valemus aduertere atq; discernere. Cito enĩ quisq; dixerit legẽ operum esse in Iudaismo legẽ autẽ fidei in Christianismo, propterea quia circuncisio cęteraq: opera talia legis quæ Christiana iã disciplina non seruat. Sed quantũ fallat ista discretio, iam diu quidẽ est vt molimur ostẽdere, & acutis ad dignoscendum tibiq; potissimum ac talibus fortasse iã ostendimus: veruntamen quoniam res magna est, non incongruenter in ea manifestanda pluribus etiam atque etiam testimonijs immorantur. Ipsam enim dicit legem ex qua nemo iustificatur, quam dicit subintrasse vt abundaret delictum, quam tamen nequicquam ob hoc imperitus argueret & sacrilegus accusaret, defendit eam dicens. Quid ergo dicemus? Lex peccatũ est? Absit, Sed peccatũ non cognoui nisi ꝑ legẽ: nã concupiscentiã nesciebã nisi lex diceret, Non concupisces. Occasione itaq; accepta peccatũ per mandatũ operatũ est in me omnem cõcupiscentiã. Dicit ẽt, Lex quidẽ sancta & mandatum sanctum & iustũ & bonũ, sed peccatum vt appareat peccatum, ꝑ bonum mihi operatũ est mortem. Ipsa est litera occidens quę dicit, Non concupisces: de qua item dicit ꝙ pauloante cõmemoraui. Per legẽ.n.cognitio peccati. Nunc aũt sine lege iustitia Dei manifestata est, testificata per legẽ & Prophetas, iustitia aũt Dei per fidẽ Iesu Christi in oẽs qui creduut, Nõn.n.est distinctio, Omnes enim peccauerunt & egent gloria Dei iustificati gratis per gratiã ipsius per redemptionẽ quę est in Christo Iesu quẽ proposuit Deus propitiatorium per fidem in sanguine ipsius ad ostensionem iustitiæ eius, propter propositum præcedentium peccatorum in Dei patientia, ad ostendendam iustitiam ipsius in hoc tẽpore, vt sit iustus & iustificans eum q ex fide Iesu. Deinde subinfert vnde nunc agimus. Vbi est ergo gloriatio tua? Exclusa est. Per quã legẽ? factorũ? nõ, sed ꝑ legem fidei. Lex ergo factorũ ipsa est quæ dicit, Non cõcupisces: quia ꝑ illã cognitio peccati est. Volo igitur si q̃s mihi dicere audeat, vtrũ lex fidei non dicat, Non concupisces: si.n.non dicit, quid causæ est cur non in ea positi securi atq; impune peccemus? Hoc.n.& illi putauerunt Apostolum dicere de quibus ait, Et sicut dicunt nos quidã dicere, faciamus mala vt veniant bona, quorum * iudicium iustum est. Si autem dicit etiam ipsa, Non concupisces: sicut tam multa pręcepta euangelica & Apostolica testificari & clamare non cessant, quare lex factorum ẽt ipsa non dicitur? neq;.n: quia non habet opera veterum sacramentorum circũcisionis videlicet atq; cęterorũ, ideo nõ sunt opera quæ habet in sacramẽtis suis huic iã tẽpori congruis. Aut vero de operibus sacramentorũ quæstio fuit quã do mentio legis ob hoc fiebat, quia per ipsã cognitio peccati est, & ideo ex eo nemo iustificatur vnde nõ per illa exclusa est gloriatio, sed ꝑ legem fidei, ex qua iustus viuit. Sed nunquid & per istam non fit cognitio peccati, cũ & ipsa dicat, Non cõcupisces? Quid igitur interest breuiter dicã. Quod operum lex minando imperat, hoc fidei lex credẽdo impetrat.

*Exo. 20.*

*Rom. 3.*

B

*Ibidem.*

*Exo. 20.*

*Rom. 3.*
*Al.l. dãnatio iusta.*

C

*Rom. 1.*

imperat.illa dicit, Non concupiſces:iſta di-
Exo. 20. cit,Cũ ſcirem quia nemo eſſe põt continens
Cap. 8. niſi Deus det,& hoc ipſum erat ſapientię,ſci
re cuius eſſet hoc donũ,adij dñm & depreca
tus ſum. Ipſa eſt illa ſapientia q̃ pietas voca-
Iacobi.1. tur,qua colitur pater luminũ, à quo eſt om-
ne datũ optimũ & omne donum perfectum.
2.Co.10. Colitur aũt ſacrificio laudis actioniſq; gra-
tiarũ, vt cultor eius non in ſeipſo,ſed in illo
glorietur. Ac per hoc lege operũ dicit Deus
fac quod iubeo: lege fidei dicitur Deo,da ꝙ
iubes. Ideo.n.iubet lex vt admoneat quid fa-
ciat fides.i.vt cui iubetur: ſi nondũ põt ſciat
quid petat:ſi aũt continuo poteſt & obedien
ter facit debet ẽt ſcire quod donante poſſit.
1.cor.2. Non.n.ſpiritum huius mundi accepimus,ait
idem ipſe cõſtantiſſimus gratiæ prędicator,
D ſed ſpiritũ qui ex Deo ẽ,vt ſciamus q̃ à Deo
donata ſunt nobis. Quis eſt aũt ſpiritus mun-
Rom.1. di huius,niſi ſuperbię ſpiritus? Quo cor inſi-
piens obſcuratũ eſt eorũ qui cognitum Deũ
non vt Deũ gratias agendo glorificauerunt:
Rom.10. nec alio ſpiritu decipiuntur ẽt illi qui igno-
rantes Dei iuſtitiã & ſuam iuſtitiam volen-
tes conſtituere, iuſtitiæ Dei nõ ſunt ſubiecti.
Vnde mihi videtur magis eſſe fidei filius qui
nouit à quo ſperet qđ nõdũ habet, q̃ qui ſibi
Luc. 18. tribuit id quod habet:quanuis vtriq; horum
præferendus ſit,qui & habet, & nouit à quo
habeat,ſi tñ nõ ſe credat iã eſſe quod nõdum
eſt:ne incidat in vitiũ,illius Phariſei,qui quã
quã Deo gratias ageret ex ijs q̃ habebat nihil
tñ petebat dari, ſibi, tanquã nihilo indigeret
ad augẽdã perficiendãve iuſtitiã. His igitur
conſideratis pertractatiſq; pro viribus quas
dominus donare dignatur, colligimus non
iuſtificari hominẽ præceptis bonę vitæ niſi
per fidẽ Ieſu Chriſti, Hoc eſt non lege ope-
Decalogus quoque occidit niſi adſit gratia.c.14. rũ,ſed lege fidei non litera,ſed ſpiritu.nõ fa-
ctorũ merita, ſed gratuita gratia. Quanuis
itaq; illos quibus circunciſio perſuadebatur
ita corripere atq; corrigere videatur Apoſto
lus,vt legis nomine eandẽ circunciſionẽ ap-
pellet,cęteraſq; eiuſmodi legis obſeruatio-
E nes, quas tanquã vmbras futuri iã nunc reſ-
puunt Chriſtiani, id tenentes quod per illas
vmbras figurare ꝓmittebatur: tñ legẽ ex qua
neminem dicit iuſtificari, non tantũ in illis
ſacramentis q̃ habuerunt promiſſiuas figu-
ras, verumetiam in illis operibus vult intel-
ligi, quę quiſquis fecerit, iuſte viuit: vbi eſt
& illud, Nõ cõcupiſces. Atq; vt hoc ꝙ dici-
mus fiat planius, ipſum decalogũ videamus. Exo. 31. & 20.
Certe.n.legẽ Moyſes miniſtrandã populo ac
cepit in monte ſcriptã in lapideis tabulis di-
gito Dei: hæc decẽ præceptis conſtringitur,
vbi nihil de circunciſione mandatũ eſt,nihil
de victiuis pecorum,quę nunc à Chriſtianis
non immolantur. In illis igitur decẽ præce-
ptis excepta ſabbati obſeruatione,dicatur mi
hi quid nõ ſit obſeruandũ à Chriſtiano, ſiue
de nõ faciendis colendiſq; idolis alijſq; vl-
lis dijs, pręter vnũ verũ Deũ,ſiue de non ac- F
cipiendo nomine domini in vanũ,ſiue de ho
nore parentibus deferendo, ſiue de cauẽdis
fornicationibus, homicidijs, furtis,falſis te-
ſtimonijs, adulterijs, re aliena cõcupiſcẽda?
Quid horũ quiſquã dixerit, Chriſtianũ non
debere ſeruare? An forte non iſtam legẽ quæ
in illis duabus tabulis ſcripta eſt literã occi-
dentẽ appellat Apoſtolus, ſed illam circun
ciſionis aliorũq; veterũ iamq; obolitorum
ſacramentorũ? Sed qũo putabimus, cũ in ea
ſit, Nõ cõcupiſces: per quod mandatũ quã-
uis ſanctũ & iuſtum & bonũ, fefellit me, in-
quit, peccatum,& per illud occidit? Quid.n.
aliud eſt, Litera occidit,ſpiritus autem viui-
ficat: quãuis euidẽtius de ipſo loco ad Corin
thios vbi ait, Litera occidit,ſpiritus aũt viui-
ficat: non aliam velit intelligi literã, q̃ ipſum
decalogum in illis duabus tabulis ſcriptum?
Sic enim dicit, Qm̃ eſtis epiſtola Chriſti mi 1. Cor.3.
niſtrata per nos, ſcripta non atramento, ſed
ſpiritu Dei viui,non tabulis lapideis, ſed in ta
bulis cordis carnalibus, Confidentiam autẽ
talẽ habemus per Ieſum Chriſtum ad Deum
non,quia idonei ſimus cogitare aliquid à no
bis quaſi ex nobiſmetipſis,ſed ſufficiẽtia no-
ſtra ex deo eſt, q̃ idoneos nos fecit miniſtros G
noui teſtamenti,non litera,ſed ſpiritu. Lite-
ra.n.occidit, ſpiritus aũt viuificat. Si aũt mi-
niſtratio mortis in literis figurata in lapidi-
bus fuit in gloria, vt nõ poſſent intendere fi-
lij Iſrael in faciẽ Moyſi,propter gloriam vul
tus eius quę euacuatur, quare non magis mi
niſtratio ſpiritus erit in gloria? Si.n.miniſtra
tio damnationis in gloria eſt, multo magis
abundabit miniſterium iuſtitiæ in gloria.
Dici de his * verba multa poſſunt,ſed poſtea Al.l.ver
fortaſſe opportunius. Nunc autem aduerte bis.
quam dicat literam q̃ occidit.cui velut ecõ-
trario viuificantem ſpiritum ingerit. Ea certe
eſt

est ministratio mortis in literis figurata lapideis, & ministratio damnationis, quia lex sub Ex. ... Rom. 5. intrauit vt abundaret delictum. Porro autem præcepta ipsa tam sunt vtilia facienti atq; salubria, vt nisi quis ea fecerit, vitã habere non possit. An vero pp vnum præceptum ꝙ ibi de sabbato est positũ, dictus est decalogus litera occidens, qm̃ quisquis illum diẽ obser- Rom. 8. uat sicut litera sonat, carnaliter sapit? Sapere aũt secundũ carnem mors est: & illa nouem ꝑcepta q̃ sic recte obseruãtur vt scripta sunt, H nõ ad legẽ operũ ex qua nemo iustificatur, sed ad legem fidei ex qua iustus viuit, pertinere putanda sunt. Quis tã absurde sentiat, ministrationem mortis in literis figuratam lapideis, nõ dici ex omnib. decem præceptis, sed ...m. 4. ex vno solo ꝙ ad sabbatũ pertinet? Vbi ergo ...m. 5. ponimus. Lex irã operatur. Vbi.n.nõ est lex, nec præuaricatio. Et vsque ad legem pc̃tm̃ in ...l. de- mundo fuit: Peccatum aũt non * deputatur ...batũ. cum lex non esset. Et illud ꝙ iam totiens cõ- ...m. 3. memorauimus, Per legem cognitio peccati: maximeq; illud vbi euidentius expresit vnde agitur, Cõcupiscentiã nesciebam, nisi lex ...m. 7. diceret, Non concupisces. Quem totũ locũ attende, & vide vtrum quicquam pp circuncisionem vel sabbatum, vel quid aliud vmbratilis sacri, ac non totum pp hoc dicat, ꝙ litera prohibens peccatũ non iustificat hominem, sed potius occidit augendo concupi- ...1. scentiam & iniquitatem, præuaricationẽ cumulando: nisi liberet gratia per legem fidei, ...5. quæ est in Christo Iesu, cum diffunditur charitas in cordibus nostris, per spiritumsanctũ qui datus est nobis. Cum.n.dixisset, vt seruiamus in nouitate spiritus & non in vetustate ...7. literæ, Quid ergo dicemus, inquit? Lex peccatum est? Absit. Sed peccatũ non cognoui, G nisi per legem. Nam concupiscentiã nesciebam, nisi lex diceret, Non concupisces. Occasione aũt accepta peccatum per mandatũ operatum est in me omnem concupiscentiã. Sine lege.n.peccatum mortuũ erat. Ego viuebam aliqñ sine lege, adueniente autẽ mandato, peccatũ reuixit. Ego aũt mortuus sum, & inuentum est mihi mandatum, quod erat in vitã, hoc esse in mortem. Peccatum.n.oc- Al... I casione accepta per mandatum fefellit me, bis. & per illud occidit. Itaq; lex quidem sancta, & mandatũ sanctum & iustũ & bonũ. Quod ergo bonum est: bonum est.n.factũ est mihi mors? Absit. Sed pc̃tm̃ vt appareat peccatũ, per bonum mihi operatum est mortẽ, vt fiat super modũ peccans peccatũ per mandatũ. Scimus.n.quia lex spiritalis est, ego aũt carnalis sum venundatus sub peccato. Quod.n. operor ignoro, non.n.ꝙ volo hoc ago, sed ꝙ odi illud facio. Si autẽ ꝙ nolo hoc facio, consentio legi qm̃ bona est. Nunc aũt nõ iã ego operor illud, sed ꝙ habitat in me pc̃tm̃. Scio.n.quia nõ habitat in me, hoc est in carne mea, bonum. Velle.n.adiacet mihi, perficere K autem bonũ non. Non.n.quod volo facio bonum, sed ꝙ nolo malum hoc ago. Si autem ꝙ nolo ego hoc facio, iam non ego operor illud, sed ꝙ habitat in me pc̃tm̃. Inuenio ergo legem volenti mihi facere bonum, qm̃ mihi velle malũ adiacet. Condelector.n. legi Dei secundum interiorem hominẽ. Video aũt aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuum me in legem peccati ducentẽ, quæ est in membris meis. Miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia Dei per Iesum Christum dñm nostrũ. Igitur ego ipse mente seruio legi Dei, carne aũt legi peccati. Apparet igitur literæ vetustatem, si desit nouitas spiritus, reos facere potius cognitione peccati, quã liberare à peccato. Vnde & *Ecclesiastes 1.* alibi scriptum est, Qui apponit sciẽtiam, apponit & dolorem: non quia ipsa lex malum est, sed quia mandatum bonum habet in litera demonstrante, non in adiuuante spiritu: quod mandatũ sit timore pęnæ, non amore iustitiæ, seruiliter fit non liberaliter, & ideo nec fit: nõ enim fructus est bonus qui de charitatis radice non surgit. Porro aũt si adsit fi- *Gal. 5.* des quæ per dilectionem operatur, incipit condelectari legi Dei secundum interiorem hominẽ, quæ delectatio non literæ, sed spiritus donum est ẽt si alia lex in mẽbris adhuc repugnat legi mentis, donec in nouitatẽ quæ de die in diem in interiore homine augetur, tota vetustas mutata pertranseat, liberãte nos L. de corpore mortis huius gratia Dei per Iesum Christum dñm nostrum. Hæc gratia in *Gratia in veteri testõ latẽs, in nouo reuelatur.* testõ veteri velata latitabat, quæ in Christi Euangelio reuelata est dispensatione temporum ordinatissima, sicut Deus nouit cuncta disponere. Et fortasse ad illud ipsum eius latibulum pertinet, quod in eo decalogo, qui *Cap. 15.* datus est in monte Sina, hoc solum præceptum.

*Al. l. præcepta ſigurato.* ptum figurate* occultatũ eſt, ꝙ ad ſabbatũ pertinet. Sabbatum aũt dies ſanctificationis eſt. Nec vacat ꝙ inter omnia opera quæ fecit
*Exo. 20.* Deus, illic primo ſanctificatio ſonuit, vbi ab omnibus operibus requieuit. Vnde nunc nõ
*Gen. 2.* eſt differẽdi locus. Verumtñ quod rei de qua agitur ſatis eſſe arbitror, non fruſtra illo die
*Exo. 31.* populus ab omni opere ſeruili abſtinere prę ceptus eſt, quo ſignificatur peccatũ, niſi quia non peccare ſanctificationis eſt, hoc eſt muneris Dei per ſpm̃ ſanctum: ꝙ in lege q̃ dua-
M bus lapideis tabulis conſcripta eſt ſolũ inter cętera in vmbra figurę poſitum eſt, in qua Iudęi ſabbatum obſeruant: vt hoc ipſo ſignificarentur tp̃s tunc fuiſſe occultandæ gratiæ, quæ
*Mat. 27.* nouo teſtõ fuerat per Chriſti paſsionem tan
*2. Cor. 3.* quam ſciſsione veli reuelanda. Cum.n.tranſierit, inquit, ad Chriſtum auferetur velamẽ.
*Spũſſanctus cur dictus ſit digitus Dei. c. 16* Deus aũt ſpiritus eſt, vbi autem ſpiritus dñi, ibi libertas. Hic aũt ſpiritus dñi cuius dono iuſtificamur, quo fit in nobis vt non peccare delectet, vbi libertas eſt, ſicut præter hũc ſpi
*2. cor. 3.* ritum peccare delectat, vbi ſeruitus, à cuius
*Rom. 5.* operibus abſtinendum, i. ſpiritaliter ſabbati-
*Rom. 13.* zandum eſt. Hic ſpirituſſanctus per quẽ dif-
*Luc. 11.* funditur charitas in cordib. noſtris, quæ plenitudo legis eſt, ẽt digitus Dei in Euangelio dr̃. Vnde quia & illæ tabulæ digito Dei conſcriptæ ſunt, & digitus Dei eſt ſpiritus Dei, ꝑ quem ſanctificamur, vt ex fide viuentes per dilectionem bene operemur, quem non moueat iſta congruentia ibidemq; eadem ſubſiſtentia? Dies.n.quinquaginta cõputantur à celebratione Paſchæ, quæ occaſione figuratæ ouis per Moyſen fieri pręcepta eſt, in ſignificationem vtique futuræ dñicæ paſsionis, vſque ad diem quo Moyſes legem accepit in tabulis digito Dei conſcriptis: ſimiliter ab occaſione & reſurrectione illius qui ſicut ouis
A ad immolandũ ductus eſt, quinquaginta diebus completis, congregatos in vnũ fideles di
*Eſa. 53.* gitus Dei, hoc eſt ſpirituſſanctus impleuit. In
*Acto. 2.* hac mirabili congruẽtia illud certe plurimũ
*comparatio præceptorũ decalogi cũ charitate data à ſpiritu ſancto. c. 17.* diſtat, ꝙ ibi populus accedere ad locum vbi lex dabatur, horrẽdo terrore prohibetur: hic aũt in eos ſuperuenit ſpirituſſanctus, qui eũ promiſſum expectantes in vnum fuerant congregati. Ibi in tabulis lapideis digitus Dei operatus eſt, hic in cordibus humanis. Ibi ergo lex extrinſecus poſita eſt qua iniuſti terrerentur, hic intrinſecus data eſt qua iuſtificarentur. Nã non adulterabis, nõ homicidium facies, non concupiſces, & ſi ꝙ eſt aliud man *Exo. 20.* datũ, ꝙ vtique in illis tabulis ſcriptum eſt, in *Exo. 20.* hoc, inquit, ſermone recapitulatur, in eo ꝙ *Rom. 13.* diliges proximum tuũ tanquam teipſum. Dilectio proximo malum non operatur. Plenitudo aũt legis eſt charitas. Hæc non in tabulis conſcripta lapideis, ſed diffuſa eſt in cordibus noſtris per ſpiritumſanctum, qui datus eſt nobis. Lex ergo Dei eſt charitas. Huic pru *Rom. 5.* dentia carnis non eſt ſubiecta, neq;.n. poteſt, ſed ad hanc prudentiã carnis terrendam cũ B
in tabulis ſcribuntur opera charitatis, lex eſt operum, & litera occidens præuaricatorem. Cum aũt ipſa charitas diffunditur in corde credentium, lex eſt fidei, & ſpiritus viuificãs dilectorem. Vide nunc quemadmodũ conſonet iſta diſcretio illis Apoſtolicis verbis quę pauloante ob aliud cõmemorata & diligentius pertractanda diſtuleram. Manifeſtati, in- *2. Cor. 3.*
quit, qm̃ eſtis epiſtola Chriſti miniſtrata per nos, ſcripta non atramento, ſed ſpiritu Dei viui, non in tabulis lapideis, ſed in tabulis cordis carnalibus. Ecce quemadmodũ oſtendit, quia illud extra hominem ſcribitur, vt eum forinſecus terrificet: hoc in ipſo homine, vt eum intrinſecus iuſtificet. Carnales autem tabulas cordis dixit non carnalis prudẽtiæ, ſed tanquam viuentis ſenſumq; habentis in cõparatione lapidis qui ſine ſenſu eſt. Et ꝙ paulopoſt dicit, ꝙ non poterant intendere filij Iſrael vtiq; in finem vultus Moyſi, & ideo eis per velum loquebatur, hoc ſignificat, quia litera legis neminem iuſtificat, ſed velamẽ poſitum eſt in lectione veteris teſtamẽti donec ad Chriſtum tranſeatur, & auferatur velamẽ, ideſt tranſeatur ad gratiam, vt intelligatur ab ipſo nobis eſſe iuſtificationẽ, qua faciamus ꝙ iubet. Qui propterea iubet vt* à nobis de- *Al. li. nobis.*
ficientes ad illum confugiamus. Ideo vigilan *Ibidem.*
tiſsime cũ dixiſſet, Confidentiã talem habemus per Chriſtum ad Deũ: ne noſtris hoc viribus tribueretur, continuo cõmendauit vn- C
de agitur dicens, Nõ ꝙ idonei ſumus cogitare aliquid à nobis quaſi ex nobiſmetipſis, ſed ſufficiẽtia noſtra ex Deo eſt, qui & idoneos *Rom. 4.*
nõ fecit miniſtros noui teſtĩ, non literæ, ſed ſpiritus. Litera.n.occidit, ſpũs aũt viuificat. Proinde quia lex, ſicut alibi dicit, præuaricationis gratia poſita eſt, i. litera iſta extra hominem ſcripta, propterea eã & miniſtrationem *Vetus lex mortem, noua iuſtitiã miniſtrat. Cap. 18.*

nem mortis & administrationē damnationis appellat. Hāc aut.i.* nouū tastamentū, ministrationē spiritus & ministrationē iustitię dicit, quia ꝑ donū spiritus operamur iustitiā & à pręuaricationis damnatione liberamur. Ideo illud euacuatur: hoc manet: qm̄ terrenus pędagogus auferetur, cū timori successerit charitas. Vbi enim spirit⁹ dn̄i, ibi libertas. Hanc aūt ministrationē non ex meritis nostris, sed ex misericordia esse sic dicit, Propter quod habentes ministrationē hāc, sicut misericordiā consecuti non infirmemur sed abijciamus occulta confusionis, nō ambulātes in astutia, neq; dolo adulterantes verbum Dei. Hanc astutiā & dolū hypochrisim vult intelligi,* quia volūt iusti videri superbi. Vn̄ & in Psalmo qui ad huius ipsius gratiæ testificationē cōmemorat idē Apostolus: Beatus inquit, cui non imputauit dn̄s peccatū, neq; est in ore eius dolus. Hæc est humiliū sancto rum confessio, non se iactātiū esse quod nō sunt. Et paulopost, Non.n. nosmetipsos, inquit, prędicamus, sed Iesum Christum dn̄m nostrū, nos aūt seruos vestros ꝑ Iesum, quia Deus qui dixit de tenebris lumen clarescere, claruit in cordibus nostris ad illuminationē scientię gloriæ eius in faciē Christi Iesu. Hęc est scientia glorię eius qua scimus ipsū esse lumen, quo tenebræ nostræ illuminātur Et ipsum attende quemadmodū inculcet. Habemus aūt, inquit, thesaurum istum in vasis fictilibus, vt eminentia virtutis sit Dei & non ex nobis. Et paulopost cū eandē gratiā vberius in dn̄o Iesu Christo cōmendās, vsq; ad illud veniret in indumentū iustitię fidei, quo induti non inueniamur, & ꝑꝑ hoc ingemiscimus mortalitate prægrauati, habitaculū nostrū quod de cęlo est superindui cupientes, vt absorbeatur mortale à vita, vide quid adiungat. Qui aūt operatus est nos, inquit, in hoc ipsum Deus q dedit nobis pignus spiritus. Et post pauca intulit, ut nos simus iustitia Dei in ipso. Hæc est illa iustitia Dei, nō qua ipse iustus est, sed qua nos ab eo facti. Nemo ergo Christianorū aberret ab hac fide q̄ sola Christiana est: neq; quisquā cū verecūdatus fuerit dicere per nos ipsos fieri nos iustos nō in nobis hoc operante gratia Dei, quia videt hoc à fidelibus & pijs credi non posse cū dicitur, ad hoc se couertat vt dicat, iō sine operatione grǣ Dei nos iustos esse nō posse, quia legē dedit, quia doctrinā instituit, quia bona pręcepta mandauit. Illa.n. sine adiuuāte spiritu proculdubio est litera occidens: cū vero adest viuificans spiritus, hoc ipsum intus cō scriptum facit diligi, quod foris scriptū lex faciebat timeri. Inspice in hoc paulum & in eo testimonio quod Prophetā de hac re ꝑclarissime dictū est, Ecce dies venient dicit dn̄s, & cōsūmabo suꝑ domū Israel & super domū Iuda testamentū nouū, non secundū testamētū ꝙ feci patribus eorum in die qua apprehēdi manū eorū vt educerē eos de terra Aegypti: quia ipsi non perseuerauerunt in testamēto meo & ego neglexi eos dicit dn̄s: qa hoc testm̄ est ꝙ ordinabo domui Israel, Post illos dies dicit dn̄s, dabo leges meas in cor illorū, & in mente eorū scribā eas, & ero eis in Deū, & ipsi erūt mihi in populum & nō docebit vnusquisq; ciuē suum & vnusquisq; fratrem suum dicens, cognosce dn̄m quia oē cognoscēt me à minora vsq; ad maiorē eorū, quia propitius ero iniquitati eorū & peccata eorū nō memorabor vltra. Quid ad hęc dicemus? Nempe in veteribus libris aut nusquā aut difficile ꝑter hunc Propheticum locū legitur facta cōmemoratio testamēti noui, vt omnino ipso nomine appellaretur. Nā multis locis hoc significatur & prænūciatur futurū, sed non ita vt ēt nomen legatur expressum. Considera igitur diligenter quā differentiā inter duo testamenta.i. vetus & nouū Deus esse testatus sit, cū dixisset, Nō secundū testm̄ quod feci patribus eorum in die qua apprehendi manū eorū vt educerē eos de terra Aegypti. Vide quid adiunxit, Quia ipsi non ꝑseuerauerunt in testamēto. meo. Vitio eorū deputat ꝙ in testō Dei non permanserunt, ne lex quam tunc acceperunt culpāda videatur. Ipsa est enim quā nō venit Christus soluere sed implere, Nō tn̄ ꝑ eā dē legē iustificatis impijs, sed ꝑ grām, hoc quippe agit viuificans spiritus, sine quo litera occidit. Si.n. data esset lex q̄ posset uiuificare, omnino ex lege esset iustitia: sed cōcludit scriptura omnia sub peccato, ut ꝓmissio ex fide Iesu Christi dareē credentib. Ex hac ꝓmissione, hoc est ex dei beneficio ipsa lex impletur, sine qua ꝓmissione ꝑuaricatores facit: uel vsq; ad effectū malioperis, si ēt repagula timoris cōcupiscētię flāma trāscēderit, certe i sola uolūtate, si timor pęnę suauitatē libi-

Al.l. nouū instrumenti. 2.Cor.3. 2.Cor.4. D Al. l. quia. Rom.4. Psal.31. 2.Co.4. 2.Cor.5. Ibidem. E Conmemoratio testamenti noui ex uerbis prophetę. Hiere.31. Hier.31. F Matt.5. G Gal.3.

libidinis vicerit. Qđ enim ait. Cōclusit scriptura omnia sub peccato, vt promisio ex fide Iesu Christi daretur credētibus: ipsius cōclusionis vtilitas dicta est. Nam conclusit ad quos vsus, nisi quemadmodū alibi dicitur, Priusquā aūt veniret fides, sub lege custodiebamur, conclusi in eā fidē quæ postea reuelata est. Lex ergo data est, vt gratia quęreret, Gratia data est, vt lex impleretur. Neq; enim suo vitio nō implebatur lex, sed vitio prudētiæ carnis. Quod vitiū per legē demonstrandum, per gratiam sanandū fuit. Quod enim impossibile erat legi in quo infirmabatur p̄ carnē, misit Deus filiū suū in similitudine carnis peccati, & de peccato damnauit peccatū in carne, vt iustitia legis impleretur in nobis, qui non secundum carnem ambulamus, sed secundum spiritum. Vnde & in isto Prophetico testimonio, Consummabo, inquit, super domum Israel & super domum Iuda testamentum nouum: quid est consummabo, nisi implebo, non secundum testamentum quod feci patribus eorum in die qua apprehendi manum eorū vt educerem eos de terra Aegypti. Ergo illud vetus erat, quia hoc nouū est. Vnde igitur illud vetus, hoc nouū, cum lex eadē impleatur per testamētum nouum quæ dixit in veteri, Non concupisces? Quia ipsi, inquit, non perseuerauerunt in testamento nouo, & ego neglexi eos dicit dñs. Ergo propter veteris hominis noxam quæ per literam iubentem & minātem minime sanabatur, dicitur illud testamētum vetus: hoc autē nouum, propter nouitatē spiritus, quæ hominē nouum sanat a vitio vetustatis. Denique attende quod sequitur, & vide quanta luce fiat perspicuum, quod sibi vidētes nolūt homines intueri, quia hoc testamētū, inquit, quod ordinabo domui Israel, Post dies illos dicit dñs dabo leges meas in cor illorū, & in mente eorū scribā eas. Ecce est vnde Apostolus ait, quod supra commemorauimus. Non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis, quia non atramento, sed spiritu Dei viui. Nec ob aliud arbitror in eo loco Apostolum voluisse commemorare testamentum nouum: ibi quippe ait, Qui & idoneos non fecit ministros noui testamenti, non literę, sed spiritus, nisi quia istā intuebatur prophetiam cum diceret, Non in tabulis lapides, sed in tabulis cordis carnalibus, quoniā hic dictum est, In

*Lex. Gratia.* — *Rom. 8.* — H — *Hier. 31.* — *Lex vetus, Lex noua. c. 20. Exo. 20.* — *Hier. 31.* — *2. Cor. 3.* — I — *Ibidem.*

cordibus eorū scribam eas: Vbi nominatim promissum est testamentum nouum. Quid sunt ergo leges Dei ab ipso Deo scriptæ in cordibus, nisi ipsa pręsentia spiritussancti, q est digitus Dei, quo præsente diffunditur charitas in cordibus nostris, quæ plenitudo legis est, & præcepti finis. Nā quia veteris testamenti promissa terrena sunt, licet exceptis sacramentis, quę vmbra erant futurorū, sicut est circuncisio, & sabbatū, & aliæ dierū obseruationes, & quarūdā escarum ceremonię & multiplex sacrificiorū sacrorumq; ritus quę vetustati carnalis legis iugoq; seruili cōgruebant, talia contineant præcepta iustitiæ qualia nunc quoq; obseruare præcipimur, quæ maxime duabus illis tabulis sine figura adumbratæ significationis expressa sunt, sicut est, Nō adulterabis, nō homicidiū facies, nō concupisces, & si quod aliud est mandatum q̄ in hoc sermone recapitulatur, Diliges proximū tuū sicut teipsum: tū quia in eo, sicut dixi, promixa terrena & tēporalia recitantur, q̄ bona, sunt huius corruptibilis carnis, quāuis eis sempitena atq; cęlestia ad nouū.i.testamentū pertinentia figurarentur, nunc ipsius bonū cordis promittitur, mentis bonū, spiritus bonū, hoc est, intelligibile bonum, cum dicitur, Dabo leges meas in mente eorum, & in cordibus eorum scribam eas. Vnde significauit eos non forinsecus terrentē legem formidaturos, sed intrinsecus habitantem ipsam legis iustitiā dilecturos. Deinde addidit & mercedem, Et ero eis in Deum, & ipsi erunt mihi in populum. Hoc est illud q̄ de Deo ait ille, Mihi autē adhærere Deo bonū est. Ero, inquit, illis in Deū & ipsi erūt mihi populus. Quid hoc bono melius, quid hac fęlicitate fęlicius, viuere Deo apud quem est fons vitę, & in cuius lumine videbimus lumen? De hac vita dicit ipse dñs, Hæc est autē vita æterna vt cognoscant te vnū verū Deū, & quem misit Iesum Christum.i.te & quem misisti Iesum Christum vnum verum Deū. Hoc.n.& ipse p̄mittit dilectorib. suis dicēs, Qui diligit me mandata mea custodit, & qui diligit me diligetur à patre meo, & ego diligam eum & ostendam meipsum illi. Vtique in forma Dei in qua ęqualis est patri, non in forma serui in qua se & impijs ostendebat. Tunc enim fiet quod scriptum est, Tollatur impius vt non videat * claritatem domini.

*Lex scripta in cordib. c. 21.* — *2. Reg. Cap. 37.* — K — *Exo. 20.* — *Rom. 13.* — *Vita æterna. c. 22.* — *Hier. 31.* — *Psal.* — *Psal.* — *Ioan. 17.* — L — *Ioan. 14.* — *Phil. 2.* — *Alij gloriam.*

Quando

Qñ ibunt sinistri in ignẽ ęternũ iusti autẽ in
vitã ęternam. Quę vita ęterna sicut cõmemo
raui definita est ea esse, vt cognoscant vnum
verũ Deũ. Hinc dicit & Ioannes, Dilectissi-
mi, filij Dei sumus & nondũ apparuit quid
erimus, scimus quia cum apparuerit, similes
es erimus, qm̃ videbimus eũ sicuti est. Hæc
similitudo nũc incipit reformari, quãdiu hõ
interior renouať de die in diẽ secundũ ima-
ginẽ eius qui creauit eum. Sed ad illius emi-
nẽtię perfectionẽ q̃ tũc futura est, quid hoc
aut quantũ est? Siquidẽ Apostolus ad illa in-
effabilia qualecũq; adhibens de notis rebus
exẽplũ, paruulam ętatẽ virili cõparauit æta-
ti. Cũ essem, inquit, paruulus quasi paruu-
lus loquebar, quasi paruulus sapiebã, quasi
paruulus cogitabã: cũ aũt factus sum vir, eua
cuaui ea quæ paruuli erãt. Cur hoc aũt dixe-
rit, cõsequẽter oñdens, Videmus, inquit, nũc
M per speculũ in ænigmate, tunc aũt facie ad fa
ciẽ. Nunc scio ex parte, tunc aũt cognoscã
sicut & cognitus sum. Proinde etiã per hunc
Prophetã cuius testimoniũ ꝑtractamus, hoc
additur: Vt in eo merces, in eo finis, in eo per
fectio fęlicitatis, in eo beatæ æternæq; vitæ
summa consistat. Cum.n.dixisset, Et ero illis
in Deum, & ipsi erunt mihi populus: conti-
nuo addidit, Et non docebit vnusquisque ci
uem suum & vnusquisq; fratrẽ suum, dicẽs,
Cognosce dominum: quia oẽs cognoscent
me a minore vsq; ad maiorẽ eorũ: Nunc cer
te iam tempus testameti noui, cuius per Pro-
phetã facta est promissio per hæc verba q̃ ex
prophetia commemorauimus. Cur ergo ad-
huc dicit vnusquisq; ciui suo, cognosce do-
minum? An forte non dicitur cũ Euangelium
p̃dicetur, & eius ipsa sit p̃dicatio vt hoc vbi-
que dicatur? Nã vnde se Apostolus gentium
dicit esse doctorẽ, nisi quia hoc fit quod ip-
se ait? Qũo vocabunt in quem non credide-
runt? Aut qũo credent ei quem non audie-
runt? Qũo aũt audiẽt sine prædicante? Cur
L ergo nũc ista prædicatio vsquequaque cre-
brescat, qũo tẽpus est testamẽti noui, de quo
Propheta dixie, Et nõ docebit vnusquisq; ci-
uẽ suũ, & vnusquisq; fratrẽ suũ dicẽs, cogno
sce dominũ, quia oẽs cognoscent me à mi-
nore vsq; ad maiorẽ eorũ, nisi quia eiusdẽ te
stamenti noui æternã mercedem.i.ipsius Dei
beatissimã contẽplationẽ promittẽdo con-
iunxit? Quid ergo est, Omnes à minore vsq;
ad maiorẽ eorũ: nisi omnes ꝑtinentes spirita
liter ad domũ Israel & ad domũ Iuda, hoc
est ad filios Isaac & ad semen Abrahę? Ipsa
est.n.promissio qua ei dictũ est, In Isaac vo
cabitur tibi semẽ. Non.n.qui filij carnis hi fi- Rom. 9.
lij Dei, sed filij promissionis deputantur in
semine. Promissionis aũt verbũ hoc est, Ad
hoc tempus veniã & erit Sarę filius. Nõ so- Gen. 18.
lũ aũt, sed & Rebecca ex vno cõcubitu ha-
bens Isaac patris nostri: De nõdũ.n.natis, nec
qui aliquid operati fuerãt boni aut mali, vt
scd̃m electionẽ propositũ Dei maneret, nõ
ex operib. sed ex vocante dictũ est ei, q̃a ma
ior seruiet minori. Hęc est domus Israel vel
domus Iuda ꝑꝑ Christũ, q̃ venit ex tribu Iu- Gen. 25.
da. Domus filiorũ promissionis hæc est, non
operũ ꝓpriorũ, sed beneficij Dei. Hoc est.n.
Deus promittit ꝙ ipse facit: non.n.ipse pro-
mittit & alius facit ꝙ iam nõ est promittere
sed prædicere. Ideo non ex operibus sed ex B
vocante, ac ipsorũ sit non Dei, Ne merces
nõ imputeť scd̃m gratiã, sed scd̃m debitũ,
atq; ita gr̃a iã nõ sit gratia, cuius vehemẽs de
fensor est atq; assertor minimus Apostolo-
rũ, qui plus omnibus illis laborauit, non ip- 1. Co. 15.
se aũt sed gratia Dei cũ illo. Oẽs.n.inquit, a-
agnoscent me: Oẽs domus Iuda. Neq; enim
omnes qui ex Israel hi sunt Israel, sed omnes
quibus dicitur in Psalmo pro susceptione
matutina, hoc est pro luce noua, testamenti
scilicet noui. Vniuersum semen Iacob ma-
gnificate eũ timeat eũ omne semẽ Israel. Vni Psal. 21.
uersum omnino semẽ prorsus omne semen
promissorũ atq; vocatorũ, sed eorũ qui se-
cundũ propositũ vocati sunt. Quos.n.p̃desti
nauit, illos, & vocauit quos aũt vocauit, il-
los & iustificauit: quos autem iustificauit, il- Rom. 8.
los & glorificauit. Ideoq; ex fide, vt secundũ
gratiam firma sit promissio omni semini, nõ
ei tantũ quod ex lege est.i. ꝙ ex vetere testa-
mento venit ad nouũ, sed & ei ꝙ ex fide est
non sibi promissa lege. Ex fide aũt Abrahã.i.
imitatores fidei Abrahã, qui est pater omniũ C
nostrum sicut scriptum est, quia patrem mul Gen. 17
tarum gentium posui te. Omnes ergo hi præ Rom. 5.
destinati, vocati, iustificati, glorificati cogno
scent Deum gratia testamenti noui, à mino- Rom. 9.
ra vsq; ad maiorem eorum. Sicut ergo lex
factorum scripta in tabulis lapideis, mer-
cesque eius terra illa promissionis, quam
carnalis domus Israel cum ex Aegypto li-

berata esset, accepit, pertinet ad testamentũ vetus: ita lex fidei scripta in cordibus, merces que eius species cõtemplationis, q̃ spiritalis domus Israel ab hoc mũdo liberata ꝑcipiet, ꝑtinet ad testamentũ nouũ. Tunc fiet ꝙ dicit Apostolus. Siue ꝓphetiæ euacuabuntur, siue linguæ cessabunt, siue scientia euacuabit̃, illa. i. paruulorũ sciẽtia in qua hic viuitur, q̃ ex parte ꝑ speculũ in enigmate videt̃; ꝑꝑ hãc. n. necessaria est prophetia, cũ adhuc prçteritis futura succedunt: ꝑꝑ hanc linguæ. i. multiplicitas significationũ cũ ex alio atq; alio aliud atq; aliud admonetur, qui nõdũ æternam lucem perspicuæ veritatis mente purgatissima cõtẽplatur. Cũ autẽ venerit quod perfectum est, & totum hoc ꝙ ex parte est fuerit euacuatũ, tũc * quod assumpta carne, carni apparuit ostendet seipsam dilectoribus suis: Tunc erit vita æterna, vt cognoscamus vnum verũ Deũ, tũc similes ei erimus, quoniã tunc cognoscemus sicut & cogniti sumus. Tunc nõ docebit vnusquisq; ciuẽ aut fratrẽ suum dicens cognosce dñm. Oẽs. n. cognoscent eum à minore vsq; ad maiorẽ eorũ. Quod multis modis intelligi potest. Siue quia & illic quisque sanctorũ tanquã stella ab stella differt in gloria. Nec ad rẽ quicquã interest vtrum à minore vsq; ad maiorem, sicut dictũ est, an si à maiore vsq; ad minorẽ diceretur: ꝙ similiter nihil interest, etiam si minores intellexerimus, qui tantummodo credere, maiores autem qui etiam intelligere quantum in hac vita fieri potest lumen incorporeum atq; incõmutabile voluerunt. Siue minores, tempore posteriores: maiores autem, tẽpore priores intelligi voluit. Simul. n. promissam Dei cõtẽplationẽ accepturi sunt oẽs, quia & illi ꝓ nobis meliora prouiderũt, ne sine nobis ꝑfecti perficerent̃. Et ideo velut minores reperiũtur priores, quia minus dilati sunt sicut in illo euangelico denario ꝑ similitudinẽ dr̃, quẽ prius accipiũt qui posteriores venerunt ad vineã. Siue quolibet alio modo, qui me in p̃ntia forsitan fugit, minores maioresq; accipiẽdi sunt. Illud tñ quantũ potes diligẽter attende, ꝙ tanto molimine conor ostendere. Cũ testamentũ nouũ. Propheta promitteret, nõ scd̃m testamentũ ꝙ prius factũ est populo Israel ex Aegypto liberato, nihil eũ de sacrificiorum, vel quoruncunq; sacrorũ commutatione dixisse, quamuis & ipsa sine dubio

1. Co. 13. D Al. l. qui. Hier. 31. 1. Co. 15 E Mat. 20. *Nouæ legis veterisq; discrimen.*

fuerat secutura, sicut secutã videmus, ꝙ multis alijs locis eadẽ ꝓphetica scriptura testat̃: sed tantũmodo istã cõmendasse distantiã, ꝙ leges suas daturus esset Deus in mẽte eorum qui ꝑtinerẽt ad hoc testamentũ, & eorũ * scripturas in cordibus. Vñ Apostolus * sumpsit nõ atramento, sed spiritu Dei viui: nõ in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalib. sempiternãq; mercedẽ iustificationis huius non terrã de qua pulsi sunt Amorrçi & Zethçi, & aliç gentes q̃ ibi cõmemorãt̃, sed ipm Deũ cui adhçrere bonũ eũ, vt bonũ Dei ꝙ diligunt, Deus sit ipse quẽ diligũt. Itẽq; & homines à Deo nisi peccata nõ separãt, q̃ nõ nisi per eãdẽ gratiã dimittunt̃. Vñ cũ dixisset: Omnes. n. cognoscent me à minore vsq; ad maiorẽ eorũ: mox addidit, Quia propitius ero iniquitati eorũ, & peccata eorũ non memorabor vltra. Per legem ergo factorũ dicit dñs. Nõ cõcupisces, per legẽ fidei dicit dñs sine me nihil potestis facere. Aiebat. n. de bonis operib. hoc est, de palmitum fructib. Cũ igitur hæc appareat distantia veteris & noui testi, ꝙ lex ibi in tabulis, hic in cordib. scribitur, vt ꝙ forinsecus terret, hic delectet intrinsecus, ibiq; fiat prçuaricator per occidentẽ literam: hic dilector per viuificantem spiritum: non ideo dicendũ est ꝙ Deus adiuuet nos ad operandã iustitiã atq; operetur in nobis & velle & operari pro bona voluntate, quia prçceptis iustitiç forinsecus insonat sensibus nostris, sed quia intrinsecus incrementũ dat diffundendo charitatẽ in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis videndũ est aũt quomodo dicat Apostolus. Cũ. n. gẽtes quç legẽ nõ habent naturaliter, q̃ legis sunt faciunt, hi legẽ non habentes ipsi sibi sunt lex, qui ostẽdunt opus legis scriptũ in cordibus suis: ne videat̃ nõ esse certa distãtia noui testamenti, ꝙ leges suas dñs in cordibus populi sui se scripturũ esse promisit, qñquidem hoc gentes naturaliter habeãt. pertractanda igitur hæc quæstio, quæ nõ mediocris exorta est. Dicet. n. aliquis, Si Deus hinc discernit à vetere testamentũ nouũ, ꝙ in vetere legẽ suã scripsit in tabulis: in nouo aũt scripsit in cordibus, fideles noui testamẽti vnde discernuntur à gentibus, quæ habent opus legis scriptum in cordibus suis, quo naturaliter quæ legis sunt faciunt: quasi iam illo populo vetere potiores qui legem accepit

*Al. l. scripturas.* 1. Cor. 3. *Al. l. scripsit.* Psal. 72. F Hier. 31. Exo. 20. Ioan. 15. *De gentibus quæ naturaliter gerunt scriptum in cordibus Christi nouum.* Cap. 2. Rom. G

pit in tabulis, & nouo populo priores, cui hoc præstatur per testm̄ nouum, ꝙ his natura iam præstitit? An forte eas gentes cõmemorauit Apostolus, scriptā in cordib. habere legem, quæ ad nouū pertinet testm̄? Ad hoc.n. vnde venerit intuendū est. Primo Euangeliū cõmendans ait, Virtus.n. Dei est in salutem omni credẽti, Iudęo & Græco: iustitia.n. Dei in eo reuelatur ex fide in fidem, sicut scriptū est, Iustus aũt ex fide viuit. Deinde loquitur de illis impijs quibus ꝑꝑ superbiam nec cognitio Dei profuit, quia non sicut Deū glorificauerunt, aut gratias egerunt. Inde trāsit ad eos qui iudicant & agunt talia qualia condẽnant, nimirū ꝑꝑ Iudęos qui de lege Dei glo

H riabantur: quāuis adhuc eos nominatim non exprimat, & ideo dicit, Ira & indignatio, tribulatio & angustia in omnẽ animam hominis operantis malum, Iudęi primū & Græci. Gloria aũt & honor & pax omni operāti bonum. Iudęo primum & Gręco, non est.n. personarū acceptio apud Deum. Quicũq;.n. sine lege peccauerunt, sine lege & peribunt: & quicunq; in lege peccauerunt per legem iudicabuntur. Non.n. auditores legis iusti sũt apud Deū, sed factores legis iustificabuntur. His verbis hoc vnde agitur subiũxit & dicit. Cũ gentes.n. quæ legem Dei non habent, naturaliter quæ legis sunt faciunt, & cętera quę iam supra cõmemoraui. Proinde nõ vr̄ alios hic significasse sub nomine gentium q̄ eos quos nomine Græci supra significabat, cum diceret, Iudęo primum & Græco. Porro si Euangeliū virtus Dei est in salutẽ omni credenti, Iudęo primum & Græco, & ira & indignatio, tribulatio & angustia in omnẽ animam hominis operantis malū, Iudęi primū & Græci, gloria autẽ & honor & pax omni operanti bonū, Iudęo primū & Græco: iste aũt Gręcus nomine gentiū significatus est, naturaliter quæ legis sunt facientiū, & quæ scriptum habent opus legis in cordib. suis: profecto ad Euangeliū pertinent Gentes, quibus

I lex in cordib. scripta est. Eis quippe credentib. virtus Dei est in salutẽ. Quibus aũt Gentibus bene operantibus gloriā & honorẽ pacemq; promitteret, extra Euangelij gratiam constitutis? Quia.n. personarum acceptio nõ est apud Deū, & non auditores legis, sed factores iustificant, ideo siue Iudęus siue Græcus, hoc est quilibet ex gentibus crediderit, salutẽ in Euangelio pariter habebit, Non.n. est distinctio, sicut postea dicit, Oẽs.n. peccauerunt & egent gloria Dei, iustificati gratis per gratiā ipsius. *Rom. 3.* Vnde aũt factorẽ legis Græcum iustificari diceret, sine gratia saluatoris? *Al. l. sine.* Neq;.n. contra seipsum diceret, ꝙ ait, factores legis iustificabũtur: tanquā per opera, nõ per gratiā iustificentur: cũ dicat gratis iustificari hominẽ per fidem sine operib. legis, nihilq; aliud velit intelligi in eo ꝙ dicit gratis, nisi quia iustificationẽ opera non præcedũt. Aperte quippe alibi dicit, Si gratia, iam non ex operibus, alioquin gratia iā non est gratia. *Rom. 11.* K

Sed sic intelligendū est, factores legis iustificabuntur, vt sciamus aliter eos non esse factores legis nisi iustificent: vt non iustificatio factoribus accedat, sed factores legis iustificatio præcedat. Quid est.n. aliud, iustificati, q̄ iusti facti, ab illo, s. qui iustificat impiū, vt ex impio fiat iustus? *Rom. 4.* Si.n. ita loqueremur, vt diceremus, homines liberabuntur, hoc vtiq; intelligeretur, eis qui iā homines essent accedere liberationẽ. Si aũt diceremus homines creabuntur, nõ vtiq; intelligeretur eos creari qui iā homines erāt, sed ipsa creatione homines fieri. Ita si dictū esset, factores legis honorabuntur: nõ recte acciperemus, nisi honorẽ illis qui iam essent factores legis accedere. Cum vero dictū est, factores legis iustificabuntur, quid aliud dictū est quā iusti iustificabuntur, factores.n. legis vtique iusti sunt. Ac per hoc tantundẽ est ac si diceretur, factores legis creabuntur, non * quia erant, *Al. l. qui.* sed vt sint, vt sic intelligerent ẽt Iudęi legis auditores, indigere se gratia iusti iustificatoris vt possint esse factores. Aut certe ita dictū est, iustificabuntur, ac si diceretur, iusti habebuntur, iusti deputabuntur. Sicut dictum est de quodam: Ille aũt volens se iustificare, i. vt iustus haberetur & deputaretur. *Luc. 10.* Vnde aliter dicimus Deus sanctificare sanctos suos: aliter aũt, Sanctificetur nomen tuū. *Matt. 6.* Nam illud ideo, quia ipse illos facit esse sanctos, qui nõ erant sancti: L Hoc aũt ideo, vt ꝙ semper apud se sanctū est, sanctum ẽt ab hominibus habeatur, i. sancte timeatur. *Sanctificatur nomen Dei.* * Sic ergo gentes commemorans naturaliter quæ legis sunt facientes, & scriptū habentes opus legis in cordib. *Al. l. si.* illos intelligi voluit qui credunt in Christū: quia nõ sicut Iudęi præmissa sibi lege veniũt ad fidẽ, non est cur eos conemur discernere

ab ijs quibus per Prophetã promittens testm̃ Hier. 31. nouum, dixit leges suas se scripturũ in cordi Rom. 11. bus eorũ, quia & ipsi per insertionem quam oleastro ꝓstitã dicit, ad eandem oleã, hoc est ad eundẽ Dei populũ pertinent: potiusq; cõ cordat prophetico ẽt hoc Apostolicũ testimoniũ, vt hoc sit pertinere ad testm̃ nouum, M legẽ Dei habere non in tabulis sed in cordibus scriptã: hoc est, in intimo affectu iustitiã legis amplecti, vbi fides per dilectionẽ operatur, Gal. 5. q̃a ex fide iustificat gentes Deus. Quod scriptura præuidens, ꝓnunciauit Abrahæ dicens, Gen. 22. In semine tuo benedicentur oẽs gẽtes: vt per hanc promissionis gratiã oliuæ insereret oleaster, & fierent fideles gẽtes filij Abrahæ Gen. 11. in semine Abrahæ, ꝙ est Christus, sectantes eius fidẽ, qui non accepta in tabulis lege, nondũq; habens ipsam circuncisionẽ, credidit Deo & deputatũ est illi ad iustitiã. Ac sic tale erit hoc ꝙ 2. Cor. 3. de eiusmodi gẽtib. dixit Apostolus, ꝙ opus legis scriptũ habeant in cordibus suis, quale est illud ad Corinthios, nõ in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus. Ita.n. fiunt de domo Israel, cũ præputiũ eorũ in circuncisionẽ deputatur, eo ꝙ iustitiã legis non ꝑcisione carnis ostendunt, sed cordis charitate custodiunt: q̃m si præputiũ iustitias legis custodiat, nõne præputiũ eius, inquit, in circũcisionẽ deputabitur? Et ꝓpea in domo veri Israel in quo dolus non est, participes sunt testamẽti noui, quia dat Deus leges in mentẽ ipsorũ, & in cordibus eorũ scribit eas digito suo, spũsãcto, quo ibi diffunditur charitas q̃ legis est plenitudo. Gẽtes natura duce bene facientes. Nec moueat, ꝙ naturaliter eos dixit, q̃ legis sunt facere, non spiritu Dei, nõ fide, nõ gratia. Hoc.n. agit spũs gratiæ, vt imaginẽ Dei in qua naturaliter Cap. 27. facti sumus, instauret in nobis. Vitium Psal. 40. quippe contra naturã est, ꝙ vtique sanat gratia. Propter quã Deo dr̃. Miserere mei, sana A animam meã q̃m peccaui tibi. Proinde naturaliter homines quæ legis sunt faciũt. Qui n. hoc non faciunt, vitiose faciunt. Quo vitio lex Dei est deleta de cordibus. Ac per hoc vitio sanato, cum illic scribitur, fiunt quæ legis sunt naturaliter: non ꝙ per naturã negata sit gratia, sed potius per gratiã reparata natura. Rom. 5. Per vnũ quippe hominẽ pc̃m̃ intrauit in mũdũ, & per pc̃m̃ mors, & ita in oẽs homines pertransiuit, in quo oẽs peccauerunt. Et ideo quia nõ est distinctio, egent gloria Dei, iustificati gratis per gratiã ipsius. Qua gratia in interiore homine renouato iustitia scribitur, q̃ Rom. 3. culpa deleuerat: & hæc misericordia super genus humanum per Chr̃m Iesum, dñm nostrũ. 1. Tim. 2. Vnus.n. Deus, vnus & mediator Dei & hominum homo Christus Iesus. Si aũt hi qui naturaliter q̃ legis sunt faciunt, nondum sunt habendi in numero eorũ quos Christi iustificat gratia: sed in eorum potius quorũ ẽt impiorũ, nec Deũ verum veraciter iusteq; colẽtium, B quædã tñ facta vel legimus, vel nouimus, vel audimus, quæ secundũ iustitiæ regulã non solũ vituperare non possumus, verũ ẽt merito recteq; laudamus, quã quã si discutiatur quo fine fiant, vix inueniuntur q̃ iustitiæ debitã laudem defensionemve mereanẽ. Verumtñ quia non vsqueadeo in anima humana imago Dei terrenorũ affectuũ labe detrita est, Dei in omnino deleta in gentibus. Cap. 28. vt nulla in ea velut lineamenta extrema remãserint, vnde merito dici possit ẽt in ipsa ĩpietate vitæ suæ facere aliqua legis vel sapere: si hoc est ꝙ dictũ est, quia gentes quæ legẽ nõ habent, hoc est legẽ Dei, naturaliter quæ legis sunt faciũt, & quia hmõi homines ipsi sibi sunt lex, & scriptũ opus legis habent in cordibus suis, i. non omnimodo deletum est, ꝙ ibi per imaginẽ Dei cum crearenẽ impressum est: ẽt sic illa differentia non perturbabitur qua distat à vetere testm̃ nouum, eo ꝙ per nouum scribitur lex Dei in corde fidelium, quæ per vetus in tabulis scripta est: hoc enim illic scribitur per renouationẽ, ꝙ non omnimodo deletum est per vetustatem. Nã sicut ipsa imago Dei renouatur in mente credentium per testm̃ nouum, quam non penitus impietas aboleuerat: nam remanserat vtique id ꝙ anima hominis nisi rationalis esse non potest: ita ẽt ibi lex Dei non ex omni parte deleta per iniustitiã, profecto scribitur renouata per gratiam. Nec istã inscriptionem, quæ iustificatio est, poterat efficere in Iudęis C lex in tabulis scripta, sed solum pręuaricationem. Nã & ipsi homines erant, & vis illa naturę inerat eis, qua legitimum aliquid anima rationalis & sentit & facit: sed pietas quæ in aliã vitã transfert beatã & æternam, legẽ habet immaculatã conuertentem animas vt ex Psal. 4. illo lumine renouentur, fiatque in eis. Signatum est super nos lumen vultus tui domine. Vnde & auersi * absolescere meruerunt, Al. solescere. renouari autẽ nisi gratia Christiana, hoc est

nisi

nisi mediatoris intercessione non possunt.
Ti. 1. Vnus.n.Deus, vnus & mediator Dei & homi
nũ, hõ Christus Iesus, qui dedit semetipsum
redemptionē pro omnibus. A cuius gratia
si alieni sunt illi de quibus agimus, qui scd̃m
illũ modũ, de quo superius satis diximus, na
turaliter, q̃ legis sunt faciunt, quid eis prode
rũt excusantes cogitationes in die qua iudica
bit Deus occulta hominũ, nisi forte vt mitiꝰ
puniantur? Sicut.n. nõ impediũt à vita ęterna
Ro.8. D iustũ quędam peccata venialia, sine quibus
hęc vita non ducitur: sic ad salutē ęternã ni-
hil prosunt impio aliqua bona opera sine
quibus difficillime vita cuiuslibet pessimi ho
1.Co.15. minis inuenitur. Veruntamē sicut in regno
Mat.11. Dei velut stella ab stella in gloria differunt
Mat.23. sancti, sic & in damnationē pęnę sempiternę
tolerabilius erit Sodomę q̃ alteri ciuitati, &
erũt quidã duplo amplius q̃busdã gehēnę fi-
lij. Ita nec illud iudicio Dei vacabit, q̃ i ipsa
impietate damnabili magis alius alio minus-
Ro.8. ve peccauerit. Quid ergo hinc Apostolus ef-
ficere voluit, q̃ iactantiã cohibens Iudæorũ,
cũ dixisset, Non auditores legis iusti sunt a-
pud Deũ sed factores legis iustificabunt: cõti
nuo subiecit de his qui legē non habētes, na
turaliter, q̃ legis sunt faciunt, si non illi sunt
intelligēdi, qui pertinent ad grãm mediato-
ris, sed potius, qui cũ Deũ verũ vera pietate
nõ colant, habent tñ quędã opera bona in
vita impia? An forte hoc ipso probandũ cre
didit, quod supra dixerat, q̃a nõ est persona-
rũ acceptio apud Deũ, & q̃ postea dixit, q̃a
Ro.3. nõ Iudęorũ Deus est tm̃, sed ēt gentiũ? Quod
quãtulacũq; legis opera naturaliter insita nõ
inuenirent in eis qui legē nõ acceperũt, nisi
ex reliquijs imaginis Dei: q̃ nõ cõtemnit, cũ
in eũ credũt, apud quē nõ est acceptio per-
E sonarũ. Sed quodlibet horũ accipiat, cõstat
gratiã Dei promissam esse testõ nouo ēt per
Prophetã. Eandēq; gratiã in eo definitam, vt
scribant leges Dei in cordibus hominũ, per
ueniantq; ad eã cognitionē Dei, vbi nõ doce
bit vnusquisq; ciuē suũ vel fratrē suũ, dicēs,
Ier.31. Cognosce Deũ, quia oēs cognoscēt eũ a mi
Ro.5. nore vsq; ad maiorē eorũ. Hoc donũ spũs-
1.Tim.1. sancti est, quod diffundit charitas in cordib.
nostris. Charitas nõ q̃libet, sed charitas Dei
de corde puro & cõsciētia bona, & fide nõ
ficta, ex qua iustus in hac peregrinatione vi-
uēs ad speciē quoq; p̄ducit post speculũ &
ænigmata, & q̃cquid erat ex parte, vt facie
ad faciē cognoscat, sicut & cognitus est: Vnã 1.Co.13.
enim * petijt a dño, & hãc reqrit, vt inhabi- Psal. 36.
tet in domo dñi p̄ oēs dies vitæ suæ, ad hoc al.l.petit.
vt cõtēplet dilectionē dñi. Nemo ita glorieт Omne bo-
ex eo q̃ uidet habere, tanq̃ nõ acceperit: aut nũ à Deo
ideo se putet, accepisse, quia litera extrinse- Cap. 29.
cus vel vt legeret apparuit, vel vt audiret in
sonuit. Nã si per legē iustitia, ergo Christus F
gratis mortuꝰ est. Porro aũt si nõ gratis mor
tuus est ascēdit in altũ, captiuã duxit captiui Psal 67.
tatem, & dedit dona hominibus. Inde habet, Ephe. 4.
quicunq; habet. Quisquis aũt inde se habere Rom.3.
aut id, quod habet auferet ab eo. Vnus.n. Deꝰ
qui iustificat circũcisionē ex fide, & prępu-
tiũ per fidē: quod non ad aliquã differentiã
dictũ est, tanquã aliud sit ex fide, aliud per fi-
dē, sed ad veritatē locutionis. Alio quippe lo
co cũ de gentibus diceret, hoc est de præpu Gala. 3.
tio. Et pręuidens: inquit, scriptura, quia ex fi-
de iustificat gentes Deus. Itemq; cũ de circũ
cisione loqueretur vnde erat ipse: Nos, inq̃t, Gala. 2.
natura Iudęi, nõ ex gentibus peccatores, sciē
tes quia nõ iustificatur hõ ex operibus legis,
nisi per fidē Iesu Christi, & nos in Christo
Iesu credimus, Ecce & pręputiũ dixit iusti-
ficari, ex fide & circuncisione per fidē, si ta- *
men circuncisio iustitiam * fidei teneat. Sic Rom. 9.
enim gentes, quę non sectabantur iustitiam Al. l. Dei
apprehenderunt iustitiam. Iustitiam autem,
quę ex fide est, impetrando eam ex Deo, nõ
ex semetipsis pręsumendo. Israel vero perse
quens legē iustitię, in legē non peruenit. Qua Philip. 2.
re? quia non ex fide, sed tanquam ex operib.
idest tanquam eam per semetipsos operan- Rom.9.
tes, non in se credentes operari Deum: Deus
enim qui operat in nobis & velle & opera-
ri pro bona volũtate ac per hoc offenderũt
in lapidē offensionis. Nã q̃d dixerit, q̃a nõ ex
fide, sed tãquã ex operib. apertissime expo- G
suit dicens: Ignorantes.n. Dei iustitiã: & suã
volentes cõstituere, iustitię Dei nõ sunt su-
biecti. Finis.n. legis Xps ad iustitiam omni
credenti. Et adhuc dubitamus, q̃ sint opera le Rom. 10.
gis, quibus hõ nõ iustificatur, si ea tanquam
sua crediderit, sine adiutorio & dono Dei,
q̃ est ex fide Iesu Christi: & circuncisionem
cęteraq; talia suspicamur, quia etiam de his
sacramentis illis in locis talia quędam legũ-
tur: sed hic vtique non circuncisionem tan-
quã suã iustitiã volebãt constituere, quia &

ipsam Deus pręcipiẽdo cõstituit. Nec de il-
*Gen. 27.* lis operibus hoc intelligi pôt,de quibus dñs
*Mat. 15.* eis dicit. Reijcitis mãdatũ Dei,vt traditiones
*Rom. 9.* vestras statuatis. Quia ꝓsequẽs,inquit,legẽ iu
stitiæ ĩ legẽ iustitiæ nõ peruenit Israel. Nõ di
xit ꝓsequens traditiones suas.i.cõsectãs. Hæc
ergo sola distantia est,quia ipsum. Nõ cõcu
pisces.& cętera mãdata eius sancta, & bona
*Ioan. 15.* sibi tribuebãt: Quæ vt posſit hõ facere, Deus
*Leui. 18.* operat̃ in homine ꝑ fidẽ Iesu Christi qui fi-
*Rom. 10.* nis est ad iustitiã omni credenti.i.ꝑ spiritum
incorporatus factusq; mẽbrũ eius,pôt quis-
H que illo incremẽtũ intrinsecus dãte operari
iustitiã. De cuius operibus ẽt ipse dixit: Quia
sine me nihil potestis facere. Ideo quippe ꝓ-
ponit̃ iustitia legis, ꝙ qui fecerit eam, viuet
in illa,vt cũ quisq; infirmitatẽ suam cogno-
uerit,nõ ꝑ suas vires,neq; per literã ipsius le
gis,ꝙ fieri nõ pôt: sed per fidẽ cõciliãs iusti-
ficatorem perueniat & faciat & viuat in ea.
*Deut. 3.* Opus.n.quod qui fecerit,viuet in eo, nõ fit,
*Rom. 10.* nisi iustificato. Iustificatio aũt ex fide impe-
trat̃. De qua scriptũ est: Ne dixeris in corde
tuo, quis ascẽdit in cęlũ,hoc est Christũ de-
ducere,aut quis descẽdit in abyssum, hoc est
Christũ à mortuis reducere. Sed quid dicit?
Prope te est verbum in ore tuo: & in corde
tuo, hoc est,inquit,verbũ fidei,ꝙ ꝑdicamus
quia si confitearis in ore tuo, quia dominus
est Iesus, & credideris in corde tuo, quia
Deus illũ suscitauit à mortuis,saluus eris, In-
tantũ iustus, inquantũ saluus. Per hanc enim
fidẽ credimus,quod etiã nos Deus a mortuis
excitet interim spiritu: vt in nouitate eius gra
tiæ temperanter, & iuste & pie viuamus in
hoc seculo, post etiam carne nostra ad im-
mortalitatẽ resurrectura,quod meritũ spiri-
tus est qui eam in resurrectione sibi cõgrua,
I hoc est,in iustificatione pręcedit. Cõsepulti
enim sumus Christo per baptismum in mor
tem, vt quemadmodũ Christus resurrexit a
mortuis per gloriam patris, sic, & nos in
nouitate vitę ambulemus. Fide igitur Iesu
*Rom. 6.* Christi impetramus salutẽ, & quantũ nobis
*Iohe. 2.* inchoatur in re: & quantũ perficienda expe-
*Psal. 30* ctatur in spe. Omnis.n.qui inuocauerit nomẽ
*Al. ma-gna.* domini saluus erit. Quam * multa multitudo
ait Psalmista,dulcedinis tuę domine: quã ab-
scondisti timentibus te perfecisti aũt speran-
tibus in te. Ex lege autem timemus Deum,
ex fide speramus in Deum,sed timentibus pę
nã absconditur gratia. Sub quo timore ani-
ma laborans quando concupiscentiã malã
non vicerit, nec timor ille quasi custos se-
uerus abscesserit: per fidẽ confugiat ad mi-
sericordiam Dei, vt det,quod iubet,atq; in-
spirata gratię suauitate per spiritum sanctum
faciat plus delectare, quod præcepit,quam
delectat,quod impedit. Ita multitudo dulce-
dinis eius,hoc est, lex fidei charitas eius con K
scripta in cordibus,atq; diffusa perficitur spe
rantibus in * eum, vt anima sanata non timo *All. e[...]*
re pęnę,sed amore iustitię operetur bonum. *Quod [...]*
Liberum ergo arbitrium euacuamus per gra *cut l[...]*
tiam? Absit,sed magis liberum arbitrium sta- *fidẽ [...]*
tuimus. Sicut enim lex per fidem, sic liberũ *berũ [...]*
arbitrium per gratiã nõ euacuatur: sed statui *bitriũ [...]*
tur. Neq;.n.lex impletur,nisi libero arbitrio: *gratiã [...]*
sed per legem cognitio peccati, per fidẽ im- *euacua[...]*
petratio gratiæ contra peccatum: per gra- *sed sta[...]*
tiam sanatio animę a vitio peccati, per ani- *tur. c. 3[...]*
mæ sanitatem libertas arbitrij, per liberum
arbitrium iustitiæ dilectio: per iustitię di-
lectionem legis operatio. Ac per hoc sicut
lex non euacuatur: sed statuitur per fidem, *Exo. 2[...]*
quia fides impetrat grãm,qua lex impleat̃: ita *Psal. 4[...]*
liberũ arbitriũ non euacuat̃ per gratiam: sed *Ioan. 5.*
statuit̃,quia gratia sanat voluntatẽ, qua iusti- *Psal. 29[...]*
tia libere diligatur. Omnia hæc,quę velut ca *Psal. 53[...]*
tenatim connexui,habent voces suas in scri- *Ps. 118*
pturis sanctis. Lex dicit: Non concupisces.
Fides dicit. Sana animã meã,qm̃ peccaui ti-
bi. Gratia dicit. Ecce sanus factus es,iam noli
peccare, ne quid tibi deterius cõtingat. Sani
tas dicit. Dñe Deus meus clamaui ad te,& sa
nasti me: Liberum arbitrium dicit: Volũtarie
sacrificabo tibi: Dilectio iustitiæ dicit: Narra
uerũt mihi iniusti delectationes suas: sed nõ
sicut lex tua domine. Vt quid ergo miseri ho
mines aut de libero arbitrio audent superbi-
re,antequã liberentur, aut de suis viribus, si
iam liberati sunt? Nec attendunt in ipso no- L
mine liberati arbitrij vtique libertatem sona
re. Vbi autẽ spiritus domini, ibi libertas. Si
ergo serui sunt peccati, quid iactant de libe- *2. Co. 3*
re arbitrio? A quo.n.quis deuictus est,huic &
seruus addictus est. Si autẽ liberati sunt, quid *2. Pet. [...]*
se iactant vel de opere proprio,& gloriãtur,
quasi non acceperint? An ita sunt liberi, vt
nec illum velint habere dominum, qui eis *Ioan. 1[...]*
dicit: Sine me nihil potestis facere: & si vos *Al. l[...]*
filius * liberauerit tũc vere liberi eritis? Quę- *raueri[...]*
ret

ret aliquis, vtrū fides ipsa, in qua salutis, vel ad salutem connexionis huius, quā cōmemoraui, esse vr̄ exordium, in nostra cōstituta sit potestate, ꝙ facilius videbimus, si prius, quid sit potestas, aliquanto diligentius perspexerimus. Cum.n. duo quędam sint velle & posse: vnde nec qui vult, continuo potest: nec qui potest, continuo vult, quia sicut volumus aliqn̄, ꝙ non possumus: sic ēt possumus aliqn̄, quod nolumus. Satis euolutis ipsis ēt vocabulis resonat, quod ab eo, quod est velle, voluntas: ab eo aūt, quod est posse, potestas nomen accepit. Quapropter sicut, qui vult habet uoluntatem, ita potestatē, qui potest. Sed vt potestate aliquid fiat, uoluntas aderit. Neq;.n. dici solet quispiā potestate fecisse, si quid fecit inuitus, quanquam si subtilius aduertamus, etiam ꝙ quisq; inuitus facere cogitur, facit, si voluntate facit. Sed quia malit aliud, ideo inuitus, hoc est, nolens facere dicitur. Malo quippe aliquo facere compellitur, ꝙ uolens euitare, uel à se remouere, facit quod cogitur. Nā si tanta uoluntas sit, ut malit hoc non facere q̄ illud non pati, cogenti procul dubio resistit, nec facit. Ac per hoc si facit, non quidē plena & libera voluntate, sed tn̄ non facit, nisi voluntate, quam uoluntatem, quia effectus consequitur, non possumus dicere potestatē defuisse facienti. Si.n. cogenti cedens vellet facere, nec posset, ei uoluntatē affuisse, licet extortam: sed potestatē defuisse diceremus. Cū uero ideo non faciebat, quia nolebat, erat utiq; potestas: sed uoluntas deerat, quandiu cogenti reluctando non fecit. Hinc est quod etiam illi, qui cogunt, uel qui suadent, solent dicere: quod habes in potestate, quare nō facis: ut hoc malo careas? Et qui omnino facere non possunt, quod ideo coguntur, ut faciant, quia posse creduntur, solent excusando respondere & dicere, Facerē, si essem in potestate. Quid igitur ultra q̄rimus, qn̄quidem hanc dicimus potestatem,
A ubi uoluntati adiacet facultas faciendi? Vnde hoc quisque in potestate habere dr̄, quod si uult, facit: si non uult, non facit. Attende iam illud quod excutiendum posuimus, utrum fides in potestate sit. De hac.n. fide nunc loquimur quam adhibemus cū aliquid credimus, non quā damus cū aliquid pollicemur: nam & ipsa dr̄ fides. Sed aliter dicimus, Non mihi habuit fidem: aliter autem, Non mihi seruauit fidem. Nam illud est, nō credidit ꝙ dixi: illud, non fecit quod dixit. Secundum hanc fidē qua credimus, fideles sumus Deo, secundum illam uero qua fit quod promittitur, ēt Deus ipse fidelis est nobis. Hoc.n. dicit Apostolus, Fidelis Deus, qui non uos permittit tētari super id quod potestis. De illa itaq; fide quærimus, utrum in ptāte sit, qua credimus Deo, uel credimus in Deū. Hinc.n scriptum est credidit Abraham Deo, & deputatū est illi ad iustitiam, Et credenti in eum qui iustificat impium, deputatur fides ad iustitiā. Vide nunc utrū quisq; credat si noluerit, aut non credat si uoluerit. Quod si absurdū est; quid est.n. credere nisi consentire uerū esse, ꝙ dr̄? consensio aūt utiq; uolentis est: profecto fides in ptāte est. Sed sicut Apostolus dicit, Non est potestas nisi à Deo. Quid igitur causæ est, cur non & ista de nobis dicatur. Quid. n. habes ꝙ non accepisti? Nā & ut credamus, Deus dedit. Nusquam aūt legimus in sanctis scripturis. Nō est uolūtas nisi à Deo. Et recte non scriptum est, quia uerum non est: alioquin etiam peccatorum, ꝙ absit, author est Deus, si non est uoluntas nisi ab illo: qm̄ mala uoluntas iam sola peccatū est, etiā si desit effectus, i. si non habeat potestatem. Porro cum uolūtas mala ptātem accipit implere quod * intēditur, ex iudicio Dei uenit, apud quē non est iniquitas, punit.n. ēt isto modo, nec ideo iniuste quia occulte. Cęterum iniquus puniri se ignorat, nisi cū manifesto supplicio senserit nolens, quantū mali sit quod perpetrauit uolens: Hoc est quod de quibusdā Apostolus ait. Tradidit illos Deus in concupiscentias cordis illorum, ut faciāt quæ non cōueniunt. Hinc & dn̄s Pilato, Nō haberes in me, inquit, ptātem, nisi data esset tibi desuper. Sed cum potestas datur, non necessitas utiq; imponitur. Vnde cū Dauid Saulis occidendi potestatem accepisset, maluit parcere quam ferire. Vnde intelligimus malos accipere potestatē ad damnationē malæ uoluntatis suæ, bonos aūt ad probationē bonæ uoluntatis suæ. Cū ergo fides in potestate sit: qm̄ cum uult quisq; credit: & cum credit uolens credit. Deinde quærendum est, imo recolendū est, quam fidem tanta cōflictatione cōmendet Apostolus. Non.n. quodlibet credere bonum est, nā unde est illud, Fratres nolite oī spiritui credere, sed probate spiritum

Marginal notes: 1. Co. 10 — Gen. 15. — Rom. 4. — B — Rom. 13. — 1. Cor. 4. — Al. l. intendit. — Rom. 9. — Rom. 1. — Ioan. 19. — 1. Re. 24. — C — Quæ fides laudāda. c. 32. — 1. Ioan. 4

tum qui ex Deo est? Nec in laudib. charitatis
1. Co. 13. ꝙ dictū est. Omnia credit: sic accipiendum est, vt charitati cuiuspiā derogandū sit, si nō ꝙ audierit, statim crediderit. Quid ꝙ eadem charitas admonet, nō facile de fratre mali aliquid esse credēdū. Et cū tale aliquid dr̄, hoc ad se magis iudicat pertinere ne credat. Postremo ipsa charitas q̄ omnia credit, nō omni spiritui credit: ac per hoc omnia quidem credit, sed Deo: quia nō dictū est, Omnia cre
D dit. Nulli itaq; dubiū est eam fidē ab Apostolo cōmendari, qua creditur Deo. Sed adhuc est aliquid ad discernēdū, qm̄ & illi qui sub lege sunt, & timore pœnæ iustitiam suā facere conantur: & ideo nō faciunt Dei iustitiā, quia charitas eā facit, qua non libet, nisi ꝙ licet: nō timor qui cogitur in opere habere ꝙ licet, cū aliud habeat in voluntate, qua mallet, si fieri posset, licere ꝙ non licet. Et illi ergo credunt Deo: nā si omnino nō crederent, nec pœnā legis vtiq; formidarent. Sed nō hāc
Rom. 8. fidē cōmendat Apostolus, qui dicit, Non. n. accepistis spm̄ seruitutis iterū in timorē, sed accepistis spm̄ adoptionis filiorum, in quo clamamus, Abba pater. Timor ergo ille seruilis est: & ideo quamuis in illo dn̄o credatur, non tñ iustitia diligitur, sed damnatio timet. Filij vero clamant, Abba pater, quarum duarum vocū vna ex circuncisione, altera ex præputio, Iudęi primum & Græci, ꝙ vnus est Deus qui iustificat circuncisionē ex fide, & præputiū per fidē. Cum aūt clamant, aliquid petunt, & quid petunt, nisi ꝙ esuriunt & sitiunt? Et hoc quid, nisi ꝙ de illis dictum est,
Matt. 5. Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, qm̄ ipsi saturabuntur? Huc ergo transeant qui sub lege sunt, vt ex seruis filij fiant: nec sic tñ, vt serui esse desistant, sed vt tanquā filij dn̄o & patri liberaliter seruiāt, quia & hoc acceperūt: dedit. n. potestatem ille vnicus filios Dei fieri credentibus in nomine eius: eosq; admonuit
E petere, quærere, pulsare, vt accipiant & inue
Ioan. 1. niant & aperiatur eis, addens increpationem
Matt. 7. & dicens. Si vos cū sitis mali, nostis bona data dare filijs vestris, quāto magis pater vester
Rom. 7. qui in cęlis est, dabit bona petentib. se? Cum ergo virtus peccati lex inflāmauerit aculeū mortis, vt occasione accepta pctm̄ per mandatū operetur omnē concupiscentiā, à quo petenda est cōtinentia, nisi ab illo qui nouit bona data dare filijs suis? An forte nescit insi-

piens ꝙ nemo esse posit cōtinens, nisi Deus det? Hoc ergo vt sciat, ipsa indiget sapientia. Sapien.
Cur itaq; nō audit patris sui spm̄ dicentē per Apostolū Christi, vel ipsum Chr̄m qui dicit in Euāgelio suo, Petite & Accipietis, Loquē Matt. 7.
tem ēt in Apostolo suo, & dicentē, Si quis vestrū indiget sapientia, postulet à Deo qui dat Iaco. 1.
omnib. affluenter, & non improperat, & dabitur illi: Postulet aūt in fide nihil hæsitans. F
Hæc est fides ex qua iustus viuit. Hæc est fides qua creditur in eū qui iustificat impiū. Rom. 1.
Hæc est fides per quā excluditur gloriatio: siue vt abscedat qua in nobis inflamur: siue vt emineat, qua in dn̄o gloriamur. Hæc est fides qua impetratur largitas spiritus, de quo dr̄, Nos. n. spiritu ex fide spē iustitiæ expectam⁹. Vbi quidē quæri adhuc pōt, vtrū spem iustitiæ dixerit, qua sperat iustitia, an qua sperat ipsa iustitia: qm̄ iustus ex fide viuens, sperat vtiq; vitam æternam. Itemq; fides esuriens sitiensq; * iustitiā, renouationē de die in diē Al. l. iustitiæ renouationem
interioris hominis, proficit in ea, & sperat in ea satiari, in vita æterna, vbi fiet ꝙ in Psalmo de Deo dr̄. Qui satiat in bonis desideriū Psal. 102.
tuū. Hæc est fides qua salui fiunt quib. dr̄, Gratia salui facti estis per fidē: & hoc nō ex vobis, sed Dei donū est. Non ex operib. ne forte quis extollatur. Ipsius. n sumus figmentum Ephes. 2.
creati in Christo Iesu in operib. bonis, q̄ pręparauit Deus vt in illis ambulemus. Postremo hæc est fides q̄ per dilectionē operatur, Fides per dilectionē operatur.
non per timorē non formidando pęnā, sed amādo iustitiā. Vnde ergo ista dilectio, i. charitas, per quā fides operatur, nisi vnde illa fides impetrauit? Neq;. n. esset in nobis quantacunq; sit in nobis, nisi diffunderetur in cordibus nostris, per spiritūsanctū qui datus est nobis. Charitas quippe Dei dicta est diffundi in Gal. 5. Rom. 5.
cordib. nr̄is, non qua nos ipse diligit, sed qua nos facit dilectores suos, sicut iustitia Dei, qua iusti eius munere efficimur: & dn̄i salus, qua nos saluos facit & fides Iesu Christi, qua G
nos fideles facit. Hæc est iustitia Dei quā non solū docet per legis præceptū, verumēt dat per spūs donū. Sed cōsequens est paululū q̄rere, vtrū voluntas illa qua credimus ēt ipsa Voluntas credēdi à quo. c. 33
Dei donū sit, an ex illo naturaliter insito libero adhibeatur arbitrio. Si. n. dixerimus eam non esse donū Dei, metuendū est ne existimemus inuenisse nos aliquid ꝙ Apostolo increpanti & dicenti, Quid. n. habes ꝙ non accepisti?

pisti?

pisti? si aũt & accepisti, quid gl oriaris quasi
non acceperis respõdere poßimus. Ecce ha-
bemus voluntatẽ credendi quã non accepi-
mus? ecce vbi gloriamur ꝙ non acceperi-
mus. Si aũt dixerimus ẽt hmõi voluntatẽ non
esse nisi donũ Dei, rursus metuendum est, ne
infideles atq; impij nõ immerito, sed veluti
iuste excusare videantur, ideo nõ credidisse,
ꝙ dare illis Deus istã noluit voluntatẽ. Nam
H illud ꝙ dictum est. Deus est.n. qui operatur
in nobis & velle & operari pro bona volun-
tate: gratia iã est, quã fides impetrat, vt pos-
sint esse hominis opera bona, quæ operatur
fides per dilectionẽ, quæ diffunditur in cor-
dibus nostris per spiritũsanctũ qui datus est
nobis. Sic credimus vt impetremus hanc gra
tiã, & vtique voluntate credimus, de hac q̃-
ritur vnde sit nobis. Si natura, quare nõ om-
nib. cũ sit idẽ Deus omnium creator? Si dono
Dei, ẽt hoc quare non omnibus, cum omnes
homines velit saluos fieri, & in agnitionem
veritatis venire? Prius igitur illud dicamus,
& videamus vtrũ huic satisfaciat quæstioni
ꝙ liberũ arbitriũ naturaliter attributũ à crea
tore animæ rationali: illa media vis est, quæ
vel intendi ad finẽ, vel inclinari ad infidelita
tẽ potest. Et ideo nec istã voluntatẽ qua cre-
dit Deo, dici potest homo habere, quam non
acceperit, q̃nquidem vocante Deo surgit de
libero arbitrio ꝙ naturaliter cũ crearetur ac
cepit. Vult aũt Deus oẽs homines saluos fie-
ri & in agnitionẽ veritatis venire: non sic tñ,
vt eis adimat liberum arbitriũ quo vel bene
vel male vtentes iustißime iudicentur. Quod
cũ fit, infideles quidẽ contra voluntatẽ Dei
faciunt, cũ eius Euangelio non credunt: nec
ideo tñ eam vincunt, verũ seipsos fraudant
magno & summo bono, malisq; pęnalib. im
plicant, experturi in supplicijs potestatẽ eius
cuius in donis misericordiã cõtempserunt.
Ita voluntas Dei semper inuicta est, vinceret
G aũt si non inueniret quid de contẽptoribus
faceret, aut vllo modo posset euadere, ꝙ de
talibus ille constituit. Qui.n. dicit, verbi gra-
tia, volo vt hi omnes serui mei operentur in
vinea, & post laborẽ requiescentes epulent,
ita vt quisquis eorũ hoc noluerit, in pistrino
semper molat: vr̃ quidẽ quicunq; contẽpse-
rit, contra voluntatẽ dñi sui facere: sed tunc
eã vincet, si & pistrinũ contẽnens effugerit:
ꝙ nullo modo fieri potest sub Dei potestate.

Vnde scriptũ est, Semel locut⁹ est Deus: hoc
est incõmutabiliter: quãquã & de vnico ver
bo possit intelligi. Deinde subiungens ꝙ in-
cõmutabiliter sit locutus. Duo hæc, inquit, *Psal. 61.*
audiui, qm̃ potestas Dei est, & tibi dñe mise
ricordia, quia tua reddis vnicuique secundũ
opera sua. Ille igitur reus erit ad damnatio-
nẽ sub potestate eius, qui contẽpserit ad cre-
dendam misericordiã eius. Quisquis aũt cre-
diderit ei, qui se à peccatis omnibus absoluẽ
dum, & à vitijs omnib. sanandũ, & calore ac
lumine eius accendendum illuminandumq; K
non contẽpserit, habebit ex eius gratia ope-
ra bona, ex quibus ẽt secundũ corpus à mor
tis corruptione redimatur, coronet, bonisq;
satietur, non tẽporalibus, sed æternis, supra
quam petimus & intelligimus. Hunc ordinẽ *Ps. 102.*
tenuit Psalmus, vbi dr̃, Benedic anima mea
dñm, & noli obliuisci omnes retributiones
eius. Qui propitiatur omnibus iniquitatibus
tuis, qui sanat omnes languores tuos, qui re-
dimit de corruptione vitã tuam, qui coro-
nat te in miseratione & misericordia, qui sa-
tiat in bonis desiderium tuũ. Et ne forte hæc
tanta bona huius vetustatis, hoc est, mortali-
tatis deformitas desperaret, Renouabitur, in
quit, sicut aquilæ iuuentus tua. Tanquã dice-
ret, Hæc quæ audisti, ad nouũ hominem &
nouum testm̃ pertinẽt. Recole mecũ eadem
ipsa paululũ, obsecro te, & inspice delectabi
liter laudẽ misericordiæ, hoc est gratiæ Dei.
Benedic, inquit, anima mea dñm, & noli o-
bliuisci omnes retributiones eius. Non ait tri
bulationes, sed retributiones ei⁹, q retribuit
bona pro malis, Qui propitius fit omnibus
iniquitatibus tuis: Hoc agitur in baptismatis *Gal. 5.*
sacro. Qui sanat omnes languores tuos: Hoc *Rom. 7.*
agitur in hac vita fidelis hominis, dũ caro cõ
cupiscit aduersus spiritum, & spũs aduersus
carnẽ, vt non quæ volumus faciamus, dum
alia lex in membris repugnat legi mentis: dũ L
velle adiacet, perficere aũt bonum non inue
nimus: qui languores vetustatis, si perseuerã-
te intentione proficimus de die in diẽ crescẽ
te nouitate sanantur ex fide q̃ per dilectionẽ *Ps. 102.*
operatur. Qui redimit de corruptionẽ vitam
tuã: hoc fit in vltima resurrectione mortuo- *Psal. 20.*
rum. Qui coronat te in miseratione & mise-
ricordia: hoc fiet in iudicio, vbi cũ rex iustus
sederit in throno redditurus vnicuiq; secun-
dum opera eius, quis gloriabitur castũ se ha
bere

bere cor?aut quis gloriabitur mūdum se esse à pctō? Ideo illic necessariū fuit cōmemorare miseratione & misericordiā dñi, vbi iam exigi debita & reddi merita sic possent videri vt nullus esset misericordiæ locus. Coronat ergo in miseratione & misericordia, sed ēt sic secundū opera. Segregabitur.n.ad dexterā, cui dicatur, Esuriui, & dedisti mihi māducare. Qm̄ iudiciū sine misericordia, fiet illi qui non fecit misericordiā. Beati aūt misericordes, qm̄ ipsorū miserebitur. Iā vero cū sinistri ierint in ambustionem æternam, iusti aūt in vitam æternā. Quia hæc est, inquit, vita æterna, vt cognoscant te vnū verum Deum, & quem misisti Iesum Christū: illa cognitione, illa visione, illa contēplatione satiabitur in bonis animæ desideriū. Hoc.n.ei solū sat est, vltra non habet ꝙ appetat, quo inhiet, ꝙ requirat. nam desiderio huius satietatis ardebat qui dño Christo ait. Ostende nobis patrē, & sufficit nobis. Cui responsum est. Qui me videt: videt & patrē, Quia & ipsa est vita æterna, vt cognoscāt vnum verum Deum te, & quē misisti Iesum Christū. Sed si ille qui videt filiū, videt & patrē: profecto qui videt patrem & filium, videt & spiritumsanctū patris & filij. Ita nec arbitriū liberū tollimus, & benedicit anima nostra dñm, non obliuiscens omnes retributiones eius. Nec ignorans Dei iustitiā suam vult cōstituere, sed credit in eū qui iustificat impiū, & viuit ex fide, donec ad speciem perducatur: fide, s. quæ per dilectionē operatur. Quæ dilectio diffunditur in cordibus nostris, nec per sufficientiam propriæ voluntatis, nec per literā legis, sed per spm̄ sanctum qui datus est nobis. Hæc disputatio, si quæstioni illi soluendæ sufficit, sufficiat. Si aūt rñdetur, cauendū esse ne quisquam Deo tribuendum putet pctm̄ ꝙ admittitur per liberum arbitrium, si in eo ꝙ dr̄. Quid habes ꝙ non accepisti? propterea ēt voluntas qua credimus, dono Dei tribuitur, quia de libero existit arbitrio, ꝙ cum crearemur accepimus. Attendat & videat, non ideo tantū istam voluntatē diuino muneri tribuendā, quia ex libero arbitrio est, ꝙ nobis naturaliter concreatū est, verumēt ꝙ visorum suasionib. agit Deus vt velimus, & vt credamus: siue extrinsecus per Euangelicas exhortationes, vbi & mandata legis aliquid agunt, si ad hoc admonent hominē infirmitatis suæ, vt ad gratiam iustificantē credendo confugiat: siue intrinsecus, vbi nemo habet in potestate quid ei veniat in mentem, sed consentire vel dissentire propriæ volūtatis est. His ergo modis quādo Deus agit cum anima rationali, vt ei credat: neq;.n. credere potest * quolibet arbitrio, si nulla sit suasio vel vocatio cui credat: pfecto & ipsum velle credere Deus operatur in homine, & in omnib. misericordia eius puenit nos: consentire aūt vocationi Dei, vel ab ea dissentire, sicut dixi, propriæ voluntatis est. Quæ res non solū non infirmat, ꝙ dictū est, Quid.n. habes, ꝙ non accepisti: verumēt confirmat. Accipere quippe & habere anima nō potest dona, de quib. hoc audit, nisi consentiendo: ac per hoc ꝙ habeat, & quid accipiat Dei est: accipere aūt & habere vtiq; accipiētis & habentis est. Iam si ad illā profunditatē scrutandam quisquā nos coarctet: cur illi ita suadeatur vt persuadeatur, illi autem non ita duo sola occurrunt interim quæ respondere mihi placeat, O altitudo diuitiarum, & nunquid iniquitas apud Deum? Cui respōsio ista displicet, quærat doctiores, sed caueat ne inueniat præsumptores. Concludamus igitur librum aliquādo, cuius tanta prolixitate vtrū aliquid egerimus, nescio: non apud te, cuius fidem scio, sed apud animos eorum propter quos me scribere voluisti: qui non cōtra nostram, sed vt mitius loquar, & non dicam, illius q. in suis Apostolis est locutus, certe cōtra tanti Apostoli Pauli, non vnam sententiā, sed tam vehementem, tā intentam vigilemq; conflictationem malūt suam defensitare sententiam, quam eum audire obsecrantem per miserationem Dei, & dicentem, per gratiam Dei quæ data est illi non plus sapere prætersquam oportet sapere, sed sapere ad tēperantiam, vnicuiq; sicut Deus partitus est mensuram fidei. Tu autem quid mihi proposueris, & quid tam longo disputationis huius opere effecerimus aduerte. Mouit te certe quem admodū dictum fuerit, fieri posse vt sit homo sine peccato, si voluntas eius non desit, ope adiuuante diuina, quāuis nemo tā perfectæ iustitiæ in hac vita fuerit, vel sit, vel futurus sit. Sic.n. hoc ipsum in illis prius ad te cōscriptis libris proposui: si à me quæratur, inquā, vtrum homo sine pctō possit esse in hac vita: cōfitebor posse per Dei gratiā & liberū eius arbitriū: ipsum quoq; liberū arbitriū ad Dei

Margin notes (left column): Matt. 25 · Iacobi 2. · Matt. 5. · Ioan. 17. · M · Ioan. 14. · Rom. 10. · Rom. 1. · Gal. 5. · Rom. 5. · Voluntas credēdi à Deo. c. 34 · F. Co. 4. · A

Margin notes (right column): Al. l. qd. libet. · B · Rom. 11. · Rom. 9. · Conclusio operis. Cap. 35. · Rom. 12. · C

Dei gratiam, hoc est, ad Dei dona pertinere non ambigẽs: nec tantum vt sit, verũ vt bonũ sit. i. ad facienda mãdata domini cõuerratur: atq; ita Dei gratia, non solum ostendat quid faciendũ sit, sed adiuuet ẽt, vt fieri possit qđ ostenderit. Tibi autem absurdum visum est, sine exemplo esse rem quę fieri potest. Hinc exorta est huius libri quæstio, ac per hoc ad nos pertinebat ostendere, fieri posse aliquid
B [M]at. 19. quanuis desit exemplum. Hinc ex Euangelio
[M]at. 26. & ex lege quædã posuimus in sermonis huius exordio, sicut de cameli transitu per fora
D men acus, & de duodecim milibus legionũ angelorũ qui potuerũt si vellet pugnare pro Christo: & de illis gentibus quas Deus dicit potuisse se à facie populi sui semel exterminare, quæ oĩa facta nõ sunt. His addi possunt
[Sa]p. 16. ẽt illa quę leguntur in libro sapientię, q̃ multa posset noua tormẽta Deus exercere in impios ad nutũ sibi seruiente creatura, quæ tñ
[M]arci. 1. nõ exercuit, Potest & de mõte illo quã fides
[al.] l. trãs[ferret] in mare * transferret; ꝙ tñ nusquã factũ, vel legimus, vel audiuimus. Quisquis. n. horũ aliquid Deo dixerit esse in possibile, vides q̃ desipiat, quamq; aduersus fidẽ scripturæ eiꝰ loquatur. Multa alia huiusmodi possunt occurrere vel legẽti vel cogitanti, quæ possibilia Deo negare nõ possumus, quanuis eorũ desit exemplũ. Sed q̃a dici põt, illa opera eẽ diuina: iuste aũt viuere ad nr̃a opera pertinere: suscepi ostendere ẽt hoc opus esse diuinũ & hoc egi libro isto loquacius fortasse q̃ sat est. sed cõtra inimicos gratię Dei ẽt parũ mihi dixisse videor: nihilq; me tam multum di-
[a]l. l. ex. cere delectat: q̃ vbi mihi * ꝙ scriptura eius plurimũ suffragatur, & id agitur vt qui glo-
[1.] Co. 10. riatur in dño glorietur, & in omnib. grãs agamus dño Deo, sursum corda habentes, vnde a patre luminũ oẽ datũ optimũ & oẽ donũ
[Ia]cobi. 1. perfectũ est: Nã si propterea nõ est opus Dei quia ꝑ nos agitur, vel quia illo donante nos agimus, nec illud est opus Dei, vt mõs trans-
E feratur in mare, quia per fidẽ hominũ fieri posse dñs dixit & hoc ipsorũ operi attribuit
[M]at. 11. dicens, Si habueritis in vobis fidẽ tanquam granũ sinapis, dicetis monti huic tollete & mittere in mare, & fiet, & nihil impossibile erit vobis. Certe vobis dixit, non mihi aut patri: & tñ hoc nullo modo facit homo nisi illo donante & operante. Ecce quemadmodũ sine exemplo est in omnibus perfecta iusti-

tia, & tamen impossibilis nõ est. Fieret. n. si tanta voluntas adhiberetur, quanta sufficit tãtę rei: Esset autem tãta si & nihil eorum quę pertinẽt ad iustitiã nos lateret, & sic ea sic delectarent animũ, vt quicquid aliud voluptas siue dolor impedit, delectatio illa superaret: quod ut non sit, non ad impossibilitatẽ, sed ad iudiciũ Dei pertinet. Quis enim nesciat, non esse in hominis potestate qnid sciat, nec esse consequẽs, vt quod appetendum cogni-
tũ fuerit appetatur, nisi tantũ delectet, quan- F
tum * diligendum est? Hoc autẽ sanitatis est *al. l. delectandũ.*
animę. Sed fortasse quispiam putauerit nihil nobis deesse ad cognitionẽ iustitiæ, & dominus verbũ consũmmãs & breuians super terram, dixit in duobus præceptis totam legem Prophetasq; pẽdere, nec ea tacuit sed verbis apertissimts prompsit. Diliges inquit, dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua: & diliges proximũ tuũ tanquam teipsum. *Præceptũ dilectiõis quã do impletur. Cap. 36. Mat. 22.* Quid verius, his impletis impleri omnino iustitiam? Veruntamen qui hoc attendit, etiam illud at-
tendat, quã in multis offendamus omnes, dũ *Iacobi. 3.*
putamus Deo, quẽ diligimus, placere, vel nõ displicere quod facimus: & postea per scripturam eius, siue certa & perspicua ratione commoniti, cũ didicerimus ꝙ ei non placeat, pęnitendo deprecamur vt ignoscat. Plena humana vita est documentis talibus. Vnde autẽ minus nouimus quid ei placet, nisi quia & ipse minus notus est nobis? Videmus enim
per speculũ in ęnigmatę, tũc autem facie ad *1. Co. 13.*
faciẽ. Quis vero existimare audeat, cum eo ventum fuerit, quod ait, Vt cognoscã sicut & & cognitus sum, tantã Dei dilectionẽ fore contẽplatoribus eius, quanta fidelibus nunc est: aut * illo modo hanc illi tanquam de pro-
ximo cõparandã? Porro si quanto maior no- *al l. vllo.*
titia, tanto erit maior dilectio: profecto nũc quantum deest dilectioni, tantũ tunc perfi-
ciendæ iustitię deesse credendum est. Sciri. n. G
aliquid vel credi, & tamen non diligi potest: diligi quod neq; scitur neque creditur, non potest. At si credendum est ꝙ ad tantam dilectionem sancti peruenire potuerunt, qua certe maiorem in hac vita esse non posse
dominus ipse testatus est, * vt animam suam *al. l. animas suas.*
pro fide & pro fratribus ponerent: cum ab hac peregrinatione, in qua per fidem nunc ambulatur, non per speciem, per-
uentum

uentum erit ad speciē, quā nondū visam spe
ramus, & per patientiā expectamus, procul-
dubio & ipsa dilectio non solū supra q̃ hic
habemus. sed lōge supra q̃ petimus, & supra
q̃ intelligimus erit: nec ideo tñ plus esse po
terit, q̃ ex toto corde, ex tota aīa, ex tota mē
te. neq;.n. restat in nobis aliquid quod addi
possit ad totū: quia si restabit aliquid, illud
non erit. Proinde hoc erit primū præceptū
iustitiæ, quo iubemur diligere Deum ex to-
to corde, ex tota anima, & ex tota mente: cui
est de proximo diligendo alterū consequens
H ꝙ in illa vita cōplebimus, cū videbimus fa-
1. Co. 13. cie ad faciē. Sed ideo nobis hoc ēt nūc prę-
ceptū est, vt admoneremur quid exposcere,
quo spē præmittere & obliuiscendo quę re-
tro sunt, in quæ anteriora nos extendere de-
Philip. 3. beamus. Ac per hoc quantū mihi videtur, in
ea quæ perficienda est iustitia: multū in hac
vita illa profecit, qui q̃ longe sit à perfectio
Abac. 2. ne iustitię, proficiēdo cognouit. Sed dici pōt
Rom. 1. quædā iustitia minor huic vitæ cōpetēs, qua
2. Cor. 5. iustus ex fide viuit quāuis peregrinus à dño:
& ideo per fidē ambulans nondū per speciē
non absurde dicit ēt ad istā pertinere ne pec
cet: neq;.n. si esse nondū potest tanta dilectio
Dei, quanta illi cognitioni plenę perfectæq;
debetur, iam culpæ deputandū est. Aliud est
enim totam nondum assequi charitatē, aliud
nullam sequi cupiditatem. Quamobrē debet
homo, quamuis longe minus amet Deū, q̃ eū
pōt amare conspectū, nihil tñ appetere illici
tum sicut etiam in his, quæ adiacent sensibus
corporis, pōt oculus nullis tenebris delecta-
ri, quamuis nō possit in fulgētissima luce de
figi. Verū ecce iā talem constituamus animā
I humanā in hoc corruptili corpore, quæ &
si nondū illa supereminētissima perfectione
charitatis Dei omnes motus terrenæ libidi-
nis absorbuerit atq; consumpserit, tñ in ista
minore iustitia ad illicitū aliquid operandū
eidem libidini nulla inclinatione consentiat:
Deut. 6. vt ad illam vitā iam immortalē pertineat. Di
liges dñm Deum tuū ex toto corde tuo, &
ex tota anima tua, & ex tota virtute tua. Ad
Rom. 6. hanc aūt, Non regnet peccatū in vestro mor
tali corpore ad obediendum desiderijs eius:
Exo. 20. ad illam, Non concupisces. Ad istā, Post con
Eccl. 18. cupiscentias tuas non eas: ad illam nihil am
Al.l. ait. plius quęrere q̃ in ea perfectione persistere:
Ad istam, hoc quod * agit in opere habere,

& illius perfectionē pro mercede sperare,
vt per illā iustus sine fine viuat in specie, quā
in ista desiderauit: per hanc aūt iustus viuat
ex fide in qua illam certo fine desiderat. His
constitutis peccatū erit hominis ex fide viuē
tis, aliqñ alicui delectationi illicitæ consen-
tire, non tantū in illis horrendis facinoribus
& flagitijs perpetrandis, verumetiā in istis le
uioribus: vt vel aurem alicui voci, quæ au-
dienda non esset, vel linguā alicui quæ dicē
da non esset, accommodet: vel in ipso cor-
de aliquid ita cogitet, vt mallet illicitū quod
male delectat, & per pręceptū scitur illicitū, K
ēt ista quippe consensio est ad peccatum,
quæ vtiq; fieret, nisi pęna terreret. Tales iusti
ex fide viuentes non opus habent dicere, Di-
mitte nobis debita nostra, sicut & nos dimit Matt.
timus debitoribus nostris, falsumq; esse con
uincunt, ꝙ scriptū est, Nō iustificabitur in Ps. 1
conspectu tuo omnis viuens, & illud, Si dixe 1. Ioā.
rimus quia peccatum nō habemus, nosmet-
ipsos decipimus & veritas in nobis non est.
Et illud, Quia non est homo qui nō pecca-
bit. Et illud, Non est iustus in terra qui faciet 3. Reg.
bonū & nō peccabit. Vtrunq; n. hoc testimo Eccl. 7.
niū non de pręterito dicit. i. peccauit, sed de
futuro. i. peccabit: & si qua alia in hanc sen-
tentiam sancta scriptura commemorat. Sed
quoniā hæc falsa esse non possunt, illud es-
se consequens video, vt qualemlibet vel quā
tamlibet in hac vita potuerimus definire iu-
stitiā, nullus in ea sit hominum qui nullū ha-
beat, omnino peccatū: omniq; homini sit ne
cessarium dare vt detur illi, dimittere vt di- Luc. 9.
mittatur illi: & si quid habet iustitiæ, non de
suo sibi esse præsumere, sed de gratia iustifi-
cantis Dei, adhuc tñ ab illo esurire & sitire iu L
stitiā, qui est panis viuus, & apud quē fons vi
tæ: qui sic operatur iustificationē in sanctis
suis in huius vitæ tentatione laborantibus, vt
tñ sit & quod petentibus largiter adijciat, &
quod confitentibus clementer ignoscat. Sed
inueniāt isti si possunt aliquē sub onere cor-
ruptionis huius viuentem, cui iam non ha-
beat Deus quod ignoscat: nisi tñ eū fateaī nō
doctrina legis * datæ, sed ēt infuso spiritu gra Al. l. da.
tiæ vt talis esset, adiutū, nō cuiusmodi pecca
ti crimen, sed ipsis impietatis incurrent. Sane
quanquam talem, si testimonia illa diuina
competenter accipiant, prorsus inuenire nō
possunt: nullo modo tamen dicendum est
Deo

Deo deesse posſibilitatem, qua voluntas ſic adiuuetur humana, vt non ſolum iuſtitia iſta quæ ex fide eſt, omni ex parte modo perficiatur in homine, verumẽt illa ſecundum quam poſtea in æternum in ipſa eius contẽplatione viuendum eſt. Qñquidem ſi nunc velit ẽt hoc corruptibile induere incorruptionem, atque hic inter homines morituros eum iubere viuere minime moriturũ, vt tota penitus vetuſtate conſumpta nulla lex in mẽbris eius repugnet legi mẽtis, Deumq; vbiq; præſentem ita cognoſcat ſicut ſancti poſtea cognituri ſunt, quis demẽs audeat affirmare nõ poſſe? Sed quare non faciat, quærunt hoĩes, nec qui quærunt ſe attendunt eſſe homines. Scio ꝙ ſicut impoſsibilitas, ita & iniquitas non eſt apud Deũ. Et ſcio ꝙ ſuperbis reſiſtit, humilibus aũt dat gratiam. Et ſcio ꝙ illi cui ne extolleretur datus erat ſtimulus carnis angelus ſatanæ qui eum colaphizaret, ſemel & iterum & tertio deprecanti dictum eſt, Sufficit tibi gratia mea, nam virtus in infirmitate perficitur. Aliquid ergo eſt in abdito & profundo iudiciorũ Dei, vt etiam iuſtorum omne os obſtruatur in laude ſua, & non aperiatur niſi in laudem Dei. Hoc aũt aliquid quis poſsit ſcrutari, quis inueſtigare, quis noſſe? tam ſunt inſcrutabilia iudicia eius & inueſtigabiles viæ eius. Quis.n.cognouit ſenſum domini, aut quis conſiliarius illi fuit? Aut quis prior dedit illi, & retribuetur ei? quoniam ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo ſunt omnia. Ipſi gloria in ſecula ſeculorum. Amen.

[Margin: 1. Co. 15. — Rom. 7. — M — Rom. 9. — Iacobi 4. — 2. Co. 12. — Rom. 11.]

## D. AVRELII AVGVSTINI de diuinatione dæmonum.

## LIBER VNVS.

[Margin: A — Non flagitiorum rectũ quod Deus permittit. Cap. 1. — al. l.]



Vodam die in dieb. ſanctis octauarum, cũ mane apud me adeſſent multi fratres laici Chriſtiani, & in loco ſolito conſediſſemus, ortus eſt ſermo de religione Chriſtiana aduerſus præſumptionẽ, & tanquam miram & magnã ſciẽtiam Paganorũ, quem recordatũ atq; cõpletum literis mandandum putaui, non expreſsis contradicentium perſonis, quamuis Chriſtiani eſſent, & magis contradicendo q̃rere viderentur quid Paganis reſponderi oporteret. Cum ergo de diuinatione dæmonum quæreretur, & affirmaretur prædixiſſe neſcio quem euerſionem templi Serapis, quæ in Alexandria facta eſt, Reſpondi, non eſſe mirandum, ſi iſtã euerſionẽ templi * ſimulacris ſuis imminere dæmones, & ſcire & prædicere potuerũt, ſicut alia multa quantum eis noſſe & prænunciare permittitur. Et cũ mihi referretur, non ergo malæ ſunt diuinationes hmõi, nec Deo diſplicent, alioquin omnipotens & iuſtus iſta fieri non permitteret, ſi mala & iniuſta eſſent, Reſpondi, non ideo hæc videri iuſta debere, ꝙ ea fieri ſineret omnipotentiſsimus, & iuſtiſsimus Deus. nam & alia multa manifeſtiſsime iniuſta fieri, ſicut homicidia, adulteria, furta, rapinas, & cætera hmõi, quæ quamuis iuſto Deo, eo ꝙ iniuſta ſint, ſine dubitatione diſplicεant, idem tñ omnipotens ea fieri certa iudicij ſui ratione permittit: non vtiq; impune, ſed ad eorum damnationem, à quib. fiunt, q̃ diſplicent iuſto. Et cum ecõtrario diceretur, non quidem eſſe dubitandum, ꝙ omnipotẽs & iuſtus ſit Deus: ſed hæc humana peccata, quæ contra ſocietatem hominum fierent, nõ eum curare dum fierent, propterea ea poſſe fieri: quæ vtique fieri non poſſent, ſi omnipotens non ſiuiſſet: illa vero quæ ad ipſum religionis cultũ pertineant, nullo modo ab eodem credendũ eſſe contẽni: ac per hoc fieri nõ potuiſſe, niſi ei placuiſſent, & ideo ea mala putari non oportere. Ad hoc quoq; reſpõdi, Nunc ergo ei diſplicent, cũ templa & ſimulachra euertuntur, & illa gentium ſacrificia ſi facta fuerint, puniuntur. Sicut.n.dr̃, nõ ea fieri potuiſſe, niſi Deo placuiſſent, & ideo bona putanda, qm̃ iuſto placent: ita dici poteſt non ea prohiberi, euerti, puniri potuiſſe, niſi Deo diſplicerent: ac per hoc ſi tunc ideo recte fiebant, quia iuſto Deo placere hinc oſtendebantur, ꝙ ab illo fieri ſinebantur: ideo nunc inique fiunt, quia Deo diſplicere hinc oſtẽduntur, ꝙ ea vel iubet vel permittit euerti. Contra hoc dictum eſt, Iniuſta quidẽ eſſe nunc iſta, non tñ mala. Et ideo iniuſta, quia contra leges quibus prohibentur, fiunt, ideo aũt nõ mala, quia ſi mala eſſent, nunquã Deo vtiq; placuiſſent. Porro ſi nũquã placuiſſent, nunquã & facta eſſent, illo non ſinente qui omnia poteſt, & qui talia nõ contẽneret: qm̃ tam magna ſunt, vt contra ipſam religionẽ, qua Deus colitur, fierent, ſi male fierent. Hic ego,

[Margin: Al. l. ſimulacri ſui. — B — Aliud facere, aliud permittere Deum. — C — Deus ẽt iniuſta ſinit fieri, ipſe iuſtiſsimus. Cap. 2.]

ego, si propterea inquã, mala non sunt, quia Deo placere hinc probantur, quia ea fieri sinit omnipotẽs, quõ erit bonum ꝙ fieri prohibentur & euertuntur? Si aũt bonum nõ est ꝙ euertuntur quæ Deo placent, hoc fieri nõ sineret omnipotens, quia & hoc contra religionẽ fit qua colitur Deus, si ea q̃ Deo placent, ab hominib. euertuntur. Si aũt hæc cum male fiunt, permittit omnipotens, non ideo

D putãda sunt illa bona, ꝙ ea fieri permittit omnipotens. Dictũ contra est, cõcedendum esse nunc ista recte non fieri, imo ideo prorsus iã non fieri ꝙ omnipotenti nunc displicent, verumtñ placuisse cum fierẽt: nos. n. nescire vnde tunc placuerint, nunc aũt vnde displiceãt. dum tñ certum sit, nec tunc fieri potuisse, nisi placuissent omnipotenti, nec nunc cessasse, nisi displicuissent omnipotenti. Ad hoc ego, Cur ergo, inquam, & nũc talia clanculo fiũt, quæ vel perpetuo delitescunt, vel deprehensa puniuntur, si nihil horum fieri sinit omnipotẽs, nisi ꝙ ei iusto placet, cum iusto quod iniustum est placere non possit? Contra hoc dictum est, nunc omnino talia non fieri. Sacra. n. illa, inquit, non fiunt, quæ Pontificalibus conscripta sunt libris. Ea quippe tunc recte fiebant, ea tunc Deo placere demonstrabantur, eoipso ꝙ ab omnipotẽte ac iusto fieri sinebantur. Siquid autem nunc prohibitorum sacrificiorũ fit occulte atq; illicite, non est illi Pontificali sacrificiorum generi comparandum, sed in eo deputandũ, ꝙ etiam nocturno fit tempore, cum hæc omnia illicita ipsis Pontificalibus libris certum sit prohiberi atque damnari. Et hic respondi, Cur ergo vel talia permittit Deus fieri, si nihil eorum malefactorum cõtemnit, quæ contra religionem fiunt: cũ præsertim hæc eũ curare hinc ẽt cogantur concedere qui Põtificales libros magni æstimant, ꝙ ea quæ his libris prohibẽtur, vtiq; prohiberi diuinitus asserunt? Qũo ergo diuinitus prohibentur, nisi quia displicent Deo, quæ vtiq; prohibendo non solum sibi displicere, verumẽt curare se ostendit,

E neque omnino contẽnere? Vnde colligitur, ꝙ Deus aliquid & improbet iustus, & tñ permittit omnipotens. Hæc cum dicta essent, cõcessum est, non ideo putandum aliquid iuste ac bene fieri, quia hoc omnipotens quamuis ei displiceat, fieri tñ sinit: fatendumq; esse ẽt illa mala quæ contra religionẽ, qua colitur Deus fiunt, & displicere Deo iusto, & ratione iudicij eius ab omnipotente permitti. Sed aliud iam esse tractandum, vnde sint diuinationes vel dęmonũ, vel quilibet illi sint, quos Deos Pagani vocant. Videndũ. n. esse ne forte non quidẽ propterea hæc bona putanda sint, quia ea fieri permittit omnipotens, sed ideo quia tam magna sunt, vt nõ nisi Dei potentiæ tribuenda esse videantur. Ad hæc me postea responsurum esse promisi, qm̃ tunc F hora prodeundi ad populum iam nos vrgebat, nec distuli, cum spatiũ datum est scribendi, & illa retexere, & ista subtexere. Dęmonũ ea est natura vt aerei corporis sensu terreno rum corporum sensum facile præcedant, celeritate ẽt propter eiusdem aerei corporis superiorem mobilitatẽ, non solum cursus quorumlibet hominũ vel ferarum, verumetiam volatus auium incõparabiliter vincant. Quibus duabus rebus quantum ad aereũ corpus attinet præditi, hoc est, acrimonia sensus & celeritate motus, * multo ante cognita prænunciant vel nunciant, q̃ homines pro sensus terreni tarditate mirentur. Accessit ẽt dęmonibus per tã lõgum tp̃s quo eorum vita protenditur, rerum longe maior experientia, q̃ potest hominib. propter breuitatẽ vitæ prouenire. Per has efficacias quas aerei corporis natura sortita est, non solũ multa futura prædicunt dęmones, verumẽt multa mira faciunt. Quæ qm̃ homines dicere ac facere nõ possunt, eos dignos quidam quibus seruiant, & quib. diuinos honores deferant, arbitrantur, instigante maxime vitio curiositatis ꝑꝑ amorem fęlicitatis falsæ atq; terrenæ, & excellentiæ tẽporalis. Qui aũt se ab his cupiditatibus mundant, nec eis se * fallendos capiẽdosq; permittunt, sed inquirunt & amant aliquid ꝙ eodem modo semper est, cuius participatione beati sint: primo considerant non ideo sibi præponẽdos esse dęmones, ꝙ acriore sensu corporis præualent aerei, s. hoc est, subtilioris elemẽti, quia nec in ipsis terrenis corporib. bestias sibi præponendas putant, q̃ acrius multa ꝑsentiunt: velut sagacem canẽ, G quia latentem feram olfactu acerrimo sic inuenit, vt ad eam capiendã ducatum quendã homini præbeat, non vtiq; prudentiore intellectu aĩ, sed acutiore corporis sensu: vel vulturẽ, q̃a proiecto cadauere ex improuisa lõginquitate aduolat: nec aquilã, quia sublimiter

Non statim præstantiora sunt, quæ sensu præcellunt.

Cap. 3. 26. q. 3 c. sciendũ

Al. l. multa.

Al. l. ferendos.

Tribus dæmonibus corpora.

ter

ter volans de tanto interuallo sub fluctibus
natantẽ piscẽ dr̃ peruidere, & grauiter aquis
illisa exertis pedibus atq; vnguib. rapere. Nec
alia multa animantiũ gñ̃a, quæ inter herbas
saluti suę noxias pascẽdo circũerrant, nec a-
liquid eorũ quo lędantur attingũt cũ eas ho
mo vix experiẽdo cauere didicerit, & multa
innoxia * quę sint inexperta formidet. Vnde
cõijcere facile est, quãto posśit in aereis cor
poribus sensus acrior esse: nec ideo tñ dęmo
H nes, qui eo ꝑditi sunt, bonis hominibus præ-
ponẽdos prudens quisq; censuerit. Hoc &
de corporũ celeritate dixerim. Et hac.n.ꝑstã
tia, nõ solũ à volucribus homines verũetiã à
multis quadrupedibus ita superãtur, vt in eo
rũ cõparatione plumbei deputandi sint: nec
tñ ideo sibi hęc animantiũ gñ̃a existimanẽ
præponenda, quibus capiendis & mansuefa-
ciendis, atq; in suæ voluntatis vsum cõmo-
dũq; redigendis, non vi corporis sed ratio-
nis impertiãt. Illam vero tertiã dęmonũ po
tẽtiam, ꝙ diuturna rerũ experientia quẽad-
modum pręnoscant atq; pręnunciant multa
didicerunt, ita contemnũt qui hæc vigilanter
curant à veritate verisśimæ lucis discernere,
vt nec malos senes plura expertos, & ob hoc
quasi doctiores, ideo ꝓbi adolescentes sibi
excellere existiment: nec medicos, nec nau-
tas, nec agricolas, quos praue voluntatis & ini
quis moribus viderint. ideo sibi putẽt eẽ prę
ferẽdos, ꝙ illi de valitudinib. illi de tẽpesta-
tibus, illi de arbustorũ frugũq; generib. mul
ta ita prænunciant, vt harũ rerũ inexperto di
uinare videantur. Quod vero nõ solũ dęmo-
nes quędã futura prędicunt, verumetiã quæ
dã mira faciunt, pro ipsa vtiq; sui corporis
excellẽtia, cur nõ contẽnatur à prudentibus,
cũ pleriq; iniqui ac perditi homines ita ex-
erceant corpora sua tantaq; diuersis artibus
agere posśint vt ea qui hæc nesciunt nec ali-
quando viderunt, etiam narrata vix credant?
I Quam multa funambuli cęteriq; theatrici ar
tifices, q̃ multa opifices maximeq; mechani
ci miranda fecerũt: nũ ideo meliores sunt bo
nis, & sancta pietate præditis hominibus prę
G ponendi sunt? Quę ideo cõmemoraui, vt qui
hęc sine peruicacia, & sine vana resistendi a-
nimositate considerat, simul cogitet, si de sub
iacente crasśiore materia, vel sui quisq; cor-
poris vel terrę & aquę, lapidum atq; lignorũ
metallorũq; variorũ tanta quidam homines

possunt, vt eos illi qui hęc nõ possunt, plerũ-
que stupẽdo, in sui cõparatione diuinos vo-
cẽt, cũ quidẽ illorũ sint artibus potentiores,
quidã istorũ moribus meliores: quanto ma-
iora & mirabiliora pro subtilisśimi corpo-
ris, hoc est, aerei facultate & facilitate dęmo
nes posśint: cũ tñ sint voluntatis prauitate, ma
ximeq; superbiæ fastu & * euidenti malitia *Al.l. inuidiæ.*
spũs immundi atq; peruersi: Quãtum aũt va
leat aeris elemẽtũ quo eorũ corpora præua-
lent ad multa visibilia inuisibiliter molienda K
mouẽda mutanda atq; versanda longum est
nunc demonstrare: & puto ꝙ vel mediocri-
ter consideranti facile occurrat. Quæ cũ ita
sint, primũ sciendum est, qm̃ de diuinatione *Vnde dæmones ꝑsciant vẽtura. c.5. 26. q.3. c Sciẽdũ. Rursus corpora.*
dęmonũ quæstio est, illos ea plerunq; prænũ
ciare quæ ipsi facturi sunt. Accipiunt enim
sæpe potestatẽ & morbos immittere, & ip-
sum aerẽ vitiando morbidũ reddere, & per-
uersis atq; amatoribus terrenorũ cõmodorũ
malefacta suadere: de quorũ moribus certi
sunt, ꝙ sint eis talia suadentibus cõsensuri.
Suadent aũt miris & inuisibilibus modis per
illam subtilitatẽ suorũ corporũ corpora ho
minũ non sentiẽtiũ penetrando, seseq; cogi
tionibus eorũ per quędã imaginaria miscẽ-
do, siue vigilãtiũ, siue dormientiũ. Aliqñ aũt
nõ quæ ipsi faciũt, sed quę naturalibus signis
futura prænoscunt, quæ signa in hominũ sen
sus venire non possunt, ante prædicunt, Ne-
que.n. quia præuidet medicus, quod non prę
uidet eius artis ignarus, ideo iã diuinus habẽ
dus est. Quid aũt mirũ, si quẽadmodũ ille
in corporis humani vel derturbata vel mo-
dificata tẽperie seu bonas seu malas futuras
præuidet valetudines. sic dęmõ in aeris affe-
ctione atque ordinatione sibi notas, nobis L
ignotas futuras ꝑuidet tẽpestates? Aliqñ &
hominũ dispositiones, nõ solũ voce prolatas *2. Retr. c.30. 26. q. 4. ca. quodam. Sensum tribuit dæmonibus.*
verũetiã cogitatione cõceptas: cũ signa quæ
dã ex animo exprimũtur in corpore, tota fa
cilitate perdiscunt: atq; hinc ẽt multa futura
prenũciãt, alijs videlicet mira, qui ista dispo
sita non nouerunt. Sicut.n. apparet concita-
tior animi motus in vultu, vt ab hominibus
quoq; aliquid forinsecus agnoscatur quod
intrinsecus agit: ita nõ debet esse incredibile,
si ẽt leuiores cogitationes dant aliqua signa
ꝑ corpus quæ obtuso sensu hominũ cogno-
sci nõ posśũt, acuto aũt dęmonũ posśũt. Hac
atque huiusmodi facultate multa dęmones
futura

futura prænunciant, cũ tñ ab eis longe ſit al-
*Alia dæmonum. alia Prophetarũ oracula. Cap.6.*
titudo illius prophetiæ, quã Deus ꝑ ſanctos
angelos ſuos & Prophetas operatur. nã ſi q̃d
de illa Dei diſpoſitione pręnũciãt audiũt vt
prænuncient: & cũ ea prædicunt quę inde au
diunt non fallunt neq; falluntur veraciſsima
enim ſunt angelica & prophetica oracula.
Sic aũt non indignanter accipiatur, ꝙ aliqua
etiã talia dęmones audiant & prædicãt, qua-
ſi aliquid indignũ ſit, vt quod ideo dicitur
vt hominibus innoteſcat, hoc non ſolũ boni
verumetiã mali non taceant: cũ in ipſis ho-
minibus ẽt vitę bonę præcepta videamus pa
riter à iuſtis ꝑuerſisq; cantari, nec obeſſe ali
quid, immo ẽt prodeſſe ad maiorẽ notitiam
famamq; veritatis, cum de illa etiam hi quic
M quid nouerunt dicunt, qui ei peruerſis mori-
bus contradicunt. In cęteris aũt prædictioni
bus ſuis dæmones plerũq; & fallũtur & fal-
lũt. Fallũtur quidẽ, quia cũ ſuas diſpoſitiones
pronũciãt, ex improuiſio deſuper aliquid iu
beť, quod eorũ cõſilia cũcta perturbet: velut
ſi aliquid diſponãt quilibet homines quibuſ
libet poteſtatibus ſubditi, quod nõ prohibi-
turos ſuos præpoſitos arbitrãtur, idq; factu-
ros ſe eẽ promittãt, at illi penes quos maior
poteſtas eſt, ex alio ſuperiore cõſilio hoc to
tũ diſpoſitum atq; pręparatũ repente prohi-
*Q̃uo fallãtur dæmones.*
beãt. Fallũtur ẽt cũ cauſis naturalib. aliqua,
ſicut medici, aut naturæ, aut agricolę, ſed lõ-
ge acutius, lõgeq; pręſtantius pro aerei cor
poris ſenſu ſolertiore & exercitatiore ꝑno-
ſcũt: quia & hæc ab angelis Deo ſummo pie
ſeruiẽtib. ex alia diſpoſitione ignota dęmoni
bus, ex improuiſio ac repẽte mutãtur. Tanq̃
ſi ægro aliq̃d extrinſecꝰ accidit quo moriať,
quẽ medicus veris ſalutis ꝓcedẽtibus ſignis
*Matt. 8.* victurũ eſſe promiſerat. Aut ſi aeris qualitate
præuiſa, diu, flaturũ illũ ventũ nautarũ aliq̃
prædixiſſent, cui dñs Chriſtus cũ diſcipulis
nauigãs, vt quieſceret imperauit, & facta eſt
trãquillitas magna, Vel ſi agricola illo animo
fructificaturã vtiq; terrę & numeros ſeminũ
A callẽs, quo tñ anno eẽ vel improuiſa cęli in-
tẽperies arefaciat, vel aliqua iuſsio potẽtio-
ris eradicet. Ita multa ẽt ad præſcientiã præ-
dictionẽq; dęmonũ pertinẽtia, quæ minori-
bus & vſitatoribus cauſis futura pręuiden-
tur, eadẽ minoribus & occultioribus cauſis
impedita mutantur. Fallunt autem etiam ſtu-
dio fallendi & inuidia voluntate, qua homi-
num errore lætantur. Sed ne apud cultores
ſuos põdus authoritatis amittant, Id agunt, *Qũ... lam. q. 3. Sciẽdu...*
vt interpretibus ſuis ſignorũq; ſuorũ conie-
ctoribus culpa tribuatur qñ vel decepti fue-
rint vel mentiti. Nõnunquã vero ipſi maligni
ſpiritus & illuſores hominũ atq; inuaſores
ſalutis eorũ ſolent prædicere defectũ cultu-
rę ſuæ & idolorũ ruinã, quatenus præſcij vi
deantur, quod in ſingulis regnis aut in locis
venturũ ſit, & quod aduerſi ſuę factioni con
tingere poſsit, quod ẽt illi qui gentiliũ hiſto-
rias legunt, non ignorant. Quid ergo mirũ, ſi
iã imminent tẽplorũ aut ſimulacrorũ euer-
ſione, q̃ Prophetę Dei ſummi tãto ante prę-
dixerant, Serapis dęmon alicui cultorũ ſuo-
rũ hoc de proximo prodit, vt ſuã quaſi diui- B
nitatẽ recedens vel fugiens cõmendaret? Fu- *Qua...*
gãtur. n. iſti, vel etiã iuſsis ſuperioribus colli *mone... ſorũ...*
gati abſtrahũtur & alienantur à locis ſuis vt *vel...*
de rebus quibus dominabãtur in quibuſq; co *vel...*
lebãtur fiat voluntas Dei, qui hoc tanto ante *cant...*
per omnes gentes futurũ eſſe prædixit, & vt *terd...*
per ſuos fideles fieret imperauit. Cur aũt hoc *Cap...*
nõ ſineretur dęmon prędicere, cũ ſibi iam
pręnoſceret imminere, cũ hæc prædictio &
Prophetis atteſtaretur à quibus ſunt iſta con
ſcripta, vt prudẽtib. daretur intelligi, q̃ vigi-
lãter eſſet dęmonũ cauenda fallacia. cultusq;
fugiendus? Qui cũ ante per tam lõgum tem-
pus in tẽplis ſuis hęc futura tacuiſſent, quę
Prophetas prædicta ignorare nõ poſſent, po
ſteaquã appropinquare cęperũt, voluerunt
ea quaſi prædicere neignari putarẽtur. Cũ igi
tur tã longe ante prędictũ eſſet atq; conſcri-
ꝑtũ, vt alia interim taceã, illud quod Sopho *Soph.*
nias Propheta dicit, Pręualebit dñs aduerſus
eos, & exterminabit oẽs Deos gentiũ terrę, C
& adorabunt eũ vnuſquiſq; de loco ſuo, oẽs
inſulę gentiũ: Aut nõ credebant iſta ſibi euẽ
tura, qui in templis gentium colebantur, & *All...*
hoc ideo per ſuos vates ac phanaticos fre-
quentare uoluerunt: Sicut eorum Poeta Iu-
nonem inducit nõ omni modo credentem,
quę de Turni morte Iupiter dixerat. Iuno au
tem ab iſtis poteſtas aera prędicatur, quę a-
pud Virgilium ſic loquitur,

Nunc manet inſontem grauis exitus, aut ego
veri
Vana feror, q̃d vt ò potius formidine falſa *Vir. 1... Aeneid...*
Ludar, & in melius tua qui potes orſa refle-
ctas.

Aut

Aut ergo ista sibi quę per Prophetas prædicta nouerāt, posse accidere dęmones, hoc est ptātes aereæ dubitabāt, & ppea prædictionē eorū celebrare noluerūt, & hinc intelligendū est quales sunt, aut cū ea ventura certissime scirēt iō p sua templa tacuerūt, ne iā tunc inciperent ab hoib. intelligentib. deseri atque contemni, quod de templorum atque simulachrorū suorū futura euersione eis Prophetæ attestarent qui eos coli phibebāt. Nunc vero posteaq̄ tps aduenit quo cōplerent̄ vaticinia Prophetarū Dei vnius, qui istos Deos falsos dicit, & ne colant̄ vehemētissime pcepit, cur nō hoc ēt ipsi compertū pdicere sinerent̄, vt inde clarius appareret eos hæc antea D vel minime credidisse vel suis cultorib. enunciare timuisse, in fine aūt tanq̄ nihil habentes amplius q̄ agerent ēt ibi voluisse suā ostentare diuinationē, vbi iam produnt̄ diu simulasse diuinitatē? Quod aūt dicunt rel: qui eorum cultores ēt suorū qbusdam libris hæc pcognita cōtineri, q̄ quam ex reb. impletis cōficta putāda sint q̄ in eorū tēplis tam longo antea tpe populis eorū si vera essent innotescere debuerūt sicut nr̄a nō solū in Ecclesiis nostris, verumetiā qd̄ ad grauius testimonium cōtra oēs inimicos valet in Iudęorū synagogis antiquissima & nouissima recitantur, nec tū ista ipsa quæ eis vix raro & clanculo proferunt̄ mouere nos debent, si cuiq̄ dæmonū extortū est id prodere cultorib. suis quod didicerat ex eloquiis prophetarū vel ex oraculis angelorū. Qd̄ cur nō fieret, cū & ista non sit oppugnatio sed attestatio veritatis? Illud enim qd̄ solum ab ipsis phanaticis flagitandū est, nec vnq̄ antea protulerunt nec vnquā C postea nisi forte confictum proferre conabūtur, aliquid Deos suos per vates suos contra Deū Israel ausos fuisse prodere aut dicere. E De quo Deo doctissimi eorum authores, q̄ omnia illa legere ac nosse potuerunt, magis quæsierunt quis Deus esset, q̄ Deum negare potuerunt. Porrò aūt Deus iste quem nullus eorum negare ausus est verum Deū, quia & si negaret, non solum subiacere debitis poenis verumetiam certis conuincerent̄ effectib. iste ergo Deus, quem nemo, vt dixi illorū ausus est negare verum Deum, illos falsos esse Deos & omnino deserendos, eorumq; templa & simulachra & sacra euertenda p suos vates hoc est prophetas, aperta denunciatione prædixit, aperta ptāte præcepit, aperta veritate compleuit. Vn̄ q̄s vsqueadeo descipiat, qui nō potius eū colendū eligat, quē coli nō prohibēt, quos & colebat? Quem proculdubio cū colere cęperit, illos vtiq; nō est culturus quos prohibet coli quē colit. Quod aūt ipsum essent culturæ gentes exterminatis diis falsis quos antea colebāt, à Prophetis eius esse pdictum pauloante cōmemoraui, & nunc repeto. Præualebit, inquit, dn̄s aduersus eos, & exterminabit oēs Deos gentium terræ, & adorabunt eū vnusquisq; de loco suo oēs insulæ gentiū. Neque .n. solæ insulæ, sed ita oēs gentes, vt ēt oēs insulæ gentium qn̄quidē alibi non insulas noiat, sed vniuersum orbē terrarū, dicens, Commemorabunt̄ & conuertētur ad dn̄m, F vniuersi fines terræ. Et adorabūt in conspectu eius, vniuersæ patriæ gentium. Qm̄ dn̄i est regnū, & ipse dn̄abitur gentium. Hæc aūt per Christum fuisse complenda, & aliis plurib. testimoniis, & in eodē ipso psalmo vnde hoc commęmoraui, satis apparet. Cum .n. paulo superius futurā passionem suā per prophetam ipse loqueret̄, dicens, Foderunt manus meas & pedes meos, dinumerauerunt oia ossa mea, ipsi vero considerauerunt & conspexerunt me, diuiserunt sibi vestimenta mea, & super vestem meā miserunt sortem, paulopost infertur illud quod posui, Commemorabunt̄ & conuertent̄ ad dn̄m, vniuersi fines terræ &c. Quanquam & per illud testimonium quod prius adhibui, vbi dictum est, Præualebit dominus aduersus eos, & exterminabit omnes Deos gentium terræ, in eo q̄ positum est, præualebit, satis ostenditur hoc etiam prænūciatum q̄ Pagani prius oppugnaturi essent Ecclesiā, nomēq; Christianum quantum valerent persecuturi, vt G si fieri posset omnino de terra deleretur. Et quia eos patientia martyrum & magnitudine miraculorum & consequente fide populorum erat superaturus, ideo sic scriptum est, Præualebit dn̄s aduersus eos. Non enim diceretur, præualebit aduersus eos, nisi oppugnando illi resisterent. Vnde & in psalmo ita prophetatū est, Vt quid fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania? Astiterunt reges terræ, & principes cōuenerunt in vnum aduersus dn̄m & aduersus Christum eius: Et paulopost dicit, Domine dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te:

*Dæmonū cultus vnius Dei cultui cessuros prædictum a prophetis. Cap. 9. Sopho. 2. Psal. 21.*

*Psal. 2.*

Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatē tuā, & possessionē tuā terminos terræ. Ecce vnū dictum est, in alio Psalmo qđ superius interposuit, Cōmemorabunt & conuertentur ad dñm, vniuersi fines terræ. His atque hmōi propheticis documentis prædictū ostendit, quod videmus impleri per Xpm, futurū fuisse, vt Deus Israel quē vnum verū Deū intelligimus, non in vna ipsa gente q̄ appellata est Israel, sed in oīb. gentib. coleret, & oēs falsos Deos gentiū & à templis eorū & a cordib. cultorū suorū demoliret. Eant nūc isti & adhuc cōtra Christianā religionē, & cōtra verū Dei cultū vanitates pristinas defensitare audeāt, vt cū strepitu pereāt. Nā & hoc de illis pdictum est, in psalmo dicēte propheta, Sedisti super thronū qui iudicas æquitatem: Increpasti gentes & periit impius, nomē eorū delesti in æternū & in seculum seculi. Inimici defecerūt frameę in finē, & ciuitates eorū destruxisti. Periit memoria eorū cū strepitu, & dñs in æternū permanet. Necesse est ergo vt impleant oīa hæc. Neq; φ adhuc audent ipsi pauci qui remanserunt, vaniloquas suas ostentare doctrinas, & Christianas tanq̄ imperitissimos irridere, moueri debem⁹, dū in eis impleri ea q̄ prædicta sunt, videamus. Ipsa quippe velut imperitia, & stultitia Christianorum, quæ in humilib. & sanctis eiusq; diligenter studiosis apparet excelsa, & sola vera sapientia, ipsa, inq̄, velut stultitia Christianorū eos ad istā paucitatem redegit, qm̄ sicut dicit Apostolus, Stultā fecit Deus sapiētiam huius mundi. Deinde subiungit rem mirabilē, si quis intelligat, & ita sequit, Nā qm̄ in Dei sapientia nō cognouit mundus p sapientiā Deū, placuit Deo per stultitiā pdicationis saluos facere credētes, Qm̄ qdē Iudæi signa petūt, & Græci sapientiā quærunt. Nos aūt prædicamus Christū crucifixum, Iudæi I qdem scandalū, gentib. aūt stultitiam, ipsis vero vocatis Iudæis & Græcis, Christū Dei virtutē & Dei sapientiam qm̄ quod stultum est Dei, sapientius est hominib. & quod infirmū est Dei, fortius est hominib. Irrideant ergo quantū pñt, tanquā imperitiam & stultitiam nostram, & iactent doctrinam & sapientiam suam. Illud scio φ isti irrisores nostri, pauciores sunt hoc anno q̄ fuerint priore anno. Ex quo enim fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania, aduersus dñm & aduersus Christum eius, quādo ab eis fundebat sanguis sanctorum, & vastabant Ecclesiæ, vsq; ad hoc tps & deinceps quotidie minuent. Nos aūt aduersus eorum opprobria & superbas irrisiones, fortissimos reddūt oracula Dei nostri, q̄ de hac quoq; re videmus & gaudemus impleri. Sic.n. nos alloquitur p Prophetā, Audite me qui scitis iudiciū populus meus in quorū corde lex mea est, opprobriū hoīum nolite metuere, & detractione eorum ne superemini, ne φ nūc vos spernūt magni duxeritis: Sicut.n. vestimentum, ita p tempus absumentur, & sicut lana à tinea comedentur, iustitia autem mea in æternū manet. Legant tñ hæc nostra si dignentur, cum ad nos contradictiones eorum peruenerint, K quātum dominus adiuuat, respondebimus.

*Paganorum reliquiæ frustra iactant sua* H

*Cap. 20.*

*Psal. 9.*

*1. Cor. 1.*

*Psal. 2.*

*Esa. 51*

## DE SPIRITV ET ANIMA LIBER VNVS.

### PRAEFATIO.



Voniam dictum est mihi, vt meipsum cognoscerem sustinere non possum vt me habeā incognitum. Magna nanq; est negligentia nescire quid illud sit, quo cœlestia tam profunde cogitamus, quo naturalia tam subtili indagatione inuestigamus, & de ipso quoque creatore nostro tam subtilima scire desideramus. Non est res peregrina nec longe quærenda à nobis. Animus est quo ista sapimus. Sed est semper nobiscum, adest, tractat, loquitur & intus versatur. Datum est illi tam ingētium rerum secreta scire, seipsum cognoscere non posse. Paucis siquidem licet ipso animo animū cernere. i. vt ipse animus se videat. Fieri autem non pōt quadā diuina prouidētia, vt inueniendi A facultas desit religiosis aīs seipsos & Deum suū pie caste ac diligēter quærentib. Idcirco reddā me mihi, imo Deo meo cui maxime me debeo, & videbo quid sit animus, & quæ sit patria eius. Animus est substantia quædam rationis particeps, regendo corpori accommodata. Animus sapientia illustratus, & suū principium respicit & seipsum cognoscit, & quàm sit indecorum, vt extra se quærat, qđ in seipso possit inuenire, intelligit. Corporeis vero passionib. cōsopitus, & per sensibi-

sibiles formas extra semetipsum abductus, oblitus est q̃d sit,& q̃d fuit. Et q̃a nihil aliud se fuisse meminit, nihil p̄ter quod vr̄ se esse credit. Solo sensu circa corpora,& imagina tione circa corporũ similitudines & locorũ versat̃,& in eis siue vigilando, siue dormiẽ- do distrahit̃. Cũ vero ab hac distractione per purã intelligẽtiã ascendẽs in vnũ se colligit, rõnalis dr̃. Rõ siquidẽ est aĩ aspectus quo per seipsum verũ intuet̃. Rõcinatio vero, est rõ- nis inquisitio. Quare illa opus est videndũ, ista ad inquirendũ. Aĩus inuisibilis est. Neq; .n. alter inuisibilia cernere valeret. Visibilia per corpus videt, inuisibilia per se,& in eo se videt, quòd inuisibilem se videt. Videtur
B tñ in corpore p̄ corpus, sicut sensus in litera manet,& p̄ literã vr̄. Aĩus corporis dñator, rector,& habitator videt seipsũ p̄ semetipsũ. Non quærit auxiliũ corporaliũ oculorũ, im mo vero ab oĩb. corporeis sensib. tanq̃ impe dientib. & perstrepentib. abstrahit se ad se, vt videat se ĩ se, vt nouerit se apud se. Et cũ vult Deũ cognoscere, eleuat, se sup̄ se mẽtis acie. Non.n. aliq̃d tale est Deus, qualis est aĩus, nõ tñ videri nisi aĩo põt, nec ita videri vt aĩus põt. Incommutabilis siq̃dem est veritas sine defectu substantiæ. Non talis est aĩus. Sed de ficit & proficit, nouit & ignorat, meminit & obliuiscit̃. Modo vult,& mõ non vult. Diffu- sus cogitationib. atq; cõsiliis, huc atq; illuc vagat̃. Cõsiderando spectat oĩa: Videt absen- tia, transmarina visu ambit,& percurrit aspe ctu, abdita scrutat̃. Et vno momento sensus suos per totius orbis fines, & mundi secreta circũfert. Descendit ad inferna, ascendit in- de, versat̃ in cęlo, adhæret Christo, cõiungit̃ Deo ipse siquidẽ est eius patria & habitatio, ad cuius similitudinẽ factus est. Quisq̃s ergo se talem reddi desiderat, qualis à Deo factus
C est .i. similem Deo, redeat ad se,& stet in se,& sic intra semetipsum quærat & videat vnde constet homo, & ex qua sui parte factus sit ad imaginem Dei. Ex duab. substantiis cõstat homo, aĩa,& carne. Aĩa cum rõne, carne cũ sensib. suis, quos tñ sensus non mouet caro absque aĩę societate: Aĩa vero rationale suũ tenet sine carne. Est siquidem rõnalis concu- piscibilis,& irascibilis, p̄ rõnalitatem habilis est illuminari ad aliquid cognoscendum in- fra se,& supra se, in se,& iuxta se. Cognoscit siquidem Deum supra se,& se in se,& ange-

los iuxta se,& quicquid cœli ambitu conti- net̃ infra se. Per cõcupiscibilitatẽ & irascibi *Vis concupiscendi.* litatẽ habilis est affici ad aliq̃d appetendũ vel fugiendũ, amandũ vel odiendum. Et iõ de rõ nalitate oĩs sensus orit̃ aĩæ,& de aliis oĩs af- fectus. Affectus vero quadripertit⁹ esse digno *πάθη. 4.* scit̃, dũ de eo q̃d amamus, iã gaudemus, vel gaudẽdum speramus,& de eo q̃d odimus, iã dolemus, siue dolendũ metuimus. Et ob hoc de cõcupiscibilitate gaudium,& spes, & de irascibilitate dolor & metus oriunt̃. Qui q̃- dem quatuor affectus aĩæ omnium sunt vi- tiorũ & virtutũ quasi q̃dã principia, & cõis materia. Affectus siquidem operi nomẽ im- ponit. Et q̃m virtus est habitus mentis bene cõpositæ, cõponendi & instituendi atq; ordi D nandi sunt dicti affectus ad id quod debent, & q̃uo dẽnt, vt in virtutes proficere possint, alioquin in vitia facile decident. Cũ igit̃ pru dẽter, modeste, fortiter, et iuste amor & odiũ *Virtutes 4.* instituuntur, in virtutes exurgũt, prudentiã .s. & temperantiam, fortitudinẽ, atq; iustitiam, quę quasi origines & cardines sunt omniũ virtutum. Et hæc omnia cũ affectuose & vir- tuose in aĩa constituuntur, per odium mũdi, & sui, proficiscitur in amorem Dei & proxi- mi, per contemptũ temporalium & inferio- rum, crescit in desiderium æternorum & su- pernorum. Sensus vero vnus est in anima, & q̃d ipsa. Et cum corpus nõ sit, corporeus dr̃, quia corpus non transcendit, vel quia à cor- poreis exercetur instrumentis, vnde & ob nu merum instrumentorum quinquepertitus di citur, cum intus nõ sit nisi vnus. Veruntamẽ propter varia exteriora variatur & varie nũ- cupatur. Dicitur namq; sensus, imaginatio, ratio, intellectus, intelligentia. Et hęc omnia in anima nihil aliud sunt q̃ ipsa, alię & aliæ *Animi vires. 5.* proprietates inter se propter varia exercitia, sed vna essentia rationalis & vna anima, pro E prietates quidem diuersæ, sed essentia vna, se cundum exercitiũ multa sunt, secundũ essen tiã vero vnum sunt in aĩa & idem quod ip- sa. Et sicut mundus iste visibilis quinqueper tita quadam distinctione est ordinatus, ter- ra .s.& aqua, aere,& ęthere, siue firmamẽto, & ipso quoq; supremo cęlo quod empyreũ vocant, sic animæ in mundo sui corporis pe regrinanti quinque progressus sunt ad sapiẽ- tiam, sensus .s. imaginatio, ratio, intellectus, & intelligentia. Quinque enim progressio-

nibus rationalitas exercetur ad sapiẽtiam, & quatuor affectib. ad charitatem quatenus nouemistis progressionib. in semetipsa proficiens aĩa, sensu & affectu quasi internis q̃busdam pedib. q̃ spũ viuit, spũ ambulet, vsque ad cherubin & seraphin. i. vsq; ad plenitudinẽ scientiæ, & regnũ charitatis, habeatq; aĩa per exercitium virtutes quarum facultates habet per naturam. Et hos progressus nominib.

G & ordinib. angelorũ cõparare prudẽti lectori relinquo. Facile siquidẽ erit ei, si sciat aptare sensum qui primus aĩæ nuncius est, angelis qui nuncii vocantur, imaginationem archangelis, quæ plura q̃ sensus percipit. Timorem virtutib. dolorem potestatib. Qui. n. metu suppliciorũ perterritus est, & dolore peccatorum cõpunctus, contemnit mundũ & seipsum, cum virtutib. facit miracula, cum potestatib. fugat dæmonia, maius namq; est cõtẽnere seipsum, q̃ mundũ quẽ multi pp vanitatẽ contempserunt. Rõnem assignamus principatib. nã sicut illi præsunt, & principantur subiectis spiritib. sic ratio sensib. atq; affectibus. Amorẽ proximi siue gaudiũ dñationib. recte nanque aliis dñantur qui oẽs amant, & de profectu oĩum gaudent. Intellectum thronis, throni sedes dñr, quia in eis Deus sedet. Intelligere etiam debes, quoniam in cordib. nostris Deus habitat per fidem, per sanctificationẽ, per pacem, per dilectionem, q̃m Deus est pacis & dilectionis. Intelligentiam aptamus cum cherubin. Illi nanque spũs tanto pfectiore scientia pleni sunt, quanto * diuinitatem Dei in intimis contẽplant, Intelligentia nãq; aĩæ vis est, quę immediate Deo supponitur, cernitq; siquidem ipsum & quæ in ipso sunt. Spem siue desiderium seraphin. Deus nanque est spes omnium finium terræ, cuius vultum tota terra desiderat, & in quem seraphin prospicere desiderant, tota spes nostra & desiderium nostrum est. Odium mun-

H di, virtutib. odium sui, potestatib. rationem principatib. amorem proximi dominationibus, intellectum thronis, intelligentiam cherubin, amorem Dei seraphin. Timor nanque de suppliciis & dolor de peccatis faciũt cõtemptum mundi & sui, vt tñ cum virtutibus faciunt miracula & cum potestatib. expellãt dæmonia. Spes de promissis & gaudium de præmiis faciunt amorem proximi & Dei. Anima ad similitudinem totius sapientiæ facta, omnium rerum in se gerit similitudinẽ. Vnde & à Philosopho definita est oĩum rerum similitudo. Habet siquidem in se vires q̃b. omnia apprehẽdit, siue inuestigat, & oĩb. similis existit, cum sit vna. Similis est terræ p sensum, aquæ per imaginationem, aeri per rõnem, firmamẽto per intellectũ, cœlorum cęlo per intelligẽtiam. Similis est lapidibus per essentiam, arboribus per vitam, animalib. per sensum & imaginationem, hominib. per

I rõnem, angelis per intellectum, Deo per intelligentiam. Et sicut Deus est omnib. captibilis & participabilis, sic aĩa omniũ est capax. Captibilis & participabilis omnib. est Deus, quia naturali suo munere & vsu ex munere participatur ab omnib. per essentiã qua sunt, & secundum illam ad idoneam speciem qua ab aliis differunt, & secundum vtrunque ad congruum vsum quo proficiunt. Tria hęc oĩ homini existẽti insunt quasi quædã vestigia, summæ essentiæ, imaginis, & muneris. i. trinitatis patris & filij & spũssancti. Aeternitas quippe est in patre, Species est in imagine, Vsus est in munere, nobis autem omnis vsus diuinitatis est ex munere. Quodãmõ nanque quasi proprior vr̃ nobis esse spũssanctus, vtpote patris & filij munus. Ex ipso nimirũ est oĩs vsus gratiæ cũ patre: & filio: Ipse. n. gerit & erudit, consolat, & perducit Ecclesiam ad Christum, q̃ ipse simul sine macula & ruga tradet regnũ Deo & patri. Sic à patre p filiũ & spm̃sanctum, vel potius in spũ diuina ad nos descenderunt. Pr̃ siquidem tradidit filiũ suũ quo redimeret seruos, misit spm̃sanctum quo seruos adoptaret in filios: Filiũ dedit in precium redemptionis: spm̃sanctum in priuilegium adoptionis, se denique totũ seruat in hæreditatẽ adoptatis. Nemo ergo de Dei pietate diffidat, q̃m maior est eius misericordia q̃ nostra miseria, & quisq̃s ad eũ toto corde

K clamauerit, exaudiet illũ, q̃m misericors est. Tardius siquidem ei vr̃ peccatori veniã dare, q̃ ipsi peccatori accipere. Sic. n. festinat absoluere reum à tormento conscientiæ suæ, quasi plus eum cruciet passio miseri, q̃ ipsũ miserum compassio sui. Capax est omnium anima, quia per rationalitatem ad cognitionem, & per concupiscibilitatem ad dilectionem vniuersitatis capax inuenitur. Sunt. n. duo in anima, & sunt id qđ anima, naturalis sensus cognoscens omnia & diiudicans inter omnia,

*Marginalia:* Vbi gratia? Frigida collatio viriũ aĩæ cum choris angelorum. Cap. 5. — a. l. claritatẽ Dei vicinius, contemplantur. — Vestigia trinitatis in aĩa quo. c. — Ex Hilario. — Quantum sit pietas Dei. — Aĩa capax omnium.

omnia, naturalis affectus, quo suo ordine, &
gradu diligat omnia. Veruntñ facultates &
quasi instrumenta cognoscendi & diligendi
habet ex natura, cognitionẽ tñ veritatis & or
dinẽ dilectionis nequaq̃ habet nisi ex gratia.
Facta siquidem à Deo mẽs rõnalis sicut eius
imaginẽ suscepit, ita cognitionẽ & amorem.
Vasa nãq; cũ creatrix sapiẽtia format vt sint,
adiutrix grã replet ne vacua sint, si strenuum
I operariũ inuenerit. Aĩa est substãtia rõnalis,
intellectualis, à Deo facta spiritalis, non ex
Dei natura, sed potius creatura ex nihilo fa-
cta, in bonũ malumq; cõuertibilis. Et iõ ali-
L quatenus est mortalis ĩquãtũ in deterius mu
tari, & a volũtate Dei cuius paticipatione bo
na fit alienari põt. Et aliquaten⁹ immortalis,
qm̃ sensum, quo ei post hanc vitam vel bene
vel male fit amittere nõ põt. Non ꝙ ꝓ actis
ante carnẽ gestis meruerit vt in carne inclu-
dereẽ, vt q̃dam voluerunt, sed nec iõ põtesse
in hoĩe sine sorde peccati, nisi à Christo fue
rit liberata. Dei.n. nutu ad corpus aĩa venit, vt
si s̃m eius p̃ceptum agere vellet, mercedem
acciperet vitæ æternæ atq; societatis angelo
rum: Si aũt cõtẽneret, pœnas iustissimas &
& amarissimas lueret, siue dolo cõtinui, siue
ignis æterni. Aĩa vero ex eo dicta est, qđ ani-
met corpus ad viuẽdũ' hoc est viuificet. Spũs
est ipsa aĩa pro spiritali natura, vel pro eo ꝙ
spiret in corpore appellatus est spiritus. Aĩa
& spũs idẽ sunt in hoĩe, quanuis aliud notet
spũs, & aliud aĩa. Spiritus nanque ad substan
tiam dr̃, & aĩa ad viuificationem. Eadem est
essentia, sed proprietas diuersa. Nam vnus &
idem spũs ad seipsum dr̃ spũs, & ad corpus
aĩa. Spũs est inquantũ est rõne prædita sub-
stantia rõnalis, anima inquantũ est vita cor-
poris, de qua dictũ est, Quid perdiderit aĩam
suã propter me saluam faciet eam, i. quisq̃s
K ꝑꝑ Deum vitam hanc quæ nunc corporis vi
uificatione ex aĩa temporaliter mortalis cõ-
stat libẽter despexerit, in futuro eandem cor
poris, non solum aĩæ vitam ęternam & im-
mortalitatem recipiet. Humana q̃dem aĩa,
M quia in corpore habet esse & extra corpus,
pariter aĩa & spiritus vocari potest, nõ duæ
animæ, sensualis & rationalis, altera qua ho-
mo viuat, & altera qua vt quidam putant, sa-
piat, sed vna atque eadẽ anima in semetipsa
viuit ꝑ intellectum, & corpori vitam præ-
bet per sensum. Humanum nenque corpus
nec viuere nec nasci potest sine anima ratio-
nali, vegetaẽ tñ & moueẽ & crescit, & huma
nã formã in vtero recipit, priusquam aĩam
rõnalem recipiat. Sicut ẽt virgulta & herbas
sine aĩa moueri & incrementũ hr̃e videmus.
Duplex est q̃dem vita aĩæ, alia qua viuit in
carne, & alia qua viuit in Deo. Duo siquidẽ
in hoĩe sensus sunt, vnus interior, & alius ex-
terior, & vterq; bonũ suũ habet in quo refici
tur. Sensus interior reficiẽ in contẽplatione
diuinitatis, sensus exterior in cõtemplatione
humanitatis. Propterea.n. Deus hõ factus est,
vt totũ hoĩem in se beatificaret, & tota cõuer
sio hoĩs esset ad ipsum, & tota dilectio hoĩs A
esset in ipso, cũ a sensu carnis videreẽ ꝑ car-
nem, & a sensu mentis videreẽ per diuinita-
tis contẽplationẽ. Hoc aũt erat totum bonũ
hoĩs, vt siue ingrederetur siue egredereẽ pa
scua in factore suo inueniret, pascua foris in
carne saluatoris, & pascua intus in diuinita-
te creatoris. Hoc bonũ magnum secutum est *Ioan. 10.*
multum, qm̃ perdito bono quod intus erat,
egressa est aĩa ad bona aliena q̃ foris erant, &
pactũ fecit cũ delectationib. seculi, requie-
scens super illas, non attendens absentiã bo-
ni sui interioris, eo ꝙ consolationes suas cer
neret in bonis alienis. Nã cũ exterior sensus
carnalis bono suo vtiẽ, interior sensus mẽtis
quasi obdormit. Non.n. cognoscit bona in-
terioris sensus qui iucũditate bonorũ exte-
riorũ capiẽ. Nã qui in carne viuit, in carne
sentit & dolores carnis fugit inquãtum põt:
vulnera aũt aĩæ prorsus ignorat, nec medici
nam quærit in eis. Cum autem mortuus fue-
rit sensus animæ quo viuit in carne, tunc viui
ficari incipiet sensus ille quo sentiet semetip
sum, & tunc sciet dolores suos, & incipiet
sentire vulnera sua tanto grauius quanto pro
pius. Magis.n. obest malum quod est magis *Quot modis dicaẽ*
vicinum, & magis prodest bonum qđ magis *spũs. c. 10.*
est intimum. Spiritus dicitur multis modis.
Dicitur nanque spiritus Deus, & aer iste, &
flatus aeris, qui à corde receptus & inde per
totum corpus emissus mortalium vitam fla-
tu necessario continet. Iste tamen spiritus iu
re aĩa dici non põt, quia aeris varietate dis- B
soluiẽ. Dr̃ spũs anima, siue hominis, siue pe-
coris. Dicitur spiritus mens rationalis, vbi
est quædam scintilla tanquam oculus ani-
mæ ad quem pertinet imaginatio & cogni-
tio Dei. Oculus animę est mens ab omni

corporis labe pura, mētis aspectus est ratio, intellectus visio. Tria hæc omni aiæ necessaria sunt, vt sanos oculos habeat, vt aspiciat, vt videat. Sanos oculos hēt, cum à mortaliū cupiditatib. est purgata atq; remota. Aspicit, cū in Dei lumine contēplationis oculos figit. Videt cū in illa cōtēplatione cōspicit, q̄ta sint gaudia, q̄ta lætitia, q̄ta securitas, sereni tas, & q̄ta iucūditas. Sanitas facit illā securā, aspectus rectā, visio beatā. Cū. n. fuerit ab oī *fece liberata maculisq; diluta, tūc se deniq; in seipsa liberalissime tenet, & nihil sibi metuit, aut vlla sua culpa quicq̄ angit & tūc ingenti quadā & incredibili fiducia pergit in Deū. i. in ipsam contēplationē veritatis, aspectum siquidē rectū sequit ipso visio Dei, quę est finis aspectus. Sic aīa prius sanata introducit, introducta reficit. Spūs etiā est quædam vis aīæ, mente inferior, vbi corporaliū rerū similitudines exprimunt. Nec ipse spūs corpus est, sed corpori similis. Quæ. n. spiritu vident, non sunt corporalia sed corporalibus similia. Facies siquidem hoīs & nobis forinsecus nota est, & in memoria nostra habet imaginē suam, incorporalem q dem, sed corpori similem. Mundi quoq; istius mirabilis pulchritudo, & nobis foris præsto est, & in memoria nostra habet imaginem suam, incorporalem quidem, sed corpori similem, ad quam recurrimus cum clausis oculis eam cogitamus. Quod enim ad corporis sensum aliquod corpus in loco est, hoc est ad animi aciem similitudo corporis in memoria, & quod est intentio voluntatis ad corpus visum, visionemque copulandam, hoc est eadem intentio volūtatis ad copulandam imaginem corporis quæ est in memoria & visione cogitantis Ille spiritus dr̄ factus ad imaginem, & similitudinem Dei, in quo est cognitiō veritatis, & amor virtutis. Imago siquidē est ī cognitione, & similitudo in dilectione. Imago, quia rōnalis, & similitudo, quia spiritalis. Hęret siq̄dem veritatis nulla interposita substantia rōnale nostrū, quo rōcinamur, intelligimus & sapimus, spm̄ dicimus, Hūc aūt spm̄ Apostolus mentem vocat, cū dicit, Renouamini spiritu mentis vestræ, i. mente. Nihil enim aliud est spiritus mentis, quàm mēs, sicut corpus carnis, nihil aliud est q̄ caro. Mēs autem dr̄ à μήνη Mensautem Græcæ, Latine dr̄ luna. Et sicut luna crescit, & deficit, & varia vicissitudine cōmutatur in i d tñ. qd̄ fuit quadā perfecta nouitate se restituit, sic mens nunc caput summis inserit, nūc decidit in infimis, nunc sese inserens sibi veris falsa redarguit, modo ad corporalia regēda deflectit, modo æternis rōnib. inspiciendis, vel consulendis adhærescit. Rō siquidem est mētis aspectus quo bonū & malū discernit, virtutes eligit, deumq; diligit. Mens vniuersorū capax, & oīum rerum similitudine insignita, oia esse dr̄ * naturali quadā potētia, & naturali dignitate. Idcirco inuisibiles rerum cās per intelligentiam cōprehendit, & visibiles actualium formas per sensuum passiones colligit. Et siue per sensus ad sensibilia exeat, siue p intelligentiā ad inuisibilia ascēdat rerū similitudines ad seipsam trahit, præsētia cognoscit, absentia intelligit, ignota inquirit, & in inuētis versat. Rōnale & intellectuale lumē, quo rōcinamur, intelligimus & sapimus, mentē dicimus, q̄ ita facta est ad imaginē Dei, vt nulla interposita natura ab ipsa veritate formet. Mens. n. ex eo dicta est qd̄ emineat in aīa. Præstantior siquidem vis aīæ est, à qua procedit intelligentia. Per intelligentiā vtiq; ipsam veritatē intelligit, per sapientiā diligit. Sapientia nanq; est amor boni siue sapor boni, a sapore siquidē dr̄. Mentis visio est intelligentia, gustus, sapientia. Illa contēplatur, ista delectat. Cū ab inferiorib. ad superiora volumus ascēdere, prius occurrit nobis sensus, deinde imaginatio, postea ratio, intellectus & intelligentia, & in summo est sapientia. Summa nanque sapiētia ipse Deus est. Sapientia hominis est pietas, idest, cultus Dei. Sensus ea vis animæ est, quæ rerum corporearum corporeas recipit formas præsentes: Imaginatio est ea vis animæ quæ rerū corporearum corporeas recipit formas, sed absentes. Sensus nanq; formas in materia percipit, imaginatio extra materiam, & ea vis quæ exterius formata sensus dr̄, eadem traducta vsq; ad intimū, imaginatio vocat. Imaginatio nanque de sensu oritur, & secūdum eius diuersitates, ipsius quoq; est variatio. Multa videt aīa carnalibus oculis, multa ēt phantastica imaginatione concipit, & vbique quasi diffunditur, mouetur, erigitur, & fluctare videt, non à se egrediens, sed in semetipsa tāquam in magno pcurrēs spatio peruagatur, non exit ad illa, sed tractatibus suis

Margin notes: a. l. corde libera. — Ephe. 4. — Quod in — mēte eminens (?) / neat in mæ. / ligentia — Cap. 1 — Mens u de dic... — Mēs ... a. l. cogitina. — Prius dicebatur μήνη. — Differentia sensus, & imaginatio. — A — C — D — E — F

Dimenſio animæ. ſuis ſibi illa repræſentat. Habet ſiquidē in ſe
quaſi quandã latitudinē, longitudinē, & alti-
tudinē: Nam per charitatē Deũ & oēs fideles
ſibi complectit̄, per meditationem rerũ vni-
uerſa q̃ à principio mundi vſq; ad finē Deus
ꝑꝑ ſalutem noſtram operatus eſt meditat̄, ꝑ
contēplationē, quæ ſurſum ſunt cęleſtia con
templat̄. Rõ eſt ea vis aĩæ quæ rerum corpo
rearũ naturas, formas, dr̃ias, propria & acci-
dentia percipit oĩa incorporea, ſed nõ extra
corpora, niſi rõne ſubſiſtentia. Abſtrahit.n.à
corporib. quæ fundant̄ in corporib. nõ actio
ne ſed cõſideratione. Natura nanque ipſius
G corporis, ſ̃m q̃ oē corpus, corpus eſt, nullũ
vtiq; corpus eſt. Intellectus ea vis aĩę eſt quę
inuiſibilia percipit, ſicut angelos, dęmones,
aĩas, & oēm ſpm̃ creatum. Intelligētia ea vis
aĩæ eſt quæ immediate ſupponit̄ Deo: Cer-
nit ſiquidē ipſum ſummũ verum & vere in-
commutabilē. Sic aĩa ſenſu percipit corpo-
ra, imaginatione corporum ſimilitudines,
ratione corporum naturas, intellectu ſpiritũ
creatum, intelligentia ſpiritum increatum.
Et quicquid ſenſus percipit, imaginatio re-
præſentat, cogitatio format, ingenium inue-
ſtigat, rõ iudicat, memoria ſeruat, intellectus
ſeparat, intelligentia cõprehendit, & ad me-
ditationem ſiue cõtemplationem adducit. In
genium eſt vis ea aĩæ, ſiue intentio, qua aĩa
ſe extendit & exercet ad incognitorũ cogni
tionē. Ingeniũ ſiquidē exquirit in cognita,
rõ diſcernit inuenta, memoria recondit iudi
cata & offert adhuc iudicanda. Sic fit aſcen-
ſus ab inferiorib. ad ſuperiora, & ima à ſum-
mis dependent. Intellectus nanq; quædam
imago & ſimilitudo intelligentiæ eſt, rõ intel
lectus, rõnis phantaſticus ſpũs, cui etiam ſu-
premum corporis corpus, i. ignis quadam ſi
militudine iungitur, & igni aer, & aeri aqua,
& aquæ terra. Sēſus informat imaginationē,
imaginatio rõnem, & facit ſciētiam ſiue pru
dentiam. Rurſus rõni occurrens diuina pru-
dentia, informat eã & facit intelligentiã ſiue
Sapientia ſapientiam. Eſt itaque in ratione q̃ddam ad
H ſuperna & cœleſtia intendens, & id dr̃ ſapiē
tia, & eſt q̃ddam ad tranſitoria & caduca re-
ſpiciens, & id vocatur prudētia. Hæc duo ex
Prudētia rõne ſunt, & in rõne conſiſtunt. Et diuidit ſe
rõ in duo. ſ. in ſurſum & deorſum, ſurſum in
ſapientiam, deorſum in prudentiam, quaſi in
virum & mulierem, vt vir ſit ſuperior & re-
gat, mulier inferior & regatur. Vnde dictum
eſt, Melior eſt iniquitas viri, q̃ benefaciēs mu Eccl. 42.
lier. Melior ſiquidē eſt qui per cęleſte deſide
rium accēſus, carnē neceſſaria ēt ei ſubtrahē
do affligit, q̃ qui per carnalē affectum reſolu
tus, per oĩa quæ commoda ſunt ei ſatisface-
re contendit, Senſus iuuat̄ exterius, quia ocu Sẽſus & eius opus. Cap. 12.
lus carnis, quanuis ex natura facultatē viden
di habeat, nunq̃ tñ per ſe conſequit̄ viſionē,
nec auris auditũ niſi ex beneficio exterioris
lucis & ſoni. Imaginatio iuuatur exterius, q̃a
ex ſenſibilib. concipit̄. Ratio iuuat̄ interius,
quia ſpũs rõnalis ex dono creatoris, habilis
ad cognoſcendum verum & diligendum bo I
num, niſi interioris lucis radio fuerit perfu-
ſus, & calore ſuccenſus, nunquam conſequit̄
ſapientię cognitionē vel charitatis affectum.
Intellectus & intelligentia iuuant̄ ſuperius,
quia Deus ignis & lux eſt. Lux ergo ſplendo
rē emittēs ex ſe quē retinet in ſe, illuminat in
telligentiã ad cognitionē veritatis. Ignis ve-
ro calorē de ſeſe emittens, ſed non amittens,
inflammat affectum ad amorē * virtutis. Et a. l. u ritatis.
ſicut ſolem nõ videt oculus niſi in lumine ſo
lis, ſic verum ac diuinum lumen non poterit
intelligētia videre niſi in ipſius lumine. Dñe,
inquit, propheta, in lumine tuo videbimus Pſal. 35.
lumen. Cum.n. mortale hoc induerit immor 1. Co. 15.
talitatē, & corruptibile hoc indu erit incor-
ruptibilitatem, tũc mente pariter & corpore
ſpiritales effecti ſ̃m modulũ noſtrum per mē
tis illuminationē oĩa ſciemus & per corpo-
ris incorruptibilis leuitatē vbiq; eſſe poteri
mus. Volabimus mēte per contēplationē, vo
labimus & corpore per incorruptionem. Di
ſcernemus mente, diſcernemus & corpore,
cũ ſenſus noſtri corporei vertent̄ in rõnem,
rõ in intellectum, intellectus in intelligētiã,
intelligentia in Deũ mutabitur. Senſu viſibi-
lia percipiuntur, in imaginatione continent̄
viſibiliũ imagines & ſimilitudines, ad ratio-
nem pertinent viſibilium rationes & defini-
tiones, & inuiſibilium inueſtigationes, ad
intellectum & intelligentiam ſpectant ſpiri-
taliũ & diuinorũ cõprehenſiones & contem
plationes. Senſus vero & imaginatio ad rõ- K
nem non aſcendunt, ſed infra remanētes eam
aliquatenus deducere poſſunt, & quaſi à lon
ge quædam oſtendere, ad quæ non poſſunt
peruenire. Simili quadã proportione intel-
lectum & intelligentiam ratio iuuare poteſt,

ſed ad ſtatum eorum non valet aſcendere, qm̃ metas ſuas & fines ſuos proprios habet quos tranſcendere non pôt. Senſum & imaginationem cum cęteris aĩalib. communia habemus. Vidẽt ſiquidẽ viſibilia & viſorum recordanť. In qbuſdã ẽt ſenſib. nos ſuperant, qm̃ iuſtum fuit in brutis aĩalib. qb. nil dandũ erat intellectu, aliqd amplius dareť in ſenſu. Et econtrario tãto maior neceſsitas induciť homini exercendæ rõnis, quanto maiorẽ de ſectũ patiť ſenſualiter. Rõ aũt inde incipit vñ aliquid occurrit qđ nobis cum animalib. nõ ſit commune. Quædam ergo ſunt infra rationem, quædam iuxta rationem quædam ſupra rationem. Infra rationem ſunt quæ ſenſu

L percipim⁹, ſicut dura & mollia, calida & frigida, candida & nigra. Iuxta rõnem ſunt & peruia rõni, quæ rõne percipimus, ſicut commoda & incommoda, vera & falſa, iuſta & iniuſta. Rõ ſiquidem eſt quidã animi motus viſum mẽtis acuẽs veraq; à falſis diſtinguẽs. *Ratio quid ſit.* Supra rõnem ſunt quæ nec ſenſus docet nec rõ perſuadet, ſed aut diuina reuelatione cõprehenduntť, aut diuinarũ ſcripturarum authoritate creduntť, ſicut Deũ in vna ſubſtantia trinũ & trib. perſonis ſubſtantialiter vnum. Deus ſiquidẽ eſt rerũ vniuerſitas, ita ꝙ nulla ſingularum, & ideo motibus rationis non ſubiacet, quia ratio non eſt niſi de re aliqua. Anima eſt ſpũs intellectualis rõnalis, ſemper viuens, ſemper in motu bonæ maleq; voluntatis capax: Secundũ benignitatẽ creatoris, atq; ẽm ſui operis officiũ variis nuncupatur nominib. Dr̃ nanque aĩa dum vegetat, ſpũs dum contemplatť, ſenſus dum ſentit, aĩus dũ ſapit, dũ intelligit mens, dum diſcernit rõ, dũ recordatur memoria, dum vult volũtas. Iſta tñ non differunt in ſubſtantia quemadmodũ in nominib. qm̃ omnia iſta vna aĩa eſt, proprietates qdem diuerſæ, ſed eſſentia vna. In

*Definitio aĩæ & explanatio eius. Cad. 13.*

M ſpũ tñ & aĩa poteſt eſſe differentia, quia oĩs aĩa eſt ſpũs, ſed non omnis ſpũs eſt aĩa. Aĩæ duplices ſunt actiones. Alio nanq; conſilio erigiť ad Deũ, alio inclinať ad carnem. Inclinať aũt ſic; Cum ſit ſubtilis & inuiſibilis, videri non pôt, ſed per potentias ſuas ſe extendit & oſtendit. Per concupiſcibilitatẽ nanq; appetit, per iraſcibilitatem cõtemnit, per rõnalitatem inter vtrunque diſcernit. Tota aĩæ eſſentia in his potentiis ſuis cõſiſtit, nec per partes diuidiť cũ ſimplex ſit & indiuidua. Et ſi aliquando partes habere dr̃, ratione potius ſimilitudinis q̃ veritate compoſitionis intelligendum eſt. Simplex ſubſtantia eſt aĩa, nec aliud nec minus eſt rõ in ſubſtãtia q̃ aĩa, nec aliud nec minus iraſcibilitas vel concupiſcibilitas q̃ aĩa, ſed vna eademq; ſubſtantia ẽm diuerſas potentias diuerſa ſortitur vocabula. Has potentias habet antequam corpori miſceatur. Naturales ſiquidem ſunt ei, nec aliud ſunt q̃ ipſa. Tota nanque aĩæ ſubſtantia in his trib. plena & ꝑfecta cõſiſtit. i. in rõnalitate, cõcupiſcibilitate, & iraſcibilitate, quaſi quadã ſua trinitate, & tota hæc trinitas eſt quædam aĩæ vnitas, & ipſa anima. De⁹ eſt omnia ſua, & anima quędam ſua. Habet ſiquidẽ naturalia, & ipſa omnia eſt. Potentia nanque & vires eius idem ſunt quod ipſa. Habet acciden talia, & ipſa non eſt. Suæ vires eſt, ſuæ virtutes non eſt: Nõ. n. eſt ſua prudẽtia, ſua temperantia, ſua fortitudo, ſua iuſtitia. Potentiæ aĩę ſunt rõnalitas, concupiſcibilitas, & iraſcibilitas. Vires ſunt, ſenſus, imaginatio, rõ, memoria, intellectus, intelligentia. Potentię autem poſſunt dici vires, & vires dici poſſunt potentiæ. Quibuſdam affectib. & quadam amicitia anima corpori coniungitur, ſecundum quam amicitiam nemo carnẽ ſuam odio habet. Sociata nanque illi, licet eius ſocietate prægrauetur, ineffabili tñ conditione diligit illud, amat carcerẽ ſuũ, & ideo libera eſſe nõ poteſt. Doloribus eius vehementer afficitur. Formidat interitum, quæ mori non poteſt: Timet defectũ quę per naturam non poteſt deficere. Oculorum paſcitur ſpeculatione, ſonoris delectatur auditibus, ſuauiſsimis iocundatur odoribus, larga epulatione reficitur. Et licet his rebus nullatenus ipſa vtatur, graui tñ mœrore affligitur ſi ſubtrahantur. Huic etiam nonnunquam ſubrepunt vitia contraria rationi, dum anima dilecto corpori indulgentius remittendo, locum noſcitur præbere peccato. Per ſenſus quoque progreditur anima ad corpus mouendũ & viuificãdũ. Nouẽ quoq; ſunt foramina in humano corpore, quib. ſecundum naturalem contemperantiam influit & effluit omne quo idem corpus vegetatur & regitur. Sunt ẽt vtriuſque quædam ſimilia, corporis ſcilicet ſupremum, & ſpiritus infimum, in quibus ſine naturarum confuſione, perſonali tñ vnione facile coniungi poſſunt. Similia. n. ſimilibus gaudent.

*Ex Platone.* *A* *De amicitia aĩæ & corporis. c. 14.* *Ephe. 5.* *B* *Nouẽ foramina.*

gaudent. Itaque anima quæ vere ſpũs eſt, & caro quæ vere corpus eſt, in ſuis extremitatibus facile & conuenienter vniunt.i.in phantaſtico aĩæ, quod corpus non eſt, ſed ſimile corpori, & ſenſualitate carnis quæ fere ſpũs eſt, q̲a ſine aĩa fieri nõ põt. Sicut. n. ſupremũ aĩæ.i. intelligentia ſiue mens imaginẽ ſiue ſimilitudinẽ gerit ſui ſuperioris. i. Dei, vñ & eius ſuſceptiua eſſe potuit ad vnionẽ perſonalem, ẽt qñ ipſe voluit abſque vlla diminutione naturæ ſuæ, ſic supremũ carnis.i.ſenſualitatis aĩæ gerens ſimilitudinẽ ad perſonalem vnionẽ eius eſſentiã ſuſcipere põt. Nec iſtud mirũ eſt, cũ ẽt in ſenſu & memoria pecudis quædã eſt imitatio rõnalitatis, & in appetitu voluntatis, & in iis quæ refugit reprobatio-
C nis. Spũs nanq; corporeus qui vtiq; vere eſt corpus, & ſenſu naturali inter multa diſcernit, & vi cõcupiſcibilitatis eligit, & natura iraſcibilitatis reprobat. Habet ſi q̲dẽ corporea vita quoſdã gradus incrementorũ q̲b. ad imaginẽ ſummæ vitæ proficit. Primus.n. gradus corporeæ vitæ eſt ſenſificatio. Secundus per ſenſum ingrediens imaginatio. Tertius p̲ imaginationẽ cõceptorũ memoria. Quartus ẽm ſenſuum paſſiones quædam ſine diſcretione intelligentiæ prouidẽtia, in qua q̲dem quaſi rõnis imago eſt, & nulla rõ eſt. In his oĩb. corporea vita ſpiritalem viam imitatur. Primo in eo ꝙ ſentit, ſecundo in eo ꝙ ſenſũ cõcipit, tertio in eo ꝙ cõcepta retinet, quarto in eo ꝙ ſiue in imaginatis ſiue in ſenſibus ẽm quandam rõnis ſimilitudinẽ, ſiue ad appetendum, ſiue ad fugiendũ ſe in ſe flectit. Conuenientiſſima aũt media ſunt & carnis & aĩæ ſenſualitas carnis, quæ maximæ ignis eſt, & phantaſticus ſpũs qui igneus vigor dicitur. Vnde & quidam loquens de animabus ait, Igneus eſt ollis vigor & cęleſtis origo. Mira ſocietas carnis & aĩæ, ſpũs vitæ & limi terrę. Sic.n.ſcriptũ eſt, Fecit Deus hoĩem de limo terræ, & inſpirauit in faciẽ eius ſpiraculũ vi-
D tæ dans ei ſenſum & intellectũ, vt per ſenſum lutũ ſibi ſociatum viuificaret, & per intellectũ regeret, & vt per intellectũ intus ingrederet̃ & contẽplaret̃ Dei ſapientiam, & per ſenſum foras egrederet̃ & contemplaret̃ opera ſapientiæ, intellectu intus illuſtrauit, ſenſu foris decorauit, vt in vtroque perfectionem inueniret, intus ad fœlicitatẽ, foris ad iucunditatem. Sed quia bona exteriora diu ſtare non

*Gradus incremẽtorũ corporeæ vitæ.*

*Virg. 6. Aenei.*

*Gene. 2.*

poſſunt, iuſſus eſt homo ab exterioribus ad interiora redire, & ab * ĩteriorib. ad ſuperiora aſcendere. Tantæ ſi q̲dem dignitatis eſt humana conditio vt nullũ bonũ præter ſummũ bonũ ei ſufficere poſſit. Plenũ fuit miraculo, ꝙ tam diuerſa qđ tam diuiſa ab inuicẽ, ad inuicem potuerunt coniungi. Ne minus mirabile fuit qđ limo noſtro Deus ſeipſum cõiũxit, vt ſibiinuicẽ vnirentur Deus & limus, tãta ſublimitas, & tãta vtilitas. Nihil.n.eſt Deo ſublimius, & nihil limo vilius. Mirabilis fuit coniũctio prima, mirabilis fuit ſecunda, nec minus mirabilis erit tertia, cum hõ angelus & Deus, vnus erit ſpũs. Eodẽ nanq; bono bonus eſt hõ, quo bonus eſt angelus, eodemq; bono vterq; beatus ſi tñ ambo idipſum eadẽ voluntate eodemq; ſpũ cupiunt. Si.n.tam di- E
ſparem naturã carnis & aĩæ ad vnã fœderationẽ atq; amicitiam Deus cõiũgere potuit, nequaq̃ erit ei impoſſibile rõnalẽ ſpm̃, qui vſq; ad cõſortium terreni corporis humiliatus eſt, cũ eodẽ corpore glorificato, vt ſit ei gloriæ qđ fuit ei ſarcinæ, ad conſortiũ beatorum ſpirituũ qui in ſua puritate perſtiterunt, exaltare, atq; ad ſuæ gloriæ participationem ſublimare. Ad hoc ſiq̲dẽ illum ſola claritate, nulla neceſſitate creauit altiſſim⁹, vt ſuæ beatitudinis participẽ faceret. Si ergo tm̃ gaudium & tãta lætitia eſt in vita iſta t̲pali, quæ conſtat ex præſentia ſpũs in corpore corruptibili, quanta lætitia & q̃tum gaudiũ erit in vita ęterna q̃ cõſtabit ex præſentia diuinitatis in ſpũ rõnali? Subiiciat̃ ergo corpus aĩo, animus Deo, & vnus ſpũs erit cũ eo, ita tñ ſi in humilitate permanſerit, & gratiã ſui creatoris per q̃ exaltandus & glorificãdus eſt agnouerit. Ex carne & aĩa conſtat hõ, & vtrunque bonũ ſuum habet in quo gaudet, & exultat. Bonum aĩæ eſt Deus, cum affluentia dulcedinis ſuæ. Bonũ carnis eſt mundus, cum abundantia iucunditatis ſuæ. Sed mundus iſte eſt exterior, Deus aũt interior. Nihil. n. eſt eo interius, nihil eo præſentius. Interior eſt om- F
ni re, quia in ipſo ſunt omnia: Exterior eſt omni re, q̲a ipſe eſt ſuper omnia Ab hoc ergo mũdo ad Deũ reuertẽtes & quaſi ab imo ſurſum aſcendentes per noſmetipſos trãſire debemus. Aſcendere.n.ad Deũ, eſt intrare ad ſeipſum, & non ſolum ad ſe intrare, ſed ineffabili quodammodo introitu in intimis ſeipſum tranſire. Qui enim interius intrans & in-

*a. l. inferioribus.*

trinſecus

trinsecus penetrās seipsum trāscendit, ille veraciter ad Deū ascendit. Ab huius ergo mundi distractionib. cor nostrū colligam⁹, & ad interiora gaudia reuocemus. Et si cor nostrū sp̄ tenere nō possumus, saltē ab illicitis & vanis cogitationib. restringamus, vt aliqñ in diuinæ cōtemplationis lumine nos figere valeamus. Hæc est.n.req̄es cordis nostri, cū in Dei amore p̄ desideriū figit. Hæc est vita cor G dis nostri, cū Deū suū cōtemplat, & ipsa sua cōtemplatione suauiter reficit. Et dulce est illi sp̄ ad cōsiderandū quod ad amandū & laudandū semp̄ est suaue. Nihil.n.ad beatā vitā præstātius vr̄ q̄ velut clausis carnalib. sensib. extra carnē mundiq; affectum quēpiam intra semetipsum cōuerti, alienumq; affectum a mortaliū cupiditatib. sibi soli & Deo loq.

*De cōparatione aīæ ad ea de qb. corpus constat. Cap. 15.*

Cum aīa sit incorporea, per subtiliorē naturam corporis sui.i.per ignem & aerē, quę in isto quoq; mundo præcellentia sunt corpora, & iō magis subtiliora, corp⁹ administrat. Ista siquidē priora excipiunt motus aīæ viuificantis, eo q̄ incorporeæ naturæ sunt propinquiora q̄ humor & terra, vt ad eorū proximum ministeriū tota moles administraret. Nullus sine his duob. vel incorpore sensus est, vel ab aīa spontaneus corporis motus. Ignis.n.& aer qua leuia sunt, mouēt aquā & terram quæ grauia sunt. Quapropter ēt corpora post aīæ abscessum moueri nō videm⁹, quia ignis & aer, quæ duo per aīę præsentiā tenent in corpore terreno & humido, vt omnium quatuor fiat temperatio, post eiusdem aīæ abscessum ad superna euadūt ac sese expediūt.

*Corporis, cōpositio.*

Corporis aūt compositio sic fit, Corpus constat ex officialib. membris, officialia ex cōsimilib. consimilia ex humorib. humores ex cibis, cibi ex elemētis, & nihil horum est aīa, sed in istis tanq̄ in organis agit aīa & p̄ hoc corpori consulit & huic vitæ in qua factus est hō in aīam viuentē. Quæ cum temperata & ordinata fuerint cōgruunt viuifica H tioni, & nunquam recedit aīa. Si vero distemperata & confusa fuerint, inuita recedit aīa secum trahens oīa, sensum, imaginationem, rōnem, intellectū, intelligentiā, concupiscibilitatē, & irascibilitatē, & ex his secundum merita afficit ad dilectionē siue ad dolorem. Corpus aūt quod prius integrum tanq̄ organū contēperatum & dispositū erat, vt melos musicū in se cōtineret & tactum resonaret, nunc cōfractū & inutile ē regione iacet. Aīa vero recurrētib. ad regiones suas elemētorū partib. non habens vbi vires suas exerceat, requiescit ab his tantum motib. q̄b. corpus p̄ tp̄s & locū mouebat, ipsa per tp̄s illocaliter mota, qm̄ & si organū periit, sed nō melos, nec qd̄ organū mouebat. Aīa inter Deum & corpus posita per tp̄s mouetur, vel reminiscendo qd̄ oblita fuerat, vel discendo quod ignorabat, vel volendo quod nolebat, per lo I cum vero nō mouet, quia per loci spatia nō distenditur. Deus aūt corpore non eget vt sit, nec loco, vt alicubi, nec tp̄e, vt aliqñ, nec cā, vt aliunde, nec forma, vt aliquid, nec aliquo genere subiecti in quo subsistat vel cui assistat.

*Per quid aīa vnit Deo. c.16*

Habet aīa quandam propriam naturam, omnib. his mundanæ molis elementis excellētiorē, qua veraciter nō possit in aliqna phātasia corporaliū imaginū quas p̄ sensum carnis percipimus cogitari, sed mēte intelligi vitaq; sentiri. Intelligi potest, sentiri non pōt. Non.n.est corpus, nec Deus, nec vita sine sensu qualis est in arborib. nec vita sine rationali mente, qualis est in animalib. sed vita & vita perpetua. Nunc q̄dem minor q̄ angelorū est & futura qualis angelorū, si ex præcepto sui creatoris vixerit. Pręceptum autem eius est, vt in dilectione eius maneneamus. Manete, inquit in dilectione mea. *Ioan. 15.* Per dilectionem nāque sibi rōnalem creaturam copulauit, vt eum semper hr̄et & in ipso semper maneret, de eo & in eo delectans gaudens, & exultās. Per dilectionem creatori suo & sibi inuicem rōnalis creatura copulata est, non solū nanque dilectionis vinculū est qd̄ ligat vtrosque in idipsum. Per amorē Dei oēs ei adhærem⁹, per amorē proximi omnes adinuicem vnū sumus, vt bonum cōe oīum fiat singulorum & quod quisq; in se non habet, in altero possideat. Charitas est via Dei ad homines & via hoīum ad Deū. Per charitatem.n. venit Deus K ad homines, venit in homines, factus est homo. Per charitatem homines diligūt Deum, eligunt Deum, ad Deum currunt, ad Deū p̄ueniunt. Sic etiā familiaris est Deo charitas, vt ipse mansionem habere nolit vbi charitas non fuerit. Si ergo charitatem habemus, Deū habemus quia Deus charitas est. *1. Ioan. 4*

*Exhortatio ad amorem Dei. c.17*

Miser ego quantum deberem diligere Deum meum, qui me fecit cum non eram, redemit cum perierā. Nō eram, de nihilo me fecit, non lapidem,

dem,non arborem,nō auem, vel aliquod de aīalib.sed hoīem me voluit esse, dedit mihi viuere,sentire,discernere.Perierā,& ad mortalitatē descēdit, mortalitatē suscepit, passionē sustinuit, mortem vicit, & sic me restaurauit.Perierā & abierā, qm̄ in peccatis meis eram venūdatus,venit ille post me vt redimeret me,& tm̄ dilexit me vt sanguinis sui precium appenderet pro me,taliq; pacto redu-
L xit me de exilio,& redemit de seruitio.Noīe ēt suo vocauit me,vt memoriale suū semper esset apud me.Vnxit me oleo lætitiæ quo ipse erat vnctus,vt ab vncto essem vnctus, & à Christo dicerer Christianus. Sic gratia eius & misericordia sp̄ præuenerunt me. De multis nanq; periculis sæpe liberauit me liberator meus,qn̄ errabam reduxit me,qn̄ ignorabā docuit me,qn̄ peccabā corripuit me, qn̄ tristabar cōsolatus est me,qn̄ desperabā confortauit me, qn̄ cecidi erexit me, qn̄ steti tenuit me, qn̄ iui duxit me, qn̄ veni suscepit me.Hæc & multa alia fecit mihi Deus meus, de q̄b. dulce est mihi sp̄ loqui, sp̄ cogitare, sp̄ gratias agere,vt ꝑ oīb.beneficiis suis possim sp̄ eum laudare & amare.Cum. n. cūctis sit præsidens, singulos implens, vbique præsens,vniuersorum curam agens,& tam singulis q̄ omnib. prouidens, ita totum ad custodiā meam occupatum video, vt si ego super custodiam meam stabo quasi oīum oblitus sit & mihi soli intendere velit.Semper se prę sentem exhibet,semper se paratū offert,si me paratvm inuenerit.Quocunq; me vertero nō me deserit,nisi ego prior eū deserā.Vbicūq; fuero non recedit à me,qm̄ vbiq; est,vt quocunq; iero inueniam eū cū quo possim esse. Quicq̄d fecero pariter assistit,vtpote perpe-
M tuus inspector oīum cogitationum,intentionū & actionū mearum.Cū hæc diligenter cōsidero,timore pariter & ingenti rubore confundor,q̄a illum vbiq; mihi præsentē & oīa occulta mea videntem intueor. Multa. n. sūt in me de q̄b.coram oculis eius erubesco, & pro q̄b.ei valde displicere timeo. Nec ꝑ his omnib. quid illi rependam habeo, nisi tm̄ vt diligam eum. Non. n. melius nec decentius q̄ per dilectionem rependi potest, quod per dilectionem datum est. Hæc præter rem dixisse videor, sed forte non præter vtilitatem mihi,& iis qui mecum sentiunt quæ ego sentio.Aīa præsentia sua corpus viuificat, & sic colligata est ei,vt nec cum velit inde segregare se possit, nec retinere cum sui creatoris iussionem audierit. In vita siquidem aīæ cōsistit vita corporis,& de morte corporis descēdit mors aīæ.Sicut.n.aīa vita sua facit carnē viuere, & de fonte naturæ suę irrigat animando, sic caro per corruptelam materiæ suæ, aīam, si cupiditatib. illicitis illigauerit, occidit. Et cum altera natura alterius videat, transit vnaquæque in victricis naturam, i. vt A
aut carnē spiritalem aīa virtutib. suis pręstet aut aīam carnalem caro victrix eius efficiat. Aīa tn̄ nihil de morte potest, nisi per vitia ei propinatum fuerit, nec caro aliquid de vita retinere potest,nisi ab aīa fuerit irrigata.Nec in alterius naturam altera trāsire potest, nisi aut vitiis infecta, aut virtutib. deserta fuerit. Ratione insignita est anima,qua artib. docetur egregiis & disciplinis instruitur eximiis, vt diuina sapiat,& humana pertractet,atque sic cętera animalia decenter excellat, vtpote substantia rationalis. In hoc enim proprie est anima substantia rationalis,idest, spiritus rationalis. Immortalis est anima, ne à creatoris sui similitudine discrepare videatur. Non enim poterat esse imago & similitudo Dei,si mortis termino clauderetur. Secundū quendam modum vitæ quem nullo modo potest amittere, immortalis est. Secundum vero quandam mutabilitatem qua potest vel melior vel deterior fieri, mortalis est. Et sicut mortalis est,cum beate viuere perdit, licet misere viuere amittere non possit, sic respectu incorporei Dei corporea est.Nihil.n. inuisibile & incorporeum natura credendū est præter solum Deum.i.patrem & filium & spiritum sanctum. Qui ex eo incorporeus & inuisibilis dr̄, quia infinitus & incircunscri- B
ptus est & simplex,& sibi omnib.modis sufficiens seipso & idipsum.Et cum vbique sit,in semetipso inuisibilis & incorporeus esse dignoscit.Omnis vero rationalis creatura corporea est,angeli & omnes virtutes corporeę sunt,licet non carne subsistant.Ex eo.n. intellectuales naturas corporeas esse dicimus, q̄a loco circunscribuntur, sicut & anima humana quæ carne clauditur, quæ idcirco esse in loco & localis dici potest. In loco, quia hic & alicubi præsens est. Localis, quia q̄d alicubi præsens est totum,alibi non est.Nō habet tn̄ corporalē dimensionē,nec corporalē circun-

*Aīa quo sit in loco Cap. 18.*

*Non pōt aīa dici mortalis, & quō dicat mori.*

*Angeli, omnisque creatura, corporea, quamuis rōnalis, licet nō carne subsistant.*

circunſcriptionem, qm̄ corporalis quantitatis expers eſt. Sed quia per præſentiã & operationem in loco concludit̃, localis & ipſa dr̃, veruntñ non ſicut corpus, cui ſecundũ locum, principium, medium & finis aſsignat̃. Circunſcriptum eſt, quod cum alicubi eſt totum, non põt eſſe ſimul alibi, quod de ſolis corporeis naturis cernit̃. Incircunſcriptum vero eſt quod ſimul eſt vbique totum, quod de ſolo Deo intelligit̃. Circunſcriptum aũt ſimul & incircũſcriptum eſt, quod cum alicubi ſit totum, põt ſimul alibi eſſe totum, nõ tñ vbique, qđ de creatis ſpiritib. cognoſcit̃. Si.n. aĩa nõ eſſet tota in ſingulis membris ſui corporis, non ſentiret tota in ſingulis membris ſui corporis. C Reſpectu vero naturæ incorporeæ quæ ſumme incommutabilis vbique eſt, corporea eſt aĩa, qm̄ tale aliquid nõ eſt ipſa, nec tñ per loci ſpatiũ ita ſiſtitur, vel mouetur, vt maiori ſui parte maiorem locũ occupet, & breuiore breuiorem, minorq; ſit in parte quam in toto. Per omnes ſiquidem particulas corporis tota ſimul adeſt nec minor in minorib. nec in maiorib. maior. Sed alicubi intenſius, alicubi remisſius, & in oĩb. tota & in ſingulis tota eſt. Sicut n. Deus vbiq; eſt totus in toto mundo, & in omni creatura ſua, ſic aĩa vbique tota in toto corpore ſuo, tanq̃ in quodam mundo ſuo, intenſius tñ in corde & in cerebro, quemadmodum Deus præcipue dr̃ eſſe in cęlo. *Anima quicquid agit tota agit. c.19* Inuiſibilis & incorporea eſt aĩa, ſi.n. viſibilis eſſet, corporea eſſet. Et ſi corporea eſſet, partibilis eſſet, & partes hr̃et, neq; tota ſimul in vno loco eſſe poſſet. Nullum. n. corpus aut ſimul tangi totum poteſt, aut ſimul tangere totũ poteſt. Aĩa vero in q̃buſcunque ſuis motib. vel actib. tota ſimul adeſt. Tota videt, & tota viſorum meminit. Tota audit, & tota ſonorum reminiſci tur. D Tota odorat, & tota odores recolit. Tota per linguam & palatum ſapores ſentit, & diſcernit. Tota tangit, & dura & mollia. Tota ſimul approbat vel improbat. Calida vero, vel frigida ſummo tantum digito tota diſcernit. tota eſt viſus, tota eſt auditus, tota meminit, & cum tota meminit, tota eſt memoria. Cũ tota vult, tota eſt voluntas. Cum tota cogitat, tota eſt cogitatio. Cum tota diligit, tota eſt dilectio. Poteſt nanque ex parte cogitare, & ex parte diligere. *Animæ* Habet anima affectiones quibus exercetur ad virtutes. Dolor nanque de peccatis, timor de ſuppliciis, deſiderium de promisſis, & gaudium de præmiis quædã exercitia ſunt virtutũ. *virtutes & vi[res] actionis Cap. 20* Habet ẽt vitutes quib. inſtruitur & armatur contra vitia. A prudẽtia nanque ſcit quid habeat facere temperãtiam habet contra proſpera, fortitudinem contra aduerſa iuſtitiam qua ſcit quid cuiq; debeat reddere. Prudentia eſt ſcire quid poſſit, fortitudo facere quod poſſit, temperantia, non p̃ſumere quod non poſſit, iuſtitia non velle E plus q̃ poſſit. Prudentia eſt in eligendis, temperantia in vtendis, fortitudo in tolerandis, iuſtitia in diſtribuendis. Prudentię eſt nihil pœnitendum appetere, & nihil præter iuſtũ velle facere. Temperantiæ eſt nihil præter turpia timere, & quicquid agimus vel cogitamus ad rõnis normam dirigere. Fortitudinis eſt terrenas cupiditates non ſolum reprimere, ſed penitus obliuiſci. Iuſtitiæ eſt omné animi cogitationem ad ſolũ Deũ dirigere, eumque tanquam nihil aliud ſit, ſola mentis acie intueri. Habet autem anima ſacramentales virtutes quibus initiatur.i. fidem, ſpem, ſacramentum baptiſmi, inunctionem, confirmationem, & cętera quibus Deo cõſecratur. Habet ẽt virtutes quibus proficit & q̃b. Deo coniungitur, vt eſt humilitas, puritias, charitas. Humilitas ęam Deo ſubiicit, puritas iungit, charitas vnit. Habet quoq; aĩa vires quib. corpori commiſcet̃, quarum prima eſt naturalis, ſecũda vitalis, tertia aĩalis. Et ſicut Deus trinus & vnus, verus & perfectus omnia tenet, omnia implet, omnia ſuſtinet, omnia ſuperexcedit, omnia circumplectitur, ſic anima his trib. virib. per totum corpus diffunditur, nõ locali diſtenſione, ſed vitali intẽſione. Naturalis nanque virtus operatur in epate ſanguinem & alios quoſque humores, quos per venas ad omnia corporis membra tranſmittit, vt inde augeantur & nutriantur. Vis iſta quadrifaria eſt. Diuiditur nanque in ap- F petitiuam, retentiuam, expulſiuam, & diſtributiuam. Appetitiua quæ ſunt neceſſaria corpori appetit. Retentiua ſumpta retinet, donec ex illis digeſtio vtilis fiat. Expulſiua nociua & ſuperflua expellit. Diſtributiua bonos bonorum ciborum humores omnibus membris diſtribuit, prout cuique expedit. Vis vitalis eſt in corde, quæ ad temperandũ *Vis cordis Cap. 21* feruorem cordis aerem hauriendo atq; reddẽdo, vitam & ſalutem toti corpori tribuit.

Aere

Aere nanque puro sanguinem purificatum
p̄ totũ corpus impellit p̄ venas pulsatiles, q̃
arteriæ vocant. Ex quarũ motu tẽperantiam
atq; distẽperantiã cordis physici cognoscũt.
Istas vires habent oĩa aĩalia, & iõ corporis
magis vident esse q̃ aię cum aĩa sit vita cor-
poris. Vis aĩalis est in cerebro, & inde vigere
facit quinq; sensus corporis. Iubet. n. voces
ædere, mẽbra mouere. Tres nanq; sunt vẽtri
E culi cerebri. Vnus anterior à quo omnes sen
sus, alter posterior à quo oĩs motus, tertius
inter vtrunq; medius. i. rõnalis. Corporis sen
sus sic fiũt. Quod est in corpore subtilissimũ
G & ob hoc aĩæ similius & vicinius q̃ cętera. i.
lux primũ p̄ oculos suos ipsos diffundit emi
catq; in radiis oculorũ ad visibilia intuenda,
deinde mixtura quadã primo cũ aere puro,
secũdo cũ aere caliginoso atq; nebuloso, ter
tio cũ corpulentiore humore, quarto cũ ter-
rena crassitudine, quinq; sensus cũ ipso sen-
su oculorum perficit, vbi ipsa sola excellit.
Isti sensus q̃a in sola facie prælocati sunt, iõ
scriptũ arbitror, q̃m dñs in faciem insufflauit
hoĩ spiraculũ vitæ, & factus est in aĩam viuẽ-
tem. Anterior q̃ppe pars posteriori merito
præponit, q̃a ista ducit, & illa sequit, ab ista
sensus, & ab illa motus, sicut consiliũ præce
dit actionẽ. Istę vires tam aĩæ q̃ corporis di-
ci pñt, q̃a ab aĩa in corpore fiũt, nec sine vtro
que fieri pñt. In prima parte cerebri vis aĩa-
lis vocat phantasticalis. i. imaginaria, quia in
ea corporaliũ rerum similitudines & imagi-
nes continent, vnde & phantasticũ dr̃. In me
dia parte cerebri vocat rõnalis, quia ibi exa-
minat & iudicat ea q̃ p̄ imaginationem re-
præsentant. In vltima parte vocatur memo-
rialis, quia ibi commendat memoriæ rõne
iudicata. Aliud est itaque in nobis quo cor-
pora sentimus, quod quinque corporis sensi
bus facimus. Aliud quo nõ corpora, sed cor
F porib. similia cernimus, vbi & nos ipsos nõ
aliter q̃ similes corporib. in tuemur. Aliud
quo nec corpora nec corporum similitudi-
nes conspicimus, sed alias res quæ non habẽt
H imagines sui similes, sicut est Deus, & ipsa
mens rõnalis, vel intelligentia, vel ratio, sicut
etiam virtutes, prudentia, iustitia, castitas, cha
ritas, pietas, & quæcunque aliæ sunt quas in-
telligendo vel cogitando enumeramus, di-
scernimus, & definimus. Porrò anima nõ est
corpus, quia non omnis similitudo corporis
corpus est. Dormienti enim tibi in somnis ve
lut corpus apparebit, neq; id corpus tuũ sed
aĩa tua, nec verum corp⁹, sed similitudo cor-
poris tui. Iacebit. n. corpus tuum, ambulabit
ipsa. Tacebit lingua corporis tui, loquetur ip
sa. Clausi erunt oculi tui, videbit ipsa, & ita
in ea tota & integra cernetur similitudo car-
nis tuæ. In hac similitudine quasi per loca co
gnita vel incognita discurrit, & sẽtit læta vel
tristia. Aĩa etiam mortui sicut dormientis in
ipsa similitudine corporis sui sentit seu bo-
na seu mala, non sunt tñ corporalia, sed cor
porib. similia, q̃b. aĩæ corporib. exutæ affi-
ciuntur seu bene seu male, cum & ipsæ suis I
corporib. similes sibimet appareant. Sunt tñ
& vera lętitia & vera molestia facta de sub-
stantia spiritali in substantia spiritali. Certũ
nempe est quandam spiritalem naturam esse
in nobis, vbi corporalium rerum similitudi-
nes aut formantur aut formatæ ingeruntur,
siue cum præsentia aliquo sensu corporis tã-
gimus, & continuo eorum similitudo in spi-
ritu formatur, & in memoria recõditur, siue
cum absentia iam nota, vel quæ non nouim⁹
cogitamus, vt inde formetur quidem spirita
lis intellectus. Innumerabilia etiam pro arbi
trio & opinione fingimus, quæ vel nõ sunt,
vel esse nesciuntur. Innumerabiles quoque
& varię formæ rerum in animo nostro ver-
santur, vel cum aliquid facimus vel facturi
sumus, aliquo etiam spiritu rapiente tollitur
aĩa in huiusmodi videnda seu bona seu ma-
la. Nimia quoque intentione cogitationis
vel aliqua vi morbi, vt phreneticis per febrẽ
accidere solet, seu commixtione alterius cu-
iusdam spũs seu boni seu mali, ita corpora-
lium rerum imagines in spũ exprimuntur tã
quam corpora ipsius corporis sensibus præ
sentent, vt absentia videant adesse tanquam
pñtia, & q̃ non sunt tanquam præ oculis as-
sint. A dormientibus etiã multa vidẽtur, vel
nihil vel aliquid significãtia. Vnde sæpe ima
gines rerum corporalium tanta illis expres-
sione repræsentantur in somniis, quanta ipsa
corpora præsentantur vigilantibus, vt inter K
visionem dormientium & verã commixtio-
nẽ vigilantiũ non descernatur, sed cõtinuo
eis caro moueatur, & cõtra propositũ suum
vel contra licitos mores concumbere videa
tur, & quod naturaliter collectũ est per geni
tales vias emittat. Hũc motũ casti vigilantes
cohibent

cohibent & refrenant. Dormientes autem
ideo nō pñt, quia in potestate non hēnt ima
ginis corporalis expresſionem, qua caro na-
turaliter mouet, & ſequit quod coitū ſequi
ſolet, & qđ ſine peccato a vigilātib. fieri non
pōt. Sic in ſpū, & corporaliū rerū imagines
apparent, & multa pro arbitrio fingūtur, vel
præter arbitriū demonſtrant. Ipſa nanq; aīa
quę motu proprio ſp in motu eſt, quia per
corpus non finit, vel nō plene finit corpora
lia ſentire, vel ad corporalia vim ſuæ intētio
nis dirigere, corpore ſopito, ſpū corporaliū
ſimilitudines aut ipſa agit, ſicut & imagines
corporū cogitando ex ſeipſa verſare aſſolet,
aut obiectas intuetur, cum in eas videndas
L aliquo ſpiritu aſſumit. Aīa eſt ſubſtantia ſpi-
ritalis, ſimplex, indiſſolubilis, incorporea,
paſſibilis, atq; mutabilis, carens pondere, fi-
gura, & colore. Non eſt credenda pars, ſed
creatura Dei, nec ēt de ſubſtātia Dei, vel de
qualibet elementorū materia, ſed ex nihilo
eſt creata. Si.n. ex ſemetipſo eā Deus feciſſet,
neq; aq̄ vitioſa, aut mutabilis, aut miſera eſ-
ſet. Si aūt ex elementis facta fuiſſet, eſſet cor-
porea, cū ſit incorporea, ignotā habens ori-
ginem, initium habet, finē non habet. Et cum
ſit ſpiritalis naturæ, nihil hēt mixtū cōcretū-
que terrenū, nihil humidum vel aereum, vel
igneū, Nullū hēt colorē, nullo loco cōtinet,
nullis mēbris circūſcribit, nullo ſpatio finit,
ſed ita eſt cogitāda & intelligēda, ſicut ſapiē
tia, iuſtitia, & cæteræ virtutes ab omnipotēte
creatæ. Natura aīæ inuiſibilis eſt, iō inuiſibili
ter in corpore manet, & de corpore inuiſibi
liter egredit. Per corpus corpora videt, ſicut
cęlū & terrā, & q̄ in eis cōſpicua ſunt oculis
noſtris. Spū aūt corporū ſimilitudines intue
tur. Quicqđ.n. corpus nō eſt, & tñ aliqđ eſt,
recte iam ſpūs dr. Idcirco quadam vi occul-
M ta & ſpiritali rapit aīa, vt vice corporum ex-
preſſas corporaliū rerū ſimilitudines in ſpū
videat. Sed intellectu, ea, q̄ nec corpora, nec
corporum formas habent cōſpicit, ſicut eſt
iuſtitia, & ſapientia, & velut ipſa mens, &
omnis aīæ affectio bona. Iſta tria genera viſio
num manifeſta ſunt. Primum corporale, quo
per corporis ſenſus corporalia ſentiuntur.
Secundum ſpiritale, quo corporum ſimilitu
dines ſpiritu, non mente cernuntur. Tertium
intellectuale, quo illę res, quæ nec corpora,
nec corporum formas habent conſpiciunt.

*De multi plici uiſu aīæ. c. 24*

*Tria genera uiſionum aīæ.*

Intellectuali viſione nunquā fallitur anima,
aut.n. intelligit & verum eſt, aut ſi verum nō
eſt, non intelligit. In viſione aūt corporali ſæ
pe fallit aīa, cum in ipſis corporib. fieri pu-
tat, qđ fit in corporis ſenſib. Sicut nauigātib.
vident in terra moueri, quæ ſtant, & intuenti
bus cœlum ſydera ſtare, quæ mouentur, &
diuaricatis radiis oculorum res vna duas for
mas hēre vr̄, & vnus homo duo capita, & in
aqua remus īfractus, & multa huiuſmodi. In A
viſione etiam ſpiritali aīa fallitur, & illudit,
qm̄ ea, quæ videt aliquando vera, aliqñ falſa,
aliquando perturbata, aliquando tranquilla
ſunt. Ipſa aūt vera aliquando futuris omnino
ſimilia, vel aperte dicta, aliqñ obſcuris ſigni
ficationib. & quaſi figuratis locutionib præ-
nunciata. In ecſtaſi vero qñ ab omnib. cor-
poris ſenſib. alienatur, & auertitur aīa am-
plius quam in ſomno ſolet, ſed minus quam
in morte, non fallitur. Sed ipſa mente diuini
tus adiuta, vel aliquo ipſa viſa exponente, ſi-
cut in Apocalypſi Ioanni exponebatur, ma-
gna reuelatio eſt. Cum enim bono ſpiritu aſ
ſumitur anima, falli non poteſt, quia ſancti
angeli miris modis viſa ſua facili quadam ac
præpotenti vnione vel commixtione noſtra
eſſe faciunt, & uiſionem ſuam quodam ineſ-
fabili modo in ſpiritu noſtro informant. Ipſi
ſiquidem his corporalibus iudicandis, atque
miniſtrandis præſunt, & eorum ſignificati-
uas ſimilitudines in ſpiritu ita diſcernunt, &
tanta potentia quodammodo tractant, ut eas
etiam poſſint hominum ſpiritib. reuelando
miſcere. Inde eſt q̄ angelus domini apparuit
in ſomnis Ioſeph dicens, Noli timere accipe
re Mariam coniugem tuam. Et iterum, Tolle
puerum & matrem eius, & fuge in Aegyptū.
Deus etiam per prophetam dicit, Effundam B
de ſpiritu meo ſuper omnem carnē, & iuue-
nes uiſiones uidebunt, & ſenes ſomnia ſom-
niabunt. Sunt & alia uiſa uſitata, & humana,
quæ uel ex ipſo ſpiritu noſtro multipliciter
exiſtunt, uel ex corpore ſpiritui quodammo
do ſuggeruntur, ſicut fuerimus affecti a car-
ne uel animo. Non enim ſolū uigilantes ho-
mines curas ſuas cogitando uerſant in ſimili
tudinibus corporum, uerumetiam dormien
tes hoc ſæpe ſomniant quo indigent. Nā &
negocia ſua gerunt ex animi cupiditate, &
epulis & poculis inhiant inſtāter, ſi forte eſu
rientes ſitientesque dormierint. Vigilantib.

*De ecſta[ſi]*

*Mat. 1.*

*Mat. 2.*

*Iohel. 2.*

*Alia uiſionum genera.*

etiam occulto quodā instinctu ingestas esse
[Ioan.] 11. cogitationes quas diuinarent nouimus. Sicut Caiphas pōtifex prophetauit, cum eius intentio profetandi voluntatē non haberet. Multa videt aīa, & eadē natura est oīum visionum, siue in vigilantib. siue indormientib. siue in ægrotantib. qm̄ nō ex alio gn̄e sunt quę vidētur, q̃ ex natura spūs de quo vel in quo fiunt similitudines corporū. Visa siquidē phreneticorū similia sunt visis somniantiū, obturatas namq; vias sentiendi habent, vt videant quod somniātes vident. Visa ēt somniū similia sūt cogitationib. vigilantium. Dormientib. q̇ppe in cerebro consopit via sentiendi, quę intentionem ad oculos ducit. Ideoq; ipsa intētio in aliud versa, cernit visa somniorū tanquā C spēs corporales assint, vt sibi dormientes vigilare videant, & nō similia corporib. sed ipsa corpora intueri se putent. Ego aūt multo amplius admiror, & vehemētius stupeo, q̃ta celeritate ac facilitate in se aīa fabricet imagines corporū, quas per corporis oculos viderit, q̃ pheneticorū vel somniantiū, vel ēt in ecstasi visiones. Quęcunq; tn̄ illa natura visorum & proculdubio corpus non est. Non. n. corpora visa illas imagines in spū faciūt, nec eam vim habent vt aliud spiritale forment, sed ipse spūs in seipso celeritate mirabili, vtpote spiritalis, intellectualis, & rationalis.

*Quinque sunt genera somniorũ. c.25.* Oīum quę sibi videre vident dormiētes, q̄nque sunt gn̄a, videlicet, Oraculū, visio, somniū, insomniū, & phantasma. *Oraculũ.* Oraculū est, cū in somis parens vel aliqua sancta grauisq; p̄sona seu sacerdos vel ēt Deus euenturū aliq̄d aperte vel non euenturū, faciendum vel deuitandum denunciat. *Visio.* Visio est, cum id quod videt quis, eodē modo quo apparuerat euenit. *Somnium.* Somnium est figuris tectū, & sine interpretatione intelligi non potest. *Insomniũ.* Insomnium est qn̄ id quod fatigauerat vigilantē ingerit se dormiēti, sicut est cibi cura vel potus, vel aliqua studia, vel artes, vel infirmitates. Secundum D nanque studia quę q̄sq; exercuit somniat, & solitarum artium simulacra in pręsentia mētis impressa apparent in somnis. Iuxta etiam infirmitatum diuersitates diuersa accidunt somnia. Etiam s̄m morum & humorum varietates variantur & somnia. Alia nanque vident sanguinei, alia cholerici, alia phlegmati, Et cum illi vident rubea & varia, isti nigra & alba. *Phantasma.* Phantasma est, qn̄ qui vix dormire cœpit & adhuc se vigilare ęstimat, aspicere vr̄ irruentes in se, vel passim vagantes formas discrepantes & uarias, lętas uel turbulētas. In isto genere est ephialtes, quem publica persuasio quiescentes opinatur inuadere, & pondere suo pressos ac sentiētes grauare. Quod non est aliud q̃ quędā fumositas à stomacho uel a corde ad cerebrum ascendēs, & ibi uim aīalem comprimens. *ἐφιάλτης quasi insultator dictus.*

*Spectra. Cap. 26.* Dicit etiam humana opinio, ꝙ quadā arte mulierū & potestate dæmonum hoīes conuerti possint in lupos & iumenta, quæq; necessaria portare, & post peracta opera iterū ad se redire, nec fieri in eis mentē bestialem, sed rōnalem humanamq; seruari. Hoc sic intelligendū est, qm̄ dæmones naturas non creant, sed aliquid tale facere pn̄t vt videantur esse quæ non sunt. E Nulla. n. arte vel potestate aīus, sed nec corpus q̇dem aliqua rōne in membra vel in lineamenta bestialia veraciter conuerti potest. *Quõ illudant Dæmones.* Sed phātasticum hominis quod etiam cogitando siue somniando per rerum innumerabilium genera variat, & cū corpus nō sit, corporum similes formas mira celeritate capit. Sopitis aūt & oppressis hoī sensib. corporeis, ad aliorum sensum figura corpora perduci potest, ita tn̄ quod corpus ipsum hoīs alicubi iaceat, viuens q̇dem sed multo grauius atq; oppressius q̃ somno suis sensib. obseratis, phantasticū aūt illud veluti formatū in alicuius aīalis imaginem, alienis sensib. appareat, talisq; homo sibi videat, qualis sibi videri posset in sōnis, portare onera. Quę onera si vera sunt corpora, portantur a dæmonibus, vt illudatur hominib. partim vera onerum corpora, partim falsa iumentorum cernentibus. *Spūs quidem afficiūt mētem hoīs, sed solus Deus implet. c.27* Humanum spiritum aliqn̄ bonus, aliquando malus assumit spiritus, nec facile discerni potest a quo spiritu assumatur, nisi quia bonus instruit, malus fallit. Fallit autem F sæpe in manifestis bonis, vt cum sibi in eis creditum fuerit, ad sua seducat. Sic plerūque humanum spiritum rapit, vt quadam occulta mixtura quasi idem spiritus esse videatur, & spiritus patientis, & spiritus vexantis, vt in dæmoniacis videmus. Animam tamen hominis, idest mentem, nulla creatura iuxta substantiam implere potest, nisi sola trinitas. *τὸ ἡγεμονικόν.* Implere autem dicitur satanas, mentem alicuius & principale cordis, non ingrediens quidem in eum & in sensum eius, sed fraude

&

& iniquitate, atque omni malitia illum alliciens, atq; se ducens affectu malitiæ, trahit p cogitationes & incẽtiua vitiorũ, qb. ipse plenus est, vtpote fallax nequã & fraudulentus deceptor aïarum. Non.n. participatione naturæ seu substãtiæ, vt qdam putant, aĩam implet diabolus, aut eius habitator efficitur, sed per fraudulẽtã deceptionẽ atq; malitiam, in eo habitare dr̃ quem implet. Solius. n. trinitatis est intrare & implere naturã siue substãtiã q̃ creauit. Dæmones, & acrimonia sensus, & celeritate motus aerei corporis, terrenorum corporum sensum facile præcedunt, & q̃dã cogitata prænunciant quæ hoĩes mirant̃ pp tarditatem terreni corporis. Accessit aũt dæmonib. per tam longum tp̃s, quo eorum vita protenditur, rerum longe maior experientia q̃ hominib. potest euenire pp breuitatem vitæ. Idcirco q̃dam futura prædicunt & q̃dam mira faciunt, qb. homines alliciunt & seducunt. Vnde q̃dam mulierculæ post satan conuersæ, dæmonum illusionib. & phãtasmatib. seductæ, credunt se & profitentur nocturnis horis cũ Diana Paganorũ dea, vel cũ Herodiade & Minerua & innumera mulierũ multitudine eq̃tare, earũq; iussionib. obtẽperare. Ipse nanq; Satanas, qui transfigurat se in angelum lucis, cum mentem cuiusq; mulierculæ ceperit, & hanc sibi per infidelitatẽ subiugauerit, ilico trãsformat se in diuersarum personarũ spẽs ac similitudines, & mẽtem q̃ captiuam tenet in somnis deludens, mõ læta & modo tristia, mõ cognitas, mõ incognitas p̃sonas ostẽdens per deuia quęq; deducit. Et cum solus hoc patitur spũs infidelis, nec in aĩo sed in corpore euenire opinatur, idcirco nimis stultus & hebes est qui hæc omnia quæ in spiritu fiunt etiam in corpore accidere arbitrat̃, cum Ezechiel & alii Prophetæ, etiam Euangelista & Apostoli in spiritu, non in corpore visiones viderint. Cum homines mortui, siue viui, hominib. dormientib. vel vigilantib. apparent, non in ipsis reb. vt sunt videntur, sed in quibusdam similitudinibus rerum. Istud autem angelicis operationib. fieri credimus, per dispensationem prouidentiæ Dei bene vtentis bonis vel malis secundum inscrutabilem altitudinem iudiciorum suorum, siue hinc instruantur mentes mortaliũ, siue fallantur, siue consolentur, siue terreantur sicut vnicuique vel pr̨ebenda est miseri-

G

*Dæmonũ experientia. c. 28.*

*Sagæ.*

*2. Co. 1.*

H

*Mortuos, nõ ignorare, q̃ hic aguntur. Cap. 29.*

cordia, vel irroganda iustitia, ab eo cui misericordiam & iudicium non inaniter decantat Ecclesia. Ibi siq̃dẽ sunt spũs defunctorũ, vbi nõ vident neq; audiunt q̃ agunt̃ aut eueniunt in ista vita hominib. Ita tñ est eis cura de viuis, q̃quam qd agant oĩno nesciant, quẽadmodum cura est nobis de mortuis, q̃uis quid agant vtiq; nesciamus. Nesciunt qdem mortui qd hic agatur, sed dum hic agit̃, postea audire pñt ab eis qui hinc moriendo ad eos pergunt, non qdem oĩno, sed quantum sinitur eis indicare & eos oportet audire. Scire etiam pñt ab angelis qui hic nobis præsto sunt, & * aĩas nostras ad illos deferunt. Spũ etiam Dei reuelante cognoscere pñt quę hic agũtur quæ necessarium est eos cognoscere. Quidã etiam ex mortuis ad viuos rapi pñt, non per propriam naturã, sed per diuinã potẽtiam. Verumtñ an ista fiãt per eorũ pręsentiam, aut per angelos suscipientes eorum p̃sonam, affirmare non audeo. Deus.n. omnipotẽs qui est vbiq; præsens, per angelica ministeria vsquequaque diffusa potest præbere ista hominib. solatia qb. in huius vitę miseria iudicat esse præbenda. Potentiæ aĩæ atque virtutes longa exercitatione & successu temporum crescunt. Ipsa vero nec crescit nec decrescit, sed aut imparilitate membrorũ, aut humorũ crassitudine & eorum corruptione præpedita, vires suas exercere nõ potest. Aĩa carne exuta viuit, videt, audit, & omnes sensus atq; ingenia viuaciter tenet, vtpote pura, subtilis, cita, & p̃petua. Et sicut Deus vbique in semetipso est, sic aĩa vbique quodammodo in semetipsa est, ac per hoc ibi erit anima post corpus, vbi erat agens in corpore. Ibi Deus est modo, vbi erat priusquam mundus fieret, vbi etiam foret si mũdus desineret esse. Sicut sæpe dictum est, incorporea est anima, potest tñ habere similitudinem corporis, nõ corporalem, sed corpori similem, & corporalium omnino mẽbrorum, cum de corpore egreditur. Sic. n. aut ad spiritalia pro meritis fertur, aut ad loca pœnalia similia corporalibus, qualia sępe demonstrata sunt iis qui rapti sunt à corporis sensibus, & mortuis similes iacuerunt, cum & ipsi in seipsis gererent quandam similitudinem corporis sui, per quam possent ad illa ferri, & talia similibus sensibus experiri. Animæ siquidem quæ in corporibus viuentes per dilectionẽ

*Ps. 100*

I

*a. l. ...*

*Vires aĩæ. Cap. 30.*

K

rerum

rerum visibilium corporalibus imaginibus afficiunt, à corporibus exeuntes in eisdẽ imaginibus tormenta patiunt. Propterea.n. corporalibus passionibus ibi teneri pñt, quia à corruptione corporaliũ affectionũ hic mundatę nõ fuerũt, quã corpulentiã de carnis dilectione* traxerũt. Quędã aũt animæ in eisdẽ locis in quibus culpã cõmiserũt puniũt, quædã vero abditis receptaculis vsq; ad vltimã resurrectionẽ continent, sicut digna est vnaquęq; requie vel miseria. Multa de anima dixi, sed nõdũ dixi qñ facta est, vel qñ de corpore egredietur. Qđ primũ posui, postea dicã: ꝙ est vltimũ hoc nõ dicere possum, quia nec initiũ meũ nec finẽ scio. Nescio vnde venio, aut quo vado: sed planè scio, ꝙ mortales sumus; & velimus, nolimus, oẽs moriemur. Nihil.n. morte certius, & Nihil incertius hora mortis. Nã nescimus qñ, aũt qũo, aut vbi moriemur, qm̃ mors vbiq; nos expectat. Idcirco semper debemus esse parati, vt cũ corpus reuertet ad terrã de qua sumptũ est, spũs redeat ad eũ qui dedit illũ. Illud siquidẽ nos maxime mouere debet, ꝙ à veteribus sapientibus ita hõ definitus est, Homo est animal rõnale mortale. Hoc genere posito, ꝙ animal dictũ est, additas duas differentias videmus, quibus admonẽdus erat hõ, & quo sibi esset redeũdũ, & vnde fugiẽdũ. Sicut enim ꝓgressus aiæ vsq; ad mortalia lapsus ẽ: sic regressus eius in rõnẽ esse deberet, qua impugnantibus vitijs resistere valeat, vt secũdũ naturã suã viuat, & ordinari appetat, sub illo videlicet a quo regi debet, & supra ea quæ regere debet. Vno verbo, ꝙ rationale dicit, separatur à bestijs. Alio ꝙ mortale, separatur à diuinis. Illud nisi retinuerit, bestia erit: hinc nisi se auertit, ad diuina nõ perueniet. Idcirco vt hõ sibi incognitus cognoscat se, magna opus habet cõsuetudine recedẽdi à sensibus vt animũ ad se colligat, & in seipso retineat. His siquidẽ sensib. impeditur anima ne cernere semetipsam valeat & creatorẽ suum, quẽ sola & simplex sine istis oculis intueri debet. Anima nãq; rationalis inter eas q̃ sunt à Deo conditę, superat omnia, & ideo proxima est qñ est pura, eiq; inquantũ charitate cohæserit, intãtũ ab illo lumine intelligibili perfusa quodammõ & illustrata, non per corporeos oculos, sed per sui ipsius principale, idest, ꝑ intelligentiam Deum cernit, in quo est perfectissima pulchritudo & beatissima visio, qua uisione fit beata. Remoueat ergo a consideratione sua oẽs notitias, q̃ per corporis sẽsus extrinsecus capiunt. Quę nanq; corpora l a, eorũq; similitudines, sensus quoq; & imaginationes in memoria infixę, cũ recordando reminiscũtur, ad exteriorẽ hominẽ ꝑtinẽt, quanquã istis quasi nuncijs anima exteriora ꝑcipiat. Mens ergo cui nihil seipsa prę sentius est, quadã interiori, nõ simulata, sed vera pñtia, videat se in se. Nihil.n. tam nouit mẽs, q̃ id qđ sibi præsto est. Nec magis mẽti quicq̃ prę sto est, q̃ ipsa sibi. Nã cognoscit se viuere, se meminisse, se intelligere, se velle, cogitare, scire, iudicare. Hæc oĩa in se, nec imaginat quasi extra se illa aliquo sensũ corporis tetigerit, sicut corporalia quęq; tangũtur. Ex quorũ cogitationib. nihil sibi affingat vt tale aliquid se eẽ putat. Quicquid ei de se remanet, hoc solũ ipsa est. Nihil.n. tã ĩ mẽte est q̃ mẽs: nec quicquã sic mẽte cognoscit queadmodũ mẽs. Cũ.n. q̃rit mẽs q̃d sit mẽs, ꝓfecto nouit ꝙ seipsam q̃rit, & nouit, ꝙ ipsa sit mẽs q̃ seipsam quęrit. Nõ.n. aliunde se quęrit q̃ in seipsa. Cũ ergo q̃rẽtẽ se nouit, se vtiq; nouit. Et oẽ quod nouit, tota nouit, atq; ita totã se nouit. Et si patre inuenta nõ se totã quærat, tamen quia se tota quærit, tota sibi præsto est. Nihil enim sibi seipsa prę sentius esse potest. Quod autem quærit de se quid antea fuerit, vel quid futura sit, vel qualis mõ sit, q̃rit, idest, q̃ similis vel q̃ dissimilis Deo, q̃ humilis & deuota, q̃ pura, q̃ sancta. Sed qa in istis est corporalibus, quæ cũ amore cogitat, & cũ quibus amore assuefacta est, non valet sine imaginibus eorũ videre semetipsã vel esse in seipsa. Nã tanto glutino amoris ei cohæserũt hæc q̃ foris sunt corporalia, vt ẽt cũ absint ista, præsto sint imagines eorũ cogitanti. Quapropter secernere eas à se nõ põt, vt se solam inspiciat & videat. Redeat ergo ad se, & stet in se, nec sicut absentẽ se quęrat, sed velut præsentẽ se curet cernere, & discernere, & intentionem voluntatis qua per alia vagabatur, statuat in seipsa, & se cogitet vt seipsam cognoscat & diligat. Ita videbit qđ nunquam se non amauerit, nunquam nescierit: sed alia secum amando cum eis se confundit, ita vt sine magno labore ab eis separari non possit, quibus cum amore inhæsit. Propterea phantasijs corporalium imaginũ de-

Marginalia (left column): l. de ... poris. / l. dele... ione. / Homo ... alis. / c. 31. / L / l. 12. / ... minis ... initio. / M / dignit. ani. / c. 32

Marginalia (right column): A / Animæ coniũctio cũ corpore. / B

deformaꝛ̃, eiſdemq; alte impreſsis, ẽt ſoluta
à corpore non exuitur. Si.n.à corporaliũ af-
fectionũ corruptione hic nõ mundaꝛ̃,corpo
re exuta corporalibus tenetur paſsionibus.
Studeat, ergo in hac vita ſe mũdare ab huiuſ
modi feculẽtia,quatenus cũ hinc exierit,ni-
hil corporeũ ſecũ trahat,& à corporali paſ-
ſione immunis exiſtat.Viuificatione & ſenſi-
C ficatione deſcẽdit anima ad corpus . Prę́ſen-
tia nanq; ſua illud viuificat colligit in vnum
atq; in vno tenet,defluere atq; contabeſcere
nõ ſinit, congruentiã modũq; eius cõſeruat,
nõ tm̃ in pulchritudine, ſed ẽt creſcẽdo atq;
gignẽdo . Intendit ẽt anima ſe in tactũ,& eo
calida & frigida,aſpera & lenia,dura & mol
lia, grauia & leuia ſentit atq; diſcernit. Dein
de innumerabiles differẽtias ſaporũ,odorũ,
ſonorũ,atq; formatũ,guſtando,olfaciendo,
audiendo videndoque diiudicat, atq; in his
omnibus ea,q̃ ſcd̃m naturã corporis ſui ſunt
appetit,fugitq; contraria. Remouet ſe ab his
ſenſibus certo interuallo tporum , & eorum
motus quaſi ꝑ quaſdã ferias reparãs , rerum
imagines quas ꝑ eos hauſit ſecũ cateruatim
& multipliciter verſat.Cũ ergo vult intellige
re,vel diuina,vel Deũ,vel ſeipſam ſuaſq; cõ
ſiderare virtutes,abſtrahit ſe ab omnib. cor-
poris ſenſibus,quibus non adiuuatur niſi ad
corporeas formas coloreſq; ſentiendos,ſpũ
ac rõne ſe cõſpicit, meditatione,atq; contẽ-
platione ad Deũ aſcendit, Deus vero reuela
tione atq; diuina inſpiratione ad eã deſcẽdit.
Meditatio ſiquidẽ eſt occultę veritatis ſtudio
ſa inueſtigatio. Cõtẽplatio ꝑſpicuæ veritatis
iucunda admiratio . Illã nanq; diuina illumi
nat reuelatio,vt veritatẽ cognoſcat:iſtã vero
diuina inſpiratio inflãmat,vt eã diligat. Cor
pus aũt ſenſu & imaginatione ad ſpm̃ aſcen-
dit.Humanũ ſiquidẽ corpus ex quatuor ele-
mẽtis cõpoſitũ eſt,ſed in carne, & oſsib.ter-
ra maxime apparet ꝑꝑ terrenã ſoliditatem,
Aqua in humoribus,Aer continꝛ̃ in pulmo-
ne,idcirco ſemper in motu eſt,quia ventila-
brũ cordis eſt,ne nimio calore cõſumaꝛ̃ cor
D & diſſoluatur.Sedes ignis eſt in corde , & iõ
inferius eſt latũ & ſuperius acutũ,quã formã
ignis retinet. Quædã vis ignea aere tempera
ta à corde ad cerebrũ aſcendit , tanquam in
cęlum corporis noſtri : ibique purificata &
colata per oculos, aures,narres: cęteraq; in-
ſtrumenta ſenſum,foras progreditur,& con

*Meditatio & cõtẽplatio quid ſint. De corporis materia.c.33.*

tactu exteriorum formata quinq; ſenſus cor
poris facit.viſum videlicet , auditũ, guſtum,
odoratum,& tactum: qui tangendi ſenſus ab
anteriori parte cerebri ad poſteriorem tran-
ſiens & inde per ceruicẽ & medullam ſpinæ
deſcendens per totum corpus diffundiꝛ̃,Por
ro ipſa vis ignea q̃ exterius formata ſenſus
dr̃ eadẽ formata ꝑ ipſa ſenſuum inſtrumenta
per q̃ egrediꝛ̃ & in quibus formatur, natura
operante introrſum ad cellam phantaſticã
vſq; retrahitur & reducitur, atq; imaginatio
efficitur. Poſtea eadem imaginatio ab ante-
riori parte capitis ad mediũ tranſiens, ipſam
animę rationalis ſubſtantiã contingit , & ex-
citat diſcretionẽ:intm̃ iam purificata, & ſub E
tilis effecta,vt ipſi ſpiritui immediate coniun
gatur,veraciter tñ naturam corporis retinẽs,
& proprietatẽ. Quæ quidem imaginatio in
brutis animalibus phantaſticã cellã non tran
ſcendit . In rõnalibus aũt purior fit,& vſque
rõnalem & incorporeã animæ ſubſtãtiã cõtin
gendã defertur & progreditur.Eſt itaq; ima-
ginatio ſimilitudo corporis, per ſenſus qui-
dẽ corporeos , ex corporũ contactu conce-
pta extrinſecus atq; per eoſdẽ ſenſus intror-
ſus ad partẽ puriorem corporei ſpũs reducta
eiq; impreſſa , in ſummo.ſ.corporalis ſpiri-
tus in imo rationalis,corporalẽ informãs,&
rationalẽ contingens . Spm̃ corporeũ voco
aerẽ vel potius ignẽ,qui præ ſui ſubtilitate vi
deri non poteſt, & corpora interius vegetan
do viuificat. Quędã aũt vegetat tm̃ & ſenſifi-
cat, ſicut arbores herbas, & vniuerſa in terra
germinãtia.Quędã ſenſificat,& vegetat,ſicut
omnia bruta animalia.In quibus quædã tan-
tum ſenſum habent , & imaginationem non
habẽt . Quędã ſenſum & imaginationem ha-
bẽt . Cũ itaq; magis ſit ſenſificari q̃ vegetari
tantũ conſtat profecto hanc vim ſubtiliorẽ
eſſe , & vbi magis ſubtilis eſt , magis ſpiritus
eſt . Magis ſiquidẽ incorporeæ naturę appro
pinquat cũ imaginationem format, q̃ cũ ſen
ſum pręſtat.Nihil.n.in corpore altius vel ſpi
ritali naturę vicinius eſſe põt,quã id vbi poſt
ſenſum vel ſupra ſenſum vis imaginandi cõ-
cipitur,quod quidẽ intantũ ſublime eſt,vt q̃c
quid ſupra illud eſt , aliud non ſit quam ra-
tio.Anima nominatur, totus homo interior,
quia viuificatur , regitur,& continetur lutea
illa maſſa humectata ſuccis ne arefacta diſ-
ſoluatur . Dum ergo viuificat corpus anima
eſt:

*Quinq; ſenſus vnde formentur. Imaginatio vnde efficiatur. Vis diſcretiua.*

*Spiri[tus] corpore[us]*

*Varia nomina [ani]mæ p[...]rium [...]rietat[...] Cap.*

est: dum vult, animus est: dum scit mens est, dum recolit, memoria est, dum iudicat, ratio est, dũ spirat vel contẽplatur, spũs est, dũ sentit, sensus est. Nã inde sensus anima dr̃, pro ijs quæ sentit, vnde & sñia nomẽ accepit. Habet ẽt corpus quinq; sensus, qui ex eo dicti sunt, quia per eos anima totũ corpus subtilissime agitat vigore sentiendi, ita aũt hæc omnia adiuncta sunt animæ, vt vna res sit: pro ef-
G ficientijs tñ causarum diuersa nomina anima sortita est. In essentia nanq; est simplex, in of-
*Memoria quid est.* ficijs multiplex. Memoria ẽt mens est, vnde & immemores amentes dicuntur. Omniũ rerũ thesaurus & custos est memoria, nec enarrari potest, tã grandis est eius perplexitas, &
E animus ipsa est. Nec aliud significo q̃ animã cũ mentem dico: sed pp aliud animã, & pp aliud mentẽ. Nam totũ ꝙ viuit, hominis anima est. Cum aũt anima in se agit se, & ex se, & per se, sola mens dici solet. Sensus vero ad sua ministeria implenda, consuetius anima
*Ioan. 10.* dr̃. Spiritum idẽ esse ꝙ animam Euangelista pronunciat dicens, Potestatẽ habeo ponendi animã meam, & rursum potestatẽ habeo sumendi eã. De hac quoq; ipsa dñi anima passionis tẽpore, memoratus Euãgelista ita protulit dicens, Et inclinato capite emisit spm̃.
*Ioan. 19.* Quid est.n. aliud emittere spm̃, nisi ꝙ animã ponere? Sed anima dicta est pro eo ꝙ viuit,
*Spiritus animus cor anima idem sunt.* Spiritus aũt, vel pro spiritali natura, vel pro eo ꝙ spirat in corpore. Item animũ idem dicimus esse ꝙ animã, sed anima vitæ, animus est consilij. Vnde aiunt Philosophi, & sine animo vitam manere, & sine mente animam durare, sicut in amentibus. Ad mentem.n. pertinere vr̃ vt sciat, ad animũ vt velit. Pueri ẽt in genitricis vtero, sine scientia & voluntate viuunt. Mens aũt vocata est ꝙ emineat in anima, vel ꝙ meminerit. Quapropter non aïa, sed ꝙ excellit in anima, mens vocatur tanq̃ caput vel oculus. Vnde & ipse homo secundũ mentem imago Dei dr̃. Mens nanq; ex eo dicta est, ꝙ emineat in anima, pstantior siqui-
H dem vis animæ est, a qua procedit intelligen-
*Ratio quid sit.* tia. Ratio siquidẽ est animi motus, visum mẽtis acuens, veraq; a falsis distinguens. Redeat ergo mens ad se rationalis, & colligat se in se, vt sine imaginibus corporeis seipsam, & omnipotentis Dei inuisibilẽ naturam considerare valeat, terrenarũ phantasmata imaginũ, & quicquid terrenũ cogitationi eius occurrerit, respuat: & talẽ se intus quærat & videat qualis est sine istis, consideret se talem, qualis sub Deo super corpus creata est. Dein de supra semetipsam surgat, & seipsam deserat, atq; quodãmodo in obliuionẽ sui veniat & se contẽplationi sui creatoris humiliter & deuote subijciat. Cũ.n. cęperit mens per purã intelligentiã semetipsam exercere, & illã incorporeæ lucis claritatẽ tota intueri, & ijs q̃ intrinsecus videt quendã intimæ suauitatis I
saporẽ trahere, & ex eo intelligentiã suã condire & in sapientiã vertere, in tanto hoc mẽtis excessu, pax illa quæ exuperat omnẽ sensum, inuenitur atq; obtinetur: vt fiat silentiũ in cęlo quasi hora dimidia, ita vt contẽplantis animus nulla altercantiũ cogitationũ tumultuatione turbetur, nihil oĩno inueniens, ꝙ vel per desideriũ petat, vel per fastidiũ arguat, vel per odiũ accuset, sed intra trãquillitatẽ contẽplationis totus colligitur, & intromittit in quendã affectũ multũ inusitatũ introrsus ad nescio quã dulcedinẽ, quæ si semper sic sentiretur, profecto magna fœlicitas esset. Nihil sensualitas, nihil agit imaginatio, sed omnis inferior vis animæ proprio interim viduatur officio. Purior aũt animæ pars in illud intimæ quietis secretũ & summæ trãquillitatis arcanũ fęlici iucunditate introducitur. Viuus quidẽ est sermo Dei, & efficax, *Heb. 4.*
& penetrabilior omni gladio ancipiti pertingens vsq; ad diuisionẽ animæ & spũs. Et ideo nihil in creaturis hac diuisione mirabilius cernitur, vbi id ꝙ essentialiter vnũ est atq; indiuiduũ, in seipsum scinditur, & ꝙ simplex in se & sine partib. constat, quasi quadã partitione diuiditur. Neq;.n. in homine vno, alia essentia est eius spiritus, alia est eius aïa, sed prorsus vna eadẽq; naturæ simplicis substantia. Nõ.n. in hoc gemino vocabulo gemina K
substantia intelligitur, sed cũ ad distinctionẽ ponitur gemina vis eiusdẽ essentiæ, vna superior per spm̃, alia inferior per animã designatur. In hac vtiq; diuisione aïa & ꝙ animale est, in imo remanet, spũs aũt & ꝙ spiritale est, ad summa euolat. Ab infimis diuiditur, vt ad summa sublimet, ab aïa scinditur, vt dño vniatur. Qm̃ qui adhæret Deo, vnus spiritus *1. Cor. 6.*
est cũ illo. Fęlix diuisio, & mirabilis separatio, vbi ꝙ corpulentũ & feculentũ est, deorsum remanet: ꝙ spiritale & subtile est, usque ad speculationem diuinę gloriæ sublimatur,

& in eandem imaginem transformatur. Pars inferior cōponitur ad summā pacē & tranquillitatē: pars aūt superior sublimaẗ ad summā gloriā & iucunditatē. Licet.n.mēs humana non sit eius naturæ cuius est Deus, imago tñ illius naturæ, qua natura nulla melior est, ibi q̄renda & inuenienda est in nobis, quo ēt natura nostra nihil hēt melius: sed prius mēs ipsa in seipsa cōsideranda est, & in ea reperiē-
L da est imago Dei. Mēs igitur qñ cogitatione se conspicit, intelligit se & recognoscit, qñ contēplatione ad Deū ascendit, vt eū intelligat & diligat, imago Dei dicenda est: cogitā-
1.Co.11. do æterna, vir est sicut dicit Apostolus, Vir nō debet velare caput suū, cū sit imago Dei & gloria, i. quāto magis se extenderit in id, ꝙ æternū est, tāto magis inde formatur ad imaginē Dei, & ideo non est cohibenda, vt inde se contineat ac tēperet. Qñ vero ea agit vel cogitat, q̄ sunt tpalia, mulier appellatur, & tunc non est dicenda imago Dei, & ꝑpea debet velare caput suū, ne nimia sit eius ꝓgressio ad inferiora, ne cū licita agit, illicita cōcupiscat. Tanta dignitas humanæ cōditionis esse dignoscitur, vt non solū iubentis sermone, sicut alia sex dierū opera, sed consilio sanctæ Trinitatis, & opere diuinæ maiestatis sit creatus homo: vt ex primæ conditionis honore intelligeret quantū deberet suo conditori, dū tñ in conditione mox dignitatis priuilegiū præstitit ei conditor, & tāto amplius conditorē diligeret, quāto mirabilius ab eo se conditū intelligeret. Nec ob hoc solū quidē, ꝙ ad consiliū sanctæ Trinitatis sic excellenter à cōditore cōditus est, sed ēt ꝙ ad imaginem & similitudinē suā creator omniū eū creauit, ꝙ nulli alteri ex creaturis donauit, q̄ imago diligentius in interioris hominis nobilitate est consideranda. Primo quidē, ꝙ sicuti Deus vnus semper vbiq; totus est, omnia viuificans, mouens, & gubernans, sicut Apo-
Act. 17. stolus ait, ꝙ in eo viuimus mouemur, & sumus: sic anima in suo corpore vbiq; tota viget, viuificans illud, mouens & gubernans.
M Non.n.in maiorib. corporis sui mēbris maior est, nec in minorib. minor: sed ī minimis tota est, & in maximis tota. Sic infusa est corpori, vt nō per mēbrorū partes partib. sit diuisa. Nā in quolibet loco pars corporis percutiẗ, tota dolet. Miro aūt modo, vna eademq; viuificatione mēbris p̄sidens, cū ipsa per naturā nō sit diuersa, per corpus tñ agit diuersa. Ipsa quippe est, q̄ per oculos videt, audit per aures, per nares odorat, per os gustat, ꝑ mēbra oīa tangit, & tangendo lene ab aspe-
ro discernit, & cū non sit diuersa, per sensus A
tñ operatur diuersa. Ex qua re intelligitur, ꝙ ita est anima secundū suū modū in suo corpore, sicut Deus est in suo mūdo. Interius siquidē & exterius, superius & inferius est: regendo superior, portādo inferior, replendo interior, circūdando exterior. Sic est intus vt extra sit, sic circūdat vt penetret, sic p̄sidet vt portet, sic portat vt præsideat. Et sicut Deus nec crescentib. creaturis crescit, nec decrescentib. decrescit: sic anima nec minutis mēbris minuiẗ, nec adauctis augeẗ. Hęc est imago siue similitudo omnipotentis Dei, q̄ aīa habet in se. Quandam ēt habet imaginē sanctæ Trinitatis. Primo in eo, ꝙ sicut Deus est, viuit, & sapit: ita anima secundū suum modū est, viuit, & sapit. Est quoq; & alia Trinitas in ea, quia ad imaginē perfectæ quidē & summæ Trinitatis quæ est in patre & filio & spūsancto, condita est. Et licet vnius sit anima naturæ, tres tñ in se vires habet, i. intellectū, voluntatē, & memoriā, ꝙ idē licet alijs verbis, in Euangelio designatur, cū dr̃. Diliges dñm Mat.
Deū tuū ex toto corde tuo, & ex tota mente tua, i. ex toto intellectu tuo, & ex tota voluntate tua, & ex tota memoria tua. Nā sicut ex patre generatur filius, & ex patre filioq; procedit spūssanctus, ita ex intellectu generatur voluntas, & ex his ambobus procedit memoria, sicut facile à quolibet sapiente pōt intelligi. Nec.n. anima perfecta pōt esse sine his tribus, nec horū trium aliquod sine alijs duobus integrū constat, quantū ad suam pertinet habitudinē. Et sicut Deus pater, Deus filius, Deus spūssanctus: non tñ tres Dij, sed vnus B
Deus & tres personæ: ita aīa intellectus, aīa voluntas, anima memoria: nō tñ tres animæ in vno corpore, sed aīa vna & tres vires. Atq; in his trib. diuinā imaginē gerit mirabiliter ī sua natura nr̃ homo interior, & ex his quasi excellentiorib. animę viribus iubemur diligere conditorē, vt inquantū intelligitur diligatur, & inquantū diligitur semper in memoria habeatur. Nec solū sufficit de eo intellectus, nisi fiat in amore eius voluntas. Imo nec hæc duo sufficiūt, nisi memoria addaẗ, quo sēper in mēte intelligētis & diligētis maneat

Deus:

*De dignitate humanæ cōditionis, cap. 35.*

*Imago Dei in homine.*

Deus: vt ſicut nullũ pot eſſe momentum quo homo nõ fruat̃ Dei bonitate & miſericordia ita nullũ ſit momentum quo pñtem non habeat eũ in memoria. Et ideo iuſte videtur mihi dictũ, noſtrũ interiorẽ hominẽ eſſe imaginẽ Dei. Nunc vero de ſimilitudine aliqua dicamus. Nã ſicut Deus creator qui hominẽ ad imaginẽ ſuã creauit eſt charitas, bonus & iuſtus, patiẽs & mitis, mundus & miſericors & cętera ſanctarũ virtutũ inſignia q̃ de eo leguntur: ita homo creatus eſt vt charitatẽ haberet, vt bonus eſſet & iuſtus, patiẽs atq; mitis, mũdus & miſericors. Quas virtutes quanto quis plus in ſeipſo habet, tanto ꝓprior eſt Deo & maiorẽ ſui creatoris gerit ſimilitudinẽ. Si vero, quod abſit, aliquis per deuia vitiorum & diuerticula malorũ ab hac nobiliſsima ſui conditoris ſimilitudine degener aberrat tũc fiet de eo ꝙ ſcriptũ eſt, Homo cũ in honore eſſet nõ intellexit: & cętera. Quis maior honor potuit eẽ homini q̃ ꝙ ad ſimilitudinẽ ſui cõditoris cõderet̃, & eiſdẽ virtutũ veſtimẽtis ornaretur quib. & cõditor, de quo legit̃, Dñs regnauit, decorẽ indutus eſt. i. omniũ virtutũ ſplendore & totius bonitatis decore ornatus eſt? Vel quod maius homini pot eſſe dedecus aut infelicior miſeria, q̃ vt hac ſimilitudinis gloria ſui conditoris amiſſa, ad informẽ & irrationabilẽ brutorũ iumẽtorũ ſimilitudinẽ dilabat̃? Quapropter, quiſque diligentius attẽdat primę cõditionis ſuę excellẽtiã, & venerandã ſanctæ Trinitatis in ſeipſo imaginẽ agnoſcat honoremq; diuinę ſimilitudinis ad q̃ creatus eſt nobilitate morũ, exercitatione virtutũ, & dignitate meritorũ habere cõtendat: vt qñ apparebit qualis ſit tũc ſimilis ei appareat qui mirabiliter eũ ad ſimilitudinẽ ſuã in primo homine condidit, mirabiliusq; in ſecundo. i. in ſeipſo reformauit. Magna conuenientia eſt inter Deũ & hominis animam. Deus nanq; vita eſt, ſpiritus eſt. ſapiẽtia eſt & amor. Vita etiam anima eſt ſpũs eſt, in quo ſpiritu ſapientia eſt & amor. Vita Deus eſt, vita & anima eſt, ſimilis & diſpar. Similis ꝙ vita, ꝙ ſeipſa viuẽs quod non tantũ viuens, ſed etiam viuificans, ſicut & ille hæc omnia eſt. Diſpar, quoniã ille creator eſt, & iſta creatura. Niſi enim iſta ab illo creata eſſet, non eſſet: & niſi ab illo viuificata, nõ viueret. Viuit anima naturali vita, etiam ſi ſpiritali vita nõ viuat. Sed talis vita mors eſt potius q̃ vita. Qm̃ mors peccatorum peſsima. Anima quidẽ, q̃ ſcd̃m carnẽ viuit, viuens mortua eſt, & ideo bonũ erat illi non viuere quã ſic viuere. Vita anima eſt, viuens quidẽ ſed non aliunde quã ſeipſa, & ob hoc nõ tã viuẽs q̃ vita eſt. Inde eſt, ꝙ infuſa corpori viuificat illud, vt ſit corpus de vitæ præſentia, non vita ſed viuẽs. Creata eſt anima a Deo, vita a vita, ſimplex a ſimplici, immortalis ab immortali, vt non ſit longe a creatore ſuo, cui appropriare videt̃ ſimplicitate eſſentię & ꝑpetuitate vitę. Licet. n. ſpiritaliter nõ viuat immortaliter tñ neceſſe eſt vt viuat. Creata ẽ aĩa magna a magno, recta a recto: eo magna quo capax eſt ęternorũ: eo recta quo appetẽs ſuꝑnorũ: eo beata, quo Deo vnita. Anima nanq; quã Dei pietas reſpicit, humilitas ſubijcit, pęnitentia reducit, iuſtitia deducit, obediẽtia cõducit, ꝑſeuerãtia ꝑducit, deuotio introducit, puritas iungit, charitas vnit. Habet aũt anima in ſe amorẽ quo ſemper pt ſtare cũ Deo, aut redire, ſi mota cũ ſui affectibus, immo defectibus ab eo fuerit. Solus eſt amor ex omnibus animæ affectibus atq; ſenſibus, in quo pot anima, & ſi nõ ex æquo ſuo rñdere authori, vel deſimili mutuã rñdere vicẽ: & ſi minus amat qm̃ minor eſt tñ ſi ex tota ſe diligat, nihil deeſt ubi totũ eſt. Renuncians ergo cũctis affectionibus alijs, tota incũbat ſoli amori, effundens ſe totã in amorẽ illius cui rñdere habet in * redhibendo amore. Amat ſiquidẽ Deus vt ametur, & cũ amat, nõ aliud vult q̃ amari, ſciens ipſos amore beatos qui ſe amauerunt. Per amorẽ venit ad homines, factus eſt homo, & delitiæ illius cũ filijs hominũ. Noſtrę vero delitiæ erũt cũ ad eũ veniemus & videbimus eũ ſicuti eſt, atque ſimiles ei erimus. Tũc erit manifeſta viſio, plena cognitio, vera dilectio, firma coniunctio, ſocietas indiuidua, ſimilitudo perfecta, & vita beata, in æternum & vltra in ꝑpetuas ęternitates. Sicut enim corpus in reſurrectione ſua vitã & ſenſum recipiet, ſic anima in reſurrectione ſua vitã & ſenſum recipiet. i. cogitationẽ, & amorẽ Dei. Qđ aũt cognitio ſit vita, ipſa veritas affirmat dicẽs: Hęc eſt uita æterna, ut cognoſcant te uerum Deũ & quem miſiſti Ieſum Chriſtũ. Amor ẽt ſenſus eſt. Nã ſicut exteriori homo circa iſta tꝑalia quinquepertito ſenſu afficitur. i. uiſu, auditu, guſtu, & cęteris, Sic interior hõ in bea-

Marginal notes: A, Ioan. 4, C, Pſal. 48, Pſal. 92, D, B, Compara animæ Deo. Pſal. 36, Pſal. 33, E, Al. redhibendo. / dendo., Prou. 2, 1. Ioan. 3, F, Ioan. 17.

beata vita circa quinq; ineffabilia Dei ineffabili amore afficiaẽ. Cū.n. Deum suū amabit, quandā lucem, quendam odorem, quendam cibum, & quendam amplexum interiorē amabit. Ibi.n. fulget ꝙ nō capit locus. Ibi sonat quod non rapit tempus. Ibi olet ꝙ nō spargit ventus. Ibi sapit quod nō minuit edacitas. Ibi hęret quod nō diuellit satietas. Ibi siquidem videẽ Deus sine intermissione, cognoscit sine errore, amaẽ sine intermissione,
G laudatur sine fatigatione. Nobilis creatura est anima. Ciuitas nanq; Dei est, de qua tam gloriosa dicta sunt, ꝙ ad imaginē & similitudinē Dei facta est. Hæc ciuitas Hierusalē merito appellāda est, quia ad fruendū visione illius summæ pacis q̃ fecit vtraq; vnū creata est. Mens eius paradisus est, in qua cū cęlestia meditaẽ, quasi in paradiso voluptatis delectatur. Domus ēt summi patrisfamilias est aīa per vnitatē morū: sponsa Christi, per dilectionē: templū spiritussancti, ꝑ sanctificationē: ciuitas regis æterni, per pacem & concordiā ciuiū. Et quia nulla est ciuitas absque populo disposuit in ea cōditor noster populū triplicis gradus, idest sapientes ad cōsulendū, milites ad propugnandū, artifices administrandū. Ciues huius ciuitatis, sunt naturales & ingeniti animæ vigores, tanquā indigenę, quorū distincti sunt gradus, quia alij superiores, alij inferiores, alij medij. Superiores quidē sunt intellectuales sensus, medij rōnales, infimi animales. Quorū differentia hęc est, Animalis siue sensualis, appetit sensibilia siue visibilia. Rationalis discernit, & discretionis oculo aspernatur ea. Intellectualis pertrahit ad diuina: Intellectuales igitur sensus sunt tā-
H quā animę consiliarij dicentes ei, Deū time & mandata eius obserua, Propter hoc enim est omnis homo. Rationales sunt tanquā milites qui hostes concupiscentiarum impugnant per arma iustitiæ. Animales seu sensuales sunt tāquā rustici & artifices, qui corporalibus rudimentis insistūt, & corpori necessaria ministrant. Hanc triplicē vim animæ.i. sensualem, Philosophi partes vocant, nō integrales, sed virtuales. Sensualitas ea vis animę est qua corpus vegetat, & per corporis sensus ista exteriora sentit & discernit. Omnes enim sensus tam exteriores quam interiores ad animam referūtur, vtpote ab illa ꝓcedentes; vt.n. sentiant, omnes ab anima habent. Rō vis est animę supra corporalia, & infra spiritalia collocata: secernit.n. vera à falsis, ꝙ est Logicæ: virtutes à vitijs: ꝙ ē Ethicæ: & per experimenta rerū inuestigat naturas, ꝙ est Physicæ: In his vero tribus, tota Philosophia consistit. Totā igitur Philosophiā rō cōprehēdit. Intellectus sine intelligentia, ea vis animæ est qua de diuinis quantū homini possibile est, cognoscitur. Ad cęlestia arcana penetrāda rō per se nō sufficit, nisi à Deo
I adiuta fuerit. Tūc finis eius, si bęne viget, cum ad notitiam secretorū quæ diu inuestigando quęsiuit, peruenerit, intellectus seu intelligētia nūcupatur. Boetius tñ dicit intelligētiam solius Dei esse admodū paucorū hominum, sed horum alterum pro altero ponitur sępe. Memoria etiam consors & cooperatrix est rōnis, qm̄ sine ea ratio nec ad incognita procedere, nec cognitorū sciam retinere poteſt. Memoria est vis animę accepta retinens, ꝓterita repetens, elapsa recolligēs. Humanus appetitus inter summa, & ima positus, cū plerunq; in vtraq; diuisus sibimetipsi sit contrarius, in quācunq; partem totus transierit, nomen eius merito sortiẽ. Si carnis voluptatib. pascitur, carnalis siue animalis nominatur si spiritalibus desiderijs delectaẽ spiritalis nuncupatur. Appetitus siquidē naturalis est vis in inanimāte mouendis auide sensibus attributa. Qm̄ de viribus animę mentionē sępe feci definire eas debeo, quatenus, q̃ de anima dicta vel dicenda sunt, euidentius intelligi possint: Sensualitas, sensus, imaginatio tā corporis quā animæ sunt, vel dici pñt. Sensualitas corporis, est quædam vis ignea. Sensualitas siue animalitas animæ, est inferior vis eius, q̃ secū trahens sensualitatē carnis, velut famulā & obedientē, sensus imaginationes facit, easq; in arca memorię reponit. In sensu instrumentū est sensualitas & origo imaginationis. Ipsa nanq; vis ignea, q̃ extrinsecus formata sensus dicẽ eadē forma vsq; ad intimū traducta, imaginatio vocatur. Sensus itaque parit imaginationem, imaginatio cogitationem, cogitatio meditationem, meditatio acuit ingenium, ingeniū rationem: ratio conducit ad intellectum, intellectus ad intelligentiā intelligentia contemplationē per ipsam veritatem admiratur, & per charitatē in ea delectatur. Sensus, est passio animę in corpore ex qualitatibus extra accidētibus, Imaginatio,

*præstantia animæ.c.37.*

*Triplex gradus populi.*

*Eccl. 12.*

*Secundū Platonē, & medicos.*

*Memoria quid sit.*

*Definitio viri ū animæ.c.*

*Sensualitas corporis & animæ.*

*Sensus cū cæteris vi*

ginatio, est vis animæ quæ figurā corporearum rerū absente corpore sine exteriori sensu dignoscit. Cogitatio, est circa q̄libet animi occupatio. Consideratio, est intenta cogitatio. Meditatio, est frequens cogitatio modū & causam & rōnē vniuscuiusq; rei inuestigans. Ingeniū, est q̄dā uis naturaliter animis insita per se valens. Rō, est quædā uis animæ q̄ omnia discernit & iudicat, sed maxime cū inhiat spiritalib. & imaginē Dei in se conseruat. Intellectus, est rerū in se uere existētium
L perceptio. Intelligentia est de solis rerū principijs, i. de Deo, hyle & ideis, & de incorporeis substantijs pura & certa cognitio. Contēplatio est perspicuæ veritatis iocunda admiratio. Charitas, est concordia mentiū & societas electorū, uita beatarū animarū & angelorū, quia nec animæ nec angeli nisi per charitatē uiuunt. Aīa rationalis, & intellectualis facta est ad imaginē & similitudinem Dei, ut factorē suum pro imagine cognoscat: & pro similitudine diligat. Ex imagine nāq; Dei habet rationē, & ex similitudine charitatē. Charitas vero in seipsa repræsentat Trinitatē: hāc ratio sentit & pacata requirit, hanc charitas inuenit & uidendo beata quiescit, hanc in p̄senti fides sequitur, spes in cęlū usq; comitatur, charitas perenniter amplexatur. Mens itaque spiritalis seu intelligentia rōnalis primo creatorē suū aspiciat, deinde creaturā ipsius uideat, & mediante arbitrij libertate ad eum qui condidit omnia se & cętera referat. Sic in homine Trinitas appareat quam charitas manifestat, vt charitatē semper homo exhibeat, semperq; cōspiciat is quē Trinitatis imago perornat, Sic homo eius seruabit similitudinē, cuius in se naturaliter portat imaginē. Appareat ergo imago Dei in intelligētia rōnali, in mente spiritali, in honore liberi arbitrij. Appareat similitudo Dei in moribus pro natura, in operib. pro iustitia, in uirtutib. pro gratia, ut morib. natura perornetur, ut iustitia operib. cōprobeť, ut gratia uirtutib. cōpleať, & sic semper dn̄o p̄sentetur. Aīa totū
M corpus hominis tota pariter animat. Est quidē inspirata à Deo homini vita, non de præiacenti materia, sed de nihilo facta ab eo. De cęteris animantib. scriptura dicit. Producant aquæ & cętera producat terra animā uiuentē. Animā uero nō aqua, nō terra produxit, sed Deus inspirauit, non tn̄ uiuā uel uiuentē, sed spiraculū uitæ rōnale ex Dei imagine, factū ex Dei similitudine. Anima non est pars Dei, probat hoc mutabilitas quam incurrit. Deus.n. immutabilis est, hæc sæpe mutata ꝓ culpa, q̄nq; mutata pro pęna & damnata fit misera. Nihil ei tn̄ nocere pōt, nisi à Deo recedat. Recedit aūt q̄n peccat, ꝓinde torquetur misera à Deo refuga. Ab uno disiuncta spargitur ad multa, & pro sua intēperātia fit morbida, fit molesta. Eapropter sensus corporei turbata memoria, turbati hebetes fiūt, marcidi, & stupidi. Inde caro patitur, languores oriuntur & mors uiolenta peruagatur. A
Homo quidē à Deo auersus, peccando peruersus, quia à Deo dissentit, dissidet & sibi, portatq; in seipso pęnam de seipso. Aīa non formatur ex materia informi, sed in sua creatione formā accepit, qua facta est ad imaginē & simllitudinē Dei. A quo si auertiť, remanet informis, quia Deo dissimilis, nec ideo iñ efficitur irrationalis, quia gestat imaginē Dei vnde pōt reformari. Sic nec ēt si tota cōcluditur pc̄tō, & licet pro insipientia iumēto cōparetur, ideo fit quasi anima pecoris uel alterius corporis. Ipsum.n. corpus & nūc & in fine semper est habitura cū quo facta est una persona, sed nec ideo fit corpus ēt si penitus hebetetur. Non.n. distrahitur partibus, nec loco concluditur. Non est maior in maiorib. nec est minor in minoribus sui corporis partib. uitæ idoneis. Spūs nanq; est anima rationalis quātislibet obruta malis, & ubicūque est tota est. Non traducitur à patre in filiū, ne vnquā fit aīa amborū. Sicut inquit dn̄s aīa patris, sic aīa filij mea est. Nec pars aīæ patris in filiū dū generat se transfundit. Partiri nanq; seu diuidi, augeri uel minui ꝓ substantia sua spūs nescit. Non.n. pōt esse maior sed melior. Si.n. particulariter transfunderetur, corporeus esse probareť. Quod si ut delirāt aliqui semen animæ ex semine carnis haberet generādo trāsfundi, multa quidē inhonesta & impossibilia possent exinde exclamari, q̄ de spiritu rationali nec dici debent nec opinari. Indecens.n. est obscęna retexere, & male fusa carnis semina denudare. Dicimus aūt rationales animas pro essentia fieri quotidie de nihilo nouas, sed pro simili natura ex institutione diuina, non utiq; nouas. Quales.n. in ex ordio Deus die sexto masculo & fęminæ dedit, tales quotidie inspirat singulis,

Marginal notes: ...ius de- ...prio. — Anima facta ad imaginem & similitudinem ...c.39 — ...Gen. 1. ...Gen. 2. — Anima à Deo recedēs. c 40. — Ezec. 18 — B — Quod anima de nihilo fiat. Cap. 41. Gen. 1.

lis noua de nihilo creatione non noua insti-
*Ioan. 5.* tutione, Pater, inquit, meus vsq; modo operatur, & ego operor. Operatẽ vsq; modo pr̃, & filiũs, operatione siquidẽ noua, sed institutione non noua, pro illa agens, aut ista quiescẽs. Res vero corporeæ post primã sui creationẽ nouæ nullæ creantur, sed simul in exor
C dio conditæ tẽpali formatione propagantur. Animæ aũt nõ simul essentialiter factæ sunt, sed pro natura consimul, qua ad imaginẽ & similitudinẽ Dei fiunt, & simul factæ reputãtur, & nõ simul ęditæ iudicantur. Non simul æditæ pro essentia, sed simul factæ pro cõpari forma ad imaginẽ & similitudinẽ Dei ꝓrogata. Caro de carne gñando traducitur, sed spũs de spiritu minime propagatur. Certũ tenemus, quia caro cõtracta de carne per legẽ concupiscentiæ, q̃ cito viuificatur originalis culpæ vinculo premiẽ, eiusq; affectionib. aĩa q̃ carnẽ viuificat aggrauatur. Sub hoc peccati vinculo demerguntur paruuli, qui sine remedio baptismi moriunẽ. Hñt n. originale peccatũ, non per animã, sed per carnẽ vtiq; contractũ animæq; refusum. Carni nanq; ita vnitur anima, vt cũ carne sit vna persona. Fit. n. authore Deo caro & aĩa vnũ ĩdiuiduũ, vnus hõ, vnde salua naturę vtriusq; proprietate adijcitur carni ꝙ animæ est, & animæ, ꝙ carnis est, pro vnitate personæ, non pro diuersitate naturæ. Quod igitur ibidẽ singulis est propriũ, cõe fit amborũ: propriũ ꝓ natura, cõe pro persona. Exinde fit anima originali culpæ obnoxia, quã caro cõtrahit, & animæ refundit, cũ qua vnita est in persona, licet diuisa sit in natura. Eapropter necesse est paruulũ
*Baptismus.* dũ viuit Christi sacr̃o renouari, ne obsit eius animæ societas carnis peccati, qua grauatur ẽt corpore exuta, nisi dũ in corpore viuit salutari fuerit remedio expiata. Currant igitur adulti, currant pro seipsis, impendant ẽt par
D uulis sacr̃m fidei, suscipiant Christi fidẽ cum sacr̃is, vt paruulos in Christo renouatos fides ecclesię tueatur, & adultos cum sacr̃is opera fidei comitentur. His ẽt renouatis per gratiã, tandẽ cõplebitur in resurrectione generali, vt caro ipsa resurgat in gloria animæ suæ restituta, viua & æterna, fęlix & beata. Si quæra
*De pueris non baptizatis. Cap. 42.* tur, quare Deus dat animas illis quos absque remedio salutari mori cõtingit r̃ndemus, ꝙ diuina institutio qua res & rerũ naturæ conduntur, nec pc̃tõ tollitur, nec violentia ꝓpeditur. Inde est ꝙ lex corporalis copulæ, nec ẽt in malis iure suo priuatur. Generant adulteri, fornicatores, prophani, naturalis tñ institutio nec in talib. deperit. Natura nãq; pro
*Natura quid sit.* ut Deus instituit, ꝙ suũ est operatur. Natura si quidẽ est quædã vis & potẽtia diuinitus rebus creandis insita quæ vnicuiq; rei oẽ suum tribuit, qua bona quisquis male vtitur, malus esse iudicatur. Iuste. n. puniuntur, qui licitis abutuntur. Iuste vero puniuntur qui rape-
E re inconcessa conantur. Sic satanas cęlũ, sic protoplastus perdidit paradisum. Abutuntur licitis, qui bona Dei maculant vsibus inconcessis. Maculant bona Dei, sicut ij qui calore libidinis exercent opera copulæ carnalis. Ex his filij gñantur, quorũ corpora seruiẽte creatori creatura formantur, & Deo inspirante
*Spiraculum vitæ Gen. 2.* spiraculũ vitæ animatur. Spiraculũ aũt vitæ, humanã animã intellige, quã non producit terra vel aqua, sed Deus inspirat: quo sensus corporei animanẽ, vnde homo factus in animã viuentẽ memoratur. in his & in alijs oꝑs agit prout instituit, quẽ nullius adiuuãt bona nec impediũt mala. Bonos quidẽ ꝓuehit sua gratia, malos terret sua iustitia. Nos equidem serui dũ dñi bonis abutimur, rei & miseri pariter inuenimur. Ipse equidẽ serui dñs q̃ seruorũ suorũ malis bene vtitur, sanctus & oꝑs adoratur. Ipse corpori terreno de peccati traduce propagato, pro instõne sua inspirat animã bene vtens inolita ꝓuaricatione nostra, q̃ si esset naturalis, creatori poterat imputari. Sed creator ꝑparat omni tẽpe sacr̃a, & obedientiæ pia proponit edicta, vt cõtra peccata sacr̃a in remediũ sint, & tẽpalium obseruatio mandatorũ ęternorũ afferat pręmia donorũ. Vnde si aliqui sub pc̃tõ geniti paruuli obeũt absq; remedio salutari, pertimesce iustitiam Dei, qui nihil debet alicui, sed dãnat in singulis malũ ꝙ non fecit in eis. Si aũt paruulos re
F nouat sacr̃is, admirare misericordiã Dei. Ipsi. n. sicut nesciunt culpã cũ qua ex carne nascuntur, sic nesciunt gratiã qua per Christũ renouantur. Nõ excusat paruulos à culpa, q̃a eã non norunt, nec excludit gratiã ab eis, q̃a eã nesciunt. Quæris in eis culpam, inuenis ex carne traductã: quæris in eis gratiã, inuenis à Deo collatã. Illa debite dãnatur, hæc indebite ꝓrogatur. Illa iudiciũ ꝓdicat, hæc misericordiã repsentat. In vtroq; Deus agnoscitur, *Psal. 100* cui misericordia & iudiciũ perpetua laude cantatur.

cantatur. Sed ab his intuendis mens nostra, mēs infirma, quia peccatis obruta, citius ad seipsam redeat sibiq; remediū quærat, vt qui in Adā ceciderit, in Christo resurgat.

*Anima quid sit. cap. 43.*

Plures veteres de natura animæ dixisse inueniūtur, sed nihil ita vt nō aliquid restare videat. Ego aūt ex eorū dictis quāto diligētius potui breue istud & certū colligere, atq; in vnū studui redigere, ꝙ memoriæ cōmendet. Hebes nāq; est memoria hoīs & breuitate gaudet, & si in multa diuiditur, fit minor in singulis. Ex corpore & aīa constat homo: & quicquid oculis corporeis vr̄, ꝓꝑ corpus factū est, corpus ꝓꝑ animā, anima aūt ꝓꝑ Deum. Vita corpo-

G ris anima est, vita animæ Deus est. Immortalis est anima, quia carne caret: nec habet quo cadat vt resurrectione egeat post ruinā, nisi pctō ceciderit: & ideo in morte vita nostra non perit, sed corpus destituit: dū discedens anima vim suā nō perdit, sed ꝙ viuificauerat hoc dimittit, & quantū in se est mortē alterius facit, quā ipsa non recipit. Facit, inquā, non viuificando ꝙ deserit, nō amittendo ꝙ viuit.

*Mors hominis quid sit.*

Itaq; mors hominis nihil est aliud quā carnis occasus, à qua cū vis potentiæ viuificantis abscesserit, in terrā de qua sumpta est redit, amissis sensib. quos per seipsam nō habuit. Anima non aliter q̃ Sol lucē diei, vitam tribuit carni cū venerit, mortē efficit cū recedit. Mors tñ non consumit coniuncta sed diuidit, dū origini suæ vtrūq; reddit. Et ne quis putet animā corporis morte consumi, audiat quid dñs in Euangelio dicat,

*Mat. 10.*

Nolite, inquit, eos timere qui occidūt corpus, animā aūt occidere non pñt. Fatigatur corpus cogitationib. mentis: afficitur in corpore mēs doloribus corporis.

*De corpore & anima. c. 44.*

Corpus ex quatuor elemētis constat. Aīa nec elementū est, nec ex elementis, sed de nihilo est facta, & soli creatori suo cognita. Ex his ergo omnib. quæ in se, hoc est in corpore suo visibilia videt, nihil se esse vel posse esse videt. Secernat ergo & diui-

H dat se per se ab eo toto ꝙ videt iu se uisibile, & inuisibilē se esse omnino uidet in eo ꝙ uidet se, & tñ uideri se non posse uidet. Deinde eleuet se super se, & in eo ꝙ primū & principale speculū est speculandi Dei, illiusq; imagini ac similitudini proximū & cognatū, magis factū inuisibilē Deū inspiciat. Hoc aūt est ipsa ratio & mens, rōne utens q̃ ad primā similitudinem Dei facta est, ut per se inuenire posit eū à quo facta est, & ī eius amore atq; contēplatione dulciter requiescere. Ea nāq; perfectius suū factorem manifestant, q̃ illius similitudini vicinius appropinquāt. Hæc aūt est ipsa rōnalis creatura q̃ excellenter & proprie ad illius similitudinē facta est: & tunc citius creatorē suū quē non uidet agnoscit & I diligit, cū se ad illius imaginem factā intelligit. Mens rōnalis est q̃ se cogitādo intelligit, & imaginē suā ex se natā habet, q̃ imago eius uerbū est. *λόγος.* Verbum.n. rei est ipsa cognitio ad similitudinē eius ex memoria formata. Hoc modo liquido apparet summā sapientiā cū se dicendo intelligit, gignere consubstantialē sibi similitudinē suam, i. uerbū suum. Mens tñ rationalis qm̄ non se semper cogitat sicut sui semper meminit, liquet, quia cū se cogitat uerbū eius nascitur de memoria. Vnde apparet quia si semper se cogitaret, semper uerbū eius de memoria nasceret. De summa uero sapiētia q̃ semper se dicit sic, sicut sui semper memor est, liquet quia de æterna memoria coæternū eius uerbū nascitur. Sicut.n. summa sapientia æterna est, ita æterne sui memor est, & æterne se intelligit, & æterne se dicit, cū sit illi dicere, ꝙ intelligere, & cum æterne se dicat, æterne uerbū eius apud ipsam. Mens ergo rationalis, q̃ inter omnes creaturas ad inuestigationē summæ sapiētiæ sola assurgere ualet, & nihilominus ad eiusdē inuentionē sola proficere, semper studeat illius reminisci, illam intelligere & amare: ad hoc facta est ut semper uiuat si semper amet summam uitā, summam sapientiā, summā essentiā, cui debet hoc ipsum ꝙ est. Amare autē nequit, nisi ei⁹ reminisci & eā studuerit intelligere, Faciat ergo hoc ad ꝙ facta est ut bene uiuat.

*Spiritus rationales. c. 45.*

Deus omnipotens cuius beatitudo nec augeri pōt, quia perfecta est, nec minui, quia æterna est, sola charitate, nulla necessitate sui rōnales spiritus creauit, ut eos suæ beatitudinis participes faceret. Alios uero in sua puritate K in cælo confirmauit. Alios aūt ꝓꝑ superbiam in infernū præcipitauit, atq; alios ad cōprobandā humilitatē & obedientiam in terrena habitatione terrenis corporib. sociauit, ut ad uitæ sensum luteā materiam uegetarent. Habent nanq; in natura sua quandā mutabilitatē secūdū quā corporib. uiuificandis appropinquant, in qua quidē nō nihil suæ puritatis deponunt. Cū.n. delectatione carnis afficiuntur:

turr quasi quandã corpulentiã inde trahunt: quæ puriorẽ naturam eorum corrumpit. Et hoc vitiũ quanto altius eis in corporib. manentibus inhæserit, tanto difficilius eos à corporibus discedentes deserit: qm̃ non tollitur passio, ẽt cũ tollitur causa passionis, nisi ab eiusmodi feculentia se in hac vita mundare studuerint. Nos ergo qui in medio bonorum & malorũ positi sumus, considerare sæpe debemus, & gaudiũ illorũ, & istorũ suppliciũ, atq; nostrã miseriam. Rationalis siquidẽ est anima nostra, vt sciat discernere inter bonũ & malũ. Et ẽt concupiscibilis atq; irascibilis, vt possit amare bonũ & odire malũ. De concupiscibilitate nascitur amor, de amore & desideriũ & gaudium. Amor est * delectatio cordis alicuius ad aliquid pp aliquid, per desideriũ currens atq; per gaudiũ requiescens: per desideriũ in appetendo, & per gaudiũ in perfruendo: nec aliunde bonũ est, si bonum est cor humanũ: nisi ꝙ bene amat, ꝙ bonum est. Nec aliunde malum est, si malũ est, nisi ꝙ male amat ꝙ bonum est. Omne.n. quod est, bonum est: sed in eo ꝙ male amatur, tm̃ vitium est. De irascibilitate nascitur odium, Ira enim generat odium: & de odio dolor & timor. Cum.n. cõtra peccata nostra irascimur & ea odire incipimus, dolemus quia peccauimus, & pęnas pro peccatis timemus. Sic creator omniũ Deus inter cętera & super cętera quæ creauit rationalem dignatus est amplius illustrare naturã, quam & sua similitudine fecit insignem, & suæ beatitudinis voluit esse participem. Cuius tñ rationalis creaturæ licet similis videatur origo, facta est diuersa cognitio: dũ pars eius est in æterna fęlicitate firmata: pars rudentib. inferni detracta, & in tartarũ tradita in iudiciũ crucianda seruatur. Pars ẽt tertia terrenis vnita corporibus locum medium sortita cognoscitur: & prius quidẽ eadem media summis vicinior in delitijs erat posita paradisi, nunc iam propinquior infimis, pro reatu inobedientiæ humiliata est in loco afflictionis. Summus igiť omnium horũ locus plenam habet lætitiam, infimus solam tristitiam. Ibi.n. plena fœlicitas: illic sola & summa miseria est. In medio sanè summa speranda, sed nihilominus infima sunt timenda, & ideo nobis iam amplior timoris causa quã spei, quo viciniores eisdẽ infimis, deiecti in ipsa degimus vmbra mortis. Quia tñ & illius beatitudinis, & illius nihilominus dãnationis æternæ humanã Deus animã pro suorum qualitate meritorũ participẽ fieri posse cognouit, naturales affectus ei quatuor indidit: vt haberet vnde bona illa posset optare, & in eis qñq; lætari, & rursum vnde mala illa metuere, vel in eis ẽt dolore perpetuo cõtristari. In eo.n. sanè grauior est moderna conditio, ꝙ non modo exhibet tristitiam & modernã molestiam, sed & timor habet pęnam, & spes ipsa quæ differtur affligit animã. Pijssimus.n. pater & terribilis iudex, qui vera illa & perpetua gaudia filijs, dolores æque perpetuos reis in fine parauit, nõ nulla tñ ẽt nos in præsenti experimenta capere voluit gaudij vel doloris vnde illa nõ modo certius credi, sed affectuo sius quoq; optari valeant & timeri. Cęterum nec præsentia gaudia in illorum cõparatione sunt gaudia, nec tristitia præsens in illius cõparatione est tristitia. Nec desipiet si quis interim omnem operam dare maluerit, quẽadmodũ illa potius valeat concupiscere gaudia, illos formidare dolores, q̃ huius vitæ vitare molestias, captare lætitiam. Verumtñ inuenire est etiam in præsenti vnde vtiliter gaudeat quis, vel salubriter contristetur. Si lætetur de beneficijs suis gratias Deo agens, & in deuotione eius exultet, & propria seu ẽt proximorũ delicta deploret. Vnde ẽt diuina dispositione media inter eosdem affectus constituta est ratio in corde hominis, per quã nimirum discernere & diiudicare possit vnde gaudeat seu doleat imo ẽt quid cupiat vel quid timeat. Sanè qui triplicem vim animæ esse docuerunt, rationalem illã, irascibilem, & concupiscibilẽ asserentes, affectus quidẽ diuersos, sed quadam sibi cognatione iunctos, sub irascibili metũ & tristitiam, sub concupiscibili desiderium & lętitiam cõprehendisse videntur. Interim ergo inter affectus varios humana fluctuans anima, necesse est vt certã demum vel in summis vel in imis accipiens stationẽ, in solo deinceps vel gaudio vel dolore persistat. Deus est in summo, mundus in imo. Deus in eodẽ statu æternitatis suæ semper consistit. Mũdus cursu mutabilitatis suæ sẽper instabilis fluit. Humanus animus quasi in medio collocatus quadã cõditionis suæ excellentia, huic mutabilitati q̃ deorsum est supereminet, & ad illã q̃ est apud Deũ verã immutabilitatẽ necdum pertingit.

Margin notes: Τὸ πάθος. M. Al. l. dilatatio. Amor quid sit. Creaturæ rationalis diuersa rõ. c. 46. 2. Pet. 2. A. B. Pro. C. D. C. De humano animo Cap. 47.

pertingit. Si vero in ijs q̃ deorſum tranſeunt
ſe per cupiditatẽ immerſerit, ſtatim per infi-
nitas diſtractiones rapietur, & à ſemetipſo
quodãmodo diuiſus diſsipabitur. Si vero ab
hac infinita diſtractione q̃ deorſum eſt ſe ere
xerit, & hęc infima deſerens, atq; paulatim
in vnum ſe colligens ſecũ eſſe didicerit, tan-
to amplius iu vnum colligetur, quanto ma-
gis cogitatione & deſiderio ſurſum eleuabi-
tur: donec tandẽ omnino immutabilis ſit, &
C ad illã verã & vnicã quę eſt apud Deum im
mutabilitatẽ perueniat, vbi perpetuo ſine oĩ
mutabllitatis viciſsitudine requieſcat. Credi-
mus animas nec eſſe ab initio cũ angelis, nec
ſimul creatas: ſicut Origines fingit. Nec per
coitum cum corporibus ſeminantur: ſicut
Luciferiani & Cyrillus, & aliqui Latinorum
pręſumptores affirmant. Sed dicimus earum
creationẽ ſolum omnium creatorẽ noſſe, &
corpus tantũ per coniugij copulationẽ ſemi
nari: Dei vero iudicio coagulari in vulua ma
tris: & compingi atq; formari: ac formato iã
corpore, animã creari & infundi: vt viuat ho
mo in vtero ex anima cõſtãs & corpore, & e-
grediatur ex vtero viuus plenus humana ſub
ſtantia. Nec duas animas eſſe credimus in v-
no homine, ſicut multi ſcribunt, vnã anima-
lem qua animetur corpus, & immixta ſit ſan
guini, & alterã ſpiritalẽ q̃ rationẽ miniſtret.
Sed dicimus vnã eandemq; animã eſſe in ho
mine, quę & corpus ſua ſocietate viuificet,
ſemetipſam ita ſua ratione diſponat, habens
in ſe libertatẽ arbitrij, vt in ſuæ ſubſtanrię eli
gat cogitatione quod vult: Libertati ſiquidẽ
arbitrij ſui cõmiſſus eſt homo: poſtquã vero
deceptione ſerpentis per Euã cecidit, naturæ
bonũ perdidit, pariter & vigorẽ arbitrij non
tñ electionẽ, ne non eſſet ſuũ, quod emenda
D ret peccatũ. Manet itaq; ad quærendã ſalutẽ
arbitrij libertas .i. rationis voluntas: ſed ad-
monente prius Deo & inſpirante ad ſalutẽ.
Vt ergo acquieſcamus ſalutari inſpirationi,
noſtræ poteſtatis eſt, vt adipiſcamur quod
adipiſci deſideramus, diuini eſt muneris. Vt
non labamur adepto ſalutis munere. noſtræ
ſolicitudinis eſt & cęleſtis adiutorij: vt laba-
mur, ptãtis noſtræ eſt & ignauię. Solum ho-
minẽ credimus habère animam ſubſtãtiuã,
quæ exuto corpore viuit & ſenſus ſuos atq;
ingenia viuaciter tenet. Neq; cum corpore
moritur, vt Arabs * aſſerit: neque poſtmo-
dum interit, ſicut Zenon dixit, quia ſubſtãtia
liter viuit. Animalium vero animæ non ſunt
ſubſtantiuæ, ſed cum carne ipſa carnis viua-
citate naſcuntur, & cum carnis morte finiũ-
tur: & iõ nec ratione reguntur, ſicut Plato &
Alexander putant: ſed ad omnia incitamẽta
naturæ ducuntur. Anima humana non cum
carne moritur, quia non carne, ſicut dixi- E
mus ſuperius, ſeminatur: ſed formato in vte-
ro matris corpore, Dei iudicio creatur & in
funditur, vt viuat homo intus in vtero, & ſic
procedat natiuitate in mundum. Anima a
creatore principium habens, ex quo eſt per-
fecta eſt in genere ſuo: vnde ex quo eſt, ſciret
omnia quę ab homine ſciri poſſunt, niſi gra
uitas carnis eſſet. Quod per primum homi-
nem, qui ante corruptionem humanitatis ex
quo fuit perfecte habuit ſcientiàm, probari
poteſt. Sed modo corrupta humanitate, ex
quo cõiũgitur corruptioni, corrũpitur. Nec
proprieta es ſuas poteſt exercere, donec vſu
& experiẽtia & alicuius doctrina incitata in-
cipit diſcernere. Veluti ſi quis cũ ſubtili acie
oculorũ in tenebroſa detrudatur, videre ta-
men non poteſt ibi niſi prius aſſueſcat tene-
bris, vel lumen accendatur. Vnde Virgilius,
Quantum non noxia corpora tardant. *Aene. 6.*
Et licet alię ſint actiones corporis, & aliæ a-
ctiones animę: tamen corporis vitia vel uir-
tutes poſſunt eſſe animę. Cũ enim ad hoc ſit
data, vt illicitos carnis motus corrigat, igno
rantia illius contingunt uel negligentia. Si-
cut cum diſcipulus uel ſeruus negligentia do
ctoris uel domini peccat, magiſter uel domi
nus extra culpam non eſt. Sic anima malis
contingentibus non eſt extra culpam, cum F
iſta debeat imperare, & illa obedire. Duabus
ſubſtantijs tantum conſtat homo: anima & *Homo ex*
carne. Anima cum ratione ſua & carne cum *carne &*
ſenſibus ſuis. Quos tamen ſenſus abſq; ſocie *aĩa. c. 49*
te animæ non mouet caro: anima uero ſine
carne rationale ſuum tenet. Notandum tamẽ
quod ijdem ipſi ſenſus qui in exteriori homi
ne deſcribuntur, ſimili modo ſecundum mo
dum ſuum in interiori eſſe manifeſtantur,
quia ſpiritales res non corporalibus ſenſi-
bus, ſed ſpiritalibus, rimandæ ſunt. Vnde *Deu. 32.*
diuina ſcriptura in Deuteronomio ait: Vi-
dete ꝙ ego ſum Deus, & non eſt alius præter
me. Et in Apocalypſi. Qui habet aures au- *Apoc. 2.*
diendi audiat, quid ſpiritus dicat Eccleſijs.

Et

Et in Psalmo, Gustate & videte qm̄ suauis est
*Psal. 33.* dominus. Et Apostolus, Christi bonus odor
sumus, & in ijs qui pereunt, & in ijs qui salui
*1. Cor. 2.* fiunt. Et in Euangelio dn̄s mulierē fide se teti
gisse magis q̄ corpore ostendit dicens, Teti-
git me aliquis: Nam & ego sensi virtutem de
me exisse, Sic ergo cū omni cautela obser-
uandū est quid ad corporis sensus, & quid
ad animæ pertineat dignitatem: ne forte con
fusus ordo & irrationabilis ęstimatio alicui
*Didymus* repugnare videatur veritati. Non est tertius
in hominis substātia spiritus, vt Didymus cō
tendit, sed spiritus ipsa est anima: & pro spi-
G ritali natura, vel ꝓ eo ꝙ spiret in corpore,
spiritus appellatur. Anima vero ex eo voca-
tur, ꝙ ad viuēdū vel viuificandū animet cor-
*1. Thes. 5* pus: Tertiū vero qui ab Apostolo cū anima
& corpore inducitur spiritū, gratiā sancti spi
ritus intelligamus quā orat Apostolus, vt in-
tegra perseueret in nobis, ne nostro vitio aut
minuatur, aut fugetur à nobis: quia spirituſ-
*Sapiē. 1.* sanctus effugit fictū, & auferet se a cogitatio-
nibus q̄ sunt sine intellectu. Iugi ergo medi-
tatione animū nostrū exerceamus, & consi-
deremus miserias & necessitates nostras, la-
bores & dolores. Lugētes.n. in hāc vitam in-
• trauimus, cū labore viuimus, cū dolore & ti
more exituri sumus. Cogitemus. ergo q̄ bre
uis vita nr̄a sit, q̄ via lubrica, q̄ mors certa, &
hora mortis incerta. Cogitemus quantis ama
ritudinibus admixtū sit, si quid dulce ac iucū
dum in via huius vitæ, occursu suo nobis al-
ludit: q̄ fallax & suspectū, q̄ instabile transi-
toriū est quicquid huius mūdi amor partu-
rit, q̄cquid species, aut tēporalis pulchritudo
ꝓmittit. Cōsideremus ēt q̄ sit patrię cęlestis
pulchritudo suauitas atq; dulcedo. Attenda-
mus & perpendamus vnde cecidimus, & vbi
H iacemus: quid perdidimus, & q̄d inuenimus,
vt ex vtroq; intelligamus quātū nobis in hoc
*Ecclesiastes. 2.* exilio lugendū sit. Hinc.n. Salomō ait, Qui
apponit scientiā, apponit dolorem, Quia &
quanto magis hō sua mala intelligit, tāto am
*Quid sit meditatio* plius suspirat & gemit. Meditatio siquidē pa
*Cap. 50.* rit scientiā, sciētia cōpunctionē, cōpunctio
deuotionē, deuotio perficit orationē. Medita
*Scientia.* tio, est frequēs cogitatio, curiosa & sagax ob
*Cōpūctio.* scura inuestigare, & occulta ad notitiam tra-
here. Scientia est, qn̄ homo ad notitiā sui as-
sidua meditatione illuminatur. Cōpunctio
est, quā ex consideratione malorū suorū cor
interno dolore tangitur. Deuotio, est pius &
humilis affectus in Deum humilis ex cōsciē- *Deu[...]*
tia infirmitatis propriæ, pius ex considera-
tione diuinæ clementiæ. Oratio, est mentis *Oratio*
deuotio. i. cōuersio in Deū ꝑ piū & humilē
affectū. Affectus est spontanea quædā ac dul *Affectu[...]*
cis ipsius animi ad Deū inclinatio. Nihil.n.
ita Deū inclinat ad pietatem & misericordiā
quemadmodū purus mentis affectus. Scien-
tiā cęlestiū & terrestrium rerū laudare atq;
amare solent homines, sed multo meliores
sunt qui huic scientię præponūt noscere se-
metipsos. Laudabilior siquidē animus ē, cui
nota est miseria sua q̄ qui ea nō aspecta, vias
syderū & naturas rerū scrutatur. Qui vero iā I
in Deū euigilauit animus spiritusſancti calo-
re excitatus, atq; in eius amore coram se vi-
luit, ad eumq; intrare volēs nec valens eoq;
sibi lucente attendit in se, & * inuenit se suā-
que ægritudinē illius munditię * cōparari nō *Al. l[...] nanu[...] se.*
posse cognoscit: dulce flere habet, eūq; pre-
cari vt sui misereatur totamq; eius miseriā *Al. l[...] perari*
exuat. Hunc itaq; egentem & dolentē scien-
tia non inflat, q̄a charitas ædificat. Proposuit
enim sciētia scire, idest, scire seipsum & in-
firmitatē suam, magis q̄ scire vires herbarū,
& naturas animalium: & hanc apponendo
scientiam, apposuit dolorē. i. defectum pe-
regrinationis suę ex desiderio patrię suæ, &
visionis Dei, Dolet, qui tenetur exilio, quia
differtur a regno, Dolet, dū recordatur quæ
& quanta mala fecit, & q̄ intollerabiles pę-
nas ꝓ illis passurus sit. Cum nulla scientia
melior sit illa qua cognoscit homo seipsum, *Cog[...] su[...] 1. Io[...]*
discutiamus cogitationes, locutiones, atque
opera nostra. Quid.n. prodest nobis, si rerū
omniū naturas subtiliter inuestigemus, effica
citer cōprehendamus, & nosmetipsos nō in
telligamus? Examinemus ergo q̄ fecimus nos
si scd̄m quod debuimus, ea fecerimus: consi-
deremꝰ ea q̄ facturi sumus, si sint scd̄m Deū.
Valde siquidē est necessaria nobis circūspe-
ctio examinationis, quatenus per experien- K
tiam eorum quæ fecimus, ad ea quę agen-
da sunt, tutiores reddamur. Sæpe nanq; opus
quod bona intētione inchoari credimus, tā-
to citius in deceptionis laqueū nos præci-
pitat, quāto de intētionis nostrę principio se
curi finē actionis nō obseruamus: & impru-
dentes quasi via plana ad foueā currimus: q̄a
videmus quid facimus, sed quid finem no-
strum

strum sequi debeat, nō attendimus. Ita.n. ambiguus est animi affectus, vt nisi ex fine operis qualitatē intentionis eius discernere non valeamus. Præterea necesse est, vt per singulos dies uitā nostrā ad iudicium uocemus: & quid egimus per noctē & diē examinemus: & quanto ad bona faciēda solito alacriores: & quāto ad mala vincenda, solito cōstantiores: siue aliquo opere nostro insidijs inimici supplantati simus, qualiter demū per iudiciū
L transactæ deceptionis futurā illius fraudē cauere valeamus: quatenus nec superueniens tētatio nos improuisos ad malū opus deijciat, nec indiscretos in opere bono præsens negligentia fallat. Quisquis, s. cor suū in hmōi stu-
I dio exercet, audiat quid quidā sapiens dicat, Scito teipsum: scito vnde venisti, aut quò uadis, qūo uiuis, quantū proficis uel deficis, q̄ longe es à Deo, uel q̄ prope, non interuallis locorū, sed similitudine uel dissimilitudine morum. Scito qūo homo es, cuius cōceptio culpa, nasci miseria, uiuere pęna, mori necesse. Certū est, quia morieris, sed incertū qūo uel qn̄ uel ubi, qm̄ mors ubiq; te expectat, & tu si sapiens fueris, ubiq; eā expectabis. Attende ergo solicite quid agas, uel quid agere debeas. Si ꝙ faciendū est facias. Si bono operi malū aliquod nō admisceas. Si bonū ꝙ agis, quanta oportet deuotione adimpleas. Si alterius, ut tuū bonū diligas. Si tuum, ut alterius malū reprehendas. Si sic declinas à malo ut facias bonū. Sunt.n. quidam tm̄ attendentes mala quæ non faciunt, istos pusillanimitas à bono opere reuocat, ne malū surripiat. Sunt aliqui attendentes tantū bona quę faciunt: illi sic sibi à bono opere cōplacent & blandiūtur, ut de prauitatis admixtione minime terreantur. Sunt alij sapientes ut faciāt mala, bona aūt facere nesciūt: isti pessimi omniū lętātur cū male fecerint, & exultant in reb. pessi-
M mis. Sunt alij q̄rentes Deū per exteriora, deserētes interiora sua, quibus Deus interior est.
K Redeamus ergo ad nos, ut possimus ascendere ad nos. Tres siquidē ascēsus sunt. In primo, ascendimus ab istis exterioribus & inferioribus ad nos. In secundo, ascendimus ad cor altū: quanto nanq; amplius proficimus, tanto amplius ascendimus. Qui.n. non ascendit, descendit: & qui non proficit, deficit. In tertio ascensu, ascendimus ad Deum. Primus ascensus fit consideratione mundi, & contēptu. Considerando nanq; q̄ caduca & transitoria sint ista terrena, contēnimus ea & redimus ad nos. Secūdus ascensus fit cognitione & cōtemptu nostri. Cùm.n. cognoscimus q̄ proni simus ad malū, & q̄ inualidi ad bonū, contemnimus & ascendimus supra nos. Tertius ascēsus fit cognitione & amore Dei. Iste tertius ascensus fit mentis dilatatione, & mētis subleuatione, & mentis alienatione. Mentis dilatatio est, cū sub uno mentis aspectu, plura conspicimus, uel de Dei sapientia, uel de eius potentia, uel de cuncta bonitate. Intueri debemus q̄ potenter Deus cuncta creauit de nihilo, q̄ sapienter gubernat, quam benigne cuncta dispensat. Totum istum mundū sic ornatum fecit ꝑꝑ corpora, corpora propter animas, animas ꝑꝑ se. Et ideo diligenter custodire debemus animas nostras, quatenus eas mūdas & sanctas Deo reddere valeamus, à quo tanta bona accepimus pro eis. Mentis subleuatio est, cū de uisibilibus subleuamur ad inuisibilia. Qn̄ nanque consideramus humanam dignitatē, admiramur dignationem Dei, qui tam mirabiliter rationalē spiritum ad imaginem & similitudinē suam creauit. Mentis alienatio est, qn̄ mens super se rapit. De hoc mentis excessu, homo doceri nō potest, quia nihil ibi habet sui. De mentis aūt dilatatione & subleuatione instrui potest, quia ibi aliquid habet sui: instruitur autem aliqn̄ humana industria, aliqn̄ diuina reuelatione, seu inspiratione. Nonnunquā uero in speculo cordis sui, i. in rationali mente seipsum & Deum inspicit. Ita nanq; conditū est cor hominis, ut in eo quasi in templo dn̄s inhabitaret, & tanquam in quodā speculo suo reluceret: ut qui in se uideri nō poterat, in sua imagine uisibilis appareret. Magna prorsus dignitas hominis est, portare imaginem Dei, & illius in se iugiter uultum aspicere, atque eum semper per contēplationem præsentem habere. Sed postquam delectationem nostrā in terrā peccando sparsimus, peccati puluis superiectus est cordi nostro, & ideo ab illo internæ contēplationis speculo corruentes in has miseras præsentis uitæ tenebras labimur, ubi Deo digne ministrare nō ualemus, quia sorde iniquitatis, caligine ignorātiæ obuoluti, quid agendum uel uitandum nobis sit, ex magna parte iam non uidemus. Tergamus ergo speculum nostrum ab amore uanitatis.

*Mentis dilatatio.* A

*Mētis subleuatio.*

*Mentis alienatio.*

B

nitatis & ab amore iniquitatis, i. à puluere & à sorde, vt in eo inspicere valeamus & nos, & creatorē nostrum, quē peccando post tergum nostrū posuimus. Auersi siquidē à Deo sumus, peccata nostra separant nos ab eo. Et

Psal. 84. ideo cum Propheta dicamus, Conuerte nos Deus salutaris noster. Si mulieres speculum suū in quo facies inspiciunt, cum amiserint, diligenter quærant, & curiose tergant a pul-

C uere & a sorde: multo amplius speculū interioris hominis debemus & inuenire & tergere & inspicere: vt in eo totam turpitudinem nostrā valeamus deprehendere, & ita per cognitionem nostram ad cognitionē Dei peruenire.

Cognitio sui necessaria. Duo nobis necessaria sunt vt nos cognoscamus, videlicet quales simus ad malū & quales ad bonū. Proni sumus ad malū, &

Cap. 53. Psal. 25. Psal. 22. si misericordia Dei non teneret nos, in omne vitium possemus cadere, nec inde surgere, nisi misericordia Dei subsequeretur quæ nos subleuaret. Hoc bene cognoscebat Propheta cum dicebat, Dñe, misericordia tua ante oculos meos, quæ me custodiat, & misericordia tua subsequatur me, quę me erigat. Inualidi sumus ad bonū, nec sine Dei gratia bonum facere, vel in aliquo bono perseuerare

1.Co.15. possumus. Istud ēt Apostolus sciebat, cum dicebat, Gratia Dei sum, id quod sum: & quia gratia eius in me vacua nō fuit: gratia eius in me manet. Hanc geminam cognitionem sui

Gen. 18. habuit Abraham cū diceret, Loquar ad dñm meum cum sim puluis & cinis. Reuera puluis est homo. Sicut.n. puluis ex quacunq; parte venti impellitur, & in aliā areā deijcit, & ibi remanet: sic homo in omne vitium cadere potest, nec adijciet vt resurgat, nisi misericordia Dei ei subueniat.

Hõ quare cinis. Cinis ēt est homo, quia sicut cinis nec profert germē ex se, nec susceptū semen germinat, sic homo nec bonum facere, nec in aliquo bono perseuerare sine gratia Dei potest. Idcirco maximas grates Deo referre debemus, quia & multa bona nobis concessit, & multa mala quæ fecimus, nobis cōdonauit, & à multis malis seruauit,

D q̄ facere potuimus, sicut alia multa quæ fecimus. Quicquid.n. mali non fecimus, eo miserante non fecimus. Nā si ipse permisisset, ea vtiq; fecissemus, aut opere aut voluntate. Et ideo nescio vtrū eū amplius diligere debeamus pro his quæ nobis dimisit, an pro his a quib. nos immunes seruauit. licet.n. ea non fecimus, nos quasi fecisse, & eum quasi dimisisse existimare deberemus, qñquidē ea vel voluntate vtique fecissemus, si ipse permisisset. Quisquis in veritate se ita cognoscit, humilis est corā Deo & hominib. diligit Deū propter Deum, & omnes homines pp Deum, & si perfectam charitatē habet, nullum iudicat, nullum accusat, nullū condemnat: non seruat iram, non mouet rixas, non seminat discordias, non fouet nocentes, non persequit

E innocentes: non odit arguentes se, non facit furtū, non falsum testimoniū, non periuriū, nulli detrahit, nulli nocet, nullum odit, sed omnes diligit. Scriptū est, Nemini quicquā

Rom. debeatis, nisi vt inuicē diligatis. Sic.n. Deo familiaris est charitas, vt in eo habitare nolit, in quo charitas non fuerit. Qui ergo charita-

1.Ioan. tē habet, Deū habet, quia Deus charitas est. Et qui vnū hominē habet odio, Deū perdit, & bonū q̄ facit. Quapp vnusquisq; prouideat, ne pp vnius hominis odium, Deū perdat, & omne bonū. Nunc reuertamur ad spe-

De inspiciranda nobis imagine Dei. Cap. culum nostrū, & videamus qūo per cognitionem nostri possumus ascendere ad cognitionem ipsius Dei. Duplex est natura hominis. Vna interior, quæ est ipse homo, qm̄ mens vniuscuiusque est ipse. Altera exterior, idest corpus. Ex duplici natura compactus est homo, & ideo vt totus beatificaretur, duo illi bona Deus à principio præparauit, vnum visibile, alterum inuisibile: vnum corporale, alterū incorporale, vt in vno sensus carnis ad iucunditatem foueretur: in altero sensus mētis ad fęlicitatem repleretur. Idcirco duplici sensu rationalis anima instructa est, vt visibilia caperet per sensum carnis, inuisibilia per sensum mentis, quatenus & visibilia & inuisibilia ad cognitionem & dilectionē creatoris illam excitarent.

Quis finis debeat se nostris actionibus. Omnium nanque humanarum actionum ad hunc finem currere debet intentio, vt vel diuinæ imaginis in nobis similitudo instauretur, vel huius vitæ necessitati consulatur. Quæ vero in nobis diuinam similitudinē reparant, duo sunt, i. speculatio

F veritatis, & exercitiū virtutum, quia in hoc homo similis est Deo, q̄ sapiēs & iustus est. Ea siquidem perfectius authorem suū manifestāt, quæ illius similitudini vicinius appropinquant. Hoc aūt est mēs rationalis q̄ excellenter & proprie ad similitudinē illius facta est. Et tunc citius creatorē suum quē non vi-

det

det, agnoscit, cum seipsam ad illius similitudinē factā intelligit. In hoc ergo primū Trinitatis vestigiū inuētū est, cū agnoscere cępit ipsa quod erat supra se. Vidit.n. quod ex seipsa nascitur sapientia quæ in ipsa est, & diligit ipsa suā sapientiā: procedit amor ex ipsa & sapientia sua, quæ amat ipsam genitam de se, & in se mentē nō diuidit a se: & apparēt tria
H quædā in vno, mens sapientia, & amor. Et est sapientia de mente: de mente & sapientia ꝓcedit amor, & surgit Trinitas, & non recedit vnitas: & sunt simul Trinitas & vnitas, hæc sic in nobis Verū longe melius ratio sua det in Deo. Deus nanq; cū sit origo omnis sapientiæ & semper sapiētiā habuit & semper eam dilexit, & quia semper dilexit, semper amorem habuit. Sapientiam quam habet, ipse genuit, & semper cū illo fuit, quia genita se a gignente non diuidit: semper gignitur, qa ęterna, semꝑ genita est, quia perfecta, nec cū gignitur inchoans, nec cū genita est cessans. Qui genuit, pater est: qui genitus est filius est: & qui ab vtroq; procedit, spiritussanctus est. Pater a nullo est, filius a solo patre ē, spiritussanctus simul a patre & filio ē: & hęc tria vnū in Deo esse substantialiter oportet fateamur. Sed quia ille qui genitus est, nō potest esse ille a quo genitus est, neq; qui a gignēte & genito ꝓcedit, potest esse ille & qui est gignens, & qui genitus: inexpugnabili ratione veritatis cognoscere cogimur in deitate personarū Trinitatem, & substantiæ vnitatē, & maiestatis æqualitatē. Pater ergo & filiꝰ & amor patris & filij vnus Deus sunt, & vno amore se diligunt, quia vnum sunt: nec aliud est quod quisq; amat in altero q̄ quod quisque amat in semetipso. Nec aliud est ꝙ quis-
I que est q̄ quod alter est, & ideo est necesse vt quisq; amet seipsum, & adinuicē quisque aliū. Hanc charitatē & hanc Trinitatē, Deus pater nobis manifestauit, cū propter nimiā charitatē suā qua nos dilexit misit filium suū ī similitudinē carnis peccati, vt nos saluaret. Misit ēt, spiritumsanctum, quo nos adoptaret in filios. Filium dedit in precium redēptionis. spiritumsanctū in priuilegiū amoris, se deniq; seruat hęreditatē adoptatis. Pater, filius, & spiritussanctus nomina sunt pietatis, nomina dulcedinis, nomina suauitatis & amoris. Quid.n. dulcius patre, & tanto patre tam dulcissimo atq; misericordissimo? Quid suauius Iesu Christo? saluator noster totus est vnctus, totus est pius, totus est dulcis atq; suauis. Quid amabilius & quid suauius, & q̄d sanctius spiritusancto? Amor patris & filij ipse est, per quē omnes sunt sancti quicunq; sunt sancti. Cōsiderate ergo quanta sit illa gloria, q̄ ineffabilis lętitia cum ad Deum patrē veniemus, & ille ponet nos in suo regno tanquā filios & hęredes, Iesus Christus tanquā fratres & cohæredes, spiritussanctus vnū nos spiritū esse faciet cū illis: Ipse siquipē est īdissolubile vinculū Trinitatis & amo- K
ris. Tunc introibimus in potentias dñi, & videbimus ciuitatē illā de qua tam gloriosa dicta sunt: Vita siquidē illius ciuitatis est quieta, pax tranquilla, fęlicitas perpetua, puchritudo admirabilis, species laudabilis, iucūditas cōcupiscibilis, in gloria desiderabilis, gaudiū perenne, festiuitas continua, cantica dulcissima. Ibi sunt quę corda omniū in quandā ineffabilem dulcedinē atq; iucūditatē cōuertunt. Sunt ibi gaudia æterna quę suauitatē infundunt, & corruptionē nō inducūt. Sēper reficiunt & nunquā deficiunt, pascunt & perseuerāt integra, ad fruendū se exhibent & permanent incorrupta. Dulcedo illius ciuitatis infundit se ad suauitatē, species ad iucūditatem, visio ad delectationem. Omnis pulchritudo ibi est. vbi summa pulchritudo est. Quanta nanque pulchritudo ibi est, vbi rerum omnium species sine defectu vigent, si- L
ne transitu permanent, sine corruptione consistunt sine mutabilitate ęterna sunt? Si tā pulchrum est quod vere pulchrū non est, quid est quod pulchrum est? O ciuitas sancta, ciuitas speciosa, quicquid in te est, totum pulchrum est, suaue est, iucundum est, Vnum bonum est, & omne bonum in ipso est. Quicquid enim nominare boni possunt, totum ibi est, quia omnia bona in vno sunt, & omnia vnum sunt. Huius tanti boni amor & desiderium cum me aliquādo tangit, vehementer, atque suauiter afficit, & nescio quō quodammodo a memetipso abstrahit, subito enim innouor & totus immutor, rapior affectu, trahor desiderio, & bene mihi esse incipit vltra quam dicere sufficiam. Exhilaratur conscientia, in obliuionem venit omnis præteritorum dolorū memoria, exultat animus, clarescit intellectus, accēditur affectus, cor illuminatur, desidia iocundatur. Iamq; alibi,

*Psal.76.*

alibi,nescio vbi,me esse video: video nanq;
sed quasi adhuc de longe, choros angelorũ
& archangelorũ psallentiũ & laudantium
Deum.Vnum est.n.ibi omniũ opus,contem
plari mirabilia Dei eumq; laudare in operi
bus suis. Omnes contemplantur,omnes lę-
tantur,omnes delectantur in Deo: cuius as-
pectus pius, facies decora, eloquium dulce;
delectabilis ad videndũ, suauis ad habendũ,
dulcis ab fruendũ.Semper libet illum aspice
re,semper habere, semper illo frui & in illo
L delectari.Ipse per se placet.& propter se:suf
ficit ad meritũ,sufficit ad præmium. Nec ali
quid est quod extra illum quęratur, quia to-
tum in illo inuenitur quod desideratur, & in
illo totũ amatur. Vnum nanq; bonum est,&
omne bonũ in illo est. Hoc bonũ soli boni
habent & vident: amant & laudant laude per

*Spiritus intellectualis. Cap. 56.*

petua. Cum considero qualis animę natura
sit q̃ carnẽ viuificare potest, sed semetipsam
stringere in bonis cogitationibus sicut desi-
derat non potest, inuenio quẽdã intellectuã
lem spiritum p creatoris potentiam viuentẽ
& corpus quod sustinet viuificantẽ,sed tñ va
nitati subditũ, mutabilitati subiectum:quem
sæpe lętitia extollit, timor afficit, iniquitas

*Animæ vita & mors. Ezec. 18.*

mortificat,iustitia viuificat. Vita siquidem a-
nimæ Deus est,mors animę peccatum. Ani-
ma nanq; peccauerit ipsa morietur,q̃ aũt iu
diciũ fecerit & iustitiam, viuet & non mo-
rietur. Ita immortalis est anima,vt mori pos
sit: ita mortalis,vt mori non possit. Immor
talitate mortalis est, & mortalitate immor
talis est. Quapp miseris mors est sine mor-
te, finis sine fine, defectus sine defectu; quia
mors semper viuet, & finis semper incipiet
& defectus deficere nesciet: mors perimet
& non extinguet: dolor cruciabit,& pauorẽ
non fugabit:flamma comburet, sed tenebras
nõ discutiet.Erit.n.in igne obscuritas,in ob-
scuritate pauor,in combustione dolor.Ita re
probi ignibus inferni traditi,in supplicijs do
lorẽ sentiẽt,& in doloris angustia pauore fe
rientur, & semper tolerabunt, & semper ti-
mebũt: quia sine fine semper cruciati viuẽt
sine spe veniæ & misericordię, quod est mi-
M seria super miseriã.Si.n.post tot milia anno-
rũ quot capillos habuerunt omnes quicun-

*Impiorũ afflictio.*

que fuerunt & erunt pęnas suas finiri spera-
rent,multo & leuius eas sustinerent. Sed quia
spẽ nõ habẽt nec habebunt, desperatione de
ficient & ad tormenta non sufficient. De his
p Esaiã scriptũ est, Vermis eorũ nõ morief,
& ignis eorũ non extinguetur, quia nec ipsi
consumentur. Vermis consciẽtiã corrodet,
ignis carnem comburet: quatenus q authori
suo corde,& corpore deliquerunt corde si-
mul & corpore puniantur,cum anima à bea A
ta vita separata erit,& corpus æternis suppli
cijs subiacebit.Ibi erit metus & męror,luct⁹
& dolor.Tũc vere nihil lugere erit nisi flere,
quia pęnitere tunc nulli poterit valere.Ibi e-
rit tortor cędes, vermis corrodens,ignis cõ
sumens. Peccata detegentur,rei punientur,&
hoc totũ perenne. Quisquis.n.ad tormenta
ibit,iã non amplius exibit.Dolor combustio
nis eos foris cruciabit, pęna cęcitatis intus
obscurabit. Videbunt aũt illa teterrima mon
stra demoniorũ,& laruales facies eorũ.Vide
bunt ẽt tormenta inferni, & in tormentis se-
quaces suos quos inordinato amore contra
Dei pręcepta amauerunt, quatenus illorũ in
teritus eos in augmento damnationis suæ af
fligent. Deũ aũt non videbunt,quod est om-
nium miseriarũ miserius. Quis.n.dicere põt
quanta pęna erit non videre & creatore &
plasmatorẽ omniũ rerũ, redemptorẽ & sal-
uatorẽ fideliũ, regẽ cęli & terrę & dñm vni-
uersitatis,p quẽ sumus,viuimus,& sapimus?
Idcirco necesse est vt nos vndiq; circunspi-
ciamus, & vbiq; custodiamus, ne aut praua
agamus, aut recta q̃ præcepta sunt non aga-
mus, vt bonis actibus expletis, cogitationib.
nõ intumescamus.Multi nanq; ex virtutibus
in infernũ per elationẽ corruerunt.Bona de-
siderabiliter appetamus,mala solerter cauea
mus,ne sub specie bonorũ ea faciamus, qm
plerunq; vitia se esse virtutes mẽtiũtur. Quis
qs ergo meminit illicita se cõmisisse,studeat
à licitis abstinere: & qui prohibita cõmisit,
sibimet abscidat cõcessa. Qui vero peccatũ
adhuc plãgit, perpetrare vita timeat,& rep-
hẽdat se in minimis,q meminit se deliquisse B
in maximis. Quanta licet nãq; virtute mens
polleat quanta licet grauitate vigeat, carna-
les tamen puerile quiddam exterius extrepũt
& nisi iuuenili quodã feruore infrenentur,
ad fluxa queq; & leuia mentẽ eneruem tra-
hunt: vbi si longa consuetudine obseruatã
fuerit, cum exurgere voluerit, non poterit
mole malæ consuetudinis pressa. Quisquis
ergo stat,videat ne cadat: & si ceciderit, ve-

lociter resurgat, cordis cōpunctione, oris confessione, & operis satisfactione. Sit humilior intra propriā cōsciētiā, sit feruentior atq; prōptior ad agendū pęnitentiam, sit cautior ad custodiā. Qui.n. solo beatitudinis supernæ desiderio tēporalia ista cōtēnit, & nihil huius mundi diligit, solamq; æternā patriā appetit, magna mētis trāquillitate fouetur, in qua tanto Deū purius cernit homo, cū
C se solo solū inuenit, Nihil.n. Deo pͥsentius, & nihil eo secretius. A turba ergo terrenorum desideriorū successum mētis petamͮ, & inde à secreto cordis illicitarū cogitationū tumultus expellentes intentione supernæ patriæ in amorē animæ quietis anhelemus, & in alta Dei cōtēplatione nos subleuemus. Cōtēplemur qui sint ipsi angelorū chori, q̄ ipsa societas beatorum spirituū, q̄ maiestas visionis Dei, & qūo Deus ęternę visionis suæ dulcedine sanctos suos reficiet. Nemo.n. in hac vita digne pensare potest quanta sit illa fęlicitas, Deū facie ad faciē videre, quanta suauitas illud melos angelicū audire, quanta iucunditas omniū sanctorū societatē habere. Tm̄.n. vnusquisq; gaudebit de beatitudine alterius, quantū de suo gaudio ineffabili: & quot socios habebit, tot gaudia habebit. In illa gloria nihil libētius intueor, nihil delectabilius ad contēplandū inuenio quā intimi amoris affectū, quo vnusquisq; tantū amabit alterū, quātū seipsum: & Deū plus q̄ se, & omnes alios secū: & Deus plus illos, q̄ illi semetipsos, & hoc gaudio perpetuo. Nihil enim ibi
D extraneū videbimus, nihil incōpetens amabimus, nihil quod aures nostras offendat audiemus. Omnia nanq; sunt ibi cōsona, omnia lęta, omnia pacifica. Vnde cōsona secura sunt omnia cęlica iura. Ibi est omnis fęlicitas omnia suauitas, omnis iucūditas, & omnis amęnitas, omnis pulchritudo, & omnis dulcedo. Quicquid expedit, & quicquid delectat ibi est, omnes videlicet diuitiæ, & delitię omnis requies, & omne solatiū, Ibi est iugis trāquillitas, amęna serenitas, æterna iucunditas, iucunda & decora laudatio, & plena omnium bonorū cognitio. Quid ibi enim deesse pōt ubi Deus est, cui nihil deest? Quotquot ibi sunt dij sunt: nec necesse est vt alter dicat alteri, Cognosce dn̄m, Omnes enim cognoscunt eū, & vident: omnes laudant, & amant. Cognoscunt sine errore, vident sine fine, laudant sine fatigatione, amant sine fastidio. Sēper vident, & semper videri desiderant, tam desiderabilis est ad videndū. Semper amant, & semper amare desiderant, tā dulcis est ad amandū. Et quanto amplius amant, tanto magis amare volunt tā delectabilis est ad fruendū. In hac delectatione requiescunt pleni Deo pleni omni benedictione & sanctificatione: adhærentes semper beatitudini, sunt beati, cōtemplantes semper ęternitatē, sunt æterni: rū-
ĉti vero lumini facti sunt lux: aspiciētes semꝑ incōmutabilitatē, mutati sunt in incōmutabilitatē. Tanto libentius quanto dulcius illū aspiciūt, cuius aspectus pius, facies decora, eloquiū dulce. O beata visio videre regē angelorum in decore suo, videre sanctū sanctorum per quē oēs sunt sancti. Illū videre summa fęlicitas est, summa iucunditas, vita æterna, & vita beata. Gaudete & exultate iusti, quia videtis quē amastis, habetis quē desiderastis diu tenetis quem nunquā amittere timetis. Propterea cantate & exultate ei, quoniam ipse dominus Deus vester gloriosus, & speciosus. Ipse est salus & vita, honor & gloria, pax & omnia bona. Quanta pax ibi est vbi nulli vestrum quicquā repugnat, vel ab alio, vel à seipso, sed ipse dominus regit vos, & nihil vobis deerit. Ipse disposuit vobis regnū vt edatis & bibatis super mensam suam in regno suo. Gustate ergo & videte, quoniam suauis est dominus. Suauis est ad videndū suauis est ad gustandum. Nec dici potest quantam habeat in gustu voluptatē, quātam in sapore iucunditatē, quantam in odore suauitatem. Tantę suauitatis magnitudinē vos qui experti estis, nobis qui nunquam tale quid gustauimus, intimare non potestis. Tanquā si quis mellis dulcedinem ei qui nūquā dulce gustauerit, verbis indicare uelit: profecto nec ille saporis illius suauitatem, quā nunquam ore percepit, auribus capiet: nec ille dulcedinē quā gustus voluptate cognouit, verbis poterit iudicare. Væ mihi misero, qui nunquā sentio quod sentitis, nec ibi sum vbi vos estis: in loco refrigerij, lucis, & pacis vos estis, vbi esse vestrum non habebit mortem, nosse vestrum non habebit errorem, amare vestrum non habebit offensionem, gaudium vestrum nō habebit mœrorē, Ego vero in regione umbrę mortis nescio finem meum, nescio si dignus sim amore uel odio,

E

*Gratulatur pijs Deo fruētibus.* Cap. 58.

*Luc. 22.* *Psal. 33.*

F

*Deplorat miserias suas. c. 59*

*Eccl. 9.*

odio,nescio quãdo de corpore egrediar. Egrediar,quod nescio qñ,& fortassis dies iste supremus, sed propterea tremens & pauens quotidie mortem expecto, quę vbiq; mihi minatur:diabolũ suspectũ habeo, qui vbiq; mihi insidiatur:timeo & pauesco vltimã discussionẽ & irã districti iudicis,ne pro peccatis meis mittat me in gehennã ignis. Et sicut indicare non potestis mihi gaudium &
G lętitiam vestram de visione Dei: sic ego sufficienter non possum vobis exponere necessitates & infirmitates quas patior, iniquitates & peccata quę feci, culpas & infinitas negligentias quas egi,& quotidie indesinenter ago corde,ore,opere, & ferè omnibus modis,quibus humana fragilitas Deũ offendere pôt. Vos igitur qui meruistis cõsortes fieri supernorũ ciuiũ & perfrui ęternę claritatis gloria,orare pro me ad dominum,vt educat me de isto carcere,in quo teneor captiuus & ligatus. Mẽs etenim cęca & vaga est,qualitate earũ rerũ quas respicit, variatur, & iuxta qđ aspicit cogitatio illius sensusq; mutatur. Cũque stare in semetipsa nititur, à semetipsa aliquo mõ ẽt nascẽdo deriuat, & ab vnaquaq; re cui intẽdit,fastidio impellẽte remouetur. Dum enim inhianter cogitanda appetit, & repente cogitata fastidit,docetur quod aliunde pẽdet,ibiq; posita nõ requiescit. Ad Deũ quippe solũ suspensa est à quo formata est. Sed quia oẽ quod infra appetit, minus est,iure ei nõ sufficit quicquid Deus non est. Hinc est ꝙ huc illuc dispergitur, & per infinita distrahitur,quęrens requiẽ vbi non est,delectationis videlicet amęna, quęrit quo pauset. Sed quia vnũ Deum, quẽ sufficienter habere poterat,dereliquit,nũc per multa ducitur:vt quia qualitate rerũ satiari non pôt, saltẽ varietate satietur. Propterea necesse est,vt mentẽ nostrã per diuersa sparsam colligamus, & in vno æternitatis desiderio cõponamus. In cõtẽplatione nãq; creatoris hoc adepturi sumus sẽper,vt vna mẽtis stabilitate ꝑfruamur, hoc est cũ labore nunc conantes imitemur, ꝙ post in munere gaudẽtes accipiemus. Annos itaq; nr̃os terrenis subducere curis studeamus,subducere erumnis,vt in ciuitate domini virtutũ liceat hora vna vel dimidia,cogitatione & auiditate versari. Consideremus & quantum possumus æstimemus qualis sit illa gloria,quanta lętitia.quæ solennitas,quę

*Inuocatio sanctorũ.*

*Cupido varietatis vnde nascatur.*

H

*Vt mentẽ excitemus ad cœlestia. c. 60*

veneratio,quod tripudiũ ciuiũ supernorum, qui assidui dominatori laudem proferunt, honorẽ deferunt, deuotionẽ offerũt, depromunt canticum nouum,canticũ lętitiæ, inæstimabili quodã clamore:quia feruentissimo amore,ineffabili cãtu, mirabili affectu, cęlesti iubilatione,spiritali modulatione. Ipse siquidẽ est eorũ verus cibus,plena satietas,ęterna mansio, summa beatitudo æternæ lętitiæ salus æterna, indeficiens virtus,& vita immortalis. I
Sępius hæc meditor, illuc ascendere nitor. Suspiro,frẽdo:precibus,votis ibi tendo: Atq; modo miro ꝗ sint ibi, quantaq; gyro. Mens hæret Christo,cor delectatur in isto. Illuc versatur, gaudet, stupet,& veneratur. Iã tanto dulcius,quanto sæpius: auidate quidẽ multa,sed satietate nulla, tã rara est hora, & breuis mora. O si vnquam in pace in idipsum dormiam & requiescam, vt in habitem in domo domini omnibus diebus vitæ meæ. Si vnquam videre potero illũ tã desiderabilem,in quem angeli perspicere desiderãt. vt possim dicere, Ecce quem cõcupiui video, quem optaui iam teneo, Quando veniã & & apparebo ante faciem domini, ad vidẽdũ eum in bonitate electorũ suorum, ad lętãdũ in lętitia gentis suæ, vt laudetur cũ hæreditate sua. Quando videbo ciuitatem illam, de qua dictum est, Plateæ tuæ Hierusalẽ sternẽtur auro mundo, & in te cantabitur canticũ lętitiæ,& per omnes vicos tuos ab vniuersis dicetur halleluia? O ciuitas sancta,ciuitas speciosa,de longinquo te saluto,ad te clamo,te requiro. Desidero.n.videre, & requiescere i te:sed non sinor carne retentus. O ciuitas desiderabilis,muri tui lapis vnus,custos tuus ipse Deus, ciues tui semper lęti: semper enim gratulãtur in visione Dei. Non est in te corruptela, nec defectus, nec senectus, nec ira: sed pax perennis,gloria solennis,lętitia sempiterna, solennitas continua. Vere tantũ gaudiũ & exultatio, flos & decus iuuentutis & perfectæ salutis. Nõ est inte heri nec hesternum,sed est idẽ hodiernũ. Heri si quidẽ vesteum cras, & pridem sempiternum & idẽ. Tibi salus, tibi vita, tibi pax est infinita, tibi Deus omnia. Gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei. Sicut.n. lętantiũ omniũ habitatio est in te. Nullus in te timor, tristitia nulla, desiderium omne transit in gaudium, dum pręsto est quicquid optatur, & quicquid desiderat abun-

*Psal. 4*

*1. Pet.*

*Psal. 4*

*Tob.*

K

*Psal. 8*

abundat. Omnes ciues tui superfluentē mensuram gaudiorum accipient, vt palā omnes in cōe gaudeant, gaudeant in immensum: lætabuntur omnes in vnum, cum habitauerint fratres in vnū, cū occurrerint oēs in vnum, deniq; oēs fient vnum, sicut orare dignus est pro familia sua, qui pro reuerentia sua digna
17. tus est obtinere. Sicut tu pater in me, & ego in te, & ipsi in nobis vnū sint. Lætabitur itaq; vniuersitas illius ciuitatis, lætabitur vnitas, lę
L tabitur ciuitas, cuius participatio in idipsū. Lætabitur spōsa in osculis & amplexib. spōsi, lætabitur & exultabit gratulabunda, & laudans eū in secula seculorum. Sic & gaudebit sponsus super sponsam, & lætabitur dñs in omnibus operibus suis, videns ea quæ fecit & quidē valde bona. Lætabitur & pater & ꝑ vnigenitum multos adoptionis filios obtinebit. Lætabitur etiā filius, vt primogenitus in multis fratrib. quos in cōionem paternæ hæreditatis dignanter asciuerit. Nec minus in illis spirituisancto, per quē adoptati fuerint, cōplacebit. Nouis ēt gaudijs & ineffabilibus votis ab illis quoq; uicinis potestatib. angelorū, summo pastori & summe bono gratulantibus, super inuenta, & mirabiliter repor-
15 tata centesima oue canet. In his paterna gloria, in his uoluntas spiritus, exultat in his filius, cęlum repletur gaudijs. Quod vero ipsi redempti fuerint à dño, quam deuote confitebuntur & dicent, Quam bonus, qm̄ in seculum misericordia eius. Lętitia siquidē sempiterna erit in eis, & exultationes Dei in gutture eorum in æternū, & in seculum seculi in perpetuas æternitates. Beati omnes qui habitant in domo tua dñe, in secula seculorū lau-
33. dabunt te. Inebriabuntur ab ubertate domus tuæ, & torrente uoluptatis tuæ potabis eos.
35. Qm̄ apud te est fons uitæ, & in lumine tuo uidebimus lumen, Cum uidebimus in te, & nos in te, & te in nobis uisione continua & fęlicitate perpetua. Anima in essentia est simplex, in officijs est multipex. Habet.n. septem actionis gradus, quib. uires suas atq; potētiā ostendit: Primus est uiuificatio, Secūdus sen-
M sus, Tertius ars, Quartus correctio, Quintus tranquillitas seu puritas, Sextus contemplatio, Septim⁹ quies. In primo gradu siue actu anima præsentia sua corpus uiuificat, colligit in unū, atq; in uno tenet. In secundo per sensus ad ista exteriora disponenda se extendit. In tertio diuersas artes comprehendit. In quarto ex quo bonitas incipit, atq; omnis uera laudatio, se inquinatā mundat atq; ad puritatem præparat. Inde cum iam fuerit ab omni labe mundata maculisq; diluta puritatem tenet. Aliud est enim puritatem efficere; aliud tenere. Tūc vero ingenti quadam A
& incredibili fiducia pergit in Deum, idest, in ipsam contemplationem veritatis, & ille est gradus sextus. Iam vero in illa uisione seu contemplatione, quæ est septimus gradus, qui est quies uel potius quædam mansio manet anima, gaudet & lętatur & delectatur. Aliud est enim mentis oculū in id quod uidendum est dirigere, aliud est infixum tenere. Primum gradum communem habemus cum arbustis, secundū cum bestijs, tertium cum doctis & indoctis. In tertio gradu Deus animam innectit. i. ducere incipit, purgat inquarto, confirmat in quinto, introducit in sexto pascit in septimo. In contemplāda aūt ueritate quæ sit voluptas, quæ solennitas sine fine visionis Dei, quæ lætitia sine defectu amoris, ardor non crucians, sed delectans, quantum desiderium visionis cum satietate, & quanta satietas cum desiderio, qui fructus veri & summi boni, quæ serenitas, q̄ amoenitas, & iucunditas, quid ego dicam? dixerunt magnæ quædam & sanctæ animæ quas ista uidisse ac uidere credimus. Nos uero si cursum uitæ quem nobis Deus proposuit, quē tenēdū suscepimus, cōstātissime tenuerimus per Dei gratiam ad illud uerum & summū perueniemus. Implendis ego mandatis Dei religiossime atq; constantissime ac uigilantissime operam demus: qm̄ non est alia fuga de tantis malis ad tantū bonū. Religio siquidem uera est, qua se anima reconciliatione B
Deo religat, à quo se uelut pc̄tō abruperat.

Vis animæ nostræ septem sibi uendicat actus: *Septem actus aīæ*
Viuificat, senti t, varias amplectitur artes:
Corrigit excessus, uirtutibus instat, in ipsam
Diriget intuitum deitatem gaudet in illa.
Seminib. quoq; primus inest, animalia bruta
Participant aliū: duo nostræ proprietatis,
Tres sunt superum: superi tn̄ anteferuntur.
Ex actu primo uegetātur corpora, crescunt,
Prouehit inde vigor, nex⁹ cōplexio, motus,
Est status & species, & cōuenientia quædam.
Ex alio tangit, videt, audit, gustat, odorat:
Odit, amat, petit apta sibi, contraria uitat,

Soluitur in somnos, in somnia mente vagatur:
Præteriti meminit, venturis instat, agitque
Plurima quæ sensu non & ratione geruntur.
Tertius ingenuas variasq; perambulat artes:
Quodq; vel ingeniũ vel disciplina ministrat.
Colligit, & vario profectu mentibus hæret.
Quartus ab illicitis reuocat, mentisq; reatus.
D Abiurare docet, & tunc agnoscere sese
Incipit, inq; nouum discit trãsire decorem.
Discimus ex quinto naturæ lege teneri:
Res inconcessas virtutis amore cauere:
Concessis aliquot etiam sine teste carere.
Sextus in aspectum Solis lucisq; supernæ
Penè parẽ superis animã rapit immaculatã.
Septimus astringit stabiliq; subarrat amore
Collateratq; Deo, quã dotem iã speculatur.
Qui thalami, quis cultus eã, q̃ festa serenent:
Quis dicat, mea sponsa veni, dixere beatæ
Maioresq; animæ: nec eis tñ aut ea virtus,
Aut ea lingua fuit, quib. nec aperire liceret.
Excedit sensus meritumq; recõdita merces.

*Alloquitur & excitat animam suã. Cap. 62.* Ecce audisti aĩa mea q̃d sis & q̃d possis: mõ audi qualis sis, & qualis esse debeas. Onerata es peccatis, irretita vitijs, capta illecebris exilio captiua, corpore carcerata, hærens luto, infixa limo, affixa mẽbris, cõfixa curis, distenta negocijs, cõtracta timorib. afflicta dolorib. errorib. vaga, suspicationib. inquieta, solicitudinib. anxia, aduena in terra inimicorũ, coinquinata cũ mortuis, deputata cũ ijs, qui in inferno sunt. Si sic dãnata & desperata vis respirare in spẽ veniæ & misericordiæ, & cũ rege angelorũ ducere suaue iugũ amoris, oportet te esse pudicã, verecundã, veridicã, pauidã, circunspectã, nihil penitus admittẽtẽ ꝙ euacuet gloriã cõscientiæ tuæ. In nullo tibi cõscientia sit quo erubescas præsentiã veritatis, quo cogaris auertere faciẽ tuã à lumine Dei: & vt hic decor diuinos oblectat aspectus, prodeat foras, & diffundat se per mẽbra & sensus corporis, quatenus ĩde reluceat oĩs actio, sermo, aspectus, incessus, risus. Sit tñ risus
E mixtus grauitate, & plenus honesti mot⁹. Actus & vsus totius corporis cũ apparuerit, sit actus purus modestus, totius expers insolẽtiæ & lasciuiæ, leuitatis & ignauiæ. Sit sermo rarior, vultus hilarior, aspectus verecũdior, incessus modestior: talis aĩæ pulchritudo & mẽtis ingenuitas. Sic solicita est bona cõsciẽtia famæ integritatẽ seruare, vt iuxta Aposto-
*2. Cor. 8* lũ, prouideat bona, non tñ corã Deo, sed ẽt corã hoĩb. Talis vtiq; decor relictis omnib. votis inhæret Deo, viuit Deo, nihil amat præter Deũ, & ꝙ amãdũ est propter Deũ: Solicite studet prouidere dñm in cõspectu suo sẽper, cui sentiat ad correptionẽ, quo illuminetur ad cognitionẽ: quo vtatur ad virtutẽ, quo reformetur ad sapientiã: cui conformetur ad decorẽ, quo fruatur ad iucunditatẽ. Beata aĩa cui datũ est desuper vt bonũ velit & nouerit & possit, quatenus & voluntas assit, nec facultas desit. Vę mihi misero, qui ista seruo in
F memoria, & scribo in charta, nec habeo in vita: non ꝙ talis sim, qui ita scripsi, sed ꝙ talis esse vellẽ, & talẽ non esse me pudet. Audi sti aĩa mea qualem te esse oporteat. Fuge ergo paululũ occupationes tuas, & abscondere modicũ à tumulluosis cogitationib. tuis, intra cubiculũ mentis tuæ, & exclude omnia ꝑter Deũ, & qui adiuuent te ad quærendum eũ: quem dum inueneris, requiesce aliquãtulũ in eo. Dic ergo anima mea Deo, dic, Quis es dñe, & quẽ te intelligam? Certe tu solus es ꝙ es, & tu es qui es: id es quo nihil maius cogitari potest, nec melius, nec iucundius. Vita es, sapiẽtia, lux es, veritas, bonitas, æternitas, summũ bonũ, tu tibi omnia sufficiens, nullo indigens, quo omnia indigẽt vt sint, & vt bene sint. Inuenisti anima mea, ꝙ quærebas: q̃rebas. n. Deũ, & inuenisti eum esse quoddam summum omnium, quo nihil maius cogitari potest, & hoc esse vitã, sapientiã, lucem, veritatem, bonitatẽ, æternitatem, beatitudinem & beatam æternitatẽ, & omne verum bonũ, hoc bonum es tu Deus, Deus pater hoc bonum est verbũ tuũ, i. filius tuus. Sic es tu simplex, vt de te non possit aliud nasci, q̃ quod tu es: hoc ipsum est amor vnus & cõis tibi & filio tuo, i. spiritussanctus ab vtroque procedens. Non. n. à summa simplicitate procedere potest aliud quã quod est à quo procedit. Gratias tibi ago dñe Deus meus, qui hãc gratiã mihi dedisti, vt te possem quærere, te inuenire. In mente siquidẽ mea, quam ad ima-
G ginem & similitudinẽ tuã bonitate tua creasti, tria inuenio, i. memoriã, intelligentiã, & amorẽ, quib. tui possim reminisci, te intelligere & amare. In memoria nanque mea manes, ex quo cognoui te: & in ea te reperio, cũ reminiscor tui, & delector in te. Mane ergo ĩ ea pijssime Deus, vt ibi possim te inuenire, & requiescere etiã in te. Hæc. n. est mea gloria,

ria,hę sunt delitiæ meę,hęc est lętitia cordis mei, cum possum vacare tibi & videre quid sis. Tu es enim summa essentia, summa vita, summa sapientia, summa salus, summa lux, summa veritas,summa bonitas,summa æternitas,summa magnitudo,summa pulchritudo, summa beatitudo,summa immortalitas, summa immutabilitas, summa vnitas, summum bonum, in quo est omne bonum: H immo quod est omne & vnum & totum & solũ bonũ.

F Excita nũc anima mea,& erige totũ intellectum,& cogita quantum potes,quale & quãtũ sit Dei bonũ.Si.n.singula bona delectabilia sunt, cogita intente q̃ delectabile sit illud bonũ, quod cõtinet iucũditatẽ omniũ bonorũ,&non qualẽ in reb.creatis sũmus experti,sed tãto differẽtẽ, quãto differt creator à creatura. Si.n.bona est vita creata, q̃ bona est vita creatrix? si ita iucũda est salus facta, q̃ iucunda est salus quę fecit omnẽ salutem? Si amabilis est sapientia in cognitione rerũ conditarũ,q̃ amabilis est sapientia,quæ omnia creauit ex nihilo? Deniq; si multæ & magnæ delectationes sunt in rebus delectabilibus,qualis & quanta delectatio est in illo qui fecit ipsa delectabilia? O qui hoc bono fruetur,q̃d erit,& quid illi nõ erit?Certe quicq̃d volet erit,& quicquid nolet nõ erit.Ibi quippe erũt bona corporis & animę,qualia oculus non vidit, nec auris audiuit, nec cor hominis cogitauit. Cur ergo per multa vagaris homũcio quærẽdo bona animę tuę & corporis tui? Ama vnũ bonũ, in quo sunt oĩa bona,& sufficit. Desidera simplex bonũ, q̃ est oẽ bonũ,& satis est. Quid.n.amas caro mea? Quid desideras anima mea? Ibi est q̃cquid amatis ibi est quicq uid desideratis? si delectat I pulchritudo, Fulgebũt iusti sicut Sol.Si velocitas,aut fortitudo,aut libertas corporis,cui nihil obsistere possit, Erunt similes angelis Dei:quia seminatũ corpus animale, & surget corpus spiritale: ptãte vtiq; nõ natura Si delectat lõga & salubris vita,ibi est sana ęternitas,& æterna sanitas,quia in ꝑpetuũ viuẽt, & G salus iustorũ a dño:Si satietas,& satiabunt cũ apparuerit gloria dñi.Si ebrietas,inebriabũt ab vbertate domus Dei. Si melodia,ibi angelorũ chori cõcinũt sine fine Deo. Si quęlibet mũda voluptas, torrente voluptatis deitatis suæ potabit eos dominus.Si sapiẽtia,oẽs erunt docibiles Dei:qũo ipsa sapiẽtia ostẽdit eis seipsam. Si amicitia,diligẽt Deũ plusquã seipsos,& inuicẽ tanq̃ seipsos: & Deus illos plusq̃ illi seipsos, quia illũ & se & inuicẽ ꝑ illũ,& ille illos per seipsum.Si cõcordia, cibus illis erit vna voluntas: quia illis non erit nisi sola voluntas Dei.Si potestas,introibunt in potentias domini, & omnipotentes erunt suę voluntatis,vt Deus suæ. Nã sicut poterit Deus quod volet per seipsum,ita poterunt illi quod volent per illum. Quia sicut illi non aliud volent q̃ quod ille,ita quicquid illi volent, ille volet: & quod ille volet,non poterit nõ esse. K Si honor & diuitiæ,Deus suos seruos bonos & fideles super multa cõstituet, immo filij Dei & dij vocabuntnr & erunt:& vbi erit filius eius,ibi erũt & illi, hæredes quidẽ Dei cohæredes aũt Christi. (Rom. 8.) Si vera securitas,certe ita certi erunt, nunq̃ ista vel potius istud bonũ sibi defuturũ,sicut certi erunt nec se sua spõte illud amissuros, nec dilectorem Deũ illud dilectoribus suis inuitis oblaturũ. Gaudiũ vero quale aut quãtũ,vbi tale ac tantũ bonũ inuenitur? Cor humanum,cor indigẽs,cor inexpertũ,eruptũ,immo obrutũ erũnis,quãtũ gauderes si his omnib.abundares? Interroga intima tua, si capere possunt gaudiẽ suũ de tãta beatitudine sua. Sed certe siquis alius, quẽ omnino sicut te ipsum diligeres,eandẽ beatitudinẽ haberet, duplicaretur gaudiũ tuũ:quia non minus gauderes pro eo quã pro teipso.Si vero duo vel tres vel multo plures haberent idipsum,tantundẽ pro singulis quantũ pro teipso gauderes,si singulos sicut teipsum amares. Ergo in illa perfecta charitate innumerabiliũ beatorũ angelorũ & hominũ,vbi nullus minus diliget aliũ quã seipsum,erit gaudium innumerabile. L Si ergo cor hominis de tanto suo bono vix cũpiet gaudiũ suũ,qũo capax erit tot & tantorũ gaudiorũ in illa ꝑfecta fęlicitate? vbi sicut vnusquisq; plus amabit sine cõparatione Deũ, q̃ seipsum & oẽs alios secũ:ita magis gaudebit absq; æstimatione de Dei fęlicitate, q̃ de sua & omniũ aliorũ secũ. Sic Deũ diligent toto corde, tota mẽte,tota anima, vt totũ cor nõ sufficiat dilectioni: & sic gaudebũt toto corde, vt totũ cor nõ sufficiat plenitudini gaudij:tantũ est gaudiũ. Deus infinitę misericordiæ, fons totius bonitatis & pietatis, fac nos participes tanti gaudij. Tu es enim gaudium plenum, beatitudo summa: tu es id quo ni-

hil melius desiderari pôt, nihil beatius vel vtilius possideri. In illa æterna beatitudine & perfecta Deo tripliciter fruemur, videntes eũ in omnibus creaturis, & habentes eũ in nobisipsis: & quod his omnibus ineffabiliter iucũdius erit atq; beatius, ipsã quoq; cognoscentes in semetipsa Trinitatẽ, & gloriosam illã sine vllo ęnigmate mundo cordis oculo contẽplantes. In hoc.n. est vita ęterna & pfecta, vt cognoscamus patrẽ & filiũ cũ sancto spiritu, & videamus Deũ sicuti est. i. non eo modo sicuti inest nobis aut creaturis, sed sicut est in semetipso. Verũ q̃ magna est beatitudo illa, & quã abscõdita ab oculis nostris. Oculus nõ vidit, auris non audiuit, & in cor hõis nõ ascendit, quanta charitas, quanta sua uitas, quanta iucũditas maneat nos in illa cognitione. Pax Dei est in illa q̃ exuperat oẽm sensum & intellectũ, & quanto magis oẽm sermonẽ nostrum? Quod ergo nulli donatũ est experiri, nullus conetur effari. Mensurã, ait dominus bonã, dabit in sinus vestros, confertam in interiore homine, coagitatã in exteriore, supereffluentem in Deo ipso. Ibi cumulus fęlicitatis est, ibi supereminẽs gloria, ibi supereffluẽs beatitudo. Nã qũo videndus sit in creaturis, qũo in nobis habendus possumus vel ex parte conijcere, in ipsis nimirum quas accepimus iam primitijs spiritus. Cognitio autẽ in Deo ipso illa adhuc nobis incognita est, mirabilis facta est, cõfortata ẽ, vt nõ possimus ad eã. At vero quemadmodũ in creaturis videndus sit, aliquatenus possumus intelligere, nimirum cum & modo videatur in ipsis. Vnde & Apostolo Paulo teste, Per ea quæ facta sunt, Dei inuisibilia conspiciũtur. Vnde quantuncunq; proficiat quis intelligẽdo cõspicere, quã potẽtissime, q̃ benignissime, quã prudentissime, maiestas ęterna oĩa fecerit, cuncta regat, ordinet vniuersa, prorsus modicũ est ab eo quod cõprehẽdat. Veniet autẽ quando iam visione & cõtẽplatione atq; gaudio ineffabili consequemur agnũ quocunq; ierit, & in omnibus consequemur creaturis, vt in omnibus gaudeamus: sane in omnibus, sed nõ aliunde quam de ipso; sicut & ipse alijs nõ fruitur, sed seipso. Iã vero, & in nobis quemadmodũ habendus sit in parte possumus cogitare. Cõstat.n. animarum esse triplicem naturam. Vnde & sapientes mundi huius, animam humanam rationalem, concupiscibilem, & irascibilem esse tradiderunt: quem triplicem vim animę: ipsa quoq; natura & quotidiana experimenta nos docent. Porro quẽadmodũ circa rõnale nostrũ & scientia & ignorantia constãt, tãquã habitus & priuatio: sic & circa concupiscibile, desiderium & contemptus, & circa id quod dicit̃ irascibile lętitia pariter & ira versantur. Implebit ergo dominus rationale nostrũ luce sapientiæ, ita vt penitus nobis nihil desit in vlla scientia. Implebit concupiscibile nostrũ fonte iustitiæ, vt omnino desideremus eã, & ea penitus repleamur. Sicut scriptũ est: Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiã, quoniam ipsi saturabuntur. Nulla enim alia res implere potest desiderium animæ, nulla alia præter iustitiã beatificare potest animã. Cum ergo repleuerit Deus concupiscibile nostrum iustitia, quæcunque respuere debet anima, respuet: & quicquid debet concupiscere, cõcupiscet: & ex omnibus his magis appetet quod magis fuerit appetendum. Merito deniq; concupiscibili nostro iustitiam attribuim⁹, ex quo nimirũ iusti aut iniusti reputamur. Iam vero quod dicitur in nobis irascibile, cũ repleuerit illud Deus, profecto erit in nobis tranquillitas, & in summam lætitiam atque iucunditatem replebimur per diuina. Et vide si non in his rebus perfecta sanè quantum ad animam spectat, beatitudo consistit: qñ scientia iam non inflabit propter iustitiam, iam non contristabit propter lętitiam: vt cesset iã prouerbiũ illud, Qui apponit scientiam, apponit dolorem. Quando iustitia nec indiscreta erit propter scientiam, nec onerosa propter lætitiam. Quando lætitia nec suspecta erit propter scientiam, nec impura propter iustitiam. Sed in his omnibus nihil homo noster exterior accepit. Ipsi ergo, vt inhabitet gloria etiã in terra nostra, & iuxte alium Prophetam, repleatur maiestate domini omnis terra, quatuor sunt quærenda, quem constat ex quatuor elementis compactum esse. Nec mireris quod pluribus videtur indigere, cui nũc indigentię locus est. Vnde Propheta in Psalmo: Sitiuit in te anima mea, q̃ multipliciter tibi caro meo. Habebit ergo terra nostra immortalitatem, ne iam timeat denuo se in puluerem redigendam. Resurgens enim corpus nostrum, iam non moritur, mors illi vltra iam non dominabitur.

Sed

Marginal notes: *Quibus modis deo fruemur.* Cap. 65. Ioan. 17. 1. Ioan. 3. M. 1. Cor. 2. Phili. 4. Luc. 6. Rom. 1. A. τὸ λογικόν, τὸ ἐπιθυμητικόν, τὸ θυμικόν. E. Matt. 5. Eccl. 1. C. Psal. 71. Psal. 41.

Sed proderit si forte contingat viuere cũ miserijs & ęrumnis paßibilitatis huius qua nimirũ incessanter incorruptibile hoc corpus affligitur,& si non semel, vtiq; semper moritur. Habebit certe omni modo à Deo impassibilitatem. Ab humorib.n. inordinatis causas aiunt procedere paßionum. Sed iã desiderat corpus nostrũ leuitatem secundũ eam nimirũ quam habet ex aere portionẽ, ne ipso onere sit molestũ. Tãta itaq; futura est credenda corporum leuitas & agilitas bonorũ, vt poßint si velint absq; omni mora seu difficultate ipsam quoq; cogitationũ nostrarũ sequi ad omnia velocitatẽ. Quid vltra deest ad perfectam corporis beatitudinẽ? Sola vtique pulchritudo, hanc perfectißimam habituri, non immerito possumus attribuere ei parti, quã habemus ab igne. Saluatorem.n.ex pectamus, vt ait Apostolus, qui reformabit corpus humilitatis nostrę configuratũ denique corpori claritatis suæ, exhibens ꝙ pollicitus est: qm̃ fulgebũt iusti sicut Sol in regno patris eorũ. Sicut ergo replebit aĩas nostras Deus, cũ fuerit in eis perfecta scientia, perfecta iustitia, perfecta lætitia: sic replebitur maiestate eius omnis terra nostra, cum fuerit corpus immortale, impaßibile, agile, configuratũ deniq; corpori claritatis suæ: & tunc veraciter dici poterit ꝙ quidam poeta dixit, O terq; quaterq; beati. Nemo digne pensare valet quanta erit illa lætitia, quãta gloria qñ Deum videbimus vbiq; præsentẽ, & vniuersa gubernantem. Ita erit nobis notus atq; cõspicuus, vt videatur spiritu à singulis nobis, videatur ab altero in altero, videatur in seipso, videatur in cęlo nouo, & in terra noua, atque in omni q̃ nunc fuerit creatura. Ab omni malo liberati, & omni bono perfecte impleti, vacabimus & videbimus quia ipse est Deus, quo pleni erimus, qñ erit omnia ĩ omnibus. Ipse nimirũ erit finis desideriorũ nostrorũ, quẽ sine fine videbimus, sine fastidio amabimus, sine fatigatione laudabimus. Sed & ad hæc quis idoneus? Sine dubio qui fidelis inuenietur super pauca quæ accepit militiæ suæ tpe, i. super sensus, super actus, & super appetitus suos, quos suscepit regendos, vt in his probetur q̃ fidelis sit dño suo. Sciat ergo seruus Christi vas suũ poßidere in sanctificatione & honore, & glorificet & portet Deum, in corpore suo, sectetur paeẽ. Amen.

D. AVRELII AVGVSTINI Hipponensis Episcopi in Librum cui Titulus Speculum.

## PRAEFATIO.



Qvis ignorat scripturis sanctis, idest legitimis, ꝓpheticis Euãgelicis, & Apostolicis, authoritate canonica præditis, quædã sic esse posita, vt tantum scirentur & crederentur: vt est ꝙ in principio fecit Deus cęlum & terram: & ꝙ in principio erat verbum: & quæcunque facta diuina vel humana tantũmodo cognoscenda narrãtur. Quædam vero sic esse iussa, vt obseruarentur & fierent, vel prohibita ne fierent: vt est Honora patrem & matrem: &, Non męchaberis. Horum autem quæ iubendo & vetando scripta sunt, alia sunt sacramentorum velata mysterijs, quæ multa veteris testamenti populo illi facienda mandata sunt, neque a populo Christianõ nunc fiunt, tantummodo intelligenda requiruntur atque tractãtur. Sicuti est sabbatum ad visibilem vacationẽ, sicut azyma in pane sine fermento. Pascha in ouis occisione: sicut tot genera sacrificiorum ciborumque vitãdorum, & neomeniæ, & annuæ solennitates, quas obseruant nunc vsque Iudęi: & illæ iustificationes, quæ non ad opera iustitiæ proprie pertinent, sed aliquid significare intelliguntur. Quis.n. Christianus se primo anno cogitur seruum reddere libertati. Et si discedere ille noluerit, eius auriculam subula pertundere ad postem: & cętera huiusmodi? Alia vero etiam nunc facienda sunt si facienda præcepta sunt: nec facienda, si prohibita. Qualia sunt illa quæ dixi, Honora patrem & matrem: &, Non męchaberis. De his igitur quæ ita sunt posita in literis sacris, vel iubendo, vel vetando, vel sinendo, vt etiam nunc, idest tempore noui testamenti ad uitam piã exercendam moresq; pertineãt, hoc opus quod in manus sumpsi, componere aggressus sum, ut quantum me Deus adiuuat omnia talia de canonicis libris colligam, atque vt facile inspici poßint, in vnum tanquã speculum cõgeram. Oportuit enim sic ea poni ab authoribus nostris quẽadmodum posita sunt, ut præcepta narrationib. uel disputationibus proprijs figurata, & figu-

figuratis proprie miscerentur: dum rerũ gestarum ordo seruatur, aut respondetur aduersis: aut qui docendi sunt, instruuntur: aut occultorum inuentione quodãmodo renouantur hi qui prompta & aperta fastidiunt. Nos aũt in hoc opere nec infidelem vel adducimus, vel ædificamus ad fidẽ: nec exercemus quibusdam salubribus difficultatib. ingeniũ
H intentionemq; discentium: sed eum qui iam credens obedire Deo voluerit, vt hic se inspiciat, admonemus: quantumq; in bonis moribus, operibusq; profecerit & quantum sibi desit, attendat. Sic.n. potest & de his q̃ habet gratias agere, & de his q̃ non habet vt habeat, satis agere, ac propter illa seruanda curam precesq; fidelis pietatis adhibere. In his aũt omnibus quæ inspicienda ponere institui, quæcunq; inter se videbuntur esse cõtraria, postea propositis quæstionib. exponenda atque soluenda sunt. Sanè supplicia malefactorum, & prẽmia recte factorũ, quãuis nõnulla cõmemoranda existimauerim, tñ in nouo testõ dissimilia veterib. esse quis nesciat? Ab ipsa igitur lege quæ data est per Moysen diuinorũ prẽceptorũ, qualia vos cõmemoraturos esse ꝓmisimus, aggrediamur exordiũ.

## EX LIBRO EXODI, de mandatis legis.

Exo. 20. On facies tibi sculptile, neque omnem similitudinẽ quæ est in cęlo desuper, & quæ in terra deorsum, nec eorum quæ sunt in aquis sub terra: nõ ado
I rabis ea neque coles. Item non assumes nomen dñi Dei tui in vanum, nec.n. habebit insontem dñs eum qui assumpserit nomen dñi Dei sui frustra. Et paulopost, Honora patrẽ tuum & matrem, vt sis longęuus super terrã quam dñs Deus tuus dabit tibi. Nõ occides, non męchaberis, nõ furtũ facies, non loqueris cõtra proximum tuũ falsum testimoniũ, non concupisces domũ proximi tui, nec desiderabis vxorem eius, non seruũ, non ancil-
Ibidem. lam, non bouem, non asinũ, nec omnia quæ illius sunt. Item post decalogum alijs in locis hæc in eodem libro reperiuntur præcepta viuendi. Nõ facietis Deos argenteos, nec Deos
Exo. 21. aureos facietis vobis. Et aliquanto post. Qui percusserit hominem volens occidere, morte moriatur: Qui aũt non est insidiatus, sed Deus illũ tradidit in manus eius, constituam sibi locũ quò fugere debeat. Siquis de industria occiderit proximum suũ per insidias, ab altari meo auelles eum vt moriatur. Qui percusserit patrem suũ & matrem, morte moriatur. Qui furatus fuerit hominem & vendiderit eũ, conuictus noxæ, morte moriatur. Qui K
maledixerit patri suo aut matri, morte moriatur. Si rixati fuerint viri, & percusserit alter proximum suũ lapide vel pugno, & ille mortuus nõ fuerit, sed iacuerit in lectulo suo si surrexerit & ambulauerit foris super baculum suum, innocens erit qui percussit, ita tñ vt operas eius & impensas in medicos restituat. Qui percusserit seruũ suum, vel ancillã virga, & mortuus fuerit in manibus eius, criminis reus erit: Sin aũt vno die superuixerit vel duobus, non subiacebit pęnæ, quia pecunia illius est. Si rixati fuerint viri, & percusserit quis mulierem prægnantem, & abortiuũ quidem fecerit, sed ipsa vixerit, subiacebit damno quantũ expetierit maritus mulieris, & arbitri iudicarint: Sin aũt mors eius fuerit subsecuta, reddet animam pro anima, oculũ pro oculo, dentem pro dente, manũ pro manu, pedem pro pede, adustionẽ pro adustione, vulnus pro vulnere, liuorẽ pro liuore. Si percusserit quispiã oculum serui sui, aut ancillæ, & luscos eos fecerit, dimittet liberos pro oculo quem eruit. Dentem quoque si excusserit seruo, aut ancillæ suæ, similiter dimittet eos liberos. Si bos cornu petierit virũ aut mulierem, & mortui fuerint, lapidib. obruetur, & non comedentur carnes eius, dñsque bouis innocens erit. Quod si bos cornupeta fuerit ab heri & nudiustertius, & contestati sunt dñm eius, nec reclusit eum, occideritq; virum ac mulierẽ: & bos lapidibus obruetur & dñm illius occident. Quod si pretium ei L
fuerit impositũ, dabit pro anima sua quicq̃d fuerit postulatus. Filium quoque & filiam si cornu percusserit, simili sñiæ subiacebit. Si seruũ ancillamq; inuaserit, triginta siclos argenti dabit dño, bos vero lapidib. obruetur. Siquis aperuerit cisternam, & foderit, & non operuerit eã, cecideritq; bos aut asinus in eã dñs cisternæ reddet pretium iumentorum: ꝙ autẽ mortuum est, ipsius erit. Si bos alienus bouem alterius vulnerauerit, & ille mortuus fuerit, vendent bouem viuũ, & diuident pretium:

tium: cadauer aūt mortui inter se dispertiēt, Sin aūt sciebat ꝙ bos cornupeta esset ab heri & nudiustertius, & non custodiuit eum dn̄s suus, reddet bouem pro boue, & cadauer integrū accipiet. Siquis furatus fuerit bouē aut
[Ex]o. 22. ouē, & occiderit vel vendiderit, quinq; boues pro vno boue restituet, & quatuor oues pro vna oue. Si effringens fur domū, siue suffodiens fuerit inuentus, & accepto vulnere
M mortuus fuerit, percussor nō erit reus sanguinis. Quod si orto Sole hoc fecerit, homicidium perpetrauit, & ipse morietur: Si nō habuerit ꝙ pro furto reddat, venundabitur. Si aūt inuentum fuerit apud eum, ꝙ furatus est viuens, siue bos, siue asinus, siue ouis, duplū restituet. Si læserit quispiā agrum uel uineā, & dimiserit iumentū suum ut depascatur aliena, quicquid optimū habuerit in agro suo, vel in uinea, pro dāni æstimatione restituet. Si egressus ignis inuenerit spicas, & cōprehēderit aceruos frugum, siue stantes segetes in agris, reddet damnū qui ignē succenderit. Siquis cōmendauerit amico pecuniam, aut vas in custodiam, & ab eo qui susceperat, furto ablata fuerint, si inuenietur fur, duplū reddet. Si latet, dn̄s domus applicabit ad Deos, & iurabit ꝙ non extenderit manū in rē proximi sui ad perperrandam fraudē, tam in boue, q̃ in asino, & oue de uestimento, & quic-
d.l. Deos vocat iudices. quid damnū inferre pōt. Et ad * Deos vtriusque causa perueniet. Et si illi iudicauerint, duplum restituet proximo suo. Siquis cōmendauerit proximo suo asinū, bouem & ouem & omne iumentū ad custodiam, & mortuū fuerit, aut debilitatū, uel captū à bestijs, nullusq; hoc uiderit, iusiurandū erit in medio, ꝙ non extenderit manū ad rem proximi sui, suscipietq; dn̄s iurm, & ille reddere non cogetur. Quod si furto sublatū fuerit, restituet damnū dn̄o. Si comestum à bestia fuerit, deferet ad eum ꝙ occisum est, & non restituet. Qui à proximo suo quicquam horū mutuū postulauerit, & debilitatum aut mortuū fue-
A rit dn̄o non præsente, reddere compelletur. Quod si impræsentiarū fuit dn̄s, nō restituet, maxime si conductum venerat pro mercede operis sui. Siquis seduxerit uirginē, necdum desponsatā, & dormierit cū ea, dotabit eam, & habebit eam uxorē, Si pater uirginis dare noluerit, reddat pecuniā iuxta modū dotis, quā uirgines accipere consueuerunt, Maleficos non patieris uiuere. Qui coierit cū iumēto, morte moriatur. Qui immolat dijs, occidetur, præter dn̄o soli. Aduenam non contristabis, neq; affliges eū: aduenæ.n. fuistis in terra Aegypti. Viduę & pupillo non nocebitis, Si læseritis eos, uociferabuntur ad me, & ego exaudiā clamorem eorū, & indignabitur furor meus, percutiamq; uos gladio, & erunt
uxores uestræ uiduæ, & filij uestri pupilli. Si B
pecuniā mutuam dederis populo meo pauperi, qui habitat tecū, non urgebis eū quasi exactor, nec usuris opprimes. Si pignus à ꝓximo tuo acceperis uestimētū, ante Solis occasum redde ei: ipsum.n. est solum quo operitur indumentū carnis eius, nec habet aliud in quo dormiat. Si clamauerit ad me, exaudiam eū, quia misericors sum. Dijs nō detrahes, & principi populi tui non maledices. Decimas tuas & primitias nō tardabis offerre. Primogenitū filiorū tuorū dabis mihi. Et
paulopost, Nō suscipies uocē mendacij, nec Exo. 23.
iunges manū tuā, ut pro impio dicas falsum testimonium. Non sequeris turbam ad faciēdum malum, nec in iudicio plurimorum acquiesces snīæ, ut à uero Deo deuies. Pauperis quoq; non misereberis in iudicio. Si occurreris boui inimici tui, aut asino errāti, reduc ad eum: Si uideris asinū odientis te iacere sub onere, non pertransibis, sed subleuabis cum eo. Non declinabis in iudicio pauperis. Mendaciū fugies. Insontem & iustū non occides, quia auersor impiū. Ne accipias munera, q̃ excęcant ēt prudentes, & subuertunt uerba iustorū. Peregrino molestus nō eris: scitis.n. aduenarū animas, quia & ipsi peregrini fui-
stis in terra Aegypti. Et post quædam interpo Ibidem.
sita cū de alienigenis loqueretur. Non adorabis Deos eorū, neq; coles eos. Nō facies opera eorū, sed destrues eos, & confringes sta-
tuas eorum, seruietisq; dn̄o Deo uestro. Et Exo. 34.
post multa in eodē libro de dijs gētium. Sed
aras eorū destrue, confringe statuas, lucosq; H
succide. Noli adorare Deū alienum. Dn̄s Zelotes nomen eius, Deus est æmulator. Ne ineas pactū cū hominibus illarū regionum, ne cū fornicati fuerint cum dijs suis, & adorauerint simulacra eorum, vocet te quispiam ut comedas de immolatis. Ne uxorē de filiabus eorum accipias filijs tuis, ne postquam ipsæ fuerint fornicatæ, fornicari faciant, & filios tuos in Deos suos. Deos conflatiles nō

facies

facies tibi. Et paulopoſt, Primitias frugum terræ tuæ offeres in domo domini Dei tui. Hæc de libro legis qui Exodus nominatur colligenda exiſtimaui. Nunc eodem modo inſpiciamus in ſequenti Leuitico.

*Ibidem.*

*Ex Leuitico præcepta viuendi.*

*Leui. 18.*

HAec dicit dominus, Super tribus sceleerib.Iuda,et super quatuor non cõuertam eum, eo quòd abiecerint legẽ domini, et mandata eius non custodierint. Deceperunt enim eos idola sua, post quæ abierunt patres eorum. Et post duos uersus, Hæc dicit dominus, super tribus sceleribus Israel, et super quatuor non conuertam eum, pro eo quòd vendiderint argento iustũ, & pauperem

perē pro calciamentis. Qui conterunt super puluerem terræ capita pauperum,&viā humilium declināt. Et filius ac pater eius ierūt ad puellam, vt violarent nomen sanctū meū. Et post vnum versum, Et vinum, inquit, damnatorum bibebant in domo Dei sui. Et post aliquātū, Quęrite dn̄m & viuetis. Et post tres versus, Quærite dn̄m & viuite. Et post octo versus, Odio habuerunt in porta corripientem,& loquentē perfecte abominati sunt. Idcirco pro eo ꝙ diripiebatis pauperē, & prædā electā tollebatis ab eo. Et post tres versᵒ.

C Quia cognoui multa scelera vestra, & fortia peccata vestra. Hostes iusti, accipiētes munus,& pauperes in porta deprimētes. Et post duos versus, Quærite bonum & non malum vt viuatis,& erit dn̄s Deus exercituum vobiscum sicut dixistis.

E Odite malum, & diligite bonū, & cōstituite in porta iudiciū, si forte misereatur dn̄s exercituum, reliquiis Ioseph. Et post aliquos versus, Qui dormitis in lectis eburneis,& lasciuitis ī stratis vestris, Qui comeditis agnū de grege,& vitulum de medio armenti, qui canitis ad vocem psalterii. Sicut Dauid putauerunt se hr̄e vasa cantici, bibentes in phialis vinū,& optimo vnguento delibuti,& nihil patiebant̄ sup̄ * contritionem Ioseph. Et post aliquātum, Audite hoc q̄ cōteritis pauperem, & deficere facitis egenos terræ, dicentes, Qn̄ transibit messis,& venundabimᵒ merces,& sabbatū,& aperiemus frumētum, vt minuamus mensuram, augeamus siclū,& supponamᵒ stateras dolosas, vt possideamus in argēto egenos & pauperes ꝓ calciamentis, & quisq̄lias frumenti vendamus.

D VAe qui cogitatis inutile, & operamini malum in cubilib. vestris. In luce matutina faciunt illud, quoniam contra Deū manus eorum.

F Et concupierunt agros,& violēter tulerunt,& domos rapuernnt, & calumniabantur virum & domum eius, virum & hæreditatem eius. Et post aliquantum, Audite hæc principes domus Iacob,& iudices domus Israel, qui abominamini iudicium & omnia recta peruertitis. Qui ædificatis Sion in sanguinibus, & Hierusalem in iniquitate. Principes eius in muneribus iudicabant, & sacerdotes eius in mercede docebāt. Et Prophetæ eius in pecunia diuinabāt,& super dominū requiescebāt dicētes, Nunq̄d nō Deus in medio nostrū? Nō venient super nos mala. Et post aliquantum, Indicabo tibi quid sit bonū,& quid dn̄s q̄rat à te. Vtiq; facere iudiciū,& diligere misericordiā,& solicitū ambulare cum Deo tuo. *Mich. 6.* Et post tres versus, Adhuc ignis in domo īpij, thesauri inquitatis, & mēsura minor iræ plena. *Mich. 7.* Nūq̄d iustificabo staterā impiā,& saccelli pondera dolosa? In q̄b. diuites eius repleti sunt iniquitate, & habitātes in ea loquebāt̄ mēdaciū, & lingua eorū fraudulēta in ore eorū. Et post duodecim versus, Væ mihi q̄a factus sum sicut qui colligit in autūno racemos vindemiæ. Non est botrus ad comedendū, pręcoquas ficus desiderauit aīa mea. Periit sanctus de terra,& rectus in hominib. nō est. Oēs in sanguine insidiant̄. Vir fratrem suum venat̄ ad mortem, malum manuū suarum dicunt bonum.

G Princeps postulat, & iudex in reddendo est, & magnus locutus est desiderium animæ suæ.

*Abac. 1. Ex Abacuc cōtra idololatras.*

COntra me factū est iudiciū, & contradictio potentior. Propter hoc lacerata est lex, & non peruenit vsq; ad finē iudiciū, q̄a impius præualet aduersus iustum, ꝓpea egredit̄ iudiciū peruersum. *Abac. 1.* Et paulopost, Iustus aūt in fide sua viuet. *Ibidem.* Et qūo vinū potantē decipit, sic erit vir superb.& non decorabit̄. Et post aliquantū, Quid prodest sculptile, quia illud sculpsit fictor suus, conflatile & imaginē falsam, q̄a sperauit in figmento fictor eius vt faceret simulachra multa? Væ qui dicit ligno expergiscere, surge, lapidi tacenti. Nunquid ipse docere poterit? Ecce iste coopertus est auro & argento,& omnis spiritus nō est in visceribus eius. Dominus autē in templo sācto suo, sileat à facie eius omnis terra.

H *Soph. 1. Ex Sophonia. Minatur pctōrib. diem iudicij ut resipiscāt.*

DIsperdam, inquit, de loco hoc reliquias Baal,& noīa ædituorū cū sacerdotibus & eos q̄ adorant super tecta militiā cęli, & adorant & iurāt in dn̄o, & iurāt in Melchō, & qui auertunt̄ de post tergū dn̄i,& qui non quæsierūt dn̄m, nec inuestigauerūt eum. Silete a facie dn̄i, quia iuxta est dies dn̄i. Et post aliquot versus, Et erit in tp̄e illo, scrutabor Hierusalē lucernis, & visitabo sup̄ viros defixos in fecib. suis, qui dicunt in cordib. suis, Non faciet bene dn̄s, & non faciet male. *Soph. 1. Soph. 2.* Et post aliquot versus, Conuenite, cōgregamini gens nō amabilis, priusquam pariat iussio quasi puluerem trāseuntem diē, antequā veniat sup̄ vos dies furoris dn̄i. Quærite dn̄m oēs mansueti terræ, qui iudicium eius estis operati.

operati. Quærite iuſtum, quęrite mãſuetum, ſi quõ abſcondamini in die furoris domini.
Soph. 3. Et poſt aliquantũ, Et derelinq̃ in medio tui populum pauperẽ & egenum, & ſperabunt in nomine dñi reliquiæ Iſrael. Non facient iniquitatem, nec loquentur mendacium, & non inuenietur in ore eorum lingua doloſa.

Zach. 5. Ex Zacharia Ad iuſtitiã vocẽtur peccatores.

ET dixit ad me, Hæc eſt maledictio quæ egreditř ſuper faciem omnis terræ, quia oĩs fur ſicut ibi ſcriptum eſt, iudicabiť, & oĩs iurans, ex hoc ſimiliter iudicabiť. Educam illud, dicit dñs exercituum, & veniet ad domũ furis, & ad domum iurantis in nomine meo mendaciter, & commorabiť in medio dom⁹ eius, & cõſumet eum, & ligna eius & lapides
K eius. Et poſt aliquantum. Et factum eſt verbũ
Zach. 7. dñi ad Zachariam dicens, Hæc ait dñs exercituum dicens, Iudicium verum iudicate, & miſericordiam, & miſerationes facite vnuſquiſque cum fratre ſuo, & viduã & pupillũ, & aduenã, & pauperẽ nolite calumniari, & malũ vir fratri ſuo non cogitet in corde ſuo.
Zach. 8. Item poſt aliquantum, ¶Loquimini veritatem vnuſquiſq; cum proximo ſuo. Veritatẽ & iudiciũ pacis iudicate in portis veſtris, & vnuſquiſq; malũ cõtra amicũ ſuũ ne cogitetis in cordib. veſtris, & iuramentum mẽdax ne diligatis. Omnia.n. hæc ſunt quæ odit dicit dñs.

Malac. 1. Ex Malachia, De Deo uno colẽdo, & amando proximo.

FIlius honorat patrẽ, & ſeruus dñm ſuũ. Si ergo pr̃ ego ſum, vbi eſt honor meus? Et ſi dñs ego ſum, vbi eſt timor meus, dicit dñs exercituum; Et paulopoſt, Ego dedi vos cõtemptibiles & humiles oĩb. populis. Sicut non ſeruaſtis vias meas, & accepiſtis faciẽ in lege. Nunquid nõ pater vnus oĩum noſtrum?
Malac. 2 Nunquid nõ Deus vnus creauit nos? Quare ergo deſpicit vnuſquiſq; fratrem ſuum, violans pactum patrum noſtrorũ? Tranſgreſſus eſt Iudas & abominatio facta eſt in Iſrael, &
L in Hieruſalem, qa contaminauit Iudas ſanctificationem dñi quam dilexit, & habuit filiã Dei alieni, Diſperdet dñs virum qui fecerit hoc, magiſtrũ & diſcipulum de tabernaculis Iacob, & offerentem munus dño exercituũ. Et hoc rurſũ feciſtis, Operiebatis lachrymis altare dñi fletu & mugitu, ita vt vltra non reſpiciam ad ſacrificium nec accipiam placabile quid de manu veſtra, & dixiſtis, Quam ob cauſam? quia dñs teſtificatus eſt inter te & vxorem pubertatis tuæ, quam tu deſpexiſti. Et hæc particeps tua vxor fœderis tui. Nõne vnus fecit, & reſiduum ſpiritus eius* es? Et quid vnuſquiſq; quærit, niſi ſemen Dei? Cu- a. l. eſt
ſtodite ergo ſpiritũ veſtrum, & vxorẽ adoleſcentiæ tuæ noli deſpicere. Cum odio habueris eam, dimitte dicit dñs De⁹ Iſrael Operiet aũt iniquitas veſtimentum eius, dicit dñs exercitum. Cuſtodite ſpũm veſtrum, & nolite deſpicere. Laborare feciſtis dñm in ſermonib. veſtris, & dixiſtis, In quo eum fecimus laborare? In eo cum diceretis, Oĩs qui facit malũ, bonus eſt in cõſpectu dñi, & tales ei placent. Aut certe vbi eſt dies iudicij? Et poſt aliquot verſus, Et accedam ad vos, inquit, in iu Malac. 3
dicio, & ero teſtis velox maleficis & adulteris & periuris, & qui calumniantur mercedẽ M
mercenarij, & humiliant viduas & pupillos, & opprimunt peregrinũ, nec timuerunt me, dicit dñs exercituum. Ego.n. ſum dñs, & non mutor, & vos filij Iacob non eſtis conſũpti. A diebus.n. patrum veſtrorum receſſiſtis à legitimis meis, & nõ cuſtodiſtis. Reuertimini ad me, & reuertar ad vos dicit dñs exercituũ.
Et poſt aliquos verſus, Inualuerunt ſuper me Ibidem
verba veſtra, dicit dñs: Et dixiſtis, Quid locuti ſumus? Dixiſtis, Vanus eſt qui ſeruit Deo. Et quod emolumentũ, quia cuſtodiuimus p̃cepta eius, & quia ambulauimus triſtes corã domino exercituum? Ergo nunc beatos dicimus arrogantes. Siquidem ædificati ſunt facientes iniquitatem, & tentauerunt Deum, & ſalui facti ſunt. Tunc locuti ſunt timentes Deum vnuſquiſque cum proximo ſuo. Et attendit dominus & audiuit, & ſcriptus eſt liber monumenti coram eo timẽtib. dominũ, et cogitantibus nomen eius. Et erit mihi, ait dominus exercituum, in die qua ego facio in peculium, et parcam eis ſicut parcit vir filio ſuo ſeruienti ſibi. Et conuertimini, et videbitis quid ſit inter iuſtum et impium, et inter ſeruientem Deo, et non ſeruientem ei. Ecce A
enim dies veniet ſuccenſa quaſi caminus, et Malac. 4
erunt omnes ſuperbi, et omnes facientes iniquitatem ſtipula. Et inflammabit eos dies veniens dicit dominus exercituum, quæ non relinquet eis radicem et germen. Orietur vobis timentib. nomen meum ſol iuſtitiæ, et ſanitas in pennis eius, et egrediemini et ſalietis ſicut vituli de armento, et calcabitis impios cum fuerint cinis ſub planta pedum veſtrorum, in die qua ego facio dicit dominus exercituum.

Lauami-

Lauamini, mundi estote, auferte malum cogitationũ vestrarum ab oculis meis. Quiescite peruerse agere, discite benefacere, quærite iudiciũ, subuenire oppresso, iudicate pupillo, defendite viduã, & venite & arguite me dicit dñs. Et post aliquos versus, Argentũ tuum versum est in scoriam, vinũ tuũ mixtũ aqua. Principes tui socij furũ, Omnes diligunt munera, sequuntur retributiones, pupillo non iudicant, & causa viduę non ingreditur ad eos. Et paulopost, Domus Iacob venite ambulemus in lumine domini. Proiecisti.n. populum domũ Iacob, quia repleti sunt vt olĩ, & augures habuerũt vt Philistijm, & pueris alienis adhęserunt. Et post tres versus, Repleta est terra eius idolis, opus manuũ B suarũ adorauerunt, quod fecerunt digiti eorũ. Et post paucos versus, Quia dies domini exercituũ super omnẽ superbũ & excelsum & super oẽm arrogantẽ, & humiliabitur. Et paulopost, populũ meũ exactores sui spoliauerunt, & mulieres dominatę sunt eis. Popule meus, qui beatũ te dicunt, ipsi te decipiũt, & viam gressuum tuorum dissipant. Et post aliquos versus, Vos enim depasti estis vineã meam, rapina pauperis in domo vestra. Quare atteritis populum meum, & facies pauperum commolitis, dicit dominus exercituũ? Et dixit dñs, Pro eo ꝙ eleuatæ sunt filiæ Siõ, & ambulauerunt extẽto collo, nutibus oculorum ibant & plaudebant, ambulabant & in pedibus suis composito gradu incedebãt. Et paulopost, Vę qui coniungitis domũ ad domũ, & agrũ ad agrũ copulatis vsq; ad extremũ loci vt auferatis ꝓximo. Symmachus & Theodotiõ, donec deficiat, vel nõ sit locꝰ transtulerunt. Nunquid habitabitis vos soli in medio terrę? In auribus meis sunt hæc, di- C cit dominus exercituũ. Et post tres versus, Vę qui consurgitis mane ad ebrietatẽ sectandã, & potandũ vsq; ad vesperam, vt vino æstuetis. Cithara & lyra, & tympanũ, & tibia, & vinum in conuiuijs vestris, & opus domini nõ respicitis, nec opera manuũ eius consideratis. Et post aliquot versus, Væ qui dicitis malum bonum, & bonũ malum: ponentes tenebras lucẽ, & lucem tenebras: ponentes amarum in dulce & dulce in amarum. Væ qui sapientes estis in oculis vestris, & corã vobismetipsis prudentes, Væ qui potentes estis ad bibendum vinum, & viri fortes ad miscendã ebrietatem. Qui iustificatis impiũ pro muneribus, & iustitiã iusti aufertis ab eo. Et aliquãto post, Væ qui condũt leges iniquas, & scripserunt vt opprimerẽt in iudicio pauperes, & vim facerẽt causę humilium populi mei, vt essent viduę præda eorum, & pupillos diriperent. Et post paululũ, Requiescet super *Esa. 11.* eũ spũs domini, spiritus sapientiæ, & intellectus, spũs consilij & fortitudinis, spiritus sciẽtia & pietatis, & repleuit eum spũs timoris dñi. Non secundũ visionem oculorũ iudicabit, neq; secundum auditum aurium arguet, Sed iudicabit in iudicio pauperes, & arguet D in æquitate pro mansuetis terrę. Et percutiet terrã virga oris sui, & spiritu labiorũ suorum interficiet impiũ. Et erit iustitia cingulũ lumborum eius, & fides cinctorium renum eius. Et post aliquot versus, Ecce Deus saluator *Esa. 12.* meus, fiducialiter agam, & non timebo. Quia fortitudo mea & laus mea dominus Deus, & factus est mihi in salutẽ. Haurietis aquas in gaudio de fontibus saluatoris: & dicetis in illa die, Confitemini domino, & inuocate nomen eius, Notas facite in populis adinuentiones eius, mementote qm̃ excelsum est nomen eius. Cantate domino, qm̃ magnifice fecit, annunciate hoc in vniuersa terra. Exulta & lauda habitatio Siõ, quia magnus in medio tui sanctus Israel. Et post aliquos versus, Et quiescere faciã superbiam infidelium, & arrogantiam fortium humiliabo. Item post *Esa. 13.* aliquantum, Dicit Dominus Deus Israel, In *Esa. 17.* die illa inclinabitur homo ad factorem suũ, & oculi; eius ad sanctũ Israel respicient: & non inclinabitur ad altaria, q̃ fecerunt manus eius, & quę operati sunt digiti eius. Nõ respiciet lucos & delubra. Et post aliquãtũ, *Esa. 22.* Vocabit, inquit, dominus Deus exercituũ in E die illa ad fletũ & ad planctum, & ad caluitiũ, & ad cingulũ sacci. Et ecce gaudium & lętitia occidere vitulos & iugulare arietes, comedere carnes & bibere vinum. Comedamus, & bibamns, cras.n. moriemur. Et reuelata est in auribus meis vox domini exercituum. Si dimittetur iniquitas hæc vobis donec moriamini, dicit dñs Deus exercituum. Itẽ post aliquãtũ, Aperite portas & * ingrediet gens iusta custodiens veritatẽ. Vetus error abijt, seruabis pacẽ: pacem, quia, in te sperauimus: Sperantes in domino in seculis æternis, in domino Deo forti in perpetuum.

*Esa. 26.* *Al. l. ingrediat.*

Et post sex versus, In semita iudiciorũ tuorũ
*Ibidem.* domine sustinuimus te, nomen tuum & me
moriale tuũ in desiderio animæ. Anima mea
desiderauit te in nocte: sed & spiritu meo in
præcordijs meis de mane vigilabo ad te. Cũ
feceris iudicia tua in terra, iustitiã discent ha
bitatores terrę: Misereamur impio, & non di
scet facere iustitiã. In terra sanctorum iniqua
*Esa. 29.* gessit, & non videbit gloriam Dei. Et post ali
quantũ, Defecit qui prçualebat, consumma-
F tus est illusor, & succisi sunt omnes qui vigi-
labant super iniquitatem, qui peccare facie-
*Esa. 30.* bant homines in verbo. Et post decẽ versus,
Væ filij desertores dicit dominus, vt facere-
tis consiliũ & non ex me, & ordiremini telã,
& non per spm̃ meũ, vt adderetur pctm̃ su-
per pctm̃. Et paulopost, Hæc dicit dñs Deus
*Ibidem.* sanctus Israel. Si reuertamini & quiescatis sal
ui eritis, In silẽtio & in spe erit fortitudo ve-
stra, & noluistis. Et post viginti versus, Cõta-
*Ibidem.* minabis laminas sculptiliũ argenti tui, & ve-
stimentũ cõflatilis auri tui, & disperges ea si-
cut immunditiã menstruatę. Et post aliquan
*Esa. 31.* tũ, Conuertimini sicut in profundũ recesse-
ratis filij Israel, In die.n. illa abijciet vir idola
argẽti sui, & idola auri sui quę fecerũt vobis
*Ibidem.* manus vestrę in peccatũ: Itẽ post aliquãtum,
Et erit fides intẽporibus tuis diuitiæ salutis sa
pientia & sciẽtia, timor dñi ipse thesaurus e-
*Esa. 33.* ius. Et paulopost, Quis poterit habitare de
*Al. l. habitabit.* vobis cũ igne deuorante? Quis* habitauit ex
vobis cũ arboribus sempiternis? Qui ambu-
lat in iustitijs, & loquit̃ veritatẽ: qui proijcit
auaritiã & calumniã, & excutit manus suas
ab omni munere. Qui obturat aures suas ne
audiat sanguinẽ, & claudit oculos suos ne vi
deãt oẽ malũ. Iste in excelsis habitabit, muni-
menta saxorũ sublimitas eius, Panis ei datus
est, & aquæ eius fideles sunt. Et post aliquan-
*Esa. 44.* tũ, Memento horũ Iacob & Israel quoniam
seruus meus es tu, Formaui te, seruus meus es
tu Israel, non obliuiscaris mei. Deleui vt nu
G bẽ iniqtates tuas, & quasi nebulã pctã tua. Re
uertere ad me, qm̃ redemi te. Itẽ post aliquã
*Esa. 49.* tũ, Memẽtote illud & confundamini, redite
præuaricatores ad cor. Recordamini prio-
ris seculi, quoniã ego Deus, & nõ est vltra
Deus nec est similis mei. Et aliquanto post,
*Esa. 50.* Quis ambulauit in tenebris & nõ est lumẽ ei?
*Esa. 51.* Speret in nomine dñi & innitatur super Deũ
suũ. Itẽ post aliquãtũ Audite me qui scitis iu
stũ, populus lex mea in corde eorũ. Nolite ti
mere opprobria hoĩum, & blasphemias eorũ
ne timeatis. Sicut.n. vestimẽtum, sic comedet
eos vermis: & sicut lanã sic deuorabit eos ti
nea. Salus aũt mea in sẽpiternũ erit, & iusti- *Esa. 55.*
tia mea in generationes generationũ, Et post
aliquãtũ, Quærite dñm dũ inueniri põt, in-
uocate eũ dũ prope est. Derelinquat impius viã
suã, & vir iniquus cogitationes suas, & reuer
tat̃ ad dñm, & miserebitur eius, ad Deũ no- I
strũ: qm̃ multus est ad ignoscẽdũ. Et post vi-
ginti versus, Hęc dicit dñs, Custodite iudiciũ *Esa. 56.*
& facite iustitiã, qa iuxta est salus mea vt ve-
niat, & iustitia mea vt reueletur. Beatus vir q
facit hoc, & filius hoĩs qui apprehẽdit istud,
Custodiens sabbatũ ne polluat illud, custo-
diens manus suas ne faciat oẽ malũ. Et post
nõ multũ. Qui consolamini in dijs subter oẽ
lignũ frõdosum, immolãtes paruulos in tor-
rentibus subter imminentes petras. In partib. *Esa. 56.*
torrẽtis pars tua, Hæc est sors tua. Et ipsis ob
tulisti libamẽ, obtulisti sacrificiũ. Nũquid su
per his nõ indignabor? Itẽ post aliquãtũ, Me
etenim de die in diem quærunt, & scire vias
meas volũt, quasi gens quę iustitiã fecerit, &
quæ iudiciũ Dei sui nõ dereliquerit. Rogant
me iudicia iustitiæ, appropinquare Deo vo-
lũt. Quare ieiunauimus & nõ aspexisti: humi
liauimus animas nostras, & nescisti? Ecce in
die ieiunij vestri inuenitur voluntas vestra, &
oẽs debitores vestros repetitis. Ecce ad lites
& cõtentiones ieiunatis, & percutitis pugno
impie. Nolite ieiunare sicut vsq; ad hanc diẽ
vt audiat̃ in excelso clamor vester. Nunquid
tale est ieiuniũ q͏ elegi, p diẽ affligere hoiem
animã suã? Nunquid contorquere quasi cir-
culũ caput suũ, & saccũ & cinerem sterne-
re? Nunquid istud vocabis ieiunium & diem
acceptabilem domino? Non ne hoc est ma-
gis ieiunium q͏ elegi? Dissolue colligationes
impietatis, solue fasciculos deprimentes, Di
mitte eos q confracti sunt liberos, & omne H
onus dirumpe. Frange esurienti panem tuũ,
egenos vagosq; induc in domũ tuam. Cum
videris nudum, vesti eum, & carnem tuam
ne despexeris. Et post, quartus versus, Si ab- *Ibidem.*
stuleris de medio tui catenam, & desieris di-
gitum extendere & loqui quod non prodest,
Cum effuderis esurienti animã tuam, & ani-
mam afflictã repleueris, Orietur in tenebris
lux tua, & tenebrę tuę erũt sicut meridies, &

requiem tibi dabit dñs Deus semper. Et post *Esa.65.* multa, Populus q̄ ad iracūdiā ꝓuocat me, ante faciē meā semper: q̄ immolāt in hortis, & sacrificāt sup̄ lateres: q̄ habitāt in sepulchris, & in delubris idolorū dormiūt. Et post, secū dus versus, Qui dñt, recede à me, nō appropinques mihi, q̄a immūdus es, Isti fumus erūt in furore meo, ignis ardēs tota die. Ecce scriptū est corā me, Nō tacebo, reddā & retribuā in sinus eorū iniq̄tates vr̄as, & iniq̄tates patrū vestrorū simul, dicit dñs. K Qui sacrificauerūt sup̄ mōtes & sup̄ colles, exprobrauerūt mihi, & remetiar opus eorū primū in sinu eorū. *Ibidem.* Et post aliquos versus, Et vos, inq̄t, qui dereliquistis dñm, qui obliti estis montē sanctū meū, q̄ ponitis fortunæ mēsam, & libatis sup̄ eā: numerabo vos in gladio, & oēs in cęde corruetis, ꝑ eo ꝙ vocaui vos, & nō r̄ndistis, locutus sum & nō attēdistis: & faciebatis malū in oculis meis, & q̄ nolui elegistis. *Esa.66.* Et paulopost, Hæc dicit dñs, Cęlū sedes mea, & terra scabellū pedū meorū. Quæ est ista domus quā ædificabitis mihi, & q̄s iste locus q̄etis meæ? *Ibidem.* Oīa hæc manus mea fecit, & facta sunt vniuersa ista, dicit dñs. Ad quē aūt respiciā, nisi ad pauperculū & contritū spū, & trementē sermones meos? Et post, sextus versus, Ego illusiones eorū eligā, & q̄ timebāt adducā eis: q̄a vocaui & nō erat qui r̄nderet, locutus sū, & nō audierūt, fecerūtq; malū in oculis meis, & q̄ nolui elegerūt. Audite legē dñi q̄ tremitis ad verbū eius. Dixerunt fratres uestri odiētes uos abijciētes' ꝑꝑ nomen meū, Glorificetur dñs, & uidebimus in lætitia uestra, ipsi autem confundentur.

*Ex Hieremia. Adhortatur peccatores ad pœnitentiam, taxaturq; ... proce. Hier.2. Ibidem.*

AVdite verbum dñi domus Iacob & oēs cognationes domus Israel. Hæc dicit dñs, Quid inuenerūt patres uestri in me iniq̄tatis, quia elōgauerunt à me, & ambulauerunt post uanitatē, & uani facti sunt? Et post aliquot uersus, Hęreditatē meā posuistis in abominationē: Sacerdotes non dixerunt, ubi est dñs. Et tenētes legē nescierūt me, & pastores ꝑuaricati sunt in me. Et Prophetæ prophetauerūt in Baal, & idola secuti sunt. Et paulopost, Nūquid obliuiscet̄ uirgo ornamēti sui, L aut spōsa fascię pectoralis suæ? Populus uero meus oblitus est mei dieb. innumeris. Quid niteris bonā ostēdere uitā tuā ad q̄rendā dilectionē, q̄ insup̄ & malitias tuas docuisti uias tuas: & in alis tuis inuentus est sanguis aīarū pauperū & innocētū? Nō ī fossis inueni eos, sed in omnib. q̄ supra memoraui. Et dixisti, Absq; pctō & innocens ego sum, & ꝓpea auertat̄ furor tuus à me. Ecce ego iudicio cōtendā tecū, eo ꝙ dixeris, nō peccaui. Quā uilis es facta nimis iterās uias tuas, & ab Aegypto cōfunderis, sicut cōfusa es ab Assur: Nā et ab ista egredieris, et manus tuæ erūt super caput tuū, qm̄ obtriuit dñs confidentiā tuā. Et paulopost, Cōuertimini filij reuertētes, dicit dñs, q̄a ego vir uester. *Hier.3.* Item paulopost, Si cōuerteris Israel, cōuertere ait dñs, ad me cōuertere. *Hier.4.* Si abstuleris offendicula tua à facie mea, nō cōmoueberis. M Et iurabis, uiuit dñs, ī ueritate, ī iudicio, et in iustitia, et bñdicet eū gētes, ipsumq; laudabūt. Et paulopost, Stult[us] populus meus me nō cognouit. *Ibidem.* Filij insipientes sūt, et vecordes. *Hier.5.* Sapiētes sūt, ut faciāt mala: bene aūt facere nescierūt. Et post aliquot uersus, Circūite uias Hierusalē, et aspicite et cōsiderate, et q̄rite in plateis eius an inueniatis facientē iudiciū, et q̄rentē fidē, et ꝓpitius ero ei. Quod si ēt, viuit dñs dixerint, et hoc falso iurabūt: Dñe, oculi tui respiciūt fidem. Percussisti eos, et nō doluerūt: attriuisti eos, et renuerūt accipere disciplinā: Indurauerūt facies suas sup̄ petrā, et noluerūt reuerti. Ego aūt dixi, Forsitā pauperes sunt et stulti ignorātes uiā dñi et iudicium Dei sui: Ibo igit̄ ad optimates, et loquar eis, ipsi.n. cognouerunt uiā dñi et iudiciū Dei sui. Et ecce magis hi simul cōfregerūt iugū, ruperūt uincula. Et post aliquot uersus, Filij tui dereliquerūt me, et iurāt in ijs q̄ nō sunt dij. *Ibidem.* Saturaui eos, et męchati sunt, et in domo meretricis luxuriabantur. Equi amatores, et *admissarij facti sunt, unusquisq; ad uxorē proximi sui hinniebāt. *Al.l. emissarij.* Nūquid sup̄ his nō uisitabo, dicit dñs: et in gēte tali nō ulciscet̄ manus mea? Et post aliquot uersus. Qui posui arenā terminū mari, ꝑceptū sempiternū ꝙ nō ꝑteribit: *Ibidem.* et cōmouebūtur et nō poterūt, et intumescēt fluctus eius, et non transibūt illud. Populo aūt huic factū est cor incredulū, et exasperans. *Hier.5.* Recesserunt et abierūt, et ñ dixerūt ī corde suo, Metuam[us] dñm Deū nr̄m. Et post paucos uersus, Inuēti sūt, inq̄t, ī populo meo impij, īsidiātes quasi aucupes, laqueos ponētes, & pedicas ad capiēdos uiros. A Sicut decipula plena auib. sic dom[us] eorū plenæ dolo. Ideo magnificati sūt et dilatati, incrassati sūt et impinguati, et pterierunt

runt sermones meos pessime. Causam pupilli non dixerunt, & iudiciū pauperum nō iudicauerunt. Nunquid super his nō visitabo, dicit dñs, aut super gentē huiuscemodi non vlciscetur anima mea? Stupor & mirabilia facta sunt in terra. Prophetæ prophetabāt mendaciū, & sacerdotes applaudebāt manib. suis
Hier.6. & populus meus dilexit talia. Quid igit̄ fiet ī nouissimo eius? Et post aliquot versus, Cui
B loquar & quē cōtestabor vt audiat? Ecce incircūcisæ aures eorū, & audire nō possunt. Ecce verbū dñi factū est illis in opprobriū, & non suscipiunt illud. Et paulopost, Audite verbū dñi omnis Iuda, qui ingredimini per
Hier.7. portas has, vt adoretis dñm. Hæc dicit dñs exercituum Deus Israel, Bonas facite vias vestras & studia vestra, & habitabo vobiscū in loco isto. Nolite confidere in verbis mendacij, dicentes, Templū dñi, templum dñi, templū dñi est. Qm̄ si benedixeritis vias vestras & studia vestra, si feceritis iudiciū inter virū & proximū eius, aduenę & pupillo & viduę non feceritis calumniā, nec sanguinē innocētē effuderitis in loco hoc, & post Deos alienos non ambulaueritis in malū vobismetipsis, habitabo vobiscū in loco isto, in terra q̄ dedi patrib. vestris à seculo vsq; in seculum. Ecce vos confiditis vobis in sermonib. mendacij, qui nō proderunt vobis, furari, occidere, adulterare, iurare mendaciter, libare Baalim, & ire post Deos alienos quos ignoratis. Et venistis & stetistis corā me in domo hac, in qua inuocatū est nomē meum, & dixistis, Liberati sumus, eo q̄ fecerimus oēs abominationes istas. Ergo spelūca latronū facta est domus ista, in qua inuocatū est nomen meū in oculis vestris? Ego ego sum, ego vidi, dicit dñs. Ite ad locū meū in Silo, vbi habitauit nomē meū à principio, & videte q̄ fecerim ei ꝑꝑ malitiā populi mei Israel. Et nūc quia fecistis oīa opera hæc, dicit dñs, & locutus sum ad vos, mane cōsurgens & loquēs, & nō
C audistis, & vocaui, & nō rñdistis: faciam domui huic, in qua inuocatū est nomē meū, & in qua vos habetis fiduciā, & locū quē dedi patrib. vestris, sicut feci Silo: & proijciā vos à facie mea, sicut proieci oēs fratres vestros vniuersum semē Effraim. Tu ergo noli orare pro populo hoc, nec assumas pro eis laudē & orationē, & nō obsistas mihi, q̄a nō exaudiā te. Nōne vides quid isti faciant in ciuitatibus Iuda, & in plateis Hierusalē? Filij colligunt ligna, & patres succendūt ignē, & mulieres cōspergunt adipē, vt faciant placentas reginæ cęli, & libent dijs alienis, & me ad iracundiā prouocent. Nūquid me ad iracundiā prouocant, dicit dñs? Nōne semetipsos in cōfusione vultus sui? Et paulopost, Nūquid qui
cadit nō resurget: & qui auersus est, nō reuertetur? Quare ergo auersus est populus iste in Hierusalē auersione contentiosa? Apprehen- Hier.8.
derunt mendaciū, & voluerunt reuerti. Attēdi & auscultaui, nemo q̄ bonū est loquitur. Ibidem.
Nullus est qui agat pnīam super pc̄tō suo, dicens, Quid feci? Et post paucos versus, Q̄uo D
dicitis, sapiētes nos sumus, & lex dñi nobiscum est? Vere mendaciū operatus est stylus mendax scribarū. Confusi sunt sapientes, per territi & capti sunt. Verbum.n. dñi proiecerunt, & sapiētia nulla est in eis. Et paulopost, Hier.9.
Quis dabit me in solitudine diuersorum viatorū, & derelinquam populū meum, & recedam ab eis: quia omnes adulteri sunt & cœtus præuaricatorū, & extenderunt linguā suā quasi arcum mendacij, & non veritatis? Confortati sunt in terra, quia de malo ad malum egressi sunt, & me nō cognouerūt dicit dñs. Vnusquisque se à proximo suo custodiat, & in omni fratre suo nō habeat fiduciam: quia omnis frater supplātans supplantabit, & omnis amicus fraudulenter incedit, & vir fratrē suū deridebit, & veritatē non loquentur. Docuerunt.n. linguā suam loqui mendaciū, vt inique agerent laborauerunt. Habitatio tua in medio doli, In dolo renuerunt scire me, dicit dñs. Propterea hęc dicit dñs exercituū, Ecce ego conflabo & probabo eos: Quid.n. aliud faciam à facie filiæ populi mei? Sagitta vulnerans lingua eorū, dolum locuta est in ore suo: pacem cum amico suo loquitur, & occulte ponit insidias. Nunquid super his nō visitabo dicit dñs: aut in gente tali non vlciscetur anima mea? Et paulopost, Hæc dicit Ibidem.
dñs, Non glorietur sapiens in sapientia sua, & non glorietur fortis in fortitudine sua, &
nō glorietur diues in diuitijs suis: sed in hoc E
glorietur qui gloriatur, scire & nosse me, q̄a ego sum dñs, qui facio misericordiam & iudicium & iustitiā in terra. Hæc enim placent
mihi ait dñs. Et post aliquot versus, Hæc dicit dñs, Iuxta vias gentiū nolite discere, & à Hier.10.
signis cęli nolite metuere quæ timent gētes, quia

quia leges populorũ vanæ ſunt. Quia lignũ
de ſaltu ꝑcidit opus manus artificis in aſcia.
Argẽto et auro decorauit illud, clauis et mal
leis cõpegit vt nõ diſſoluatur. In ſimilitudi-
nẽ pſalmę fabricata ſunt, et nõ loquẽtur: por
tata tollẽt, quia incedere nõ valẽt. Nolite er
go timere ea, quia nec male pñt facere, nec
bene. Nõ eſt ſimilis tuis dñe, magnus es tu, et
magnũ nomẽ tuũ in fortitudine, Quis nõ ti-
F mebit te ò rex gentiũ? Tuũ eſt. n. decus, et in-
ter cunctos ſapientes gentiũ, et in vniuerſis
regnis eorũ nullus eſt ſimilis tui. Pariter inſi
piẽtes fatui probabunt. Doctrina vanitatis eo
rũ lignũ eſt. Argẽtũ inuolatũ de Tharſis affer
tur, et aurũ * topazion opus artificis et ma-
nus ærarij. Hyacinthus et purpura indumẽtũ
eorũ, opus artificũ vniuerſa hæc. Dñs autẽ
Deus verus eſt, ipſe Deus viuẽs, et rex ſempi
ternus. Ab indignatione eius cõmouebit ter
ra, et nõ ſuſtinebũt gẽtes cõminationẽ eius.
Sic ergo dicetis eis, Dij, qui cęlos et terram
non fecerunt, pereant de terra, et de his quę
ſub cęlo ſunt. Et aliquanto poſt, Hęc dicit
dñs, Maledictus homo qui cõfidit in homi-
ne, et ponit carnẽ brachium ſuum, et à dño
Hier.17. recedet cor eius. Erit enim quaſi myrice in
deſerto et non videbit cũ venerit bonũ, ſed
habitabit in ſiccitate in deſerto in terra ſalſu
ginis et inhabitabili. Benedictus vir qui con
fidit in dño, et erit dñs fiducia eius, Et erit
quaſi lignũ quod trãſplantatur ſuper aquas,
ꝙ ad humorẽ mittet radices ſuas, et nõ time
bit cũ venerit æſtas: et erit foliũ eius viride in
tpe ſiccitatis. Nõ erit ſollicitum nec aliquan
Hier.22. do deſinet facere fructũ. Et aliquanto poſt,
Hęc dicit dñs, Facite iudiciũ et iuſtitiã, et li-
berate vi oppreſſum de manu calumniato-
ris. Et aduenã, et pupillũ, et viduã nolite cõ-
triſtare neq; opprimatis inique: Et ſanguinẽ
Hier.23. innocẽtem ne effundatis in loco iſto. Et pau
lopoſt, Vę paſtoribus qui diſpergunt et di-
lacerant gregem paſcuæ meæ, dicit domi-
Ibid. G nus. Ideo hæc dicit dominus Deus Iſrael ad
paſtores qui paſcunt populum meũ, Vos di-
ſperſiſtis gregem meũ, et eieciſtis eos, et nõ
viſitaſtis. Ecce ego viſitabo ſuper vos mali-
tiam ſtudiorum veſtrorum, ait dominus. Itẽ
paulopoſt, Hæc dicit dominus exercituum,
Nolite audire verba Prophetarum qui pro-
phetant vobis et decipiunt vos, Viſionẽ cor
dis ſui loquuntur, non de ore domini. Dicũt
his qui blaſphemant me, Locutus eſt domi-
nus, Pax erit vobis: et omni qui ambulat in
prauitate cordis ſui dixerunt: Nõ veniet ſu- Hier.24.
per vos malum. Quis enim affuit in conſilio
dñi? Et poſt aliquos verſus, Nõ mittebã Pro
phetas, et ipſi currebant, non loquebar ad
eos, et ipſi prophetabãt. Si ſtetiſſẽt in cõſilio
meo et nota feciſſẽt verba mea populo meo
auertiſſem vtiq; eos à via ſua mala, et à peſ- H
ſimis cogitationibus ſuis. Et poſt paucos ver
ſus, Audiui quæ dixerunt Prophetæ. prophe- Ibidem.
tãtes in nomine meo mẽdacium atq; dicen-
tes, Somniaui ſomniaui. Vſq; quo iſtud eſt in
corde Prophetarũ vaticinantiũ mendaciũ, et
prophetantium ſeductiones cordis ſui, qui
volunt facere vt obliuiſcatur populus meus
nominis mei propter ſomnia cordis ſui, quę
narrat vnuſquiſq; ad proximũ ſuum ſicut ob
liti ſuut patres eorum nominis mei propter
Baal? Propheta qui habet ſomnium, narrat
ſomnium: et qui habet ſermonẽ meũ, narret
ſermonẽ meũ vere. Quid paleis ad triticum,
dicit dominus? Nunquid nõ verba mea ſunt
quaſi ignis, dicit dñs, et quaſi malleus cõte-
rẽs petrã? Propterea ecce ego ad Prophetas,
ait dñs qui furantur verba mea vnuſquiſq; à
proximo ſuo, Ecce ego ad Prophetas ait do
minus, Qui aſſumunt linguas ſuas, et aiunt,
dicit dominns: et ecce ego ad ſomniãtes Pro
phetas mendaciũ, ait dominus, Qui narraue
rũt ea et ſeduxerunt populũ meũ in menda-
cio ſuo, et in miraculis ſuis, cũ ego nõ miſ-
ſem eos, nec mãdaſſem eis, qui nihil profue
runt populo, huic dicit dñs. Et paulopoſt, Et Hier.25.
miſit dñs ad vos oẽs ſeruos ſuos Prophetas
conſurgẽs diluculo mittensq;, et nõ audiſtis
neq; inclinaſtis aures veſtras vt audiretis, cũ
diceret, Reuertimini vnuſquiſq; à via ſua ma
la, et à peſſimis cogitationibus veſtris: et ha
bitabitis in terra quã dedit dominus vobis et
patribus veſtris à ſeculo et vſq; in ſeculum. I
Et nolite ire poſt Deos alienos, vt ſeruiatis
adoretiſq; eos, neq; me ad iracundiam pro
uocetis in operibus manuũ veſtrarum, et nõ
affligam vos. Et non audiſtis me, dicit domi
nus. Et aliquanto poſt, Maledictus qui facit Hier.48.
opus domini fraudulenter. Itẽ poſt aliquan-
tũ, Bonus eſt dominus ſperantibus in eũ, ani
mæ quærẽti illũ. Bonũ eſt præſtolari cum ſi- Thre.3.
lentio ſalutare domini. Bonum eſt viro cum
portauerit iugum ab adoleſcentia ſua. Sede-

bit solitarius, & tacebit, quia leuauit se super se. Ponet in puluere os suũ, si forte sit spes. Dabit percutienti se maxillã, saturabitur opprobrijs, quia nõ repellit in sempiternũ dñs.

*Ex Ezechiele.* *Ezec. 3.* CVm autem pertransissent septẽ dies factum est verbum dñi ad me dicens, Fili hominis speculatorẽ dedi te domui Israel, & audies de ore meo verbũ, & annunciabis eis ex me. Si me dicẽte ad impiũ, Morte morieris, non annunciaueris ei, neq; locutus fueris vt auertat̃ à via sua impia, & viuat, ipse im- K pius in iniquitate sua morietur, sanguinem autem eius de manu tua requiram. Si autem tu annunciaueris impio, & ille non fuerit cõuersus ab impietate sua & à via sua impia, ipse quidẽ in iniquitate sua morietur, tu autem animã tuam liberasti. Sed & si conuersus iustus à iustitia sua fecerit iniquitatẽ, ponã offendiculũ corã eo, Ipse morietur, quia non annunciasti ei, In peccato suo morieť, & nõ erũt in memoria iustitiæ eius quas fecit, sanguinẽ vero eius de manu tua requiram. Si autẽ annunciaueris iusto, vt non peccet iustus, & ille nõ peccauerit, viuens viuet, quia annunciasti ei, & animã tuã liberasti. *Ezec. 9.* Et post aliquantũ, Et dixit dñs ad eũ, Transi per mediã ciuitatẽ in medio Hierusalẽ, & signa Tau super frontẽ virorũ gementium & dolentium super cunctis abominationibus quæ fiunt in medio eius. Et illis dixit audiente me, Transite per mediã ciuitatem sequentes eũ, & percutite. Non parcat oculus vester, neq; misereamini, Senẽ, adolescentulũ, & virginem, & paruulum, & mulierem, interficite vsq; ad internecionẽ. Omnem autem super quem videritis Tau, ne occideritis, & à sanctuario meo incipite. *Eze. 13.* Et aliquanto post, Pro eo quod mœrere fecistis cor iusti mendaciter, quem ego non contristaui, & confortastis manus impij vt non reuerteretur à via sua mala & viueret. Item post aliquantũ, Et hæc fuit iniquitas So- *Eze. 16.* domę sororis tuę, Superbia, saturitas panis, L & abundãtia, & ocium ipsius, & filiarũ eius: & manum egeno & pauperi nõ porrigebãt, & eleuatæ sunt & fecerunt abominationes *Eze. 18.* coram me, & abstuli eas sicut vidisti. Et post paululũ, Vir si fuerit iustus, & fecerit iudiciũ & iustitiam, in montibus non comederit, & oculos non leuauerit ad idola domus Israel, & vxorem proximi sui non violauerit, & ad mulierem menstruatam non accesserit: & hominem non contristauerit, pignus debitori reddiderit per vim nihil rapuerit, panẽ suum esurienti dederit, & nudũ operuerit vestimẽto, ad vsuram nõ commodauerit, & amplius non acceperit, ab iniquitate auerterit manũ suã, iudiciũ verũ fecerit inter virum & virũ, in p̃ceptis meis ambulauerit, & iudicia mea custodierit vt faciat veritatem, Hic iustus est, vita viuet, ait dñs Deus. Quod si genuerit filiũ latronẽ effundentem sanguinẽ, & fecerit vnũ de istis: & hęc quidem omnia non faciẽ- M tẽ, sed in montibus comedentem, & vxorem proximi sui polluentẽ, & egenũ & pauperẽ contristantẽ, rapientẽ rapinas, pignus nõ reddẽtem, & ad idola leuantẽ oculos suos, abominationes facientem, ad vsurã dantẽ, & amplius accipientẽ: nunquid viuet? Non viuet. Cũ vniuersa detestanda hęc fecerit, morte morieť: sanguis eius in ipso erit. Quod si genuerit filium, qui videns omnia peccata p̃ris sui q̃ fecit, timuerit, & non fecerit simile eis: super mõtes non comederit, & oculos suos non leuauerit ad idola domus Israel, & vxorem proximi sui non violauerit, & virũ non cõtristauerit, pignus nõ retinuerit, & rapinã non rapuerit, panem suum esurienti dederit, & nudũ operuerit vestimẽto, à pauperis iniuria auerterit manum suam, vsurã & superabundantiam non acceperit, iudicia mea fecerit & in præceptis meis ambulauerit, hic nõ morietur in iniquitate patris sui, sed vita viuet. Pater eius qui calumniatus est & vim fecit fratri, & malũ operatus est in medio populi sui, ecce mortuus est in iniquitate sua. Et dicis, Quare nõ portabit filius iniquitatẽ patris? Videlicet quia filius iudiciũ, & iustitiã operatus est, Omnia præcepta mea custodiuit, & fecit illa, vita viuet. Anima quæ peccauerit, ipsa morietur. Filius non portabit iniquitatem patris, & pater non portabit iniquitatẽ filij. Iustitia iusti super eum erit, & im- A pietas impij erit super eum. Si autem impius egerit pniam ab omnibus peccatis suis quæ operatus est, & custodierit vniuersa præcepta mea, & fecerit iudicium & iustitiam, vita viuet & non morietur. Omniũ iniquitatũ eius quas operatus est non recordabor. In iustitia sua quam operatus est viuet. Nunquid voluntatis meæ est mors impij dicit Dominus Deus, & non vt conuertatur à vijs suis & viuat? Si autem auerterit se iustus a

iustitia sua, & fecerit iniquitatem secundum
omnes abominationes quas operari solet im
pius, nũquid viuet? Omnes iustitiæ eius quas
fecit non recordabuntur. In præuaricatione
qua præuaricatus est, & in peccato suo quod
peccauit, in ipsis morietur. Et dixistis, Nõ est
æqua via dñi. Audite ergo domus Israel, Nũ-
quid via mea non æqua, & nõ magis viæ ve-
stræ prauæ sunt? Cum.n. auerterit se iustus à
iustitia sua, & fecerit iniquitatem, morietur
B in eis. In iniustitia quam operatus est morie-
tur. Et cum auerterit se impius ab impietate
sua quam operatus est, & fecerit iudicium &
iustitiam, ipse animam suam viuificabit. Cõ-
siderauit enim & auertit se ab omnibus ini-
quitatibus suis quas operatus est, vita viuet,
& non morietur. Et dicunt filij Israel, Non
est æqua via dñi. Nunquid viæ meæ non sunt
æque domus Israel, & non magis viæ vestræ
prauę? Idcirco vnumquenque iuxta vias suas
iudicabo domus Israel, ait dominus Deus.
Conuertimini & agite pœnitentiam ab om-
nibus iniquitatibus vestris, & non erit vobis
in ruinam iniquitas. Proijcite à vobis omnes
præuaricationes vestras in quibus præuarica
ti estis, & facite vobis cor nouum & spiritũ
nouum. Et quare moriemini domus Israel?
Quia nolo mortẽ morientis dicit dñs Deus:
Reuertimini & viuite. Et aliquanto post, Ec-
Ezec.22. ce Principes Israel singuli in brachio suo fue
runt in te ad effundendum sanguinem. Patrẽ
& matrem contumelijs affecerunt in te, adue
nam calumniati sunt in medio tui, pupillam
& viduam contristauerunt apud te. Sanctua-
ria mea spreuistis, & sabbata mea polluistis,
Viri detractores fuerunt in te ad effundendũ
sanguinem. Et super montes comederunt in
te, Scelus operati sunt in medio tui. Verecun
diora patris discooperierunt in te, immundi
tiam menstruatæ humiliauerunt in te. Et vnus
quisque in vxorem proximi sui operatus est
C abominationem, & socer nurum suam pol-
luit nepharie. Frater sororem suam filiam pa
Ibidem. tris sui oppressit in te. Munera acceperunt
apud te ad effundendum sanguinem, vsuram
& superabundantiam accepisti, & auare pro
ximos tuos calumniabaris, meiq; oblita es,
ait dñs Deus. Et post paululum, Et factum est
verbum dñi ad me dicens, Fili hominis dic
ei, Tu es terra immunda & non compluta in
die furoris. Cõiuratio Prophetarum in me-
dio eius. Sicut leo rugiens capiensq; prædã,
animam deuorauerunt, opes & pretiũ acce-
perunt, viduas eius multiplicauerunt in me-
dio illius. Sacerdotes eius contẽpserunt legẽ Ibidem.
meam, & polluerunt sanctuaria mea. Inter
sanctum & prophanũ non habuerunt distan
tiam, & inter pollutum, & immundum non
intellexerunt. Et post duos versus, Principes
eius in medio illius quasi lupi rapientes præ
dam, ad effundendum sanguinẽ, et ad perdẽ- D
das animas & auare sectanda lucra. Prophe-
tæ aũt eius liniebant eos absq; temperamẽto,
videntes vana, & diuinantes mendacium di-
centes, Hæc dicit dñs Deus, cum dñs non sit
locutus. Populi terræ calũniabantur calum-
niam, & rapiebant violẽter, egenum & pau-
perem affligebant, & aduenam opprimebãt
calumnia absq; iudicio. Et quæsiui de eis vi-
rum, qui interponeret sepem, & staret oppo
situs contra me pro terra ne disperderẽ eã,
& non inueni. Et effudi super eos indignatio
nem meã & in igne iræ meæ consumpsi eos.
Viam eorum in caput eorũ reddidi, ait dñs Ezec.33.
Deus. Et aliquanto post, Et factum est verbũ
dñi ad me dicens, Fili hominis loquere ad
filios populi tui & dices ad eos, Terra cum
induxero super eam gladium, & tulerit po-
pulus terræ virum vnum de nouissimis suis,
& constituerit eũ super se speculatorem: &
ille viderit gladium venientem super terrã,
& cecinerit buccina, & annunciauerit popu
lo, audiens autem quisquis ille est sonitum
buccinæ, et non se obseruauerit, veneritque
gladius et tulerit eum, sanguis ipsius super ca
put eius erit, Sonitũ buccinæ audiuit, et non
se obseruauit, sanguis eius in ipso erit. Si au-
tem custodierit, animã suam saluabit. Quod
si speculator viderit gladium venientem, et
non insonuerit buccina, et populus non se
custodierit, veneritq; gladius et tulerit de eis
animam: ille quidem in iniquitate sua ca- E
ptus est, sanguinem autem eius de manu spe-
culatoris requiram. Et tu fili hominis specu-
latorem dedi te domui Israel. Audiens ergo
ex ore meo sermonẽ, annunciabis eis ex me.
Si me dicente ad impium, Impie, morte mo
rieris: non fueris locutus vt se custodiat im-
pius à via sua, ipse impius in iniquitate sua
morietur, sanguinẽ aũt eius de manu tua re-
quirã. Si aũt annunciante te ad impium, vt à
vitijs suis conuertatur, et nõ fuerit conuersus

à via sua, ipse in iniquitate sua morietur, porro tu animã tuã liberasti. Tu ergo fili hominis, dic ad domũ Israel, sic locuti estis dicentes, Iniquitates nr̃æ & peccata nostra super nos sunt, & in ipsis nos tabescimus, quõ ergo viuere poterimus? Dic ad eos, Viuo ego dicit dñs Deus. Nolo mortẽ impij, sed vt reuertatur impius à via sua mala & viuat. Cõ-
E uertimini à vijs vestris pessimis. Et quare moriemini domus Israel? Tu itaq; fili hominis, dic ad filios populi tui, Iustitia iusti non liberabit eũ in quacunq; die peccauerit: & impietas impij non nocebit eũ in quacunq; die cõuersus fuerit ab impietate sua. Et iustus nõ poterit viuere in iustitia sua, in quacunq; die peccauerit: et si dixero iusto, ꝙ vita viuat, & confisus in iustitia sua fecerit iniquitatẽ: omnes iustitiæ eius obliuioni tradentur, & in iniquitate sua quã operatus est, in ipsa morietᷣ. Si aũt dixero impio, morte morieris, & egerit pnĩam a pc̃tõ suo, feceritq; iudiciũ & iustitiã, pignus restituerit ille impius, rapinam reddiderit, in mãdatis vitæ ambulauerit, nec fecerit quicquã iniustũ, vita viuet & non morietur. Omnia peccata eius, q̃ peccauit non imputabuntur ei. Iudiciũ & iustitiã fecit, vita viuet. Et dixerunt filij populi tui, Nõ est ęqui ponderis via dñi, & ipsorum via iniusta est. Cũ.n. recesserit iustus a iustitia sua, feceritq; iniquitates, morietur in eis. Et cũ recesserit impius ab impietate sua, feceritq; iudicium & iustitiã, viuet in eis. Et dicitis, Nõ est ęqua via dñi: vnumquenq; iuxta vias suas iudicabo de vobis domꝰ Israel. Et post aliquot versus, Et tu fili hominis, filij populi tui qui loquuntur de te iuxta muros & in ostijs domorũ, & dicunt vnus ad alterũ, vir ad proximũ suũ dicentes, Venite & audiamus qui sit ser-
Ibidem. mo egrediens a dño. Et veniunt ad te quasi ingrediatur populus, & sedent corã te populus meus, & audiũt sermones tuos, & nõ fa-
F ciunt eos, quia in canticũ oris sui vertunt illos. Et auaritiã suam sequitᷣ cor eorum, & es quasi carmẽ musicũ ꝙ suaui dulciq; sono ca-
Ezec. 34. nit, Et audiunt verba tua & nõ faciunt ea: & cũ venerit ꝙ pdicatũ est, ecce.n. venit, tunc scient ꝙ Prophetes fuerit inter eos. Et factũ est verbũ dñi ad me dicens, Fili hoĩs Propheta de pastorib. Israel, Propheta & dices pastorib. Hæc dicit dñs Deus, Vę pastorib. Israel, qui pascebãt semetipsos. Nõne greges pascũtur a pastorib. Lac comedebatis, & lanis operiebamini, & ꝙ crassum erat occidebatis, gregem aũt meũ non pascebatis. Quod infirmũ fuit non consolidastis, & ꝙ ægrotum nõ sanastis. Quod fractum est non alligastis, & ꝙ abiectũ est nõ reduxistis, ꝙ perierat nõ quæsistis, sed cũ austeritate imperabatis eis & cũ potentia. Et dispersæ sunt oues meæ, eo ꝙ nõ esset pastor. Et factæ sunt in deuoratione omniũ bestiarũ agri, & dispersæ sunt: & errauerunt greges mei in cunctis montib. & in vni-
uerso colle excelso: & super omnẽ faciẽ terræ dispersi sunt greges mei. Et nõ erat qui requireret. Non erat, inquã, qui requireret. Propterea pastores audite verbũ dñi, Viuo ego dicit dñs Deus, quia pro eo ꝙ facti sunt greges mei in rapinã, & oues meæ in deuoratione omnium bestiarũ agri, eo ꝙ non esset pastor. Neq;.n. quæsierunt pastores gregẽ meũ, sed pascebant pastores semetipsos, & greges meos non pascebant. Propterea pastores audite verbũ dñi. Hęc dicit dñs Deus. Ecce ego ipse super pastores, requirã gregem meũ de manu eorum, & cessare eos faciã, vt vltra nõ pascant gregẽ, nec pascant amplius pastores semetipsos. Et liberabo gregẽ meum de ore eorũ, & non erit eis vltra in escã. Et post aliquantum. Vos aũt greges mei, hæc dicit dñs Ezec. 34.
Deus. Ecce ego iudico inter pecus & pecus, arietũ & hircorũ. Nonne satis vobis erat pascua bona depasci? Insuꝑ & reliquias pascuarum vestrarũ conculcatis pedibus vestris, & cum purissimã aquã biberitis, reliquam pedib. vestris, turbatis: & oues meæ his quæ cõculcata pedib. vestris fuerant, pascebantur: & quæ pedes vestri turbauerant, hæc bibebant. Propterea hæc dicit dñs Deus ad eos, Ecce ego ipse iudico inter pecus pingue & macilentũ, pro eo ꝙ laterib. & humeris impingebatis & cornibus vestris ventilabatis omnia infirma pecora, donec dispergerentur foras. H
Et post aliquantũ, Hæc dicit dñs Deus, Sufficiat vobis principes Israel, iniquitatẽ & rapi Ezec. 45.
nas intermittite, & iudiciũ & iustitiã facite, & separate confinia vestra a populo meo dicit dñs Deus. Statera iusta, & Ephi iustũ erit vobis, & beatus iustus. Ista de libris posuimꝰ, quos & Iudęi canonicos habent in quib. eorũ inuenimus q̃ huic operi conuenerint. Sed non sunt omittendi et hi quos quidẽ ante saluatoris aduentũ constat esse conscriptos, sed

eos non receptos a Iudęis, recepit tñ eiusdē saluatoris ecclesia. In his sunt duo qui Salomonis a plurib. appellantur, ꝓꝑ quandā sicut existimo, eloquij similitudinē. Nam Salomonis non esse, nihil dubitant quiq; doctiores. Nec tñ eius qui sapientiæ dr̄, quis nam sit author apparet. Illū vero alterum, quem vocamus Ecclesiasticū, ꝙ Iesus quidā scripserit,
I qui cognominatur Sirach, constat inter eos qui eundē librū totū legerunt. De libro ergo sapientiæ ista huic operi cōgruere visa sunt.

*lib. sapientiæ. c. 1.* Diligite iustitiā qui iudicatis terram. Sentite de dño in bonitate, et in simplicitate cordis quærite illum. Qm̄ inuenitur ab his qui non tentant illum, Apparet aūt eis, qui fidē habent in illum. Peruersæ.n.cogitationes separant a Deo, Probata aūt virtus corripit insipientes. Qm̄ in maleuolam animā nō introibit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis. Sanctus.n.spiritus disciplinæ effugiet fictū, et auferet se a cogitationib. q̄ sunt sine intellectu, et corripietur a superueniente iniquitate. Benignus est.n.spiritus sapientiæ, et nō liberabit maledictum a labijs suis: qm̄ renū illius testis est Deus, et cordis eius scrutator est verus et linguæ illius auditor. *Ibidem.* Qm̄ spiritus dñi repleuit orbē terrarum, et * hic qui continet omnia scientiam habet vocis. *Al. l. hoc modo.* Propter hoc qui loquitur iniqua, non potest latere, sed nec præteriet illum corripiens iudiciū. In cogitationibus.n.impij interrogatio erit, sermonum aūt illius auditio ad dñm veniet, ad correptionē iniquitatum illius. Qm̄ auris cęli audit omnia, et tumultus murmurationum non abscondetur. Custodite ergo vos a murmuratione q̄ nihil ꝓdest, et a detractione parcite linguæ, Qm̄ responsum obscurū inuacuum non ibit. Os aūt ꝙ mētitur, occidit animā. Et paulopost, *Sap. 3.* Qui confidunt in illum, intelligent veritatē: et fideles in dilectione acquiescent illi, quia donum et pax est electis illius. Impij aūt secundū quæ cogitauerunt, correptionē habebūt, qui neglexerunt iustitiā, et a dño recesserūt. *Ibidem.* Sapientiam.n.et disciplinā qui abijcit, infœlix est. Et post sex versus, Qm̄ fœlix sterilis
K et incoinquinata, quæ nesciuit thorum in delicto, Habebit fructum in respectione animarum. Et spado qui non operatus est per manus suas iniquitatem, nec cogitauit aduersus dñm nequissima. Et post aliquantum, Audite ergo reges et intelligite, discite iudices finiū terræ iustitiā. Præbete aures vos qui continetis multitudines, et placetis vobis in turbis nationum, qm̄ data est a dño potestas uobis, et uirtus ab altissimo qui interrogabit opera vestra, et in cogitationib. scrutabitur, qm̄ cum essetis ministri regni ipsius, non recte iudicastis, neque custodistis legē iustitiæ, neque secundum voluntatem Dei ambulastis. *Sap. 6.* Horrende et cito apparebit vobis, qm̄ iudicium durissimū in his qui præsunt fiet. Exiguo.n.concedetur misericordia, potētes aūt potenter tormenta patientur. Non.n.subtrahet personā cuiusquam dñs, nec reuerebitur magnitudinē cuiusquam, qm̄ pusillū et magnum ipse fecit, et æqualiter illi cura est pro omnibus. Fortioribus aūt fortior instat cruciatus. Ad vos * aūt mali reges sunt hi sermones mei, vt discatis sapientiam, et non excidatis. Qui.n.custodierint iustitiā, iuste iustificabuntur: et qui didicerint ista, inuenient quid respondeant. Concupiscite ergo sermones meos, diligite illos, et habebitis disciplinam. Clara est.n.et quæ nunquā marcescat sapientia, et facile vr̄ ab his qui diligunt eam, et inuenitur ab his qui quærunt illam. Præoccupat qui se concupiscunt, vt illis se priorem ostendat. Qui de luce vigilauerit ad illā, non laborabit, assidentem.n.illā inueniet foribus suis. Cogitare.n.de illa sensus est consummatus. Et qui vigilauerit pro illa, cito erit securus, qm̄ dignos se ipsa circumit quærens, et in vijs ostendet se illis hilariter, et in omni prouidētia occurrit illis. Initium.n.illius verissima est disciplinæ concupiscentia. Cura ergo disciplinæ dilectio est: et dilectio custoditio legum illius est. Custoditio aūt legum * cōfirmatio incorruptionis est, incorruptio aūt facit esse proximū Deo. Concupiscentia itaq; sapientiæ deducit ad regnū perpetuū. Si ergo delectamini sedib. et stemmatibus reges populi, diligite sapientiā vt in perpetuū regnetis. Et paulopost, Et si iustitiā quis diligit labores huius magnas habent virtutes. Sobrietatem.n.et sapientiā docet et iustitiam et virtutem, quib. vtilius nihil in vita hominib. Nunc iam de libro qui Ecclesiasticus dr̄ ponenda sunt quæ videntur. De quo hic etiā ea dixisse deputer, quæ de Prouerbiorum libro sum prælocutus, quamuis in isto Ecclesiastico plura repererim huic operi necessaria

*Al. l. ergo* L *Al. l. consumatio.* M *Sap. 8.*

Timor,

*Ex Ecclesiastico. Eccl. 1.*

TImor dñi scientiæ religiositas. Religiositas custodiet & iustificabit cor, iucunditatẽ atq; gaudiũ dabit. Timenti dñm bene erit, & in dieb. consummationis illius benedicetur. Plenitudo sapientiæ est timere Deũ, & plenitudo à fructib. illius. Et post duos versus, Corona sapientiæ timor dñi. Et post quatuor versus, Radix sapientiæ est timere Deũ, Rami.n. illius longęui. In thesauris sapientiæ intellectus est, & *scientia & religiositas. Execratio aũt peccatoribus sapientia. Timor Dei expellit pc̃tm̃, Nam qui sine timore est, non potest iustificari, Iracundia.n. animositatis illius, subuersio illius est. Sapiens vsq; in tp̃s

*Al.l.scientiæ.*

A sustinebit patiens, & postea reditio iucunditatis. Bonus sensus vsq; in tp̃s abscondit verba illius, & labia multorũ enarrabũt sensum illius. Concupiscens sapientiã, serua iustitiã: & Deus præbebit illam tibi. Sapientia.n. & disciplina timori dñi, & ꝙ beneplacitum est illi, fides & mansuetudo, & adimplebit thesauros tuos. Non sis incredibilis timori dñi, & ne accesseris ad illum duplici corde. Ne fueris hypocrita in conspectu hominum, & non scandalizeris labijs tuis. Attende in illis, ne forte cadas, & adducas animæ tuæ confusionem: & reuelet Deus abscondita tua, & in medio synagogæ elidat te. Qm̃ accessisti maligne ad dñm, & cor tuum plenum est dolo & fallacia. Fili accedens ad seruitutem Dei, sta in timore & iustitia, & prępara animã tuã ad tentationem, & deprime cor tuũ, & sustine. Declina aurem tuã, & excipe verba intellectus, & ne festines in tẽpus obductionis. Sustine sustẽtationem Dei, coniungere Deo & sustine, vt crescat in nouissimo vita tua. Om-

B ne ꝙ tibi applicitum fuerit, accipe, & in dolore sustine, & in humilitate tua patientiã habe, qm̃ in igne probatur aurum & argentũ, homines vero * receptiles in camino humiliationis. Crede Deo, & recuperabit te, & dirige viam tuam & spera in illum. Serua timorem illius, & in illo veterasce. Metuentes dominũ sustinete misericordiam eius, & nõ deflectatis ab illo, ne cadatis. Qui timetis dñm, credite illi, & nõ euacuabitur merces vestra. Qui timetis dñm, sperate in illum, & in oblectatione veniet vobis misericordia. Qui timetis Deũ, diligite illum, & illuminabuntur corda vestra. Respicite filij nationes hominũ, & scitote quis sperauit in dño, & cõfusus

*Al.l.acceptabiles.*

est? permansit in mandatis eius, & derelictus est? & quis illũ inuocauit, & despexit illum? Qm̃ pius & misericors est Deus, & remittet in tp̃e tribulationis peccata omnib. exquirentibus se in veritate. Vę duplici corde & labijs scelestis & manib. malefacientibus, & peccatori terrã ingredienti duabus vijs. Vę dissolutis corde, qui non credunt Deo, ideò nõ protegunt ab eo. Vę his qui perdiderunt sustinentiam, qui dereliquerunt vias rectas, & diuerterunt in vias prauas. Et quid facietis cum inspicere cęperit Deus? Qui timent dñm, nõ C erunt incredibiles verbo illius: & qui diligũt illum, conseruabunt viam illius. Qui timent dñm, inquirent quæ beneplacita sunt illi, & qui diligunt eũ, replebuntur lege ipsius. Qui timent dñm, præparabunt corda sua, & in cõspectu illius sanctificabunt animas suas. Qui timent dñm, custodiunt mandata ilius, & patientiã habebunt vsq; ad inspectionem illius dicentes, Si pniam non egerimus, incidemus in Dei manus, & non in manus hominũ. Secundum.n. magnitudinẽ illius, sic & misericordia ipsius cũ ipso. Fili sapientiæ Ecclesia iustorum, & nati illorum obedientia & dilectio. Iudiciũ patris audite filij dilecti, & sic facite vt salui sitis. Et post duos versus, Qui diligit Deũ, exorabit pro peccatis suis, & cõtinebit se ab illis, In oratione dierũ exaudietur. Et sicut qui thesaurizat, ita & qui honorificat matrem suam. Qui honorificat patrem, iucundabitur in filijs. Qui honorat patrem suum, vita viuet longiore, & qui obaudit patri, refrigerabit matrem. Qui timet Deũ, honorat parentes: & quasi dñis seruiet his qui se genuerunt, in opere & sermone & omni patientia. Honora patrem tuũ, vt superueniat tibi benedictio à dño. Et post tres versus, Ne glorieris in contumelia patris tui. Et post tres versus, Fili, suscipe senectam patris tui, & ne contristes eum in vita illius. Et si defecerit sensu, veniam da, & ne spernas eum in tua virtute. Et post quatuor versus, Quam malæ famæ est qui derelinquit patrem, & est maledictus à Deo qui exasperat matrẽ. Fili, in mansuetudine opera tua perfice, & sup hominũ gloriã diligeris. Quãto magnus es humilia te in omnibus, & coram Deo inuenies gratiã. Qm̃ magna potentia Dei solius, & ab humilibus honoratur. Altiora te ne quæsieris, & fortiora te ne scrutatus fueris. Sed quæ

*Eccl. 3. 4.* D *Ibidem.* *Ibidem.*

præcepit

prȩcepit tibi Deus, illa cogita semper. Et in
pluribus operibus eius ne fueris curiosus. nō
enim est tibi necessarium ea quȩ abscondita
sunt videre oculis tuis. Et post tres versus,
Multos.n. implanauit suspitio eorū, & in va-
nitate detinuit sensus illorū, Cor durū male
habebit in nouissimo, & qui amat periculū,
in illo peribit. Cor ingrediens duas vias, nō
habebit successus, & prauicordius in illis scā
E dalizabitur. Cor nequā grauabitur in dolo-
ribus, & peccator adijcet ad peccādū. Et post
duos versus. Cor sapiens intelligitur in sapiē
tię, & auris bona audiet cum omni concu-
piscētia sapientiam. Sapiens cor intelligibile
abstinebit se a peccatis, & in operibus iusti-
tia successus habebit. Ignem ardentem extin-
guet aqua, & eleemosyna resistet peccatis, &
Deus prospector eius, qui reddit gratiā. Me-
minit in posterū, & in tempore casus tui in-
ueniet firmamentum. Fili eleemosynam pau
peris ne fraudes, & oculos tuos ne transuer-
uertas a paupere. Animam esurientē ne de-
spexeris, & non exasperes pauperem inopia
sua. Cor inopis ne afflixeris, & ne protrahas
datū angustianti. Rogationē cū tribulatione
ne abijcias, & non auertas faciē tuā ab ege-
no. Ab inope non auferas oculos tuos pro-
pter irā, & nō relinquas quærentibus tibi re-
tro maledicere. Maledicētis.n. tibi in amari-
F tudine animę exaudiet deprecator illius. Ex-
audiet aūt eū qui fecit illum. Congregationi
pauperū affabilem te facito, & presbytero hu
milia animam tuam, et magnato humilia
caput tuū. Declina pauperi sine tristitia au-
rem tuā, & redde debitū tuum, & responde-
illi pacifica in mansuetudine. Libera eū qui
iniuriā patitur de manu superbi, & nō acidè
feras in aīa tua. In iudicando esto misericors
pupillis vt pater, & pro viro matri illorum,
& eris velut filius altissimi obaudiens, & mi-
serebit tui magis q̄ mater. Sapiētia filijs suis
vitā inspirauit, & suscipit inquirentes se, &
prȩibit in via iustitiæ. Et qui illā diligit, dili-
git vitā, & qui vigilauerint ad illā, cōplectē-
tur placorē eius. Qui tenuerit illā, vitā hȩre-
ditabūt, & quo introibit benedicet Deus. Qui
seruiant ei, obsequentes erunt sancto, & eos
qui diligūt illā, diligit Deus. Qui audit illā,
iudicat gentes, & qui intuetur illam, perma
nebit confidens. Si crediderit ei, hæreditabit
illā, & erunt in confirmatione creaturę illo-
rū. Qm̄ in tētatione ambulat cū eo, & in pri
mis eligit eū. Timorē & metum & probatio
nē inducet super illū, & cruciabit illū in tri-
bulatione doctrinæ suæ, donec tentet illū in
cogitationibus illius & credat animæ illius.
Et firmabit illū, & iter adducet directū ad il-
lū, & denudabit abscōdita sua illi, & thesau-
rizat super illū scientiā & intellectū iustitię.
Si aūt oberrauerit, derelinquet illū, & tradet
eū in manus inimici sui. Fili, cōserua tēpus,
& deuita malo. Pro anima tua nō confunda
ris dicere verū. Est.n. cōfusio adducēs pecca G
tū, & est cōfusio adducēs gloriā & grām. Ne
accipias faciē aduersus faciē tuā, nec aduer-
sus animā tuā mendaciū. Nō reuerearis pro
ximū tuū in casu suo, nec timeas verbum* in
tēpus salutis. Nō abscōdas sapientiā tuā in de *Al. l. in tempore.*
core eius, Indigna.n. agnoscitur sapientia &
sensus, & sētētia & doctrina in verbis verita
tis, et firmamentū in operibus iustitię. Nō cō
tradicas veritati vllo modo, et de mendacio
ineruditionis tuæ cōfundere. Nō confunda-
ris confiteri peccata tua, et ne subijcias te ho
mini ꝓ peccato. Noli resistere contra faciē
potentis, nec coneris contra ictū fulminis. In
iustitia agonizare ꝓ aīa tua, et vsq; ad mor-
tē certa ꝓ iustitia, et Deus expugnabit pro te
inimicos tuos. Noli citatus esse in lingua tua
inutilis et remissus ī operib. tuis. Noli esse si *Eccl. 5.*
cut leo in domo tua, euertens domesticos
et opprimens subiectos. Non sit porrecta
manus tua ad accipiendum, et ad dandum
collecta. Noli attēdere ad possessiones ini-
quas, et ne dixeris, Est mihi sufficiēs vita. Ni
hil.n. proderit in tp̄e vindictę et obductio-
nis. Nō sequaris concupiscentiā cordis, et ne H
dixeris. Qūo potui, aut quis me subijciet ꝑꝑ
facta mea? Deus.n. vindicās vindicabit. Et ne
dixeris. Peccaui, et q̄d accidit mihi triste? Al-
tissimus.n. est patiens redditor. De propitia-
tu peccatorū noli esse sine metu. Neq; adij-
cias peccatū super peccatū, et ne dicas, Mise
ratio Dei magna est. Multitudinis pc̄torum
meorū miserebit. Misericordia.n. et ira ab il
lo cito ꝓximat, et in peccatores illius respi-
cit ira. Nō tardes conuerti ad dn̄m, et ne dif
feras de die in diē. Subito.n. venit ira illius, et
in tp̄e vindictæ disperdet te. Noli anxius esse
in diuitijs iniustis, nihil.n. proderunt tibi in
die obductionis et vindictæ. Nō vētiles te in
omni vento et nō eas in oī via. Sic.n. pecca-
tor

tor ꝓbatur duplici lingua. Esto firmus in via Dei,& in virtute sensus tui & scientia,& pro sequatur te verbum pacis & iustitiæ. Esto mã suetus ad audiẽdũ verbũ Dei, vt intelligas, & cũ sapientia feras responsum verum. Si est ti
I bi intellectus, responde proximo: sin autem, sit manus super os tuũ, ne captus verbo indisciplinato,& confundaris. Honor & gloria in sermone sensati, lingua vero imprudẽtis subuersio est ipsius. Non appelleris susurro in vita tua,& in lingua tua ne capiaris & cõfundaris. Super furem enim est confusio, & pœnitentia, & denotatio pessima super bilin guẽ. Susurratori aũt odium & inimicitia & contumelia. Iustifica pusillum & magnũ similirer.
Eccl. 6. Noli fieri pro amico inimicus proximo. Improperiũ & contumeliã malus hæreditabit,& omnis peccator inuidus & bilin guis. Non te extollas in cogitatione animę tuæ velut taurus, ne forte elidatur virtus tua per stultitiã. Et post septem versus, Multi pacifici sint tibi vnus de mille. Si possides ami cũ in tentatione possidẽ eũ, & nõ facile cre das illi temetipsum. Est.n. amicus scd̃m tempus suũ,& non permanebit in die tribulatio nis. Et ẽ amicus q̃ egreditur ad inimicitiã, & est amicus qui odiũ & rixã & cõuitia denudabit. Est aũt amicus socius mensæ, nõ permanebit in die necessitatis. Amicus si permã serit fixus, erit tibi quasi coęqualis,& ĩ dome sticis tuis fiducialiter aget. Si humiliauerit se cõtra te, et à facie tua abscõderit se, vnanimẽ habebis amicitiã bonã. Ab inimicis tuis separare,& ab amicis tuis attende. Amicus fidelis protectio fortis: qui aũt inuenit illũ, inuenit thesaurũ. Amico fid̃li nulla est cõparatio, & nõ est digna cõparatio auri & argenti cõtra bonitatẽ fidei illius. Amicus fidelis, medica-
K mentũ vitæ & immortalitatis: Et qui metuũt dominũ, inueniũt illũ. Qui timet Deũ æquè habebit amicitiã bonã, qm̃ scd̃m illum erit amicus. Fili à iuuentute tua excipe doctrinã, & vsq; ad canos inuenies sapientiã. Quasi is qui arat & seminat accede ad illã, & sustine bonos fructus illius. Et in opere enim illius exiguo laborabis,& cito edes de generationibus illius. Quã aspera est nimiũ sapientia in doctis hominibus, & non permanebit in illa excors. Quasi lapidis virtus probatio erit in illis, & non demorabuntur proijcere illã: Et post duos versus, Quibus autem agnita est permanent vsq; ad conspectũ Dei. Audi fili & accipe consiliũ intellectus, & ne abijcias consiliũ meũ. Inijce pedẽ tuũ in cõpedes illius,& in torquẽ eius collũ tuũ. Subijce humerũ tuũ, & porta illã,& non accidieris vin culis eius. In omni animo tuo accede ad illã & in omni virtute tua serua vias eius. Inuestiga illã & manifestabitur tibi, & continens L factus ne dereliqueris eã. In nouissimis.n. inuenies requiẽ in ea,& conuertetur tibi in ob lectationẽ. Et erũt tibi cõpedes in protectionẽ fortitudinis & bases virtutis, & torques il lius in stolã glorię. Et post quatuor versus, Fi Ibidem li si attenderis mihi, disces eam: & si accommodaueris animã tuã, sapiens eris. Et si inclinaueris aurẽ tuã, excipies doctrinam: & si dilexeris audire, sapiens eris. In multitudine presbyterorũ prudentiũ sta, & sapientiæ illorũ ex corde coniungere, vt oẽm narrationẽ Dei possis audire, & prouerbia laudis ne effugiant te. Et si videris sensatũ, euigila ad illũ, & gradus ostiorũ illius exterat pes tuus. Cogitatũ habe in præceptis Dei, & in mandatis illius maxime assiduus * sta: & ip se dabit cor tibi,& concupiscentia sapiẽtiæ dabi- al. l. esto tur tibi. Noli facere mala, & non te apprehẽ dent. Discedit ab iniquo,& deficiẽt mala abs te. Non semines mala in sulcis iniustitiæ, & nõ metes ea in septulũ. Noli q̃rere ab hoie Eccl. 7. ducatũ, neq; à rege cathedrã honoris. Nõ te iustifices ante Deũ qm̃ agnitor cordis ipse est. Et penes regẽ noli velle videri sapiens. Noli quærere fieri iudex,* nisi si vales virtu Al. l. ni valeas virtute irrũpere iniquitates. tẽ irrũpere iniquitatis: ne forte extimescas faciẽ potentis, et ponas scandalũ in agilitate tua. Nõ pecces in multitudinem ciuitatis, ne immitas in populũ, neq; alliges duplicia pec cata: nec enim in vno eris immunis. Noli eẽ pusillanimis in anima tua. Exorare, et facere eleemosynã nõ despicias, Ne dicas, In mul- M titudine munerũ meorũ respiciet dñs, et offerente me Deo altissimo suscipiet munera mea. Nõ irrideas hominẽ in amaritudine animæ: Est.n. qui humiliat et exaltat Deus. Noli amare mẽdaciũ aduersus fratrẽ tuũ, neq; in amicũ similiter facias. Noli velle mẽtiri oẽ mẽdaciũ, assiduitas.n. illius nõ est bona. Noli verbosus eẽ in multitudine ꝑsbyterorũ. Et post aliquos versus, Nõ lędas seruũ operãtẽ in veritate, neq; mercenariũ dãtẽ animã suã. Seruus sensatus dilectus quasi anima tua, non defraudes

defraudes illũ libertate, neq; inopẽ relinquas illũ. Et post duos versus, Filij tibi sunt, erudi illos: pecora tibi sunt, attende illis. Filiæ tibi sunt, serua corpus illarũ: non ostendas hilarẽ faciẽ tuã ad illas. Trade filiã, & grande opus feceris, & homini sẽsato da illã. Mulier si est tibi secundũ animã tuã, non proijcias illam, & odibili nõ credas te in toto corde. Honora patrem tuũ, & gemitus matris tuæ ne obli-

A uiscaris. Memento.n. qm̃ nisi per illos natus non fuisses, & retribue illis quõ illi tibi. In tota anima tua time Deum, & sacerdotes illius sanctifica. In omni virtute dilige Deũ qui te fecit, & ministros eius nõ derelinquas. Honora Deũ ex tota anima tua, & honorifica sacerdotes. Et post sex versus. Et pauperi porrige manũ tuam, vt perficiatur benedictio tua: gratia datur in conspectu oĩs viuentis, & à mortuo non prohibeas gratiã. Non desis plorantib. in consolatione, & cũ lugentib. ambula. Non te pigeat visitare infirmũ, ex his.n. in dilectione firmaberis. In omnib. operibus tuis memorare nouissima, & in æternũ non peccabis. Non litiges cũ homine potente, ne forte incidas in manus illius. Non contendas cũ homine locuplete, ne forte contra te constituat litem tibi. Multos.n. perdidit aurũ, & vsq; ad cor regũ extendit & conuertit. Non litiges cũ homine linguoso, & non strues in ignẽ illius ligna. Et post duos versus, Ne despicias hominẽ auertentem se à pctõ, neque improperes ei. Memento, qm̃ oẽs sumus in correptione. Ne spernas hominẽ in sua senecta, etenim ex nobis senescunt. Ne despicias narrationẽ presbyterorũ sapientiũ, & in prouerbijs illorum conuersare: Ab ipsis.n. disces doctrinã intellectus, & seruire magnatis sine querela. Non te prætereat narratio seniorũ, & ipsi.n. didicerunt à patribus suis: Qm̃ ab ipsis disces intellectũ, & in tpe necessitatis responsum. Et post aliquos versus, Cũ fatuis ne consiliũ habeas: non.n. poterunt diligere,

B nisi quæ ipsis placent. Coram extraneo ne facias consilium, nescis.n. quid pariet. Et post duos versus, Non zeles mulierẽ sinus tui. Et post septẽ versus, Virginẽ ne concupiscas, ne forte scandalizeris in decore eius. Non des fornicarijs animã tuã in vllo, ne perdas te & hæreditatẽ tuam. Et post duos versus. Auerte faciem tuã à muliere cõpta, & nõ circunspicias speciẽ alienã. Et post aliquos versus, Ne derelinquas amicũ antiquũ, nouus.n. nõ erit similis illi. Vinũ nouum, amicus nouus: veterescat & cum suauitate bibes illud. Nõ zeles gloriã & opes peccatoris: nõ.n. scis q̃ futura sit ipsius subuersio. Nõ placeat tibi iniuria iustorũ. Et post duos versus, Longe abesto ab homine ptãtẽ habente occidẽdi, & nõ suspicaberis timorẽ mortis. Et si accesseris ad illũ, noli aliquid cõmittere, ne forte auferat vitã tuã. Et post quatuor versus, Et cũ sapientibus & prudentibus tracta. Viri iusti sint tibi conuiuæ, & in timore Dei sit gloria tibi. Et post aliquos versus, Semen hominũ honorabitur C hoc ꝙ timet Deũ: semen aũt hoc exhonorabitur hominum, ꝙ præterit mandata dñi. In medio fratrũ illorũ rector in honore, & qui timent dñm, erunt in oculis illius. Gloria diuitũ, honoratorũ, & pauperũ, timor Dei est. Non despicere hominẽ iustũ pauperẽ, & nõ magnificare virũ peccatorẽ diuitẽ. Magnus est iudex, & potens est in honore, & non est maior illo qui timet Deũ. Seruo sensato liberi seruient: vir prudens & disciplinatus non murmurabit correpť. Et post quinq; versus, Fili in mansuetudine serua animã tuã, & da illi honorẽ secundũ meritũ suũ. Et post sex versus, Sapientia humiliati exaltat caput ipsius, & in medio magnatorũ consedere illũ faciet. Non laudes uirũ in specie sua, neque spernas hominẽ in visu suo. Breuis in volatilib. est apis, & initiũ dulcoris habet fructus illius. In vestitu ne glorieris unq̃, nec in die honoris tui extollaris. Et post sex versus, Priusquã interroges, nõ uituperes quenquã, & in medio seniorũ ne adijcias loqui. De re ea quæ te non molestat, ne certaueris, & in iudicio peccatorũ ne consistas. Fili ne in multis sint actus tui: & si diues fueris, non eris immunis à delicto. Si.n. secutus fueris, nõ apprehendes, & non effugies si præcurreris. Et post aliquos uersus. Ne manseris in operib. peccatorũ. Fide aũt in Deo, & mane in loco tuo. Et post aliquot uersus, Ante mortẽ ne laudes D hominẽ quenquã. Et post unũ uersum, Non omnẽ hominẽ inducas in domũ tuam: multæ.n. insidiæ dolosi sunt. Sicut.n. eructuant p̃cordia infantiũ, & sicut perdix inducitur in foueam, & ut caprea in laqueũ, sic & cor superborũ: Et sicut prospector uidẽs casũ proximi sui. Bona.n. in mala cõuertens insidiať, & ĩ electis imponit maculã. Ab scintilla vna augetur

*Marginalia:* Ibidem. — Ibidem. — Eccl. 10. — Ibidem. — Eccl. 11. — Ibidem. — Eccl. 9.

augetur ignis, & ab vno doloso augetur sanguis. Homo vero peccator sanguini insidiatur. Attende tibi à pestifero, fabricat.n.mala, ne forte inducat super te subsannationem in perpetuũ. Admitte ad te alienigenam: & subuertet te in corpore, & alienabit te à tuis pro prijs. Si benefeceris, scito cui benefeceris, & erit gratia in bonis tuis multa. Benefac iusto,
E & inuenies retributionẽ magnã: & si non ab ipso, certe à Deo. Non est eis bene qui assidui sunt in malis, & eleemosynas non danti, qm̃ & altissimus odio hẽt peccatores, & mi sertus est pęnitentibus. Da misericordi, & ne susceperis peccatorẽ. Benefac humili, & ne dederis impio. Prohibe panes illi dare, ne in ipsis potentior te sit: nã duplicia mala inuenies in omnib. bonis, qm̃ & altissimus odio habet pc̃tõres, & impijs reddet vindictam. Et post quatuor versus, Nõ credas inimico tuo in æternũ, Sicut.n. æramentũ eruginat nequitia illius. Et si humiliatus vadat curuus, abijce animã tuã, & custodi te ab illo. Non statuas illũ penes te, ne sedeat ad dexterã tuã, ne cõuersus stet in loco tuo: ne forte conuersus in locũ tuũ, inquirat cathedrã tuã, & in nouissi mo agnoscas verba mea, & ĩ sermonib. meis stimuleris. Quis miserebitur incãtatori à serpente percusso, & omnib. qui appropriãt bestijs? Sic & qui comitatur cũ viro iniquo, & obuolutus est in peccatis eius, Vna hora tecũ permanebit. Si aũt declinaueris, nõ supportabit. In labijs suis indulcat inimicus, & in corde suo insidiatur, ut subuertat te in foueã. In oculis suis lachrymatur inimicus, & si inuenerit tp̃s, non satiabitur sanguine. Si incur rerint mala tibi, inuenies eũ illic priorem, & quasi adiuuans suffodiet plantas tuas. Caput suũ mouebit, & plaudebit manu: & multa su
F surrans cõmutabit vultũ suũ. Et post aliquos versus, Bona est substantia, cui non est pc̃m̃
*Eccl. 13.* in cõscientia: & nequissima paupertas in ore impij. Et post tres versus. Beatus vir qui non
*Eccl. 14.* est lapsus verbo ex ore suo, & non est stimulatus in tristitia delicti. Fęlix qui non habuit animi sui tristitiã, & non excidit ab spe sua. Viro cupido & tenaci sine rõne est substãtia,
*Ibidem.* & homini liuido ad q̃d aurũ? Et post aliquos versus, Fili si habes, benefac tecũ, & Deo dignas oblationes offer. Memor esto, qm̃ mors non tardat, & testm̃ inferorũ, quia demõstratũ est tibi. Testm̃.n. huius mundi morte morietur. Ante mortẽ benefac amico tuo, & secundũ vires tuas exporrigens da pauperi. Et
post aliquos versus, Beatus vir qui in sapiẽ- *Ibidem.*
tia morabitur, & qui in iustitia sua meditabitur, & in sensu suo cogitabit circũspectionẽ Dei. Qui excogitat vias suas in corde suo, & in absconditis illius intelligens. Et post ali-
quos versus, Hoĩes stulti non apprehendent *Eccl. 15.*
illã, & homines sensati obuiabunt illi. Hoĩes
stulti non videbunt illã, longe.n. abest à su- G
perbia & dolo. Viri mendaces non erũt memores illius, & viri veraces inueniuntur in il la, & successum habebunt vsq; ad inspectionẽ Dei. Non est speciosa laus in ore peccatoris, qm̃ à Deo profecta est sapientia. Sapientiæ.n. Dei astabit laus: & in ore fideli abundabit, & dñator eã illi dabit. Nõ dixeris, per Deũ abest, quæ odit.n. ne feceris. Non dicas ille me implanauit: non.n. necessarij sunt illi homines impij. Omne execramentũ erroris odit Deus, & non erit amabile timentibus illum. Deus ab initio constituit hominem, & reliquit illũ in manu consilij sui. Adiecit mãdata & præcepta sua. Si volueris, mandata cõ seruabunt te, & in perpetuũ fidem placitam facere. Apposuit tibi aquam & ignẽ, ad quod voles porrige manum tuam. Ante hominẽ vi ta & mors, bonum & malum, q̃ placuerit ei dabitur illi, qm̃ multa sapientia Dei, & fortis in potentia, videns omnes sine intermissione. Oculi Dei ad timentes eũ, & ipse cognoscit omnẽ operam hominis. Nemini mãdauit impie agere, & nemini dedit spatium
peccandi. Non. n. concupiscit multitudinem *Eccl. 16.*
filiorũ infideliũ & inutilũ. Et ne iocunderis in filijs impijs, si multiplicentur, non oblecteris super ipsos, si non est timor Dei cũ illis. Nõ credas vitæ illorũ, & ne respexeris in labores illorum. Melior est.n. vnus timens Deũ q̃ mille filij impij, & vtile mori sine filijs, quã relinquere filios impios. Et post ali-
quos versus, Non dicas, A Deo abscondar, & *Ibidem.*
ex summo quis mei memorabitur? Et paulo- *Eccl. 17.*
post, Non sunt absconsa testamenta per ini- H
quitatẽ illorum, & oẽs iniquitates eorum in cõspectu Dei. Eleemosyna viri quasi signaculũ cum ipso, & gratiam hominis quasi pupil lam conseruabit: & postea resurget & retribuet illis vnicuiq; in capite illorũ, & cõuertet in interiores partes terræ. Pęnitentib. autẽ dedit viã iustitiæ, & confirmabit deficientes sustinere,

sustinere,& destinauit illis sortē veritatis.Cō uertere ad Deū,& relinque peccata tua,precare ante faciē & minue offendiculū. *Ibidem.* Reuertere ad Deū & auertere ab īiustitia tua,nimis odito execrationē.Et post aliquot vers⁹,Quā magna misericordia Dei, & ꝓpitiatio illius cōuertentib. ad se. Nec.n.oīa possunt esse in * hominib.qm̄ nō est immortalis filius hoīs. *Eccl. 18.* Et post aliquot versus, * Miserator excipiens G doctrinā miserationis, & qui festinat in iudicijs ei⁹.Fili hoīs bonis nō des q̄relā,& in omni dato nō des tristitiā verbi mali.Nonne ardorē refrigerabit ros? Sic & verbū melius q̄ datū. Nōne ecce verbū supra datū bonum?* Sed vtraq; cū hoīe iustificato. Stultus acriter improperabit, & datus indisciplinati tabescere facit oculos. Ante iudiciū para iusti- I tiā tibi, & anteq̄ loquaris disce. Et ante languorē adhibe medicinā,& ante iudiciū interroga teipsum, & in conspectu Dei inuenies ꝓpitiatiationē. Ante lāguorē humilia te, & ī tp̄e infirmitatis ostēde cōuersatiōnē tuā. Nō impediaris orare semper,& nō verearis vsq; ad mortē iustificari,qm̄ merces Dei manet in ęternū. Ante orationē ꝑpara animam tuā,& *Ibidem.* noli esse quasi hō qui tētat Deum.Et post sex versus, Homo sapiens, in omnibus metuet, in diebus delictorū attēdit ab inertia. Et post quinq; versus, Post concupiscentias tuas nō eas, & à voluptate tua auertere. Si pręstes animæ tuæ concupiscētiā eius,faciet te in gaudiū inimicis. Ne oblecteris in turbis, nec in *Eccl. 19.* modicis delecteris.Et post aliquos versus,Et q̄ spernit modica paulatim decidet, Vinū & mulieres apostatare faciūt sapiētes,& arguūt *Ibidem.* sensatos.Et post aliquot versus,Qui credit cito leuis corde est & minorabitur:& q̄ delinquit in animā suam,insuꝑ habebitur. Et post duos versus, Et q̄ odit loquacitatē extinguit malitiā.Et post aliquos versus,Audisti verbū *Ibidem. Eccl.* aduersus proximū, cōmoriatur in te fidens qm̄ nō te dirumpet. A facie uerbi parturit fatuus,tanquā gemitus partus infantis.Sagitta H infixa femori carnis,sic verbum in ore stulti. Corripe amicū, ne forte non intellexerit, & R dicat, non feci:aut si fecit, ne iterū addat facere. Corripe proximū,ne forte dixerit:& si dixerit, ne forte iteret. Corripe amicū:sæpe enim fit cōmissio, & non oī verbo credas. Est q̄ labitur in lingua sua, sed nō ex animo. Quis est.n.qui non deliquerit in lingua sua? Corripe, ꝓximū anteq̄ cōmineris, & da locū timori altissimi, quia oīs sapientia timor Dei,& in illa timere Deū. Et post quinq; versus, Melior est hō qui deficit sapiētia,& deficiēs sensu in timore,q̄ qui abundat sensu, & *Ibidem.* transgreditur legē altissimi. Et post aliquos versus.Quā bonū est arguere q̄ irasci.Et post *Eccl. 20.* aliquos versus.Et qui ꝑtātē sibi assumit iniuste, odietur. Et post octo versus, Sapiens in verbis seipsum amabilē facit. Et post aliquos *Ibidem.* versus,Lapsus fallę linguæ quasi qui de pauimēto cadens, sic casus malorū festināter veniet.Hō acharis quasi fabula vana,in ore indi *Ibidem.* sciplinatorū assidua erit. Ex ore fatui reprobabitur parabola, nō.n. illā dicit in tp̄e suo. L Et post duos versus, Est q̄ ꝑdet animā suā ꝑ cōfusione,& ab imprudēti ꝑsona ꝑdet eā,ꝑsonę aūt acceptione perdet se.Est q̄ prę cōfusione ꝓmittit amico,& lucratus est eū inimicū gratis.Oꝓbriū neq̄ in hoīe mēdaciū,& in ore disciplinatorū assidue erit.Potior fur, q̄ assiduitas viri mēdacis. perditionē aūt ambo hæreditabūt. Mores hominū mendaciū sine honore,& cōfusio illius cū ipso sine intermissione.Sapiēs in verbis producit seipsū. Et post quatuor versus, Xenia & dona excęcant oculos iudicum, & quasi mutus in ore auertit correptiones eorū. Sapientia abscon sa,& thesaurus inuisus,q̄ vtilitas in vtrisque? Melior est in hominibus qui abscondit insipiētiā suā, quā qui abscōdit sapientiam suā. Fili peccasti, ne adijcias iterū,sed & de ꝑteritis deprecare,vt tibi remittātur.Quasi à facie *Eccl. 21.* colubri fuge peccata, & si accesseris ad illa. suscipiēt te.Dētes leonis dētes eius,interficiētes animas hominū: quasi rōphęa bis acuta omnis iniquitas, plagæ illius non est sanitas. Et post quatuor versus. Qui odit correptionē, vestigiū est peccatoris:& qui timet Deū, *Ibidem.* conuertetur ad cor suū. Et post quinq; versus, Via peccantiū cōplantata lapidibus, & in finē illorū inferi & tenebræ & pęna. Qui custodit iustitiā,continebit sensum eius. Cōsummatio timoris Dei, sapiētia & sensus.Et M post aliquos versus.Verbū sapiens qđcūq; au- *Ibidem.* dierit scius,laudabit,& ad se adijciet:Audiet luxuriosus,& displicebit illi, & proijciet illud post dorsum suum. Narratio fatui quasi sarcina in via: nam in labijs sensati inuenietur gratia. Os prudētis quæritur in ecclesia, & verba illius cogitabūt in cordibus suis. Et

post

poſt duos verſus, Cõpedes in pedibus ſtulto
doctrina, & quaſi vincula manuũ ſuꝑ manũ
dexterã. Fatuus in riſu exaltat vocem ſuã, vir
aũt ſapiens vix tacite ridebit. Ornamentũ au
reum prudẽti doctrina, & quaſi brachiale in
brachio dextero. Et poſt aliquos verſus. In
ore fatuorũ cor illorũ, & in corde ſapientiũ
os illorũ. Dũ maledicit impius diabolũ, ma-
ledicit ipſe animã ſuam. Suſurro coinquina-
A bit animã ſuã, & in omnibus odietur, & qui
mãſerit odioſus erit: tacitus & ſenſatus hono
*Eccl. 22.* rabitur. In lapide luteo lapidatus eſt piger,
& oẽs loquentur ſuꝑ aſpernationẽ illius. Et
poſt quatuor verſus: Filia prudens hęreditas
viro ſuo: nã q̃ confundit, in contumeliam fit
genitoris. Patrẽ & virũ confundit q̃ audax ẽ,
& ab impijs non minorabitur, ab vtriſq; aũt
inhonorabitur. Muſica in luctu, importuna
narratio. Flagella & doctrina, in omni tem-
pore ſapientia. Qui docet fatuũ, quaſi qui cõ
glutinat teſtam. Qui narrat verbũ non atten-
dẽti quaſi qui excitat dormiẽtẽ de graui ſom
no. Cũ dormiente loquitur, qui narrat ſtulto
ſapientiam: in fine narrationis dicit, quis eſt
hic? Super mortuum plora, deficit.n. lux ei:
& ſuper fatuum plora, deficit.n.ei ſenſus. Mo
dicum plora ſuper mortuum, qm̃ requieuit.
Nequiſsimi.n. nequiſsima vita ſuper mortẽ
fatui. Luctus mortui ſeptem diebus, fatui aũt
*Ibidem.* & impij oẽs dies vitę illorũ. Et poſt aliquos
verſus, Mittẽs lapidẽ in volatilia, deijciet il-
la: Sic qui conuitiatur amico, diſſoluet, ami-
citiam. Ad amicũ & ſi produxerit gladium,
nõ deſperes: eſt enim regreſſus ad amicum.
Si aperuit os triſte, non timeas: eſt enim con
B cordatio, excepto conuitio, & improperio,
& ſuperbia, & myſterij reuelatione, & plaga
doloſa. In his omnibus effugit amicꝰ. Et poſt
decẽ verſus, Quis dabit ori meo cuſtodiam,
& ſuper labia meą ſignaculum certum, vt nõ
cadam ab ipſis, ꝙ lingua mea perdat me? Do
mine pater & dominator vitæ meæ non re-
linquas me, & ne ſinas me cadere in illis.
Quis ſuperponit in cogitatu meo flagella,
& in corde meo doctrinã ſapientiæ, vt igno
rantibus eorum non parcat mihi, & non ap-
pareant delicta illorum: ne adincreſcãt igno
rantiæ meę, & multiplicentur delicta mea,
peccata mea abundent, & incidam in con-
*Eccl. 23.* ſpectu aduerſoriũ, & gaudeat inimicus meꝰ?
Domine pater, & Deus vite meę, ne derelin
quas me in cogitatu illorũ. Excellẽtiã oculo-
rũ meorũ ne dederis mihi, & oẽ deſiderium
prauũ auerte à me. Aufer à me ventris con-
piſcentias, & concubitus concupiſcentiæ ne
apprehendant me, & animæ irreuerenti &
infrunitæ ne tradas me. Doctrinam oris audi
te filij, & qui cuſtodierit illã, non operiet la-
bijs ſuis, nec ſcãdalizabitur operibus nequiſ
ſimis In vanitate apprehenditur peccator, &
ſuperbus & maledictus ſcãdalizabitur ĩ illis. C
Iurationi nõ aſſueſcat os tuũ, multus.n.caſus
in illa. Nominatio vero Dei nõ ſit in ore tuo
aſsidua, & nominationibus ſanctorum non
admiſcearis, qm̃ nõ eris immunis ab eis. Si-
cut.n. ſeruus interrogatus aſsidue, à liuore
non minuitur, ſic omnis iurans & nominans
in toto à peccato non purgabitur. Vir multũ
iurans implebitur iniquitate, & non diſcedet
à domo illius plaga. Et ſi fruſtrauerit fratrẽ
delictũ illius ſuper ipſum erit: & ſi diſsimu
lauerit, delinquit dupliciter. Et ſi inuacuum
iurauerit, non iuſtificabitur: replebitur.n.re-
tributione domus illius. Et poſt quatuor ver *Ibidem.*
ſus, Indiſciplinationi non aſueſcat os tuum,
eſt enim in illa verbum peccati. Memẽto pa-
tris & matris tuæ, in medio enim magnatorũ
conſiſtis, ne forte obliuiſcatur te Deus in cõ
ſpectu illorũ, & aſsiduitate tua infatuatus im
ꝓperiũ patiaris, & maluiſſes nõ naſci & diẽ
natiuitatis tuæ maledicas. Homo aſſuetus in
verbis improperij, in omnibus diebus ſuis
nõ erudietur. Duo genera abundant in pecca
tis tertiũ adducit irã & perditionẽ. Anima ca D
lida quaſi ignis ardens non extinguetur do-
nec aliquid glutiat: & homo nequam in ore
carnis ſuæ non deſinit, donec incendat ignẽ.
Et poſt duos verſus, Omnis hõ qui tranſgre- *Ibidem*
ditur lectũ ſuũ, contemnens in animã ſuam,
& dicens. Quis me videt? Tenebrę circũdant
me, & parietes cooperiunt me, & nemo cir-
cunſpicit me quẽ verear: delictorũ meorũ
non memorabitur altiſsimus, & non intelli-
get, qm̃ nõ videt oculus illius, qm̃ expellet à
ſe timoiẽ Dei hmõi hominis timor, & oculi
hominũ timẽtes illũ: & nõ cognouit, qm̃ o-
culi dñi plus multo lucidiores ſuper Solem,
circũſpicientes omnes vias hominũ, & pro-
fundũ abyſsi, & hominũ corda intuentes in
abſconditas partes. Et paulopoſt, Quę in iu- *Eccl. 25.*
uentute tua non congregaſti, quomõ inue-
nies in ſenectute tua? Quã ſpecioſũ caniciei
iudicium,

iudicium,& presbyteris cognoscerit consilium. Quam speciosa veteranis sapientia,& gloriosis intellectus & consilium. Corona senum multa peritia, & gloria illorũ timor

*Ibidem.*

Dei.Et post decem versus, Timor Dei super omnia se super posuit.Beatus cui donatũ est

E

habere timorem Dei. Qui timet illũ,cui assimilabitur? Et post aliquos versus,

*Ibidem.*

Ne respicias mulieris speciē,& non concupiscas mulierē in specie.Et post aliquos versus,

*Eccl. 26.*

Mulier ebriosa ira magna,& contumelia & turpitudo illius non contegetur:Fornicatio mulieris in extollentia oculorũ,& palpebris illius agnoscet. In filia nō aduertente se,firma custodiā,

*Ibidem.*

ne inuenta occasione abutatur se. Ab omni irreuerentia oculorum caue, & ne mireris si te neglexerit. Et post quatuor versus, Gratia mulieris sedulæ delectabit virũ suũ.& ossa illius impinguabit. Disciplina illius datũ Dei est. Mulier sensata & tacita non est immutatio eruditę animę. Gr̃a super gratiā,

*Ibidem.**

mulier sancta & pudorata.Omnis aũt ponderatio nō est digna cōtinētis animæ.Et post duodecim versus, Et qui transgreditur a iustitia ad pc̃tm̃, Deus parauit eũ ad rõphæā.Et post quatuor versus, Et qui quærit locupletari,auertit oculũ suum.

*Eccl. 27.*

Et post tres versus,Cōteretur delictũ, si nō timore dñi tenueris te instāter,cito subuertetur domus tua sicut in ꝑtusura cribri remanebit puluis, sic aporia hominis in cogitatu illius.Vasa figuli ꝓbat fornax, & homines iustos tētatio tribulationis. Sicut rusticatio de ligno ostēdit fructũ illiꝰ, sic verbum ex cogitatu hominis cordis.Ante sermonē non collaudes virũ:hæc.n.tentatio est hominũ. Si sequaris iustitiā,apprehendes illā,& indues quasi pudorē honoris, & habitabis cũ ea, & proteget te in sempiternũ, & in die agnitionis inuenies firmamentũ. Volatilia ad sibi similia conueniunt, & veritas ad eos qui operantur illam reuertet. Leo venationi insidiatur semper,sic peccata operantibus iniquitatē.

F

Homo sanctus in sapiētia manet sicut Sol: nā stultus sicut Luna immutatur.In medio insensatorum serua verbum tēpori: in medio aũt cogitantiũ assiduus esto. Narratio peccantiũ odiosa, & risus eorũ in delictis peccati.Loquela multũ iurans horripilationē capiti statuet,& irreuerentia ipsius obturatio aurium.Effusio sanguinis in rixa superborũ, & maledictio illorũ auditꝰ grauis.

Qui denudat arcana amici, ꝑdit fidē,& non inueniet amicũ ad animũ suũ.Dilige ꝓximũ, & cōiũgere fide cũ illo. Qđ si nudaueris abscōdita illius, nō ꝑsequeris eũ. Sicut.n. hō ꝙ ꝑdit amicũ suũ, sic qui ꝑdit amicitiā ꝓximi sui. Et sicut qui dimittit auē de manu sua, sic reliquisti proximũ tuũ,& nō eũ capies.

G

Non illũ sequeris, qm̃ longe abest. Effugit.n.quasi caprea de laqueo,qm̃ vulnerata est aīa eiꝰ,& vltra eũ nō poteris colligere. * Maledicti est cōcordatio:

*Al. l. & maledicta est.*

denudare aũt amici mysteria,desperatio est animę infęlicis. Annuens oculis fabricat iniqua,& nemo eũ abijciet In cōspectu oculorũ tuorũ indulcabit os suum et suꝑ sermones tuos admirabit. Nouissime aũt ꝑuertet os suũ, & ī verbis tuis dabit scādalũ. Multa audiui,& nō coęquaui ei,& dñs odiet illũ.Et post duos versus,Qui foueā fodit,decidet in illā:& qui statuit lapidē proximo,offendet in eo,& qui laqueũ alio parat,peribit in illo. Facięti nequissimũ cōsiliũ super illũ deuoluetur, & non agnoscet vnde adueniet illi.Illusio & improperiũ superborũ,& vindicta sicut leo insidiabit illi.

*Eccl. 28.*

Laqueo peribũt qui oblectant casu iustorũ. Et post tres versus, Qui vindicari vult a Deo, inueniet vindictam,& peccata illius seruans seruabit.Relinque proximo tuo nocenti te, & tunc deprecanti tibi peccata soluētur.Homo homini seruat irā, & a Deo q̃rit medelā.In hominē similē sibi non habet misericordiā, & de peccatis suis deprecat. Ipse dũ caro sit seruat irā,& ꝓpitiationē petit a Deo. Quis exorabit ꝑ delictis illius?Memento nouissimorũ, & desine inimicari. Tabitudo.n.& mors imminet in mādatis Dei.Memorare timorē Dei & nō irascaris ꝓximo. Memorare testamēti altissimi,& despice ignorantiā. Abstine te a lite,& minues peccata. Homo.n.iracundus incendit litē,& vir peccator turbabit amicos

*Ibidem.*

H

et in medio pacē habentiũ immittit inimicitiā.Et post quatuor versus,Certamen fęstinatũ incendit ignē,et lis festinans effundit sanguinē,et lingua testificans adducit mortē. Si sufflaueris, quasi ignis exardebit:et si expueris super illā extinguetur. Vtraq; ex ore proficiscuntur, Susurro et bilinguis maledictus: multos enim turbauit pacem habentes. Lingua tertia multos commouit, et dispersit illos à gente in gentē. Ciuitates muratas diuitũ destruxit, et domos magnatorum effodit.

*al.l.fortes* Virtutes populorũ concidit, & gentes fortes dissoluit. Lingua tertia mulieres * viratas eiecit, & priuauit illas de laboribus suis. *Ibidem.* Qui respicit illã, nõ habebit requiẽ, nec habebit amicũ in quo requiescat. Et post aliquos versus, Verbis tuis facito stateram, & frenos ori tuo rectos: & attende ne forte labaris in lingua, & cadas ĩ cõspectu inimicorũ insidiãtiũ tibi & sit casus tuus insanabilis in mortẽ. *Eccl. 29.* Qui facit misericordiã, fęnerat proximo, & qui pualet manu, mandata seruat. Fęnerare proximo tibi, in tpe necessitatis illius: & iterum redde proximo in tpe suo. Cõfirma verbũ & fideliter age cũ illo: & in omni tpe inuenies qđ tibi necessariũ est. Multi quasi inuentionẽ æstimauerunt fęnus, & pstiterunt molestiam ijs qui se adiuuerunt. Et post aliquos versus, *Ibidem.* Veruntamen super humilem animo fortior esto, & pro eleemosyna nõ trahas illũ. Propter mãdata assume pauperem, & pp inopiã illius ne dimittas eũ vacuũ. Perde pecuniam tuã pp fratrẽ & amicũ, & nõ abscondas illã sub lapide in perditionẽ. Pone thesaurũ tuũ in pręceptis altissimi, & proderit tibi magis q̃ aurũ. Cõclude eleemosynã in corde pauperis, & hæc ꝓ te exorabit ab omni malo: Super scutũ potẽtis, & super lanceam aduersus inimicum tuũ pugnabit. Vir bonus fidẽ facit proximo suo, & qui pdiderit, cõfusionẽ derelinquet sibi. Gratiã fideiussoris ne obliuiscaris, dedit.n pro te animã suam. Repromissorẽ fugit peccator & immundus. Bona repromissoris sibi adscribit, peccator & ingratus sensũ derelinquit liberantẽ se. Vir repromittit de proximo suo, & cũ perdiderit reuerentiã, derelinquetur ab eo. Repromissio nequissima multos perdidit diligentes, & cõmouit illos quasi fluctus maris. Viros potentes gyrans migrare fecit, & vagati sunt in gẽtibus alienis. Peccator transgrediens mãdata dñi, incidet in promissionẽ nequam. Et post vnũ versum, Recupera proximum secũdum virtutẽ tuam, & intende tibi ne incidas. Et post aliquos versus, Qui diligit filium suum *Eccl. 30.* assiduat illi flagella, vt lętetur in nouissimo suo. Qui docet filiũ, laudabitur ĩ illo. Et post decẽ versus, *Ibidem.* Equus indomitus euadet durus & filius remissus euadit pręceps. Lacta filiũ, & pauentem te faciet. Lude cum illo, & contristabit te. Non corrideas illi, ne doleas in nouissimo, & obstupescant dentes tui. Non des illi potestatẽ in iuuentute, & ne despicias cogitatus illius. Curua ceruicẽ eius in iuuentute, & tunde latera eius dũ infans est, ne forte induret & non credat tibi, & erit tibi dolor animæ. Doce filiũ tuũ, & operare in illo, ne in turpitudine illius confundaris. Melior est pauper sanus & fortis viribus, q̃ diues imbecillis & flagellatus malitia. Salus animæ in sanctitate iustitiæ, & melior omni auro & argento: & corpus validũ, quã cẽsus immẽsus. Nõ est cẽsus super censum salutis corporis: & nõ est oblectatio sup cordis gaudium. Melior est mors q̃ vita amara, & requies æterna q̃ lãguor perseuerãs. Bona abscõdita in ore clauso, quasi appositiones epularũ circumpositæ sepulchro. Et post quinq; versus. *Ibidem.* Tristitiã nõ des animæ tuæ, & nõ affligas temetipsum in consilio tuo. Iucũditas cordis hæc est vita hominis, & thesaurus sine defectione sanctitatis, & exultatio viri est longæuitas. Miserere animæ tuæ placens Deo, & cõtine: & congrega cor tuũ in sanctitate eius, & tristitiã longe expelle à te, multos.n. occidit tristitia, & nõ est vtilitas in illa. Zelus & iracundia minuent dies, & ante tempus senectã adducit cogitatus. Et post aliquos versus, *Eccl. 31.* Qui aurũ diligit, non iustificabitur: & qui insequitur consumptionẽ, replebitur ex ea. Multi dati sunt in auri casus, & facta est in specie illi⁹ perditio illorũ. Lignũ offensioni est aurũ sacrificãtium: væ illis q̃ sectantur illud, & omnis imprudẽs deperiet in illo. Beatus diues, qui inuẽtus est sine macula: & qui post aurũ nõ abijt, nec sperauit in pecunia & thesauris. Quis est hic, & laudabimus eũ, fecit.n. mirabilia in vita sua. Quis probatus est in illo, & perfect⁹ est, & erit illi gloria ęterna? Qui potuit transgredi, & non est trangressus, et facere mala, et nõ fecit. Ideo stabilita sunt bona illius in Deo, et eleemosynas illius curabit Ecclesia sanctorũ. *Ibidem.* Et post aliquos versus, Vtere quasi homo frugi ijs q̃ tibi apponunt, vt nõ cum manducas multũ, odio habearis. Cessa prior disciplinę causa, et noli nimius esse ne forte offendas. Et in medio multorũ sedisti, prior illis non extendas manum tuam, nec prior poscas bibere. Quam sufficiens est homini erudito vinum exiguum. Et post aliquos versus, Diligentes in vino noli prouocare, multos enim exterminauit vinum. *Ibidem.* Et post aliquos versus, Loquere maior natu, decet

cet.n.te primum verbum diligenti scientiã,
Eccl. 38. & non impedias Musicã. Vbi auditus nõ est,
non effundas sermonẽ: & importune noli ex
tolli in sapientia tua. Et post quinque versus,
Ibidem. Adolescens loquere in tua causa, vix cũ ne-
cesse fuerit: Si bis interrogatus fueris, habeat
caput respõsum tuũ. In multis esto quasi in-
scius, & audi tacens simul & quærens. In me
dio magnatorũ loqui nõ p̃sumas: et vbi sunt
A senes, non multũ loquaris. Ante grandinem
præibit corruscatio, & ante verecundiã præ-
ibit gratia, & pro reuerentia accedit tibi bo-
na gratia. Pręcurre aũt prior in domum tuã,
Al. l. auocare. & illic * aduocare, & illic lude, et age conce
ptiones tuas, et non in delictis et verbo super
bo. Et super his omnib. benedicito Deũ, qui
fecit te, et inebriabit te in omnib. bonis suis.
Qui timet Deũ, excipiet doctrinã eius: et qui
vigilauerint ad illũ, inuenient benedictionẽ.
Qui quærit legẽ, replebitur ab ea: et qui insi-
diose agit, scandalizabitur in ea. Qui timent
dñm, inuenient iudiciũ iustũ, et iustitiã quasi
Eccl. 32. lumen accendent. Peccator homo deuitabit
correptionẽ, et secundũ voluntatem suã in-
ueniet cõparationem. Vir consilij nõ disper-
det intelligentiã. Et post quatuor versus, Fili,
sine consilio nihil facias: Et post factum non
pęnitebis. Et post paucos versus, Qui credit
Deo, attendet mãdatis, et qui confidunt in il
Eccl. 33. lo, non minorabuntur. Timenti dñm, nõ oc-
currunt mala, sed in tentatione Deus illũ cõ-
seruabit, et liberabit à malis. Sapiens nõ odit
mandata et iustitias, et nõ illidetur quasi na-
uis in procella. Homo sensatus credit legi
Eccl. 34. Dei, et lex illi fidelis. Qui interrogationẽ ma
nifestat, parabit verbũ. Et post paululum, Va-
na spes, et mendaciũ viro insensato: et som-
nia extollunt imprudẽtes. Et quasi qui appre-
hendit vmbrã, et sequitur vẽtũ: sic et qui at-
tendit ad visa mendacia. Secundũ hoc visio
somniorũ, ante faciẽ hominis similitudo ho
minis. Ab immundo quid mundabitur, et à
B mendace quid verũ dicetur? Diuinatio erro-
ris et auguria mẽdacia, et somnia male faciẽ-
tium vanitas est. Et sicut parturientis cor tuũ
phantasias patit, nisi ab altißimo fuerit emis
sa visitatio. Ne dederis illis cor tuũ. Multos.n.
errare fecerunt somnia, et exciderũt sperãtes
in illis. Sine mẽdacio cõsumabit verbũ, et sa-
Ibidem. pientia in ore fidelis contemplabitur. Et post
quinq; versus. Multa uidi enarrando, et pluri
mas verborũ consuetudines, Aliquotiẽs vsq;
ad mortẽ periclitatus sum horũ causa, et libe
ratus sum gratia Dei. Spiritus timentiũ Deũ
q̃ritur, et in respectu illius benedicẽtur. Spes
enim illorũ in saluantẽ illos, et oculi Dei in
diligẽtes se. Qui timet dñm nihil trepidabit:
et non pauebit, qm̃ ipse est spes eius. Timẽtis
dñm, beata est anima. Ad quẽ respicit, et quis C
est fortitudo eius? Oculi dñi super timentes
eũ: protector potentiæ, firmamentũ uirtutis,
tegimen ardoris, et umbraculũ meridianũ,
deprecatio offensionis, et adiutorium casus,
exaltans animam, et illuminans oculos, dans
sanitatem et uitã et benedictionẽ. Immolãtis
ex iniquo oblatio est maculata, et non sunt
beneplacitę subsannationes iniustorum. Dñs
solus sustinentibus se in uia ueritatis et iusti-
tiæ. Dona iniquorũ non probat altißimus,
nec respicit in oblationibus iniquorum, nec
in multitudine sacrificiorum eorũ propitia
bitur peccatis. Qui offert sacrificium ex sub-
stantia pauperum, quasi qui uictimat filium
in conspectu patris sui. Panis indigentiũ, uita
pauperis est: qui defraudat illum, homo san
guinũ est. Qui aufert in sudore panem, quasi
qui occidit proximũ suũ: qui effudit sangui-
nem, et qui fraudẽ facit mercenario, fratres
sunt. Vnus ædificans et alter destruens, quid
prodest illis nisi labor? Vnus orans, et alter
maledicens, cuius uocẽ exaudiet Deus? Qui
baptizatur à mortuo, et iterum tangit illum,
quid proficiet lauatio illius? Sic homo qui
ieiunat in peccatis suis, et iterũ eadẽ faciens,
quid proficit humiliãdo se? Orationem eius Eccl. 35.
quis exaudiet? Qui conseruat legẽ, multipli-
cat orationẽ: sacrificium salutare est attende
re mandatis, et discedere ab omni iniquitate
et propitiationẽ litare sacrificijs super iniu-
stitias: et deprecatio pro peccatis, recedere
ab iniustitia. Et post paucos uersus, Non ap- Ibidem.
parebis in cõspectu Dei uacuus. Hæc omnia
propter mandata dñi fiunt. Oblatio iusti im- D
pinguat altare, et odor suauitatis est in con-
spectu altißimi. Sacrificium iusti acceptum
est, et memoriã eius nõ obliuiscetur dñs. Bo
no animo gloriã redde Deo, et non minuas
primitias manuũ tuarũ. In omni dato hilarẽ
fac vultũ tuũ, et in exultatione sanctifica de-
cimas tuas. Da altißimo secundũ datũ eius,
et in bono oculo adinuentionem facito ma-
nuũ tuarum: qm̃ dñs retribuens est, et septies

reddet tantũ tibi. Noli offerre munera praua: non.n.suscipiet illa. Noli respicere sacrificiũ iniustũ, qm̃ dñs vindex est, & non est apud illũ gloria personæ. Non accipiet dñs personã in pauperẽ, & precationẽ læsi exaudiet. Non despiciet preces pupilli, nec viduæ: si effundit loquelã gemitus. Nonne lachryma ad maxillã descendit, & exclamatio à maxilla ascendit pp illud q̃ descendit super illã? E Et post quatuor versus, Oratio humiliantis *Ibidem.* se, nubes penetrabit. Et post aliquantũ, Cum *Eccl. 37.* viro sancto assiduus esto quemcunq; cognoueris obseruantẽ timorẽ Dei, cuius anima est *Ibidem.* secundũ animã tuã. Et post quinq; versus, Et in his omnib. deprecare altissimũ, vt dirigat in veritate viam tuã. Et post aliquot versus, *Ibidem.* Fili, in vita tenta animam tuã, & si fuerit nequam, non des illi ptãtem. Non.n.omnibus omnia expediunt, & non omni animę omne genus placet. Noli auidus esse in omni epulatione, & non te effundas super omnẽ escam. Et post quatuor versus, Honora medicũ, pp *Eccl. 38.* necessitatẽ etenim illũ creauit altissimus. A Deo est medela, & à rege accipiet donationẽ. Disciplina medici exaltabit caput ipsius, & in cõspectu magnatorum collaudabitur. Altissimus creauit de terra medicinã, & vir prudens non abhorrebit illam. Nonne à ligno indulcata est aqua amara? Ad agnitionẽ hominũ virtus illius, Et dedit homini scientiam altissimus, honorari in mirabilib. suis, in his curans mitigabit dolorẽ ipsorum. Et post quatuor versus, Fili, ĩ tua infirmitate nõ desperes, sed ora dñm & ipse curabit te. Auerte à delicto, & dirige manus, & ab omni delicto munda cor tuũ. Et post vnũ versum, Et impingua oblationẽ, & da locũ medico. Etenim illũ dñs creauit, & nõ discedat à te, qm̃ opera eius sunt necessaria. Est.n.qñ in manus illorũ incurras, ipsi vero dñm deprecabunt, vt dirigat requiẽ eorũ & sanitatẽ pp cõuer- *Ibidem.* sationẽ illorũ. Et post vnum versum, Fili, in mortuũ produc lachrymas, & quasi dira pas- F sus incipe plorare. Et secũdũ iudiciũ cõtege corpus illius, & nõ despicias sepulturã illiꝰ. Propter delaturã amare fer luctũ illius vna die, & cõsolare pp tristitiã: & fac luctũ secũdũ meritũ eius vno die vel duob. pp detractionem. A tristitia.n.festinat mors & cooperiet virtutẽ, & tristitia cordis flectet ceruicẽ. Et post vnũ versum, Nõ dederis in tristitiam cor tuũ. Et post nouẽ versus, Sapientiã scribe in tp̃e vacuitatis, & qui minoratur actu sapiẽ- *Ibidem.* tiam percipiet. Et paulopost, In voce dicito. Obaudite me diuini fructus aquarũ, & quasi *Eccl. 3.* rosa plantata super riuũ fructificate, Quasi Libanus odorẽ suauitatis habete, Florete flores quasi liliũ date odorẽ, & frondete in gratiã & collaudate canticũ, & benedicite dñm in operib. suis. Date magnificentiam nomini eius, & confitemini illi in voce labiorum vestrorũ. In canticis labiorũ & citharis, & sic dicetis in confessione, Opera dñi vniuersa bona valde. In verbo eius stetit aqua sicut cõ- G geries, & in sermone oris eius sicut exceptoria aquarũ: qm̃ in præcepto ipsius placor fit, & non est minoratio in salute illius. Opera omnis carnis corã illo, & non est quicquam absconditũ ab oculis eius. A seculo & vsque in seculũ respiciet, & nihil est mirabile in cõspectu eius. Non est dicere, quid est hoc, aut quid est illud: omnia.n.in tp̃e suo quærẽtur. Et paulopost, Gratia sicut paradisus in bene- *Eccl. 40.* dictionib. & misericordia in seculo permanet. Et post duodecim versus, Fratres in adiu- *Ibidem.* toriũ in tp̃e tribulationis, & super eos miseri- *Eccl. 41.* cordia liberabit. Et post paululũ, Sapiẽtia.n. abscondita, & thesaurus occultus, q̃ vtilitas in vtrisq;? Melior est hõ qui abscondit stultitiã suã, q̃ qui abscondit sapientiã suã. Et ali- *Eccl. 43.* quanto post, Benedicentes dñm exaltate il- *Eccl. 51.* lum quantũ potestis, maior est omni laude, Exaltantes eũ replemini virtute. Et post multa, Appropiate ad me indocti, & congregamini in domũ disciplinæ. Quid adhuc retardatis, & quid adhuc dicetis in his? Aĩæ vestræ sitiunt vehemẽter. Aperui os meũ & locutus sum, cõparate vobis sine argento sapientiã, & collũ vestrũ subijcite iugo, & suscipiet aĩa vestra disciplinã. In proximo.n.est inuenire eã. Videte oculis vestris, qm̃ modice laboraui, & inueni mihi multã requiẽ. Assumite disciplinã in multo numero argenti, & copiosum aurũ possidete in ea. Lætetur anima vestra in misericordia eius, & nõ cõfundemini in laude ipsius. Operamini opus vestrũ ante tp̃s, & dabit vobis mercedẽ vestrã ĩ tp̃e suo. H

Ex libro Tobiæ ista ponenda credidimus.

HOnorem habebis matri tuæ omnibus *Tob. 4.* diebus vitæ eius: Memor enim esse debes, quæ & quanta pericula passa sit propter te in vtero suo. Et post duos versus, Omnib.

autem

autem diebus vitæ tuæ Deũ in mente habe, & caue ne aliqñ peccato consentias,& prætermittas p̃cepta Dei tui. Ex substãtia tua fac eleemosynã, & noli auertere faciem tuã ab
I vllo paupere. Ita.n.fiet, vt nec à te auertatur facies domini. Quomodo potueris, ita esto misericors. Si multum tibi fuerit, abundãter tribue: si exiguũ fuerit, etiam exiguũ libẽter impertire stude. Pręmium.n.tibi bonum thesaurizas in die necessitatis: qm̃ eleemosyna ab oĩ peccato,& à morte liberat,& non patitur animã ire in tenebras. Fiducia magna erit corã summo Deo eleemosyna omnib. qui faciunt eã. Attende tibi fili ab omni fornicatione, & pręter vxorẽ tuã nunquã patiaris crimen scire. Superbiam autem nunquã in tuo sensu, aut in tuo verbo dñari p̃mittas. In ipsa eni m initiũ sumpsit omnis perditio. Quicunq; aliquid tibi operatus fuerit, statim mercedem ei restitue, & merces mercenarij apud te omnino nõ maneat. Qđ ab alio odis fieri tibi, vide ne alteri tu aliqñ facias. Panẽ tuũ cũ esuriẽtibus egenis comede,& de vestimentis tuis nudos tege. Et post duos versus, *Ibidem.* cõsiliũ semper à sapiẽte perquire. Omni tp̃e benedic Deũ, & pete ab eo vt vias tuas dirigat,& oĩa consilia tua in ipso p̃maneant. Et post septẽ versus, Noli timere fili mi, pauperem quidẽ vitã gerimus, sed multa bona habebimus, si timuerimus Deũ, & recesserim9 *Tob. 12.* ab oĩ peccato,& fecerimus bñ. Et post multa, tũc Raphael dixit eis occulte, Benedicite Deũ cęli, & corã omnib. viuẽtibus cõfitemini illi qm̃ fecit vobiscũ misericordiã suã. Etenim sacramẽtũ regis abscondere bonũ est, opera aũt Dei reuelare,& confiteri honorificũ est. Bona est orõ cum ieiunio & eleemosyna, magis q̃ thesauros cõdere: qm̃ eleemosyna à morte liberat,& ipsa est q̃ purgat pec
K *Tob. 14.* cata,& facit inuenire vitam æternã. Qui aũt faciunt peccatum, & iniquitatẽ, hostes sunt animæ suę. Et paulopost, Audite ergo filij patrẽ vestrũ, Seruite domino in veritate,& inquirite vt faciatis quę sunt placita illi, Et filijs vestris mandate, vt faciant iustitias, & eleemosynas vt sint memores Dei,& benedicãt eum in omni tp̃e, in veritate & in tota virtute sua. Iam nunc quoniam non omnes libri canonici veterisque testamenti huic operi nostro necessaria dederunt: neque ij qui dederunt ex omnibus suis locis conueniebãt vt darent, sed ex eis tantũ, vbi apertiora morum bonorum pręcepta cõperimus: siue vbi vtilia iubentur: siue vbi contraria prohibentur: ad sacras literas Euangelicas,& Apostolicas transeamus. Caput in canone testamẽti noui notissima, & præclarissima quatuor Euangelia tenuerunt, in quorũ primo, quod scd̃m Matthæum est, ea q̃ nobis sunt ad hoc L
opus quod suscepimus congrua, videamus.

*Ex Euangelio secũdũ Matthæum. Cap. 5.*

VIdens aũt dñs turbas, ascendit in montem. Et cum sedisset, accesserunt ad eũ discipuli eius, Et aperiẽs os suũ docebat eos dicens, Beati pauperes spiritu, qm̃ ipsorũ est regnũ cęlorũ, Beati mites, qm̃ ipsi possidebunt terrã, Beati qui lugent, quoniã ipsi consolabuntur. Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quoniã ipsi saturabunt. Beati misericordes, qm̃ ipsi misericordiã consequẽtur. Beati mundo corde, qm̃ ipsi Deũ videbunt. Beati pacifici, qm̃ filij Dei vocabũtur. Beati qui p̃secutionẽ patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnũ cęlorũ. Beati estis cũ maledixerint vobis homines, & persecuti vos fuerint, & dixerint omne malũ aduersum vos mentiẽtes propter me. Gaudete & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in cęlis. Sic enim persecuti sunt Prophetas, qui fuerunt ante eos. Vos estis sal terræ. Qđ si sal euanuerit, in quo salietur? Ad nihilũ valet vltra nisi vt mittatur foras, & cõculcetur ab hominibus. Vos estis lux mundi. Nõ põt ciuitas abscondi supra montem posita, Neq; accendunt lucernam,& ponũt eam sub modio, sed super candelabrum, vt luceat omnibus qui in domo sunt. Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant vestra bona opera,& glorificent patrẽ vestrum qui in cęlis est. Nolite putare, quoniam veni soluere legem, aut Prophetas. Non veni soluere, sed adimplere. Amen dico vobis, donec transeat M
cęlũ & terra, iota vnũ aut vnus apex nõ præteribit à lege donec omnia fiant. Qui ergo soluerit vnum de mandatis istis minimis, & docuerit sic homines, minimus vocabitur in regno cęlorum: qui autem fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cęlorum. Dico autem vobis, quoniam nisi abundauerit iustitia vestra plus quam Scribarum & Pharisæorum, non intrabitis in regnum cęlorum. Audistis quia dictum est antiquis, Non occides: Qui autem occiderit, reus erit

iudicio. Ego autē dico vobis, quia omnis q̃ irascitur fratri suo, reus erit iudicio. Qui au-
Exo. 20. tem dixerit fratri suo Racha, reus erit conci lio. Qui autem dixerit, fatue, reus erit gehen- næ ignis. Si ergo offers munus tuũ ante alta-
Deut. 5. re, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduersum te, relinque ibi munus tuũ ante altare, & vade prius reconciliari fratri tuo, & tunc veniens offeres munus tuum. Esto consentiens aduersario tuo cito dum es in via cũ eo, ne forte tradat te aduersarius iudici, & iudex tradat te ministro, &
A in carcerē mittaris. Amen dico tibi, nō exies inde donec reddas nouissimum quadrantē.
Exo. 20. Audistis quia dictum est antiquis. Nō mœchaberis. Ego autem dico vobis, quia omnis qui viderit mulierem ad concupiscēdum eam, iam mœchatus est eam in corde suo. Quod si oculus tuus dexter scandalizat te erue eum, abs te. Expedit enim tibi vt vnum pereat mēbrorum tuorum, quam totum corpus tuum mittatur in gehennam. Et si dextra manus tua scandalizat te, abscide eam & proijce abs te: Expedit enim tibi vt vnum pereat membrorum tuorum, quā totum corpus tuum eat in
Deu. 24. gehennā. Dictũ est autem, Quicunq; dimiserit vxorem suam det illi libellũ repudij. Ego aũt dico vobis quia omnis qui dimiserit vxorē suā excepta fornicationis causa, facit eam mœchari: & qui dimissam duxerit, adulterat. Iterum audistis, quia dictũ est antiquis, Non
Leui. 19. peierabis. Reddes autem dño iuramenta tua. Ego aũt dico vobis, Non iurare omnino, neque per cœlum, quia tronus Dei est: neq; per terram, quia scabellũ pedum eius est, neque per Hierosolymā, quia ciuitas est magni regis, neq; per caput tuum iuraueris, quia non potes vnum capillum album facere aut nigrum. Sit autē sermo vester est, est: non, non: quod autem his abundantius est, à malo est.
Exo. 21. Audistis, quia dictũ est, Oculum pro oculo,
Deu. 19. & dentem pro dente. Ego autem dico vobis,
B non resistere malo; sed si quis te percusserit in dexteram maxillam tuam, præbe illi & alteram: & ei qui vult tecum in iudicio contēdere, & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium. Et quicunq; te angariauerit ire mille passus, vade cum illlo alia duo. Qui petit à te, da ei: & volentem mutuare à te, ne auer-
Leui. 19. taris. Audistis quia dictum est antiquis, Diliges proximum tuum, & odies inimicũ tuũ.

Ego autem dico vobis. Diligite inimicos ve-
Deu. 1 stros, benefacite ijs qui vos oderunt, & orate ꝓ persequentib. & calũniantibus vos, vt sitis filij p̄ris vestri qui in cœlis est: qui Solem suũ oriri facit super malos & bonos, & pluit super iustos & iniustos. Si.n. diligitis eos qui vos diligunt, q̃ mercedem habebitis? Nonne & publicani hoc faciũt? Et si salutaueritis fratres vestros tantũ, quid amplius facitis? Nōne & Ethnici hoc faciũt? Estote ergo vos perfe- C
cti, sicut & pater vester cœlestis perfectus est.
Attēdite ne iustitiam vestrā faciatis corā ho- Mat.
minibus, vt videamini ab eis. Alioquin mercedē non habebitis apud patrem vestrũ qui in cœlis est. Cũ ergo facis eleemosynā, noli tuba canere ante te, sicut hypocritæ faciunt in synagogis & in vicis vt honorificētur ab hominibus. Amē dico vobis, receperũt mercedē suā. Te aũt faciēte eleemosynā, nesciat sinistra tua q̃d faciat dextra tua, vt sit eleemosyna tua in abscōso, & pater tuus qui videt in abscōso reddet tibi. Cũ oratis nō eritis sicut hypocritæ, qui amāt in synagogis & in angulis platearum stantes orare, vt videantur ab hominibus. Amen dico vobis receperũt mercedē suā. Tu aũt cũ oraueris, intra in cubiculum tuũ, & clauso ostio ora patrē tuũ in abscōso: & pater tuus qui videt in abscōso, reddet tibi. Orantes autem nolite multũ loqui, sicut Ethnici: putant.n. quia in multiloquio suo exaudiantur. Nolite ergo assimilari eis: scit.n. pater vester quid opus sit vobis antequā petatis eũ. Sic ergo orabitis, Pater noster qui es in cœlis. Sanctificetur nomē tuũ. Adueniat regnum tuũ, Fiat voluntas tua sicut in cœ-
lo & in terra. Panem nostrum * supersubstā- Al. quoti-
tialem da nobis hodie. Et dimitte nobis debi- dianum
ta nostra, sicut & nos dimittimus debitorib. nostris. Et ne nos inducas in tentationem, sed libera nos a malo. Si enim dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet & vobis pater vester cœlestis delicta vestra. Si autē non dimiseritis hominibus, nec pater vester di- D
mittet vobis peccata vestra. Cũ aũt ieiunatis, nolite fieri sicut hypocritę tristes. Exterminãt enim facies suas vt appareāt hominib. ieiunātes. Amē dico vobis, perceperunt mercedē suam. Tu autem cũ ieiunas, vnge caput tuũ & laua faciem tuam, ne videaris hominibus ieiunans, sed patri tuo qui est in abscōso: & pater tuus qui videt in absconso, reddet tibi,

tibi. Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra,vbi erugo & tinea demolitur, & vbi fures effodiunt & furantur. Thesaurizate autem uobis thesauros in cęlo,vbi neq; erugo neq; tinea demolitur, & ubi fures non effodiunt nec furantur. **E** Vbi.n.est thesaurus tuus, ibi est & cor tuũ. Lucerna corporis tui est oculus tuus. Si fuerit oculus tuus simplex, totũ corpus tuũ lucidũ erit: Si aũt oculus tuus nequã fuerit,totũ corpus tuum tenebrosum erit. Si ergo lumen ꝙ in te est tenebræ sunt, ipsæ tenebræ quantæ erunt? Nemo põt duobus dñis seruire,aut.n.unũ odio habebit, & alterũ diliget:aut unum sustinebit, & alterum contẽnet. Nõ potestis Deo seruire & mammonæ. Ideo dico uobis ne soliciti sitis animę vestrę quid manducetis, neq; corpori uestro quid induamini. Nonne anima plus est q̃ esca, & corpus plus q̃ uestimentũ? Respicite uolatilia cęli,qm̃ non serunt,neq; metunt,neq; cõgregant in horrea,& pater uester cœlestis pascit illa. Nonne uos magis pluris estis illis? Quis aũt uestrũ cogitans põt adijcere ad staturã suã cubitũ unum? Et de uestimentis quid soliciti estis? Considerate lilia agri qũo crescunt,non laborant, neq; nent. Dico aũt uobis qm̃ nec Salomon in omni gloria sua coopertus est sicut unũ ex istis. Si aũt fœnum agri ꝙ hodie est, & cras in clibanũ mittitur, Deus sic uestit, quanto magis uos * minimę fidei? *[Al.I.modicæ.]* Nolite ergo soliciti esse dicentes, quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur. Hæc.n.oĩa gẽtes inquirũt: scit.n. pater uester quia his omnib.indigetis. Quærite ergo primũ regnũ Dei & iustitiã eius,& hæc oĩa adijcientur uobis. Nolite ergo soliciti esse in crastinũ. *[Mat.7.]* Crastinus.n.dies solicitus est sibiipsi. Sufficit diei malitia sua. Nolite iudicare,ut non iudicemini. In quo.n.iudicio iudicaueritis, iudicabimini, & in qua mẽsura mensi fueritis,remetieť uobis. **F** Quid aũt uides festucã in oculo fratris tui, & trabẽ in oculo tuo non uides? Aut qũo dicis fratri tuo, sine eijciã festucam de oculo tuo,& ecce trabs est in oculo tuo? Hypocrita,eijce primum trabẽ de oculo tuo, & tunc uidebis eijcere festucã de oculo fratris tui. Nolite sãctũ dare canib.neq; miseritis margaritas vestras ante porcos,ne forte cõculcent eas pedib.suis, & conuersi dirũpant uos. Petite & dabitur uobis,quærite & inuenietis, pulsate & aperietur uobis. Omnis qui petit accipit, & qui quærit inuenit,& pulsanti aperieť. Aut quis ex uobis hõ, quem si petierit filius suus panẽ,nũquid lapidẽ porriget ei? Aut si piscẽ petit,nunquid serpentẽ dabit ei? Si ergo uos cũ sitis mali, nostis bona data dare filijs uestris, quanto magis pater uester qui in cœlis est,dabit bona petentib.se? Omnia ergo q̃cũque uultis ut faciant uobis homines, & uos facite eis. Hæc est.n.lex & prophetæ. Intrate per angustã portã, quia lata porta & spatiosa uia q̃ ducit ad perditionem, & multi sunt qui intrant per eã. **G** Quam angusta porta & arcta uia quæ ducit ad uitã, & pauci sunt qui inueniunt eam. Attendite à falsis Prophetis,qui ueniunt ad uos in uestimentis ouiũ, intrinsecus aũt sunt lupi rapaces. A fructib.eorũ cognoscetis eos. Nunquid colligunt de spinis uuas,aut de tribulis ficus? Sic oĩs arbor bona fructus bonos facit, mala aũt arbor, fructus malos facit. Non põt arbor bona fructus malos facere, neq; arbor mala fructus bonos facere. Omnis arbor quæ non facit fructũ bonũ,excidetur & in ignem mittetur. Igitur ex fructibus eorum cognoscetis eos. Nõ omnis qui dicit mihi, dñe dñe, intrabit in regnum cęlorum, sed qui facit uoluntatẽ patris mei qui in cęlis est, ipse intrabit in regnum cęlorum. Multi dicent mihi in illa die, Dñe dñe, nonne in nomine tuo prophetauimus, & in tuo nomine dęmonia eiecimus,& in tuo nomine uirtutes multas fecimus? Et tunc confitebor illis, quia nũquã noui uos: Discedite à me qui operamini iniquitatem. **H** Omnis ergo qui audit uerba mea hæc, & facit ea, assimilabitur uiro sapienti, qui ædificauit domum suam supra petrã, & descendit pluuia,& uenerunt flumina, & flauerunt uẽti, & irruerũt in domũ illam,& non cecidit: Fũdata.n.erat supra petram. Et omnis qui audit uerba mea hæc,& non facit ea, similis erit uiro stulto q̃ ædificauit domũ suam supra arenam, & descendit pluuia, & uenerunt flumina, & flauerunt uenti, & irruerunt in domum illam, & cecidit, & fuit ruina eius magna, Et paulo post, Gratis accepistis,gratis date. *[Mat. 10.]* Nolite possidere aurũ,neq; argentum, neq; pecuniam in zonis uestris: Non peram in uia, neq; duas tunicas, neque calciamenta, neque uirgam: Dignus est enim operarius cibo suo. In quãcunq; ciuitatem aut castellũ intraueritis, interro-

terrogare quis in ea dignus sit, & ibi manete donec exeatis. Intrantes aũt in domum, salutate eã dicentes, Pax huic domui. Et siquidẽ fuerit domus illa digna, veniet pax vestra super illam: Si aũt non fuerit digna, pax vestra ad vos reuertetur. Et quicunq; non receperit vos neq; audierit sermones vestros, exeuntes foras de domo, vel de ciuitate, excutite pul-
I uerẽ de pedib. vestris: Amen dico vobis, tolerabilius erit terrę Sodomorũ & Gomorreorum in die iudicij, quã illi ciuitati. Ecce ego mitto vos, sicut oues in medio luporũ. Estote ergo prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ. Cauete aũt ab hominib. Tradent.n. vos in concilijs, & in synagogis suis flagellabunt vos, & ad præsides & reges ducemini ꝑꝑ me in testimoniũ illis & gentib. Cum autẽ tradent vos, nolite cogitare quõ aut quid loquamini, dabitur.n. vobis in illa hora quid loquamini. Non.n. vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. Tradet aũt frater fratrem in mortem, & pater filiũ, & insurgent filij in parentes, & morte eos afficient: Et eritis odio omnibus hominib. ꝑꝑ nomen meũ. Qui aũt perseuerauerit vsq; in finem, hic saluus erit. Cũ aũt persequentur vos in ciuitate ista, fugite in aliã, Amen dico vobis, non cõsummabitis ciuitates Israel, donec veniat filius hominis. Non est discipulus super magistrum, nec seruus super dñm suũ: Sufficit discipulo, vt sit sicut magister eius, & seruus sicut dñs eius. Si patrẽfamilias Belzebub vocauerunt, quanto magis domesticos eius? Ne ergo timueritis eos. Nil.n. opertum est quod nõ reueletur & occultum ꝙ nõ sciatur. Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine, & ꝙ in aure auditis, prædicate super tecta. Et nolite timere
K eos qui occidunt corpus, animã aũt non possunt occidere, sed potius eũ timete, qui põt & animã & corpus perdere in gehennã. Nõne duo passeres asse veneunt, & vnus ex illis non cadet super terrã sine patre vestro? Vestri aũt & capilli capitis oẽs numerati sunt. Nolite ergo timere, multis passerib. meliores estis vos. Omnis ergo qui cõfitebitur me coram hominib. confitebor & ego eum coram patre meo qui est in cęlis. Qui aũt negauerit me corã hominib. negabo & ego eum corã patre meo qui in cęlis est. Nolite arbitrari, quia venerim pacem mittere in terram. Non veni pacẽ mittere, sed gladiũ. Veni.n. separare hominẽ aduersus patrem suũ, & filiã aduersus matrem suã, & nurũ aduersus socrũ suã, & inimici hominis domestici eius. Qui amat patrem aut matrẽ plus q̃ me, nõ est me dignus. Et qui amat filium aut filiã super me, non est me dignus. Et qui non accipit crucẽ suam & sequitur me, non est me dignus. Qui L
inuenit animã suam, perdet illam. Et qui perdiderit animã suam ꝑꝑ me, inueniet eã. Qui recipit vos, me recipit: & qui me recipit, recipit eũ qui me misit. Qui recipit Prophetã in nomine Prophetæ, mercedẽ Prophetæ accipiet. Et qui recipit iustum in nomine iusti, mercedẽ iusti accipiet. Et quicunq; potũ dederit vni ex minimis istis calicẽ aquæ frigidæ tm̃ in nomine discipuli, Amen dico vobis, nõ perdet mercedem suã. Et paulopost, Cui aũt similem æstimabo generationẽ istã? *Mat. 16*
Similis est pueris sedentib. in foro, qui clamantes coęqualibus dicunt, Cecinimus vobis & non saltastis, lamẽtauimus, & non plãxistis. Venit.n. Ioannes neq; mãducans, neq; bibens: & dicunt, dęmonium habet. Venit filius hominis manducans, & bibens, & dicũt, Ecce homo vorax, & potator vini, publicanorũ & peccatorum amicus. Et iustificata est *Ibidem*
sapientia à filijs suis. Et post paululum, Veni te ad me oẽs qui laboratis & onerati estis, & ego reficiã vos. Tollite iugũ meũ super vos, *Mat.*
& discite à me, q̃a mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiẽ animabus vestris. Iugum.n. meum suaue est, & onus meum leue. Itẽ post paululũ. Si aũt sciretis, quid est, Mi- *Osee*
sericordiã volo, & non sacrificium, nunquã condẽnassetis innocentes. Et post paululum, *Mat.*
Qui non est mecũ, contra me est: & qui non congregat mecum, spargit. Ideo dico vobis, omne pc̃tm̃ & blasphemia remittetur hoĩb. spiritus autẽ blasphemia non remittetur. Et quicunque dixerit verbũ contra filium hominis remittetur ei: Qui aũt dixerit contra spiritumsanctũ, nõ remittetur ei neq; in hoc seculo, neq; in futuro. Aut facite arborẽ bo- M
nam, & fructũ eius bonum: aut facite arborẽ malam, & fructũ eius malũ. Siquidem ex fructu arbor cognoscitur. Progenies viperarũ, quõ potestis bona loqui cũ sitis mali? Ex abũdantia.n. cordis os loquitur. Bonus homo de bono thesauro cordis sui profert bona, & malus homo de malo thesauro ꝓfert mala.

Dico

Dico aũt vobis, qm̃ omne verbum otiosum
ꝙ locuti fuerint homines, reddent rationem
de eo in die iudicij. Ex verbis.n.tuis iustifica
beris, & ex verbis tuis condẽnaberis. Et post
aliquantum, Audite & intelligite. Non ꝙ in-
15. trat in os, coinquinat hominem, sed ꝙ pro-
cedit ex ore, hoc coinquinat hominẽ. Et pau
lopost, Respondens aũt Petrus, dixit ei, Edis-
sere nobis parabolam istam: At ille dixit, Ad-
A huc & vos sine intellectu estis? Non intelligi
tis quia omne ꝙ in os intrat, in ventrẽ vadit,
& in secessum emittitur: Quæ autem proce-
dunt de ore, de corde exeunt, & ea coinqui-
nant hominem? De corde.n.exeunt cogitatio
nes malæ, homicidia, adulteria, fornicatio-
nes, furta, falsa testimonia, blasphemiæ. Hæc
sunt quę coinquinant hominẽ: Non lotis aũt
manibus manducare, non coinquinat homi
nem. Item post aliquantum, Tunc dixit Iesus
16. discipulis suis: Si quis vult post me venire,
abneget semetipsum, & tollat crucem suam,
& sequatur me. Qui.n.voluerit animam suã
saluam facere, perdet eam. Qui aũt perdide-
rit animam suam propter me, inueniet eam.
Quid.n.prodest homini, si mundũ vniuersũ
lucretur, animæ vero suæ detrimentum patia
tur? Aut quam dabit homo cõmutationẽ pro
anima sua? Filius.n.hominis venturus est in
gloria patris sui cũ angelis suis, & tunc red-
det vnicuiq; secundũ opera eius. Itẽ aliquan
to post, Amen dico vobis, nisi conuersi fue-
ritis, & efficiamini sicut paruuli, non intrabi
tis in regnum cęlorum. Quicunq; ergo hu-
miliauerit se sicut paruulus iste, hic est ma-
ior in regno cęlorũ: Et qui susceperit vnum
paruulũ talem in nomine meo, me suscipit.
Qui aũt scãdalizauerit vnum de pusillis istis,
qui in me credunt, expedit ei vt suspendatur
mola asinaria in collo eius, & demergatur in
B profundũ maris. Vę mundo à scandalis, ne-
cesse est.n. vt veniant scandala: Verumtñ vę
homini illi per quem scandalũ venit. Si autẽ
manus tua vel pes tuus scãdalizat te, abscide
eum & proijce abs te: Bonũ est tibi ad vitam
ingredi debilem, q̃ duas manus, vel duos pe-
des habentẽ, mitti in ignẽ æternum. Et si ocu
lus tuus scandalizat te, erue eũ & proijce abs
te: Bonum est tibi cum vno oculo in vitã in-
trare, q̃ duos oculos habentẽ mitti in gehen-
nam ignis. Videte ne contẽnatis vnum ex his
pusillis. Dico aũt vobis, quia angeli eorum
in cęlis semper uidẽt faciẽ patris mei qui in
cęlis est. Venit.n.filius hominis saluare quod
perierat. Et paulopost, Si aũt peccauerit in te
frater tuus, uade & corripe eũ inter te & ip-
sum solũ. Si te audierit, lucratus es fratrẽ tuũ.
Si aũt te non audierit, adhibe tecũ adhuc unũ
uel duos, ut in ore duorum testiũ uel trium
stet omne uerbũ. Quod si non audierit eos,
dic Ecclesiæ, si aũt & Ecclesiam nõ audierit,
sit tibi sicut ethnicus & publicanus. Amen di
co vobis, quęcunq; alligaueritis super terrã, C
erunt ligata & in cęlo, & quæcunque solue-
ritis super terram, erunt soluta & in cęlo. Ite
rum dico vobis, quia si duo ex uobis consen
serint super terram, de omni re quãcũq; pe-
tierint, fiet illis à patre meo qui in cęlis est.
Vbi.n.sunt duo uel tres congregati in nomi-
ne meo, ibi sum in medio eorũ. Tunc acce-
dens Petrus ad eũ, dixit, Dñe, quoties pecca-
bit in me frater meus, & dimittam ei? Vsque
septies? Dicit illi Iesus. Non dico tibi vsq; se-
pties, sed usq; septuagiessepties. Ideo assimi-
latum est regnum cęlorum homini regi, qui
uoluit rationẽ ponere cũ seruis suis. Et cum
cępisset rationẽ ponere, oblatus est ei unus
qui debebat decẽ millia talenta. Cum aũt nõ
haberet unde redderet, iussit eum dñs uenun
dari, & uxorem eius & filios, & omnia quæ
habebat, & reddi. Procidens autẽ seruus ille
orabat eum, dicens, Patientiam habe in me
dñe, & omnia reddam tibi. Misertus aũt dñs
serui illius, dimisit eum, & debitum dimisit
ei. Egressus aũt seruus ille, inuenit unum de
conseruis suis, qui debebat ei centum dena-
rios, & tenens suffocabat eũ, dicens, Redde
ꝙ debes. Et procidens conseruus eius, roga-
bat eum, dicens, Patientiã habe in me, & om
nia reddam tibi. Ille autem noluit, sed abijt,
& misit eum in carcerẽ, donec redderet de-
bitum. Videntes aũt conserui eius, quæ fie-
bant, contristati sunt ualde. Et uenerũt, & nar
rauerunt dño suo omnia, quæ facta fuerant. D
Tunc uocauit illum dñs suus, & ait illi, Serue
nequam, omne debitũ dimisi tibi, qm̃ roga-
sti me. Nonne ergo oportuit, & te misereri
conserui tui, sicut & ego tui misertus sum? Et
iratus dñs eius, tradidit eũ tortorib. quoad-
usque redderet uniuersum debitum. Sic &
pater meus cęlestis faciet uobis, si non remi-
seritis unusquisque fratri suo de cordib. ue-
stris. Et paulopost, Et accesserunt ad eũ Pha-
risęi,

risçi,tentantes eum, & dicentes, Si licet homini dimittere vxorem suam quacunque ex causa? Qui respondens,ait eis, Non legistis, quia qui fecit hominem ab initio, masculũ & fœminam fecit eos: Et dixit, Propter hoc dimittet homo patrẽ & matrem, & adhærebit vxori suæ,& erũt duo in carne una. Itaq; iam non sunt duo, sed vna caro. Quod ergo Deus coniunxit, homo non separet. Dicunt illi, Quid ergo Moyses mandauit dare libellũ repudij & dimittere? Ait illis, Qm̃ Moyses ad duritiam cordis vestri permisit vobis dimittere vxores vestras. Ab initio aũt non fuit sic. Dico autem vobis, quia quicunq; dimiserit vxorem suam,nisi ob fornicationem,& aliã duxerit,mœchatur:& qui dimissam duxerit,mœchatur. Dicunt illi discipuli eius: Si ita est causa hominis cũ vxore, non expedit nubere. Qui dixit, Non oẽs capiunt verbum istud, sed quibus datum est. Sunt.n.eunuchi qui de matris vtero sic nati sunt: Et sunt eunuchi, qui facti sunt ab hominib. Et sunt eunuchi qui seipsos eunuchizauerũt pp regnũ cęlorum. Qui potest capere,capiat. Tũc oblati sunt ei paruuli, vt manus eis imponeret & oraret. Discipuli aũt increpabant eos. Iesus verò ait eis: Sinite paruulos, & nolite eos prohibere ad me venire: Talium est.n.regnũ cœlorum. Et cũ imposuisset eis manus,abijt inde. Et ecce vnus accedens ait illi: Magister bone, quid boni faciam, vt habeam vitã æternam? Qui dixit ei, Quid me interrogas de bono? Vnus est bonus Deus, Si aũt vis ingredi ad vitam,serua mandata. Dicit ei, Quæ? Iesus autem dixit, Non homicidiũ facies, nõ adulterabis, non facies furtum, non falsum testimonium dices. Honora patrem tuum & matrem. Et diliges proximũ tuũ sicut teipsum. Dicit illi adolescens, Omnia hæc custodiui. Quid adhuc mihi deest? Ait illi Iesus: Si vis perfectus esse, vade vende quæ habes, & da pauperibus,& habebis thesaurum in cęlo,& veni sequere me. Cum autem audisset verbũ adolescẽs,abijt tristis. Erat enim habens multas possessiones. Iesus autem dixit discipulis suis: Amẽ dico vobis,quia diues difficile intrabit in regnum cœlorum. Et iterum dico vobis, Facilius est camelũ per foramen acus transire, quam diuitem intrare in regnum cęlorum. Auditis autem his,discipuli mirabantur valde,dicentes. Quis ergo poterit saluus esse? Aspiciens autem Iesus,dixit illis. Apud homines hoc impossibile est, apud Deũ autem omnia possibilia sunt. Tunc respondens Petrus,dixit ei, Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te. Quid ergo erit nobis? Iesus autem dixit illis, Amen dico vobis,quod vos qui secuti estis me, in regeneratione cũ sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis & vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel. Et omnis qui reliquerit domũ, vel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut vxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum, cẽtuplum accipiet,& vitam ęternã possidebit. Multi autem erunt primi nouissimi,& nouissimi primi. Et paulopost, Sicut filius hominis non venit ministrari, sed ministrare, & dare animã suam redemptionem pro multis. Et aliquanto post, Reddite ergo, quæ sunt Cęsaris Cęsari, & quæ sunt Dei Deo. Et alibi, Diliges Dñm Deum tuum in toto corde tuo,& in tota anima tua,& in tota mẽte tua. Hoc est maximum & primum mandatum. Secũdum autem simile est huic, Diliges proximum tuũ sicut teipsum. In his duobus mandatis vniuersa lex pendet & prophetæ. Et post paucos versus, Tunc Iesus locutus est ad turbas & ad discipulos suos, dicens, Super cathedram Moysi sederunt Scribæ & Pharisęi, Omnia ergo quæcunque dixerint vobis seruate & facite, secundum opera vero eorum nolite facere. Dicunt enim & non faciunt. Alligant autem onera grauia & importabilia, & imponunt in humeros hominum, digito autẽ suo nolunt ea mouere. Omnia vero opera sua faciunt, vt videantur ab hominibus. Dilatant enim phylacteria sua,& magnificãt fimbrias. Amant autem primos recubitus in cœnis, & primas cathedras in synagogis, & salutationes in foro, & vocari ab hominibus, Rabbi, Vos autem nolite vocari, Rabbi: Vnus est.n. magister vester: Omnes autem vos fratres estis, Et patrem nolite vobis vocare super terram: Vnus est enim pater vester qui in cœlis est. Nec vocemini magistri, q̃a magister vester vnus est Christus. Qui maior est vestrũ, erit minister vester. Qui autem se exaltat, humiliabitur,& qui se humiliat, exaltabitur. Et paulopost, Vę vobis Scribæ & Pharisęi hypocritæ, q decimatis mentã & anethũ & cyminũ, & relinquitis q̃ grauiora sunt legis,



gis, iudiciũ & miſericordiã, & fidẽ: Hæc o-
portuit facere,& illa non omittere.Duces cę
ci excolantes calicem, camelum aũt glutien
tes. Væ vobis Scribę & Phariſæi hypochritæ
qui mũdatis quod deforis eſt calicis & paro
pſidis intus autẽ pleni eſtis rapina, & omni
immunditia. Phariſæe cęce, munda prius ꝙ
intus eſt calicis & paropſidis,vt fiat & id qđ
I deforis eſt mundũ Væ vobis Scribæ & Pha-
riſęi hypocritæ, qui ſimiles eſtis ſepulchris
dealbatis,quæ à foris apparẽt hominibus ſpe
cioſa, intus vero plena ſunt oſsibus mortuo
rũ,& oĩ ſpurcitia. Sic & vos à foris quidem
apparetis hominibus iuſti,intus autem pleni
eſtis hypocriſi & iniquitate.Vę vobis Scribę
& Phariſæi hypocritæ, qui ędificatis ſepul-
chra Prophetarum, & ornatis monumenta
iuſtorum, & dicitis, Si fuiſſemus in diebus
patrũ noſtrorũ,nõ eſſemus ſocij eorũ in ſan-
guine Prophetarũ.Itaq; teſtimoniũ eſtis vo-
biſmetipſis, quia filij eſtis eorũ qui Prophe-
tas occiderunt. Et vos implete menſuram pa
trum veſtrorũ. Serpẽtes genimina viperarũ,
q̃uo fugietis à iudicio gehẽnæ?Ideo dico vo
bis. Ecce ego mitto ad vos Prophetas,& ſa-
pientes,& ſcribas:& ex illis occidetis,& cru
cifigetis, & ex eis flagellabitis in ſynagogis
veſtris,& ꝑſequemini de ciuitate in ciuitatẽ,
vt veniat ſuꝑ vos oĩs ſanguis iuſtus,q̃ effuſus
eſt ſuper terrã, à ſanguine Abel iuſti, vſq; ad
ſanguinẽ Zachariæ Prophetę filij Barachię,
quem occidiſtis inter templũ & altare. Amẽ
dico vobis, venient hæc omnia ſuper gene-
rationẽ iſtam.Et paulopoſt,Et quoniam abũ
dabit iniquitas,refrigeſcet charitas multorũ.
at.24. Qui autẽ perſeuerauerit vſq; in finẽ,hic ſal-
uus erit.Et poſt aliquantũ,Eſtote parati,quia
dem. neſcitis qua hora filius hominis vẽturus eſt.
Quis putas eſt fidelis ſeruus & prudens, quẽ
conſtituit dominus ſuus ſupra familiam ſuã,
vt det illis cibum in tempore?Beatus ille ſer-
uus quem cum venerit dominus eius,inuene
K rit ſic facientem Amen dico vobis,qm̃ ſuper
omnia bona ſua conſtituet eum. Si autem di
xerit malus ſeruus ille in corde ſuo: Moram
facit dominus meus venire, & cęperit per-
cutere conſeruos ſuos, manducet autem &
bibat cum ebrijs:veniet dominus ſerui illius
in die qua nõ ſperat,& hora qua ignorat, &
diuidet eũ,partemque eius ponet cum hypo
critis: illic erit fletus & ſtridor dentium.

Et poſt paululum,Vigilate itaq; quia neſcitis
diẽ neq; horã. Item poſt paululũ, Cum aũt *Mat.25.*
venerit filius hominis in maieſtate ſua,& oẽs *Ibidem.*
angeli cũ eo: tũc ſedebis ſuꝑ ſedẽ maieſtatis
ſuæ,& congregabuntur ante eũ oẽs gentes,et
ſeparabit eos ab inuicẽ, ſicut paſtor ſegregat
oues ab hædis: Et ſtatuet oues quidẽ à dex-
tris,hædos aũt à ſiniſtris.Tunc dicet rex ijs q̃
à dextris eius erunt: Venite benedicti patris
mei:poſsidete paratum vobis regnum a con L
ſtitutione mundi: Eſuriui. n.& dediſtis mihi
mãducare:Sitiui,& dediſtis mihi bibere.Ho
ſpes eram,& collegiſtis me: Nudus,& coo-
operuiſtis me:Infirmus,viſitatis me: In carce-
re erã, & veniſtis ad me: Tunc rñdebunt ei
iuſti,dicentes,Dñe, qñ te vidimus eſurientẽ
& pauimus te ſitientẽ, & dedimus tibi potũ?
Qñ aũt vidimus hoſpitẽ,& collegim⁹ te?aut
nudum,& cooperuimus? Aut qñ te vidimus
infirmũ, aut in carcere,& venimus ad te? Et
rñdens rex, dicet illis:Amẽ dico vobis quan
diu feciſtis vni de his fratribus meis minimis
mihi feciſtis. Tunc dicet & ijs qui à ſiniſtris
erunt: Diſcedite à me maledicti in ignẽ æter
nũ, qui paratus eſt diabolo & angelis eius
Eſuriui.n. & nõ dediſtis mihi mãducare: Si-
tiui & nõ dediſtis mihi potũ: Hoſpes fui, &
nõ collegiſtis me: Nudus erã, & nõ coope-
ruiſtis me,Infirmus & in carcere,& nõ viſita
ſtis me.Tunc rñdebunt & ipſi,dicentes,Dñe
qñ te vidimus eſurientẽ & ſitientẽ,& hoſpi-
tẽ,aut nudum,aut infirmũ, vel in carcere, &
non miniſtrauimus tibi? Tunc reſpondebit
illis,dicens, Amen dico vobis,quandiu non
feciſtis vni de minoribus his, nec mihi fe-
ciſtis. Et ibunt hi in ſupplicium æternum,
iuſti autẽ in vitã ęternã.Et poſt aliquãtũ, Vi- *Mat.26.*
gilate & orate vt non intretis in tentationẽ.

ADuocans iterũ turbã, dicebat illis, Au-
dite me omnes & intelligite: Nihil eſt *Ex Euan*
extra hominem introiens in eum, quod poſ *gelio ſecũ*
ſit eũ coinquinare,ſed quæ de homine ꝓce- *dũ Mar-*
dunt,illa ſunt quę coinquinãt hominẽ.Si qs *cũ.c.7.*
habet aures audiendi audiat. Et cũ introiſſet M
in domũ à turba, interrogabãt eũ diſcipuli
eius parabolã:Et ait illis,Sic & vos imprudẽ
tes eſtis? Nõ intelligitis quia omne intrinſe-
cus introiẽs in hominẽ,non poteſt eũ coin-
quinare,quia nõ intrat in cor eius,ſed in ven
trem, & in ſeceſſum exit purgans oẽs eſcas?
Dicebat autem, quoniam quæ de homine

exeunt,illa coinquinant hominem. Ab intus
enim de corde hominũ exeunt cogitationes
malæ:procedũt adulteria, fornicationes,ho
micidia,furta, auaritiæ,nequitiæ, dolus,im-
pudicitia,oculus malus, blaſphemię,ſuper-
*Marc.* 8. perbia,ſtultitia. Omnia hęc mala ab intus ꝓ
cedunt,& coinquinãt hominẽ. Et alio loco
conuocata turba cũ diſcipulis ſuis, dixit eis,
Si quis vult poſt me ſequi, deneget ſeipſum,
A & tollat crucẽ ſuã & ſequatur me. Qui enim
voluerit animã ſuã ſaluã facere, perdet eam.
Qui autẽ perdiderit animã ſuã propter me
& Euangeliũ,ſaluã eã faciet. Quid enim ꝓ-
derit homini ſi lucretur mundũ totũ,& detri
mentũ faciat animæ ſuæ? Aut quam dabit ho
mo commutationẽpro anima ſua? Qui enim
me confeſſus fuerit & mea verba in genera-
tione iſta adultera & peccatrice, & filius ho
minis confitebitur eũ in gloria patris ſui cũ
angelis ſuis. Et alibi,accipiens puerũ ſtatuit
*Marc.* 9. eum in medio eorũ. Quẽ cũ cõplexus eſſet,
ait illis: Quiſquis vnũ ex huiuſmodi pueris
receperit in nomine meo,me recipit: Et qui
cunq; me ſuſceperit,non me ſuſcipit,ſed eũ
*Marc.* 9. q me miſit. Et paulopoſt, Quiſquis enim po-
tum dederit vobis calicem aquę frigidę in
nomine meo, quia Chriſti eſtis: amen dico
vobis nõ perdet mercedẽ ſuam. Et quiſquis
ſcandalizauerit vnum ex his puſillis creden-
tibus in me, bonum eſt ei magis,ſi circunda
retur mola aſinaria collo eius & in mare mit
*Ibidem.* teretur. Et poſt paululum, Habete in vobis
*Mar.* 10. ſalẽ,& pacẽ habete inter vos. Et paulo poſt,
Et accedentes Phariſæi interrogabant eũ: Si
licet viro vxorẽ dimittere, tentantes eũ: At il
le reſpõdens,dixit eis: Quid vobis præcepit
*Deu.* 24. Moyſes? Dixerunt, Moyſes permiſit libellum
B repudij ſcribere & dimittere. Quibus reſpõ
dens Ieſus,ait,Ad duritiam cordis veſtri ſcri
*Gen.* 1. pſit vobis præceptũ iſtud. Ab initio aũt crea-
turę maſculum & fęminam fecit eos Deus.
Propter hoc relinquet homo patrem ſuum
& matrem, & adhærebit vxori ſuæ,& erunt
duo in carne vna. Itaq; iam non ſunt duo,
ſed vna caro. Quod ergo Deus cõiunxit,ho-
mo non ſeparet. Et in domo iterum diſcipu-
li eis,de eodem interrogauerunt eum: Et di-
cit illis, Quicunq; dimiſerit vxorem ſuã, &
aliã duxerit,adulterium cõmittit ſuper eam:
& ſi vxor dimiſerit virum ſuum & alij nu-
*Mar.* 10. pſerit,męchatur. Et poſt quatuor verſus,Si-
nite paruulos venire ad me,& ne prohibue-
ritis eos. Talium eſt regnum cęlorum. Amen
dico vobis quiſquis nõ receperit regnũ Dei
velut paruulus,non intrabit in illud. Et com
plexans eos & imponens manus ſuper illos
benedicebat eos. Et cũ egreſſus eſſet in via,
pręcurrens quidam genu flexo ante eum,ro
gabat eũ, Magiſter bone,quid faciam vt vitã
æternã percipiam? Ieſus autẽ dixit ei, Quid *Exo.* 20
me dicis bonũ? Nemo bonus niſi vnus Deꝰ.
Præcepta noſti? Ne adulteres: Ne occidas: C
Ne fureris: Ne falſum teſtimonium dixeris:
Ne fraudẽ feceris: Honora patrem tuum &
matrem. At ille reſpondens, ait illi, Magiſter
hæc omnia ſeruaui à iuuentute mea. Ieſus
aũt intuitus eũ, dilexit eũ,& dixit illi, Vnum
tibi deeſt: Vade, quęcunq; habes, vende & da
pauperibus, & habebis theſaurũ in cęlo, &
veni ſequere me. Qui contriſtatus in verbo,
abijt męrens. Erat enim habẽs multas poſſeſ-
ſiones. Et circunſpicieus Ieſus, ait diſcipulis
ſuis: Quàm difficile qui pecunias habent,in
regnũ Dei introibunt. Diſcipuli autẽ obſtu-
peſcebant in verbis eius. At Ieſus rurſus re-
ſpondens,ait illis, Filioli q̃ difficile eſt con-
fidẽtes in pecunijs in regnũ Dei introire. Fa
cilius eſt camelum per foramen acus tranſi-
re, quam diuitem intrare in regnũ Dei. Qui
magis admirabantur, dicentes ad ſeipſos: Et
quis poteſt ſaluus fieri? Et intuens illos Ieſus,
ait, Apud homines impoſſibile eſt, ſed nõ a-
pud Deũ. Omnia enim poſſibilia ſunt apud
Deum. Et cępit Petrus ei dicere, Ecce nos re
liquimus omnia,& ſecuti ſumus te. Rñdens
Ieſus, ait, Amen dico vobis: Nemo eſt qui re
liquerit domũ aut fratres,aut ſorores,aut ma
trem,aut patrẽ, aut filios,aut agros ꝓꝑ me &
propter Euangeliũ,qui non accipiat centies D
tantum nũc in tẽpore hoc,domus & fratres,
& ſorores & matres & filios & agros cũ per
ſecutionibus, & in ſeculo futuro vitam æter *Mar.*
nam. Multi autem erunt primi nouiſsimi,&
nouiſsimi primi. Et paulo poſt, Scitis quia ij
qui videntur principari gentibus, dominan
tur eis, & Principes eorum poteſtatem ha-
bent ipſorũ. Nõ ita eſt autẽ in vobis, ſed qui
cunq; voluerit fieri maior, erit veſter mini-
ſter: Et quicunque voluerit in vobis primus
eſſe, erit omnium ſeruus. Nam & filius ho-
minis nõ venit vt miniſtraretur ei, ſed vt mi-
niſtraret, & daret animam ſuam redemptio-
nem

nem pro multis. Et aliquanto post, Et rñdens
Marc. 11 Iesus, ait eis, Habete fidẽ Dei. Amen dico vo-
bis: Quicunq; dixerit huic monti tollere &
mittere in mare: & non hæsitauerit in corde
suo, sed crediderit, quia quodcunque dixerit
fiat: fiet ei. Propterea dico vobis: Omnia quæ
cunq; orantes petitis, credite quia accipietis
& venient vobis. Et cũ stabitis ad orandũ, di-
mittite si quid habetis aduersus aliquẽ, ut &
pater uester q in cęlis est dimittat uobis pec
E cata uestra. Quod si uos non dimiseritis, nec
pater uester, qui in cęlis est, dimittet uobis
peccata uestra. Itẽ post aliquantũ, Respõdẽs
aũt Iesus, dixit illis, Reddite igitur q̃ sunt Cę
Marc. 11 saris Cęsari, & quæ sunt Dei Deo. Et alio lo-
Ibidem. co, Et accessit unus de scribis, qui audierat il-
los conquerentes, & videns quia bene illis
responderit, interrogauit eũ, ꝙ esset primũ
omnium mandatum. Iesus aũt respondit ei,
Quia primũ omniũ mãdatũ est, Audi Israel,
dñs Deus tuus Deus vnus est. Et, Diliges dñm
Deum tuũ ex toto corde tuo, & ex tota ani-
ma tua, & ex tota mente tua, & ex tota uirtu-
te tua. Hoc est primũ mandatũ. Secũdum aũt
simile est illi, Diliges proximũ tuũ tanquam
teipsum. Maius horũ aliud mandatũ non est.
Et ait illi scriba, Bene magister in veritate di-
xisti, quia unus est Deus & non est alius præ-
ter eũ. Et ut diligatur ex toto corde, & ex to-
to intellectu, & ex tota anima, & ex tota for-
titudine: & diligere proximũ tãquã seipsum
maius est omnib. holocaustomatib. & sacri-
ficijs. Iesus aũt uidens, ꝙ sapienter respondis
set, dixit illi: Non es longe à regno Dei. Et ne
mo iã audebat eũ interrogare. Et paulopost,
Ibidem. Cauete à Scribis qui uolunt in stolis ambu-
lare, & salutari in foro, & ĩ primis cathedris
sedere in synagogis, & primos discubitus in
cęnis. Qui deuorant domos uiduarũ sub ob-
tentu prolixæ orationis, hi * accipiunt pro-
lixius iudiciũ. Et sedens Iesus cõtra gazophy-
latium, aspiciebat quõ turba iactaret in gazo
F phylatiũ, & multi diuites iactabant plurima.
Cũ uenisset aũt una uidua pauper, misit duo
minuta, ꝙ est quadrans: Et conuocans disci-
pulos, ait illis, Amen dico uobis, qm̃ uidua
hæc pauper plus omnib. misit qui miserũt in
gazophylatiũ. Omnes.n. ex eo ꝙ abundabat
illis miserunt: hæc uero de penuria sua oĩa q̃
habuit misit, totũ uictum suũ. Et paulopost,
Et cum duxerint uos tradẽtes, nolite præco-
gitare quid loquamini, sed ꝙ datũ fuerit vo-
bis in illa hora id loquamini. Nõ.n. estis uos Marc. 13
loquentes, sed spiritussanctus. Et post paulu-
lũ, Et eritis odio omnib. propter nomẽ meũ.
Qui autem sustinuerit in finẽ, hic saluus erit. Ibidem.
Et alio in loco, Videte, uigilate orantes, ne-
scitis.n. quando tẽpus sit. Sicut homo qui pe-
regre profectus reliquit domũ suam, & dedit
seruis suis potestatem cuiusq; operis, & iani
tori præcepit ut uigilet. Vigilate ergo: Nesci
tis enim qñ dñs domus ueniet: sero, an me- G
dia nocte, an galli cantu, an mane. Ne cũ ue-
nerit repente, inueniat uos dormiẽtes. Quod
autem uobis dico, omnibus dico, uigilate.

Gloria in altissimis Deo, & in terra pax Luc. 2.
hominibus bonę uoluntatis. Et aliquã- Ex Euangelio secundum Lucam.
to post, Et interrogabant eum turbæ, dicen-
tes, Quid ergo faciemus? Respondens aũt, di
cebat illis, Qui habet duas tunicas, det nõ ha
benti, & qui habet escas, similiter faciat. Ve- Luc. 3.
nerunt aũt & Publicani ut baptizarentur, &
dixerunt ad illum: Magister, quid faciemus?
At ille dixit ad eos, Nihil amplius quam ꝙ
constitutũ est uobis, faciatis. Interrogabant
aũt eum & milites, dicentes, Quid faciemus
& nos? Et ait illis, Neminẽ concutiatis, neq;
calũniam faciatis, & contenti estote stipen-
dijs uestris. Et post aliquantũ, Beati pauperes Luc. 6.
quia uestrum est regnum Dei. Beati qui nunc
esuritis, quia saturabimini. Beati qui nunc fle
tis, quia ridebitis. Beati eritis, cũ uos oderint
homines, & cum separauerint uos, & expro-
brauerint & eiecerint nomen uestrũ tanquã
malum propter filiũ hominis. Gaudete in il-
la die & exultate, ecce.n. merces uestra mul-
ta est in cęlo. Secundum.n. hæc faciebãt Pro
phetis patres eorum. Verumtñ uæ uobis diui
tib. qui habetis consolationem uestram. Vę
uobis qui saturati estis, quia esurietis. Vę uo-
bis qui ridetis nunc, quia lugebitis & flebi-
tis. Vę cum benedixerint uobis oẽs homines,
secundũ hæc faciebant Prophetis patres eo-
rũ. Sed uobis dico qui auditis: Diligite inimi
cos uestros, benefacite ijs qui uos oderunt. H
Benedicite maledicentibus uobis. Orate pro
calumniantibus uos. Et qui te percusserit in
maxillam, præbe illi & alteram. Et ab eo qui
auferet tibi uestimentũ, ẽt tunicam noli pro-
hibere. Omni aũt petenti te, tribue, & qui au
fert quæ tua sunt, ne repetas. Et prout vultis
ut faciãt uobis homines, facite illis similiter.

Et

Et si diligitis eos qui vos diligunt, quæ vobis est gratia? Nam & peccatores diligentes se diligunt. Et si benefeceritis ijs qui vobis benefaciunt, q̃ vobis est gratia? Siquidẽ & peccatores hoc faciunt. Et si mutuũ dederitis ijs à quib. speratis recipere, quæ gratia est vobis? Nam & peccatores peccatorib. fœnerantur, vt recipiãt æqualia. Verumtñ diligite ini-
H micos vestros: benefacite, & mutuũ date, nihil inde sperantes: & erit merces vestra multa, & eritis filij altissimi, quia ipse benignus est super ingratos & malos. Estote ergo misericordes, sicut & pater vester misericors est. Nolite iudicare, & non iudicabimini. Nolite condẽnare, & non condẽnabimini. Dimittite, & dimittemini. Date, & dabitur vobis, Mensuram bonã, & confertã, & cogitatã, & supereffluentẽ dabunt in sinũ vestrũ. Eadem quippe mensura qua mensi fueritis, remetiet̃ vobis. Dicebat aũt illis & similitudinẽ. Nunquid potest cęcus cęcũ ducere? Nõne ambo in foueam cadunt? Non est discipulus super magistrum. Perfectus aũt omnis erit, si sit sicut magister eius. Quid aũt vides festucã in oculo fratris tui, trabẽ aũt quæ in oculo tuo est non cõsideras? Aut qũo potes dicere fratri tuo, frater, sine eijciam festucã de oculo tuo: ipse in oculo tuo trabẽ nõ vides? Hypocrita, eijce primum trabem de oculo tuo, & tunc perspicies vt educas festucam de oculo fratris tui. Non est.n. arbor bona quæ facit fructus malos, neq; arbor mala faciens fructum bonum. Vnaquæq; arbor de fructu suo
I cognoscitur. Neq;.n. de spinis colligũt ficus, neque de rubo vindemiant vuas. Bonus homo de bono thesauro cordis sui profert bonũ: & malus homo de malo thesauro ꝓfert malum. Ex abundantia.n. cordis os loquitur. Quid aũt vocatis me dñe dñe, & non facitis quæ dico? Omnis qui venit ad me, & audit sermones meos, & facit eos, ostendam vobis cui similis sit: Similis est homini ædificanti domũ qui fodit in altum, & posuit fundamẽtum supra petram. Inundatione aũt facta, illisum est flumen domui illi, & non potuit eã mouere, fundata.n. erat super petram. Qui autẽ audit & non facit, similis est homini ædificanti domũ suam supra terrã sine fundamento: in quã illisus est fluuius, & continuo cecidit, & facta est ruina domus illius magna. Et
Luc. 4. post aliquantũ, Cui ergo similes dicam homines generationis huius, & cui similes sũt? Pueris sedentib. in foro & loquentib. adinuicem, & dicentibus: Cantauimus vobis tibijs, & non saltastis: lamentauimus, & non plorastis. Venit.n. Ioannes Baptista, neq; manducans panẽ, neq; bibens vinum: & dicitis, dæmonium habet. Venit filius hominis manducans & bibens, & dicitis, Ecce homo deuorator & bibens vinũ, amicus publicanorum & peccatorũ. Et iustificata est sapientia ab omnibus filijs suis. Item post aliquantũ, Est autẽ K
hæc parabola. Semen est verbũ Dei. Qui aũt secus viam sunt, ij sunt qui audiũt: deinde venit diabolus, & tollit verbum de corde eorũ ne credentes salui fiãt. Nam qui supra petrã, qui cum audierint cũ gaudio suscipiunt verbum: & hi radices non habent, quia ad tẽpus credunt, & in tempore tentationis recedunt. Quod aũt in spinis cecidit: ij sunt qui audierunt, & à solicitudinibus & diuitijs & voluptatibus vitæ euntes suffocantur, & non referunt fructum. Quod aũt in bonam terram: ij sunt qui corde bono & optimo audiẽtes verbum retinent, & fructum afferunt in patientia. Nemo aũt lucernam accendens operit eã vase, aut subtus lectum ponit, sed supra candelabrum ponit, vt intrantes videant lumen. Non enim est occultũ ꝙ non manifestetur, nec absconditum ꝙ non cognoscatur & in palam veniat. Videte ergo quomodo audistis: Qui enim habet dabitur illi, & quicunq; non habet, etiam ꝙ putat se habere, auferetur ab illo. Et post aliquantum, Conuocatis aũt duodecim Apostolis dedit illis virtutem & potestatem super omnia dæmonia, & vt languores curarent. Et misit illos prædicare regnum Dei, & sanare infirmos. Et ait ad illos, Nihil tuleritis in via, neque virgam, neq; peram, neq; panem, neq; pecuniam, neq; duas tunicas habeatis. Et in quamcunque domum intraueritis, ibi manete, & inde ne exeatis. Et quicunque non receperit vos, exeuntes de ciuitate illa, etiam puluerem pedum vestrorũ excutite in testimonium super illos. Itẽ post aliquantũ, Dicebat aũt ad omnes, Si quis vult post me venire, abneget semetipsũ & tollat crucem suã quotidie, & sequatur me. Qui.n. voluerit animam suã saluam facere, perdet illam: Nam qui perdiderit animam suam propter me, saluam faciet illam. Quid.n. proficit homo si lucretur vniuersum mundũ, se autẽ

ipsum

ipsum perdat, et detrimentũ sui * fiat? Nã qui me erubuerit et meos sermones, hunc filius hominis erubescet cum venerit in maiestate sua patris, et sanctorũ angelorũ. Et alio loco. Intrauit aũt cogitatio ĩ eos, q̃s eorũ maior esset. At Iesus videns cogitationes cordis illorũ, apprehendens puerũ statuit eũ secus se: et ait illis. Quicũq; susceperit puerũ istum in nomine meo, me recipit. Et quicunq; me receperit, recipit eum qui me misit. Nam qui minor est inter omnes vos, hic maior est. Et post aliquantum, Ait autem ad alterũ. Sequere me. Ille aũt dixit, Domine, permitte mihi primum ire sepelire patrem meum. Dixitq;
M ei Iesus, Sine vt mortui sepeliant mortuos suos. Tu autem vade, annũcia regnũ Dei. Et ait alter, Sequar te domine, sed primũ permitte mihi renunciare ijs qui domi sunt. Ait ad illũ Iesus, Nemo mittens manum suã in aratrũ et aspiciens retro, aptus est regno Dei. Et post Paululũ, Ecce ego mitto vos sicut agnos inter lupos. Nolite portare sacculum, neq; peram, neq; calciamenta, et neminem per viam salutaueritis. In quancunq; domũ intraueritis, primũ dicite, Pax huic domui. Et si ibi fuerit filius pacis requiescet super illum pax vestra: Sin autem, ad vos reuertetur. In eadem autẽ domo manete edentes et bibentes quæ apud illos sunt. Dignus. n. est operarius mercede sua. Nolite transire de domo in domũ. Et in quacunq; ciuitatẽ intraueritis & susceperint vos, manducate quæcunq; apponuntur vobis, et curate infirmos qui in illa sunt, et dicite, Appropinquabit in vos regnum Dei. In quacunq; ciuitatẽ intraueritis, et non receperint vos, exeũtes in plateas eius, dicite, Etiam puluerem qui adhęsit nobis de ciuitate vestra, extergimus in vos. Tamẽ hoc scitote quia appropinquabit regnũ Dei. Dico vobis, quia Sodomis in die illa remissius erit, q̃ illi ciuitati: Et post paululum, Veruntamen in hoc nolite gaudere, quia spiritus
A vobis subijciuntur: Gaudete autem, q̃ nomina vestra scripta sunt in cęlis. Et post paululũ Ecce quidam legisperitus surrexit, tentans illum, et dicens, Magister quid faciendo vitã ęternam possidebo? At ille dixit ad eum, In lege quid scriptum est? Quomodo legis? Ille respondens, dixit, Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo, et ex tota anima tua, et ex omnibus viribus tuis, et ex omni mente tua, et proximũ sicut teipsũ. Et paulopost,
Quis horum triũ vr̃ tibi proximus fuisse illi *Ibidem.*
qui incidit in latrones? At ille dixit Qui fecit misericordiam in illum. Et ait illi Iesus, Vade, et tu fac similiter. Et post paululũ, Martha,
Martha solicita es et turbaris erga plurima. *Ibidem.*
Porro vnũ est necessariũ: Maria optimã partem elegit, quæ non auferetur ab ea. Itẽ post
paululum, Cum oratis, inquit, dicite, Pater *Luc. 11.*
sanctificetur nomen tuum. Adueniat regnum tuum: Panem nostrum quotidianũ da nobis
hodie, et dimitte nobis peccata nostra, siqui- B
dem et ipsi dimittimus omni habenti nobis, et ne nos inducas intẽtionem. Et ait ad illos, Quis vestrum habebit amicum, et ibit ad illum media nocte, et dicet illi, Amice, cõmoda mihi tres panes, quoniam amicus meus venit de via ad me, et non habeo quod ponã ante illum. Et ille deintus respondens, dicat, Noli mihi molestus esse, iã ostium clausum est, et pueri mei mecũ sunt in cubili, non possum surgere et dare tibi: Et ille si perseuerauerit pulsans, Dico vobis, et si non dabit illi surgens eo, q̃ amicus eius sit, propter improbitatem tamen eius surget, et dabit illi quotquot habet necessarios. Et ego vobis dico, Pẽtite, et dabitur vobis: quærite, et inuenietis: pulsate, et aperitur vobis. Omnis enim qui petit, accipit: et qui quęrit, inuenit: et pulsanti aperietur. Quis autem ex vobis patrem petit panem, nunquid lapidem dabit illi? Aut piscem, nunquid pro pisce serpentem dabit illi? Aut si petierit ouum, nunquid porriget scorpionẽ? Si ergo cum sitis mali, nostis bona data dare filijs vestris, quanto magis pater vester de cęlo dabit spiritum bonum peten
tibus se? Et paulopost, Factũ est autẽ cũ hęc *Ibidem.*
diceret: Extollens vocẽ quædam mulier de turba, dixit illi, Beatus venter qui te portauit, et vbera quæ suxisti. At ille dixit, Immo beati qui audiunt verbum Dei, et custodiunt il-
lud. Et paulopost, Et cum loqueretur, roga- C
uit illum quidam Pharisæus, vt pranderet a-
pud se. Et ingressus recubuit, Pharisæus aũt *Ibidem.*
cępit intra se reputans dicere, quare non baptizatus esset ante prandiũ. Et ait dñs ad illũ, Nunc vos Pharisæi quod deforis est calicis et catini, mundatis. quod autem intus est vestrum, plenum rapina et iniquitate. Stulti, nonne qui fecit quod deforis est, et quod intus est fecit? Veruntũ q̃d superest, date eleemosynam,

mosynam,& ecce omnia munda sunt vobis. Sed væ vobis Pharisæis qui decimatis mentã & rutã,& omne olus,& prȩteritis iudicium & charitatẽ Dei. Hæc autẽ oportuit facere, & illa non omittere. Vȩ vobis Pharisæi, quia diligitis primas cathedras in synagogis, & salutationes in foro. Væ vobis, qui estis vt monumenta quæ non parent, & homines ambu-

D lantes supra nesciunt. Respondens aũt quidã ex legisperitis ait illi, Magister, hȩc dicẽs, ẽt nobis contumeliam facis. At ille ait, Etiã vobis legisperitis væ, quia oneratis homines oneribus q̃ portare non possunt, & ipsi vno digito vestro non tangitis sarcinas. Et alio in loco, Attendite à fermẽto Pharisæorũ, quod

*Luc. 12.* est hypochrisis. Et paulopost, Dico aũt vobis amicis meis, ne terreamini ab ijs qui occidũt corpus, & post hæc non habent amplius quid faciãt. Ostendã aũt vobis quẽ timeatis. Timete eũ qui postquã occiderit, habet potestatem mittere in gehennã. Ita dico vobis hunc timete. Nõne quinq; passeres veneunt dipondio, & vnus ex illis non est in obliuione corã Deo? Sed & capilli capitis vestri oẽs numerati sunt. Nolite ergo timere multis passeribus pluris estis. Dico aũt vobis, Omnis quicunq; confessus fuerit me corã hominib.

*Al.l.illũ.* & filius hominis confitebitur in * illo corã angelis Dei. Qui autem negauerit me corã hominibus denegabitur coram angelis Dei. Et omnis qui dicit verbũ in filiũ hominis, remittetur ei: Ei aũt qui in spm̃ sanctũ blasphemauerit, non remittetur. Cũ aũt inducẽt vos ĩ synagogas & ad magistratus, & potestates, nolite soliciti esse qualiter aut quid respondeatis, aut quid dicatis: Spiritus.n. sanctus docebit vos in ipsa hora quæ oporteat dicere. Ait aũt ei quidã de turba, Magister, dic fratri meo vt diuidat mecũ hæreditatem, At ille dixit ei, Homo, quis me constituit iudicem aut

E diuisorem supra vos? Dixitq; ad illos, Videte & cauete ab omni auaritia, quia non in abũdantia cuiusquã vita eius est ex ijs q̃ possidet. Dixit autẽ similitudinẽ ab illos, dicens, Hominis cuiusdã diuitis vberes fructus ager attulit, & cogitabat intra se dicens, Quid faciam, ꝙ non habeo quo congregem fructus meos? Et dixit, Hoc faciam, destruam horrea mea, & maiora faciam, & illuc congregabo oĩa q̃ nata sũt mihi, & bonã mea, & dicã animæ meæ, Anima habes multa bona posita ĩ annos plurimos, requiesce, comede, bibe, epulare. Dixit aũt illi Deus, Stulte, hac nocte animam tuã repetunt à te quæ autẽ parasti cuius erunt? Sic est omnis qui sibi thesaurizat, & non est in Deũ diues. Dixitq; ad discipulos suos, Ideo dico vobis, Nolite soliciti esse animȩ, quid manducetis, neque corpori quid vestiamini. Anima plus ẽ q̃ esca, & cor- F

pus q̃ vestimentũ. Considerate coruos, quia nõ seminant, neq; metunt, quibus non est cellariũ, neq; horreũ, & Deus pascit illos: Quãto magis vos pluris estis? Quis autem vestrũ cogitando potest adijcere ad staturam suam cubitũ vnum? Si ergo neq; quod minimum est potestis, quid de cȩteris soliciti estis? Cõsiderate lilia agri quomodo crescunt, nõ laborant neq; nent. Dico autẽ vobis, quod nec Salomõ in omni gloria sua vestiebatur sicut vnum ex istis. Si autem fȩnum agri quod hodie in agro est, & cras in clibanum mittitur, Deus sic vestit: quanto magis vos pusillæ fidei? Et vos nolite quærere quid manducetis, aut quid bibatis, & nolite in sublime tolli. Hȩc omnia gentes mundi inquirunt. Pater autem vester scit quoniam his indigetis. Verumtamen quærite regnum Dei, & hæc omnia adijcientur vobis. Nolite timere pusillus grex, quia cõplacuit patri vestro dare vobis regnũ. Vẽdite quȩ possidetis & date eleemosynam: Facite vobis sacculos qui non veterascunt, thesaurũ non deficientẽ in cȩlis, quo fur non appropriat, neq; tinea corrumpit. Vbi enim thesaurus vester, ibi cor & vestrũ erit. Et post paululum. Et vos estote parati, quia qua hora non putatis filius hominis veniet. Ait autem ei Petrus, Domine ad nos dicis hanc parabolam, an & ad omnes? Dixit autem dominus, Quisputas est fidelis dispensator & prudens, quẽ constituit dominus supra familiam suã, vt det illis in tp̃e tritici mẽ- G

surã? Beatus ille seruus quem cũ venerit dñs, inuenerit ita facientem. Vere dico vobis, supra omnia quȩ possidet constituet illũ. Qđ dixerit seruus ille in corde suo: Morã facit dñs meus venire, & cȩperit ꝑcutere pueros, & ancillas, & edere, & bibere, & inebriari: veniet dñs serui illius in die qua non sperat, & hora qua nescit, & diuidet eum, partéq; eius cũ infidelibus ponet. Ille autẽ seruus qui cognouit voluntatem domini sui, & non præparauit, & non fecit secundum voluntatem eius.

eius,vapulabit multis. Qui aũt nõ cognouit,
& fecit digna plagis,vapulabit paucis. Om-
ni aũt cui multũ datũ eſt, multum quæreť ab
eo,& cui cõmendauerũt multũ,plus repetẽt
ab eo.Itẽ paulopoſt, Hypocritæ faciẽ terræ
& cęli,noſtis probare, hoc aũt tps qũo non
13. probatis? Quid aũt & à vobiſipſis nõ iudica
14. tis qđ iuſtũ eſt?Et aliquãto poſt,Contendite
intrare per anguſtam portam,quia multi, di
co vobis,quærent intrare, & non poterunt.
Et alio loco, Dicebat aũt & ad inuitatos pa-
H rabolam,intendẽs qũo primos accubitus eli
gerent,dicens ad illos, Cum inuitatus fueris
ad nuptias, nõ diſcumbas in primo loco,ne
forte honorarior te ſit inuitatus ab eo, & ve
niens is qui te & illũ vocauit, dicat tibi, Da
huic locum, & tunc incipias cũ rubore no-
uiſſimum locũ tenere.Sed cum vocatus fue-
ris,vade recumbe in nouiſſimo loco,vt cum
venerit q te inuitauit,dicat tibi, Amice aſcen
de ſuperius,Tunc erit tibi gloria corã ſimul
diſcumbentibus, quia omnis qui ſe exaltat,
humiliabitur, & qui ſe humiliat exaltabitur.
Dicebat aũt & ei qui ſe inuitauerat,Cum fa-
cis prandiũ vel cęnam, noli vocare amicos
tuos,neq; fratres tuos,neq; cognatos,neque
vicinos diuites,ne forte & ipſi te reinuitẽt &
fiat tibi retributio.Sed cũ facis cõuiuiũ,voca
pauperes,debiles,claudos,cæcos, & beatus
eris, qa nõ hẽnt retribuere tibi, retribueť.n.
in retributione iuſtorũ.Et paulopoſt,Si quis
venit ad me,& non odit p̃rem ſuũ,& matrẽ
& vxorẽ, & filios, & fratres, & ſorores,ad-
huc aũt & aĩam ſuam,nõ põt meus eſſe diſc-
ipulus.Et qui non baiulat crucem ſuam,& ve
nit poſt me,non poteſt meus eſſe diſcipulus.
Quis.n.ex vobis volens turrim ædificare, nõ
prius ſedens cõputat ſumptus qui neceſſarij
ſunt,ſi habeat ad perficiẽdum, ne poſteaquã
I poſuerit fundamentum,& non potuerit pfi-
cere, omnes qui vident incipiant illudere ei
dicẽtes,qa hic homo cœpit ædificare,& nõ
potuit cõſummare? Aut quis rex iturus com
mittere bellum aduerſus alium regem, non
ſedens prius cogitat, ſi poſſit cum decem mi
libus occurrere ei, qui cum viginti milibus
venit ad ſe? Alioquin adhuc illo longe agen
te, legationem mittens rogat ea quæ pacis
ſunt. Sic ergo omnis ex vobis qui non re-
nunciat omnibus quæ poſſidet, non poteſt
16. meus eſſe diſcipulus. Et poſt aliquãtum, Et
ego vobis dico,Facite vobis amicos de mã
mona iniquitatis,vt cũ defeceritis,recipiant
vos in æterna tabernacula. Qui fidelis eſt in
minimo,& in maiori fidelis eſt,& qui in mo
dico iniquus eſt,& in maiori iniquus eſt. Si
ergo in iniquo mãmona fideles nõ fuiſtis,qđ
veſtrũ eſt qs dabit vobis? Nemo ſeruus põt
duob.dñis ſeruire:Aut.n. vnum odiet, & al-
tere diliget,aut vni adhęrebit, & alterum cõ
temnet. Non poteſtis Deo ſeruire & mãmo
næ.Audiebant aũt hæc oĩa Phariſæi,qui erãt
auari,& deridebãt illum.Et ait illis, Vos eſtis K
qui iuſtificatis vos corã hominib. Deus aũt
nouit corda veſtra,quia qđ hominib. altum
eſt,abominatio eſt ante Deũ. Et poſt paucos *Ibidem.*
verſus, Omnis qui dimittit vxorẽ ſuam, &
ducit alteram,mœchať.Et poſt paululũ,Im-
poſsibile eſt vt non veniant ſcandala. Væ aũt *Luc. 17.*
illi p quẽ veniũt.Vtili' eſt illi ſi lapis molaris
imponať circa collum eius, & proiiciať in
mare, q vt ſcandalizet vnum de puſillis iſtis.
Attendite vobis,Si peccauerit frater tuus, in
crepa illũ,& ſi pęnitẽtiã egerit, dimitte illi.
Et ſi ſepties in die peccauerit in te, & ſi ſe-
pties in die conuerſus fuerit ad te,dicens,Pę
nitet me,dimitte illi.Et alio loco, Dixit autẽ *Luc. 18.*
ad quoſdam qui in ſe confidebant, tanquam
iuſti,& aſpernabanť cęteros, parabolã iſtã,
Duo hoĩes aſcenderunt in templum vt ora-
rent,vnus Phariſæus,& alter Publican', Pha
riſæus aũt ſtãs hæc apud ſe orabat, Deus,gra
tias ago tibi, quia nõ ſum ſicut cęteri hoĩes,
raptores,iniuſti,adulteri, velut ẽt hic Publi
canus.Ieiuno bis in ſabbato,decimas do om
nium quæ poſſideo. Et Publicanus à longe
ſtans,nolebat nec oculos ad cęlũ leuare, ſed
percutiebat pectus ſuum,dicens,Deus, pro-
pitius eſto mihi peccatori.Dico vobis,deſcẽ
dit hic iuſtificatus in domum ſuam ab illo,
quia oĩs qui ſe exaltat, humiliabitur, & qui L
ſe humiliat,exaltabitur.Afferebant autem ad
illum & infantes,vt eos tãgeret. Quod cum
viderent diſcipuli, increpabant illos: Ieſus
autem conuocans illos, dixit: Sinite paruu-
los venire ad me,& nolite eos vetare,talium
eſt enim regnũ Dei. Amen dico vobis, qui-
cunq; non acceperit regnum Dei ſicut puer,
non intrabit in illud. Et interrogauit eum q-
dam princeps, dicens, Magiſter bone,quid
faciens vitam æternam poſſidebo? Dixit aũt
Ieſus,Quid me dicis bonum? Nemo bonus

nisi solus Deus. Mandata nosti? Nō occides,
Exo. 20. non mœchaberis,nō furtum facies,non falsū
testimoniū dices,honora patrē tuū & matrē.
Qui ait, Hæc oīa seruaui à iuuentute mea.
Quo audito,Iesus ait ei, Adhuc tibi vnū de-
est:Oīa quæcunq; habes,vende & da paupe
rib.& habebis thesaurum in cęlo, & veni se
quere me.His ille auditis,contristatus est,q̃a
diues erat valde.Vidēs autem illū Iesus tristē
factū,dixit,Quam difficile qui pecunias ha-
M bent in regnū Dei intrabunt. Facilius est.n.
camelum per foramē acus transire, q̃ diuitē
intrare in regnū Dei.Et dixerunt, qui audie-
bant,Et q̃s potest saluus fieri?Ait illis, Quæ
impossibilia sunt apud hoīes,possibilia sunt
apud Deū.Ait ei Petrus,Ecce nos dimisim⁹
oīa,& secuti sumus te.Qui dixit eis,Amē di
co vobis,Nemo est qui relinquit domū, aut
parētes,aut fratres,aut vxorem, aut filios p̄p
Luc. 19. regnum Dei,& non recipiat multo plura in
hoc tpe, & in seculo venturo vitā æternam.
Et alibi. Stans autem Zachæus dixit ad dñm,
Ecce dimidium bonorum meorum dñe do
pauperib.& si quid aliquem defraudaui,red
do quadruplum.Ait Iesus ad eum.Quia ho-
die salus domui huic facta est, eo q̄ & ipse
Luc. 20. filius est Abrahæ.Venit.n.filius hoīs quærere
& saluū facere qđ perierat. Et post aliquātū,
Ibidem. Reddite ergo quæ sunt Cæsaris Cæsari, & q̄
sunt Dei Deo. Et alio loco,Audiente aūt om
ni populo, dixit discipulis suis, Attendite à
scribis,qui ambulare volūt in stolis,& amāt
salutationes in foro, & primas cathedras in
synagogis,& primos discubitus in cōuiuiis,
qui deuorant domos viduarū,simulantes lō
gam orōnem, hi accipiēt damnationem ma
Luc. 21. iorē. Respiciens aūt vidit eos qui mittebant
munera in gazophylaciū diuites.Vidit aūt &
q̃dam viduā pauperculā mittētem æra minu
ta duo.Et dixit,Vere dico vobis, quia vidua
A hæc pauper plus q̄ oēs misit.Nam & omnes
hi ex abundanti sibi miserūt in munera Dei,
hęc autem ex eo qđ deest illi, omnem victū
Ibidem. suum quem habuit,misit.Item alio loco, Po
nite ergo in cordib.vestris,non pręmeditari
quemadmodum rńdeatis:Ego.n.dabo vobis
os & sapientiam, cui non poterunt resistere
& contradicere omnes aduersarij vestri.Tra
demini aūt à parentib.& fratrib.& cognatis,
& amicis,& morte afficient ex vobis. Et eri
tis odio omnibus propter nomen meum.Et
capillus de capite vestro nō peribit.In patiē-
tia vestra possidebitis aīas vestras. Et post ali
quantū,Attendite aūt vobis,ne forte grauent Ibidem.
corda vestra à crapula & ebrietate, & curis
huius vitæ, & superueniat in vos repentina
dies illa.Tanquam.n. laqueus superueniet in
oēs qui sedent super faciem omnis terræ. Vi
gilate itaque omni tempore orātes, vt digni
habeamini fugere omnia ista quæ futura sūt,
& stare ante filium hominis. Item post ali-
quātum, Facta est autem cōtentio inter eos, B
q̃s eorum videretur esse maior. Dixit autem Luc. 22.
eis, Reges gentium dominantur eorum, &
qui potestatem habent super eos,benefici vo
cantur:Vos autem nō sic. Sed qui maior est
inter vos, fiat sicut minor, & qui præcessor
est sicut ministrator. Nam quis maior est,
qui recumbit, an qui ministrat? Nonne qui
recumbit:Ego autem in medio vestrum sum
sicut qui ministrat.Et alio in loco, Orate ne
intretis in tentationem.

QVomodo potestis vos credere, qui Ibidem.
gloriam ab inuicem accipitis, & glo- Ioan. 5
riam quæ a solo Deo est nō quæritis?Et post Ex Euan
aliquantum,dixit aūt Iesus, Nec ego te con- gelio secū
demnabo: Vade & amplius iam noli pecca- dū Ioān.
re.Et paulopost,Si vos manseritis in sermo- Ioan. 8.
ne meo,vere discipuli mei eritis, & cogno-
scetis veritatē,& veritas liberabit vos.Et post Ibidem.
paululum,Amen amen dico vobis,quia om
nis q̃ facit peccatū,seruus est peccati. Et ali-
bi, Amē amē dico vobis,si q̃s sermonē meū
seruauerit,nō videbit mortē in æternum. Et Ioan. 12.
post aliquātū,Qui amat aīam suā,perdet eā.
Et qui odit aīam suam in hoc mūdo, in vitā
æternam custodit eā. Siquis mihi ministrat,
me sequatur, & vbi sum ego, illic & mini-
ster meus erit.Siquis mihi ministrauerit,ho-
norificabit eum pater meus.Et alio loco, Di Ibidem.
lexerunt enim gloriam hominum magis q̄ Ioan. 13.
gloriam Dei.Et alibi, Vos vocatis me magi- C
ster & dñe,& bene dicitis sum etenim. si er-
go ego laui pedes vestros,dominus & magi
ster, & vos debetis alter alterius lauare pe-
des,exemplum.n.dedi vobis, vt quemadmo
dum ego feci vobis,ita & vos faciatis.Et pau
lopost,Mādatum nouum do vobis, vt diliga
tis inuicem,sicut dilexi vos,vt & vos diliga-
tis inuicem.In hoc cognoscent omnes quia
mei discipuli estis,si dilectionem habueritis
ad inuicem. Et paulopost, Si diligitis me, Ioan. 14.
mandata

Idem. mandata mea seruate. Et post paululum, Qui habet mandata mea & seruat ea, ille est qui diligit me. Qui aũt diligit me, diligetur à patre meo, & ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum. Et post tres versus, Si q̃s diligit me, sermonẽ meum seruabit, & pr̃ meus, diligit eũ, & ad eũ veniemus, & mansionẽ apud eũ

Ioan.15. faciamus. Qui nõ diligit me, sermones meos nõ seruat. Et paulopost, Manete ĩ me, & ego in vobis. Sicut palmes nõ p̃t facere fructũ a semetipso, nisi mãserit ĩ vite, sic nec vos, nisi in

D me mãseritis. Ego sũ vitis, vos palmites, Qui manet in me, & ego ĩ eo, hic fert fructũ multum, Quia sine me nihil potestis facere. Si q̃s in me nõ manserit, mittet foras sicut palmes, & arescet, Et colligent eũ, & in ignẽ mittent & ardet. Si mãseritis in me, & verba mea in vobis mãserint, quodcũq; volueritis petetis, & fiet vobis. In hoc clarificatur est pr̃ meus, vt fructũ plurimum afferatis, & efficiamini mei discipuli. Sicut dilexit me pr̃, & ego dilexi vos, manete in dilectione mea. Si p̃cepta mea seruaueritis, manebitis ĩ dilectiõe mea, sicut & ego p̃ris mei p̃cepta seruaui, & maneo in eius dilectione. Hæc locutus sum vobis, vt gaudiũ meũ in vobis sit, & gaudiũ vestrũ impleat. Hoc est p̃ceptũ meũ, vt diligatis inuicẽ, sicut dilexi vos. Maiorẽ hac dilectiõnẽ nemo hẽt q̃ vt aĩam suã quis ponat p̃ amicis suis. Et paulopost. Hęc mãdo vobis vt diligatis inuicẽ. Hæc de quatuor Euangeliis in hoc opere ponenda existimaui, vbi intelligi põt, tres Euangelistas, Matthæũ. s. & Marcũ & Lucã iõ nobis plura dedisse p̃cepta viuendi, q̃a eam maxime secuti sunt patrem q̃ actiua dr̃. Quia vero Ioannes cõtemplatiuã magis tenuit, iõ cum eius Euangeliũ superemineat cæteris, multo pauciora tñ in eo morũ p̃cepta cõperimus. Hinc iam de illo libro

E cui titulum dederunt, Actus Apostolorũ, cõmemorabimus, q̃ inuenimus oĩno paucissima. Eo quippe rerum gestarum continet historia, quibus ædificatur fides magisque ibi exempla quam præcepta conscripta sunt.

IAcobus ergo loquens, Propter quod inquit, ego iudico non inquietari eos qui ex gentibus conuertuntur ad dominum, sed scribere ad eos vt abstineant se a contaminationibus simulachrorum, & fornicatione, & suffocatis & sanguine. Et paulopost, Visum est enim spirituisancto & nobis, nihil vltra imponere vobis oneris, q̃ hæc necessaria, vt abstineatis vos ab immolatis simulacrorũ, & sanguine suffocato, & fornicatione, à q̃b. custodientes vos, bene agetis, Valete. Et post

Acto. 20. multa, cũ Paulus Apostolus p̃positis Ecclesię quos cõgregauerat, loqueret. Attendite, inquit, vobis & vniuerso gregi, in quo vos sp̃ũsanct⁹ posuit Ep̃os, regere Ecclesiã Dei, q̃ acquisiuit sanguine suo. Et paulopost idẽ ad eosdem, Argentũ & aurũ, aut vestẽ nulli⁹ cõcupiui, ipsi scitis, q̃m ad ea quæ mihi op⁹ erant, & iis qui mecum sunt, ministrauerunt F manus istæ. Oĩa ostendi vobis, q̃m sic laborantes oportet suscipere infirmos, ac meminisse * verbum dñi Iesu, q̃m ipse dixit, Beatius est magis dare q̃ accipere. Et alio loco, *a.l. verbi.* *Ibidem.* cum Iacob. & qui cum eo erant Paulo Apostolo loquerentur, dixerunt ei, Vides frater, quot milia sunt in Iudæis qui crediderũt, & Acto. 21. omnes æmulatores sunt legis. Audierunt autem de te, q̃a discessionem doceas à Moysẽ eorum qui per gentes sunt Iudæorum, dicens non debere eos circũcidere filios suos, neque secundum consuetudinem ingredi. Quid ergo est? Vtiq; oportet conuenire multitudinem, audient .n. te superuenisse. Hoc ergo fac q̃d tibi dicimus, Sunt nobis viri quatuor votum habẽtes super se, His assumptis, sanctifica te cum illis, & impende in illis vt radãt capita, & scient oẽs quia quæ de te audierunt, falsa sunt, sed ambulas et ipse custodiens legem. De iis aũt qui crediderunt ex gentib. nos scripsimus iudicãtes, vt abstineãt se ab idolis, immolato, et sanguine, et suffocato, et fornicatione. Hæc de libro Actuũ Apostolorum, nostro huic operi congruentia, quæ hic poneremus satis esse cõperimus. Vbi videmus Apostolos eis qui ex gentibus crediderunt, nulla voluisse onera veteris legis imponere, quantũ attinet ad corporalis G abstinentiam voluptatis, nisi vt obseruarent ab his tribus, idest ab eis quæ idolis immolarentur, et à sanguine, et a fornicatione. Vnde nonnulli putant tria tantum crimina esse mortifera, idololatriam, et homicidium, et fornicationem, vbi vtique & adulterium, et omnis præter vxorem concubitus intelligitur. Quasi non sint mortifera crimina quæcunque alia sunt præter hęc tria, quæ à regno Dei separant. Aut inaniter et fallaciter dictum sit, Neq; fures, neq; auari, 1. Co. 6.

neque ebriosi, neq; malefici, neq; rapaces re
gnum Dei possidebunt. Sed oportet nos re-
pressa disputatione nostra, ad Epistolas Apo
stolicas iam venire, & videre etiam in ipsis
quid huic operi conuenienter aptetur.

Rom. 1. Ex Epist. od Romanos. Abac. 2.

NOn enim erubesco Euangelium, Vir-
tus.n.Dei est in salutem omni credēti,
Iudæo primum & Græco: Iustitia. n. Dei in
eo reuelatur ex fide in fidē, sicut scriptū est,
Iustus aūt ex fide viuit. Reuelatur. n. ira Dei
de cœlo super oēm impietatē, & iniustitiam
hoīum, eorum qui veritatem in iniustitia de
tinent, qa quod notū est Dei manifestum est
Rom. 11. in illis: De⁹.n. illis manifestauit. Inuisibilia.n.
ipsius à creatura mundi p ea q̄ facta sunt, in
tellecta conspiciunt, sempiterna quoq; eius
H virtus & diuinitas, vt sint inexcusabiles, quia
cum cognouissent Deū, non sicut Deū glori
ficauerunt aut gratias egerunt, sed euanuerūt
in cogitationib. suis, & obscuratum est insi-
piens cor eorū. Dicentes.n. se esse sapientes,
stulti facti sunt. Et mutauerunt gloriā incor-
ruptibilis Dei, in similitudinē imaginis cor
ruptibilis hoīs, & volucrū, & quadrupedū,
& serpentiū. Propter qđ tradidit illos Deus
in desideria cordis eorū, in immunditiam,
vt cōtumeliis afficiant corpora sua in semet
ipsis. Qui commutauerunt veritatem Dei in
mendacium, & coluerūt & seruierunt crea-
turæ potius q̄ creatori, qui est benedictus in
secula. Amē. Propterea tradidit illos Deus in
passiones ignominiæ. Nam fœminæ eorum
immutauerunt naturalem vsum in eū vsum
qui est contra naturā. Similiter aūt & mascu
li relicto naturali vsu fœminæ, exarserunt in
desideriis suis in inuicem, masculi in mascu
los turpitudinem operantes, & mercedem q̄
oportuit erroris sui in semetipsis recipiētes.
& sicut non probauerunt Deum hr̄e in noti
tia, tradidit eos Deus in reprobum sensum,
I vt faciant q̄ non conueniunt, repletos omni
iniquitate, malitia, fornicatioue, auaritia, ple
nos inuidia, homicidio, contentioue, dolo,
malignitate, susurrōes, detractores, Deo odi
biles, contumeliosos, superbos, elatos, inuē-
tores malorū, parentib. non obedientes, insi
pientes, incompositos, sine affectione, absq;
fœdere, sine misericordia. Qui cum iustitiā
Dei cognouissent, non intellexerunt, quo-
niam qui talia agunt digni sunt morte, non
solum qui ea faciunt, sed & qui consentiunt
facientibus. Propter quod inexcusabilis es ò
homo oīs qui iudicas. In quo.n. iudicas alte Rom. 2.
rum, teipsum condemnas, eadem.n agis quæ
iudicas. Scim⁹. n. quoniam iudicium Dei est
secundum veritatem, in eos qui talia agunt.
Existimas aūt hoc ò homo qui iudicas eos q
talia agunt, & facis ea q tu effugies iudiciū
Dei? An diuitias bonitatis eius & patientiæ &
longaminitatis contemnis? Ignoras quoniā
benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit?
Secundum duritiam aūt tuam, & impęnitēs
cor thesaurizas tibi iram in die iræ & reuela
tionis iusti iudicii Dei, qui reddet vnicuiq;
secundum opera eius. His qdem qui secun-
dum patientiam boni operis, gloriam & ho
norem & incorruutionem quærentib. vitam K
æternam. His aūt qui ex contentione, & qui
non acquiescunt veritati, credunt aūt iniqui
tati, ira & indignatio, tribulatio, & angustia
in oēm animam hoīs operantis malum, Iu-
dæi primum & Græci. Gloria aūt & honor
& pax omni operanti bonum, Iudæo primū
& Græco. Et post paululum, Non.n. audito- Ibidem.
res legis iusti sunt apud Deū, sed factores le- Ibidem.
gis iustificabuntur. Item paulopost, Qui er-
go alium doces, teipsum non doces? Qui prę
dicas nou furandum, furatis? Qui dicis non
mœchandum, mœcharis? Qui abominaris
idola sacrilegium facis? Qui in lege gloria-
ris, per præuaricationem legis Deum inho-
noras? Nomen. n. Dei per vos blasphematur Rom. 5.
inter gentes, sicut scriptum est. Et aliquanto
post, Iustificati igitur ex fide pacem habea-
mus ad Deum per dominum nostrum Iesum
Christum, per quem & accessum habemus
fide in gratia ista in qua stamus, & gloriamur
in ipse gloriæ filiorum Dei. Non solum au-
tem, sed & gloriamur in tribulationib. scien
tes, quia tribulatio patientiam operatur, pa-
tientia autem probationem, probatio vero
spem, spes autem non confundit, quia chari L
tas Dei diffusa est in cordibus nostris per spi
ritumsanctū qui dat⁹ est nobis. Et alio loco,
Non ergo regnet peccatum in vestro morta Rom. 6.
li corpore, vt obediatis cōcupiscentiis eius.
Sed neque exhibeatis membra vestra arma
iniquitatis peccato, sed exhibete vos Deo tā
quam ex mortuis viuentes, & membra ve-
stra arma iustitiæ Deo. Et post paululum, Ibidem.
Humanum dico propter infirmitatem car-
nis vestrę. Sicut.n. exhibuistis membra vestra

seruire immũdiciæ & iniquitati ad iniquitatem, ita nunc exhibete mẽbra vestra seruire iustitię in * sanctificatione. Et alio loco. Ergo fratres debitores sumus non carni, vt secũdũ carnẽ viuamus. Si. n. ſm carnem vixeritis, moriemini. Si aũt spũ facta carnis * mortificaueritis, viuetis. Quicũq;. n. spũ Dei agunť, hi filij sunt Dei. Et post paululum, Hæredes q̃dẽ Dei, cohæredes aũt Christi, si tñ ꝯpatiemur, vt & conglorificemur. Et post paululũ, Si aũt quod non videmus, speramus, per patientiã expectamus. Et post paucos versus, Scimus aũt q̃m diligentib. Deum omnia cooperanť in bonum. Et paulo post, Quis nos separabit à charitate Christi, tribulatio? an angustia? an ꝑsecutio? an fames? an nuditas? an periculũ? an gladius? Sicut scriptũ est, Quia ꝑꝑ te mortificamur tota die, æstimati sumus vt oues occisionis. Sed in his oĩb superamus, ꝑꝑ eum qui dilexit nos. Certus sum n. q̃a neq; mors, neq; vita, neq; angeli, neq; principatus, neq; instantia, neq; futura, neque fortitudo, neq; altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos separare à charitate Dei, q̃ est in Christo Iesu dño nostro. Et alio loco, Corde. n. crediť ad iustitiam, ore aũt cõfessio fit ad salutem. Dicit. n. scriptura, Omnis qui credit in illum, non confundeť. Non. n. est distinctio Iudæi & Græci. Nam idẽ dominus oĩum, diues in omnes qui inuocant illum. Omnis enim quicunq; inuocauerit nomen dñi, saluus erit. Et alio loco, Tu aũt fide sta. Noli altũ sapere, sed time. Si. n. Deus naturalibus ramis non pepercit, ne forte nec tibi parcat. Vide ergo bonitatem & seueritatẽ Dei. In eos q̃dem qui ceciderunt seueritatem, in te aũt bonitatem, si permãseris in bonitate. Et paulopost, Obsecro itaq; vos fratres ꝑ misericordiam Dei, vt exhibeatis corpora vestra hostiam viuẽtem, sanctam, Deo placentem, rõnabile obsequium vestrũ. Et nolite cõformari huic seculo, sed reformamini in nouitate spũs vestri, vt probetis quæ sit voluntas Dei bona & placens & perfecta. Dico enim per gratiam quæ data est mihi, omnib. q̃ sunt inter vos, non plus sapere q̃ oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem, vnicuiq; sicut Deꝰ diuisit mẽsuram fidei. Sicut enim in vno corpore multa membra habebus, omnia autem membra non eundem actum habent, ita multi vnum corpus sumus in Christo, singuli aũt alter alterius membra. Habentes aũt donationes ſm gratiam quæ data est nobis differentes, siue prophetiam ſm rõnem fidei, siue ministeriũ in ministrando, siue qui docet in doctrina. Qui exortať in exhortando, qui tribuit in simplicitate, qui præest in sollicitudine, qui misereť in hilaritate. Dilectio sine simulatione, odientes malum, adhærentes bono, charitatem fraternitatis inuicẽ diligẽtes, honore inuicẽ ꝓuenientes, solicitudine non pigri, spũ feruentes, dño seruiẽtes, spe gaudẽtes, in tribulatione patientes, orationi instantes, necessitatib. sanctorum communicantes, hospitalitatẽ sectantes. Benedicite persequentib. vos, bñdicite, & nolite maledicere. Gaudere cũ gaudẽtib. flere cum flentib. Idipsum inuicem sentientes. Non alta sapientes, sed humilib. consentientes. Nolite esse prudẽtes apud vosmetipsos, nulli malũ pro malo reddentes. Prouidentes bona, non tãtum coram Deo, sed etiam coram omnib. hominibus. Si fieri potest quod ex uobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes, non uosmetipsos defendentes charissimi, sed date locum iræ. Scriptum est. n. Mihi uindictam, & ego retribuam dicit dñs. Sed si esurierit inimicus tuus, ciba illum, si sitit, potum da illi, hoc. n. faciens carbones ignis congeres super caput eius. Noli uinci à malo, sed uince in bono malum. Omnis anima potestatib. sublimioribus subdita sit, Non est enim potestas nisi à Deo. Quæ autem sunt à Deo, ordinata sũt. Itaque qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit. Qui aũt resistũt, ipsi sibi dãnationem acquirunt. Nam principes non sunt timore boni operis, sed mali. Vis autem nõ timere potestatem, bonum fac, & habebis laudẽ ex illa. Dei enim minister est tibi in bonum. Si autem malefeceris, time, non enim sine causa gladium portat. Dei enim minister est, uindex in ira ei qui male agit. Ideoque necessitate subiecti estote, non solum propter iram, sed & propter conscientiam. Ideo enim, & tributa præstatis: Ministri enim Dei sunt in hoc ipsum seruientes. Reddite omnibus debita, cui tributum, tributum, cui uectigal, uectigal, cui timorem, timorẽ: cui honorem, honorem. Nemini quicquam debeatis, nisi ut inuicem diligatis. Qui enim diligit proximum, legem impleuit. Nam, Non adulterabis, Non occides, Non fura-

Margin: sancti ficatione. 8. mortificaueritis. M. K. 43. 10. 28. 11. A. 13. B. Deu. 23. Pro. 15. Rom. 13. C.

beris, Non falſum teſtimonium dices, Non
concupiſces, & ſi quod eſt aliud mādatum,
Luc. 10. in hoc uerbo inſtaurat̄, Diliges proximū tuū
ſicut teipſum. Dilectio proximi malum non
operat̄. Plenitudo ergo legis eſt dilectio. Et
hoc ſcientes tp̄s, quia hora eſt iā nos de ſom
no ſurgere. Nūc.n. propior eſt noſtra ſalus, q̄
cum credidimus. Nox præceſſit, dies aūt ap-
propinquauit, Abiiciamus ergo opera tene-
brarum, & induamur arma lucis, ſicut in die
honeſte ambulemus, non in commeſſationi
but & ebrietatib. non in cubilib. & impudi-
citiis, non in cōtentione & æmulatione, ſed
Rom. 14. induimini dn̄m Ieſum Chriſtum, Et carnis
curam ne feceritis in deſideriis. Infirmū aūt
in fidē aſſumite, non in diſceptationib. cogi-
tationum. Alius.n. credit manducare omnia.
D Qui aūt infirmus eſt olera manducet. Is qui
manducat, non manducantem non ſpernat,
& qui nō manducat, māducantē nō iudicet.
Deus.n. illum aſſumpſit. Tu quis es qui iudi-
ces alienū ſeruum? Suo dn̄o ſtat aut cadit. Sta
bit aūt: Poteſt.n. Deus ſtatuere illum, Nam
alius iudicat diē inter diē, alius iudicat oēm
diē. Vnuſqſq; in ſuo ſenſu abūdet, Qui ſapit
diē, dn̄o ſapit, & q manducat, dn̄o māducat,
gratias.n. agit Deo. Et q non manducat, dn̄o
non māducat, & gratias agit Deo. Nemo.n.
noſtrum ſibi viuit, & nemo ſibi morit̄. Siue
enim viuimus, dn̄o viuimus, ſiue morimur,
dn̄o morimur. Siue ergo viuimus, ſiue mori
mur, dn̄i ſumus. In hoc.n. Chriſtus & mor-
tuus eſt & reſurrexit, vt & mortuorū & viuo
rum dn̄etur. Tu aūt quid iudicas fratrē tuū?
aut tu quare ſpernis fratrem tuum? Omnes
enim ſtabimus ante tribunal Dei. Scriptum
eſt.n. Viuo ego, dicit dn̄s, qm̄ mihi flectetur
Isa. 45. oē genu, & oīs lingua cōfitebit̄ Deo. Itaque
E vnuſquiſq; noſtrum ꝓ ſe rōnē reddet Deo.
Non ergo amplius inuicem iudicemus. Sed
hoc magis iudicate, ne ponatis offendiculū
fratrib. vel ſcandalū. Scio, & confido in dn̄o
Ieſu, quia nihil commune per ipſum, niſi ei
qui exſtimat quid commune eſſe, illi com-
mune eſt. Si enim ꝑꝑ cibum frater tuus con-
triſtat̄, iam non ſecundum charitatem ambu
las. Noli cibo tuo illum perdere, pro quo
Chriſtus mortuus eſt. Non ergo blaſphemet̄
bonum noſtrum. Nō eſt regnum Dei eſca &
potus, ſed iuſtitia & pax & gaudium in ſpū
ſancto. Qui.n. ī hoc ſeruit Chriſto, placet, &
probatus eſt omnib. Itaque quæ pacis ſunt,
ſectemur, & quæ ædificationis ſunt, in inui-
cem cuſtodiamus. Noli ꝑꝑ eſcam deſtruere
opus Dei, Oīa quidem munda ſunt, ſed malū
eſt homini qui per offendiculum māducat.
Bonum eſt non manducare carnem, & non
bibere vinum, neque in quo frater tuus offen
dit̄, aut ſcandalizat̄, aut infirmat̄. Tu fidem q̄
habes penes temetipſum, habe coram Deo.
Beatus qui non iudicat ſemetipſum in eo qđ
probat. Qui aūt diſcernit, ſi manducauerit,
dānatus eſt, q̄a non ex fide. Omne aūt quod
nō eſt ex fide, peccatū eſt. Debemus aūt nos Rom. 15.
firmiores imbecillitates infirmorū ſuſtinere,
& nō nobis placere. Vnuſquiſq; noſtrū pro-
ximo ſuo placeat in bonum ad ædificationē.
Etenim Chriſtus nō ſibi placuit, ſed ſicut ſcri
ptū eſt, Improperia improperantiū tibi ceci F
derunt ſuꝑ me. Quæcūq; aūt ſcripta ſunt, ad Psal. 68.
noſtrā doctrinam ſcripta ſunt, vt per patien-
tiam & cōſolationē ſcripturarū ſpē habea-
mus. Deus aūt patientiæ & ſolatij det vobis
idipſum ſapere alterutrum ſcḋm Ieſum Chri-
ſtū, vt vnanimes vno ore honorificetis Deū
& patrem dn̄i noſtri Ieſu Chriſti. Propter
qđ ſuſcipite inuicem, ſicut & Chriſtus ſuſce
pit vos in honorē Dei. Et aliquāto poſt, Pro- Rom. 15.
bauerunt.n. Macedonia & Achaia collatio-
nem aliq̄ facere in pauperes ſanctorū qui ſūt
in Hieruſalē, Placuit.n. eis & debitores ſunt
eorum. Nā ſi ſpiritaliū eorū participes facti
ſunt gentiles, debent & in carnalib. miniſtra-
re eis. Et poſt paucos verſus, Obſecro igitur
vos fratres per dn̄m noſtrum Ieſum Chriſtū, Rom. 15.
& per charitatē ſpūs, vt adiuuetis me in orō-
nib. pro me ad Deū. Et paulopoſt, Rogo aūt Rom. 16.
vos fratres, vt obſeruetis eos qui diſſenſiones
& offendicula præter doctrinam quā vos di G
diciſtis, faciūt & declinate ab eis, Huiuſmo-
di enim Chriſto dn̄o noſtro non ſeruiūt, ſed
ſuo ventri, & per dulces ſermones & benedi
ctiones ſeducunt corda innocentium. Veſtra
enim obedientia in omnem locum diuulga-
ta eſt. Gaudeo igitur in vobis, ſed volo vos
ſapientes eſſe in bono, & ſimplices in malo.

OBſecro aūt vos fratres per nomē dn̄i Ie- Ex epiſtola prima ad Corinthios.
ſu Chriſti, vt idipſum dicatis omnes, et
non ſint in vobis ſchiſmata. Sitis autem per-
fecti in eodem ſenſu, & in eadem ſententia.
Significatum eſt enim mihi de vobis fratres 1. Cor. 1.
mei, ab his qui ſunt Chloes, quia conten-

tiones inter vos sunt. Hoc autē dico, q̄ vnusquisq; vestrum dicit, Ego q̄dem sum Pauli, ego aūt Apollo, ego vero Cephę, ego autem Christi. Diuisus est Christus? Nunquid Paulus crucifixus est pro vobis, an in noīe Pauli baptizati estis? Et post paululum, Ex ipso aūt vos estis in Christo Iesu, qui factus est sapiētia nobis à Deo & iustitia, & sanctificatio, et redemptio, vt quēadmodum scriptū est. Qui gloriat in dn̄o glorieť. Et alio loco, Cum.n. sit inter vos zelus & contentio, nonne carna-
H les estis, & secundum hominem ambulatis? Cum.n. quis dicit, Ego q̄dem sum Pauli: ali⁹ aūt, Ego Apollo, nonne hoīes estis? Et post paululum, Nescitis, q̄a templum Dei estis, & spūs Dei habitat in vobis? Si quis aūt templū Dei violauerit, disperdet illum De⁹. Templū enim Dei sanctum est, quod estis vos. Nemo seipsum seducat. Si quis vr̄ inter vos sapiens esse in hoc seculo, stultus fiat vt sit sapiens. Sapientia enim huius mūdi stultitia est apud Deum. Et post paucos versus, Itaq; nolite ante tp̄s iudicare, quoadusq; veniat dn̄s, qui illuminabit abscōdita tenebrarum, & manifestabit consilia cordiū, & tunc laus erit vnicuiq; à Deo. Hæc aūt fratres transfiguraui in me & Apollo p̄p vos, vt in nobis discatis, ne supra q̄ scriptum est, vnus aduersus alterum inflet̄ p̄ alio. Quis.n. te discernit? Quid aūt habes quod non accepisti? Si aūt accepisti, quid gloriaris quasi nō acceperis? Et post paululum, Vsq; in hanc horam & esurimus & sitimus, & nudi sumus, & colaphis cædimur, & instabiles sumus, & laboramus operantes manib. nostris, Maledicimur, & benedicimus. Persecutionem patimur, & sustinemus. Blasphemamur, & obsecramus. Tāquā
I purgamenta huius mundi facti sumus oīum peripsema vsque adhuc. Non vt confundam vos hæc scribo, sed vt filios meos charissimos moneo. Item post paululum, Omnino auditur inter vos fornicatio, & talis fornicatio qualis nec inter gentes, ita vt vxorem patris aliq̄s habeat, & vos inflati estis, & non magis luctum habuistis, vt tollatur de medio vestrum qui hoc opus fecit. Ego quidem absens corpore, præsens autem spiritu, iam iudicaui vt præsens, eum qui sic operatus est, in nomine dn̄i nostri Iesu Christi congregatis vobis, & meo spiritu, cum virtute dn̄i Iesu tradere hmōi in interitum carnis, vt spūs saluus sit in die domini nostri Iesu Christi. Non est bona gloriatio vestra, Nescitis, quia modicum fermentum totam massam corrūpit? Expurgate vetus fermentum, vt sitis noua ꝯspersio, sicut estis azymi. Etenim Pascha nostrū immolatus est Christus. Itaque epulemur non in fermento veteri, neq; in fermēto malitiæ & nequitiæ, sed in azymis sinceritatis & veritatis. Scripsi vobis in Epistola, ne commisceamini fornicariis. Non vtiq; fornicariis huius mundi, aut auaris, aut rapacib. aut idolis seruientib. alioquin debueratis de hoc mundo exisse. Nunc aūt scripsi vobis, K
non commisceri, si is qui frater nominatur, est fornicator, aut auarus, aut idolis seruiēs, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax, cum eiusmodi nec cibum sumere. Quid enim mihi de iis qui foris sunt iudicare? Nonne de iis qui intus sunt, vos iudicatis? Nam eos qui foris sunt, Deus iudicabit. Auferte malum ex vobisipsis. Audet aliquis vestrum habens negocium aduersus alterum iudicari apud ini- I.Co.6.
quos, & non apud sanctos? An nescitis quoniam sancti de hoc mundo iudicabunt? Et si in vobis iudicabitur mundus indigni estis qui de minimis iudicetis? Nescitis quoniam angelos iudicabimus, quanto magis secularia? Secularia igitur iudicia si habueritis, contemptibiles qui sunt in Ecclesia, illos constituite ad iudicandum. Ad verecundiam vestram dico, Sic non est inter vos sapiens q̄squam qui possit iudicare inter fratrem suū, sed frater cum fratre iudicio contendit, & hoc apud infideles. Iam quidem omnino delictum est in vobis, quod iudicia habetis inter vos. Quare non magis iniuriam accipitis? quare non magis fraudem patimini, sed vos iniuriam facitis & fraudatis, & hoc fratribus? An nescitis, quia iniqui regnum Dei non possidebunt? Nolite errare, neque for- L
nicarij, neque idolis seruientes, neque adulteri, neque molles, neq; masculorum concubitores, neque fures, neque auari, neque ebriosi, neque maledici, neque rapaces regnum Dei possidebunt. Et post paululum. Nescitis quoniam corpora vestra membra Ibidem.
Christi sunt? Tollens ergo membra Christi, faciam membra meretricis? Absit. An nescitis, quoniam qui adhæret meretrici, vnum corpus efficitur? Erunt enim, inquit, duo in carne vna. Qui autem adhæret dn̄o, vnus

Gene. 1. ſpiritus eſt. Fugite fornicationem. Omne
peccatũ, quodcunq; fecerit hõ, extra corpus
eſt, qui aũt fornicat, ĩ corpus ſuũ peccat. An
neſcitis qm̃ membra veſtra tẽplum ſunt ſpũſ
ſancti qui in vobis eſt, quẽ habetis à Deo, &
nõ eſtis veſtri? Empti. n. eſtis precio magno,
glorificate & portate dñm ĩ corpore veſtro.
De q̃b. autem ſcripſiſtis mihi, Bonũ eſt homi
1. Co. 7. ni mulierem nõ tangere. Propter fornicatio
nem aũt vnuſquiſq; ſuam vxorem habeat, &
vnaquæq; ſuum virum habeat. Vxori vir de-
bitum reddat, ſimiliter aũt & vxor viro. Mu-
lier ſui corporis poteſtatem non habet, ſed
vir. Similiter aũt & vir ſuĩ corporis ptãtẽ nõ
habet, ſed mulier. Nolite fraudare inuicem,
M niſi forte ex cõſenſu ad tp̃s, vt vacetis orõni,
& iterũ reuertamini in idipſum, ne tẽtet vos
ſatanas ꝑꝑ incontinentiã veſtram, Hoc autẽ
dico ſm̃ indulgentiã, non ſm̃ imperium. Vo
lo aũt omnes hoĩes eſſe ſicut meipſum, ſed
vnuſquiſq; proprium habet donum ex Deo,
alius q̃dem ſic, aliusvero ſic. Dico aũt nõ nu
ptis & viduis, bonum eſt illis ſi ſic maneant
ſicut & ego. Quod ſi non ſe continent, nu-
bant. Melius eſt. n. nubere q̃ vri. His autem
qui matrimonio iuncti ſunt præcipio, non
ego, ſed dñs, Vxorem à viro non diſcedere.
Quod ſi diſceſſerit, manere innuptam, aut vi
ro reconciliari. Et vir vxorem non dimittat.
Nam cæteris ego dico non dñs, Si quis fra-
ter vxorem habet infidelem, & hæc cõſentit
habitare cũ illo, non dimittat illam. Et ſi qua
mulier habet virum infidelem & hic cõſen-
tit habitare cum illa, nõ dimittat virum. San
ctificatus eſt. n. vir infidelis in muliere fideli,
& ſanctificata eſt mulier infidelis per virum
fidelem. Alioquin filii veſtri immũdi eſſent,
nunc autem ſancti ſunt. Quod ſi infidelis di
ſcedit, diſcedat, Nõ eſt. n. ſeruituti ſubiectus
A frater aut ſoror in eiuſmodi. In pace autem
ritas ex Deo est. Et oĩs q̃ diligit, ex Deo nat⁹
est, & cognoscit Deũ: Qui nõ diligit, nõ no *Ibidem.*
uit Deũ, qm̃ Deus charitas ẽ. Et paulopost,
Charissimi, si Deus dilexit nos, & nos debe-
mus alterutrũ diligere. Deũ nemo vidit vnq̃. M
Si diligamus inuicẽ, Deus in nobis manet, &
charitas eius in nobis ꝑfecta ẽ. Itẽ paulopost,
Quisq; cõfessus fuerit, qm̃ Iesus est fili⁹ Dei,
Deus in eo manet, & ipse in Deo. Et nos co-
gnouim⁹, & credidimus charitati q̃ hẽt De⁹
in nobis. Deus charitas est, & q̃ manet in cha
ritate, in Deo manet, & De⁹ ĩ eo. In hoc ꝑfe
cta ẽ charitas Dei nobiscũ, vt fiduciã habea-
mus ĩ die iudicij: qm̃ sicut ille ẽ, & nos sum⁹
ĩ hoc mũdo. Timor nõ ẽ in charitate, sed ꝑfe
cta charitas foras mittit timorem: qm̃ timor
pęnam

*[A]l. l. qui* pœnam habet. * Qui autem non timet, est
*[ti]mē me-* perfectus in charitate. Nos ergo diligamus
*[n]am, non* Deum, quoniam prior Deus dilexit nos. Si quis di
*[e]st perfe* xerit, quoniam diligo Deum, & fratrem suū
*[ctus i]n cha* oderit, mendax est. Qui enim non diligit fra
*[rita]te.* trem suum quem videt, Deum quem non vi-
det quomodo potest diligere? Et hoc man-
datum habemus ab eo, qui diligit Deum, di-
*[1.] Ioan. 5* ligat fratrem suum. Omnis qui credit quo-
niam Iesus est Christus, ex Deo natus est: &
omnis qui diligit eum qui genuit, diligit &
A eū qui natus est ex eo. In hoc cognoscimus
quoniam diligimus natos Dei, cū Deum di-
ligamus, & mandata eius faciamus. Hæc est
enim charitas, vt mandata eius custodiamus,
*[1.] Ioan. 5.* & mandata eius grauia non sunt, Quoniam
omne quod natum est ex Deo, vincit mun-
dum. Et post paulūlum, Hæc est fiducia quā
habemus ad Deum, quia quodcunq; petieri-
mus secundum volūtatem eius, audit nos, &
*Ibidem.* scimus quoniam audit nos. Et post tres versus, Qui
scit fratrem suum peccare peccatum non ad
*Al. l. da-* mortem petat, & dabit ei * vitam peccantib.
*bitur ei vi* non ad mortem. Est peccatum ad mortem,
*ta pec-* non pro illo dico vt roget quis. Omnis ini-
*canti.* quitas peccatum est, & est peccatum non ad
mortem. Scimus quoniam omnis qui natus est ex
Deo, non peccat, sed generatio Dei cōseruat
eum, & malignus non tangit eum. Et alio lo-
co, Filioli, custodite vos à simulacris.

*Ex epist.* NOn tanquam mandatum nouum scri-
*eiusdē se-* bēs tibi, sed quod habuimus ab initio,
*cunda.* vt diligamus alterutrum: Et hæc est charitas,
vt ambulemus secundum mandata eius. Hoc
mandatum est, vt quemadmodum audistis
ab initio, in eo ambuletis. Et post paucos ver
sus, Omnis qui recedit, & non permanet in
doctrina Christi, Deum non habet: qui per-
manet in doctrina, hic & filium & patrē ha-
bet. Si quis venit ad vos, & hanc doctrinam
non affert, nolite recipere eum in domum,
nec aue ei dixeritis. Qui enim dicit illi, aue,
communicat operibus eius malignis.

*Ex epist.* CHarissime fideliter facis quicquid ope
*eiusdē ter* raris in fratres, & hoc in peregrinos,
*tia.* qui testimonium reddiderūt charitati tuæ in
conspectu Ecclesiæ, quos benefacies dedu-
B cens digne Deo. Pro nomine enim eius pro-
fecti sunt, nihil accipientes à gentibus. Nos
ergo debemus suscipere huiusmodi, vt coo-
peratores simus veritatis. Et post paulūlum,
Charissime, noli imitari malum, sed quod
bonum est. Qui benefacit, ex Deo est: qui
male facit, non videt Deum.

SVbintroierunt enim quidam homines, *Ex epist.*
qui olim præscripti sunt in hoc iudicium *Iudæ apo*
impij, domini nostri gratiam transferentes *stoli.*
in luxuriam, & solum dominatorem & do-
minum nostrum Iesum Christum negantes.
Et paulopost, Hi sunt in epulis suis maculæ
conuiuantes, sine timore semetipsos pascen-
tes. Et alio loco, Hi sunt murmurantes que-
rulosi, secundum desideria sua ambulantes:
& os eorum loquitur blasphemiam, miran-
tes personas quæstus causa. Vos autem cha- C
rissimi, memores estote verborum quæ præ-
dicta sunt ab Apostolis domini nostri Iesu
Christi, qui dicebant vobis, quoniam in no-
uissimo tempore venient illusores, secun-
dum desideria sua ambulantes in impietate.
Hi sunt qui segregant semetipsos animales,
spiritum non habentes. Vos autem charissi-
mi, superædificātes vosmetipsos sanctissimæ
nostræ fidei, in spiritusancto orantes, ipsos
vos in dilectione Dei seruate, expectātes mi-
sericordiam dñi nostri Iesu Christi in vitam
æternam. Et hos quidem arguite iudicatos,
illos vero saluate de igne rapientes. Alijs au-
tem miseremini in timore, odientes & eam
quæ carnalis est maculatam tunicam.

SI homines immo quia homines intelli- *Ex libro*
guntur moneri cum angeli monentur, in *cuius no-*
omnib. eisdem præceptis dicimus falsos fra- *men est*
tres per patientiam sustinendos propter no- *Apocal.*
men Dei, & per pœnitentiam ad prima ope- *Ioannis.*
ra bona redeundum, & vsque ad mortem
persecutiones pro fide tolerandas, & in cha-
ritate seruiendum. Circa autem finem libri, *Cap. 21.*
cum de sancta ciuitate loqueretur, Non in-
trabit, inquit, in eam aliquid coinquinatum,
& faciens abominationem & mendacium.
Et alibi, Beati qui lauant stolas suas in san- *Cap. 22.*
guine agni, vt sit potestas eorum in ligno
vitæ, & portis intrent ciuitatem. Foris
canes & venefici & impudici &
homicidæ & idolis seruien-
tes: & omnis qui amat
& facit menda-
cium.
Ego Iesus misi angelum
meum testificari
vobis. D

QVAE-

Y

## QVAESTIVNCVLAE de Trinitate.

Decerptæ ex libris de Trinitate.

## INTERROGATIO.

E QVomodo Deus uere sit vnitas & vere Trinitas. Responsio, Vnitas in substãtia, Trinitas in personis. Interrogatio, Quid sit propriũ vniuscuiusq; personę in sancta Trinitate. Rñsio, Propriũ est patris ꝙ solus est pater, & ꝙ ab alio nõ est nisi à se. Propriũ est filij, ꝙ à patre genitus est solus à solo, coęternus & consubstantialis genitori. Propriũ est spiritusſãcti ꝙ nec ingenitus nec genitus est, sed à patre & filio æqualiter procedens. Interrogatio, Quare spiritussanctus non debet ingenitus vel genitus dici? Responsio, Quia si ingenitus diceretur sicut pater, duo patres, si genitus, duo filij æstimari possent in sancta Trinitate. Interrogatio, Vtrũ solus pater, aut solus filius, aut solus spiritũssanctus per se plenus Deus & perfectus dici debeat. Rñsio, Vtiq; pater ꝑ se est plenus Deus, similiter & filius plenus Deus, & spiritussanctus plenus Deus credit. Interrogatio, Si vna quæq; persona per se plenus Deus dici põt, quare non tres Deos dicimus patrẽ & filium & spm̃sanctũ? Rñsio, Quia vna substantia est pater & filius & spiritussanctus, & non tres substãtiæ. Proinde vnitas substãtiæ tres Deos ꝓhibet dicere vel credere. Interrogatio, Dũ tres personas dicimus, patrẽ & filiũ & spm̃sanctum, quare non tres Deos, nec tres omnipotentes, nec tres bonos, nec tres magnos dicere fas est? Responsio, Quia Deus & omnipotens & magnus & bonus & ęternus substantialia nomina sunt, & ad se dicũtur: ideo
F non licet ea plurali numero dicere, sed singulari: & omne nomen ꝙ substantiã Dei vel essentiam significat, semper singulari numero proferendũ est. Pater aũt & filius & spiritussanctus relatiua sunt nomina, & ideo tres ꝑsonæ recte dicuntur. Interrogatio, Q̃uo relatiua? Responsio, Secundum dialecticã, relatiua nomina sunt, quæ ad aliud aliquid referũtur, sicut dñs ad seruum, & seruus ad dñm: pater ad filiũ, filius ad patrem. Prorsus cũ dico patrem, filium significo, quia non est pater, nisi filius sit cui sit pater: Item non est filius, nisi pater sit cui sit filius. Interrogatio, Vtrũ spiritussanctus relatiue vel substantialiter dicatur. Respõsio, Vtiq; relatiue, quia spiritus alicuius spiritus est: sed non sicut in patre & filio relationis regula tenetur in eo. In-
G terrogatio, Quare æqualẽ non habet relationis regulã spiritussanctus, sicut pater & filius? Responsio, Quia circunferri potest patris & filij nomẽ adinuicem: vt si dicamus pater filij pater, & filius patris filius: non ita duplicẽ relationis circunuersionem in nomine sancti spiritus inueniri potest. Interrogatio, Qua necessitate accidit, vt ita non circunferri possit spiritussancti relatio? Responsio, Quia recte dicere possumus spm̃sanctum patris & filij spiritum, sed conuerso ordine non possumus dicere, patrẽ spiritussancti: sicut dicimus patrẽ filij, ne duo filij in sancta Trinitate æstimarentur. Item non possumus dicere, filium spiritussancti, sicut dicimus filium patris, ne duo patres in sancta Trinitate intelligantur. Dicimus itaq; spiritumsanctũ patris & filij, sine reciprocatione conuersionis nominũ relatiuorũ. Interrogatio, Vtrũ inseparabilia sint opera sanctę Trinitatis. Respõsio, Vtiq; quicquid operatur Trinitas sancta, inseparabiliter hæc eadẽ operatur, quia vna est Trinitatis operatio, sicut vna est substãtia, essentia, & voluntas. Interrogatio, Vtrũ sancta Trinitas in personis separabilis siue inseparabilis dicenda est, dũ alius est pater, alius filius, alius spiritussanctus. Rñsio, Vere alius est pater q̃ filius in persona, sicut filius alius est in persona q̃ pater, & spiritussanctus alius est in persona q̃ pater & filius: non tñ aliud ille vel ille in natura, vel in deitate aut in essentia. Nec.n. patrem potes dicere, nisi filium intelligas: nec spiritumsanctũ, nisi intelligas cuius spiritus sit. Quocirca omnimodo inseparabilis est sancta Trinitas, sicut in operib.
H sic ẽt in personis dicenda. Interrogatio, Si ad solam patris personam pertineat ꝙ dicitur, Qui facit mirabilia magna solus. Et Apostolus, Qui solus habet immortalitatẽ. Responsio, Nullatenus ad solã patris personam pertinet, dum dicitur solus Deus, siue in nouo, siue in veteri testamento, & ꝙ Deus solus siue hoc siue illud habeat vel faciat: sed ad totam Trinitatem sanctã, q̃ est vnus Deus omnipotens, omnia faciẽs quæ in cęlo & in terra.

Interro-

...m.1. ...t.5. ...im.1

Interrogatio, Qũo Beatus Ioannes Euangelista dicit, Deum nemo vidit vnquam. Et ipse dñs in alio loco, Beati mundo corde, qm̃ ipsi Deũ videbunt. Et Apostolus inuisibilẽ Deũ dicit. Rñsio. Videri.n. pôt Deus.i. intelligi secundũ suæ donũ gratiæ, siue ab angelis, siue ab animabus sanctorum. Plenam vero diuinitatis naturam, nec angelus quilibet, nec sanctorum aliquis perfecte intelligere poterit, Ideo incomprehensibilis dr̃ Deus. Interrogatio, Quod sanctis summum promittitur pręmium ęterna Dei visio, an æqualiter videbunt vel intelligent? Rñsio Nullatenus æqua-
I liter oẽs vel angeli vel animæ sanctorũ Deũ vel nunc vident, vel post resurrectionẽ videbunt: sed secundũ donatoris dispensationem & meritorũ qualitatẽ. Vnusquisq; tñ sufficiẽtẽ in eius visione suis meritis habebit beatitudinẽ, nec plus quęret q̃ habebit, nec se minꝰ habere q̃ volet dolebit. Interrogatio, An aliquid distet in Deo, esse, viuere, intelligere, posse. Rñsio, Nullatenus aliud est in Deo, esse, aliud viuere, vel intelligere, vel aliud posse: quia Deus eoipso quo est, viuit: & eo quo viuit, intelligit: & eo quo intelligit, pôt: & eo quo pôt, est: quia simplex deitatis natura vnũ habet esse, viuere, intelligere, & oĩa pôt. Sed nõ ita est in nobis, dũ aliud est in natura nostra uiuere, aliud ĩtelligere, aliud posse. In Deo uero hęc omnia unũ atq; idẽ sunt. Interrogatio, Vtrũ de filio sicut dr̃, Lumen de lumine, Deus de Deo, pôt dici omnipotens de omnipotente, bonus de bono, magnus de magno, & cętera talia? Rñsio, Regulariter utique tenere debemus, ꝙ oĩa naturę nomina ęqualiter de filio dici possunt sicut de patre: sicut dr̃ Deus de Deo, lumẽ de lumine? ita dicendũ est omnipotẽs de omnipotente, bonus de bono, magnus de magno, sed non ita in relatiuis. Interrogatio, Sed qũo in relatiuis nominibus dicendũ est? Rñsio, Non possumus dicere verbũ de verbo, quia relatiuũ
K nomẽ est verbũ quod solus est filius, sicut dicimus Deũ de Deo, quod non est solus filius nec imaginẽ de imagine, qa solus ẽ filius imago, sicut dicimus lumẽ de lumine, qđ nõ est solus filius, quia substantiale nomẽ est lumẽ. Interrogatio, Nunquid aliud lumẽ est pr̃, & aliud filius? Rñsio, Nequaquã aliud, sed vnũ lumẽ est pater & filius, sicut una substantia. Ideo recte dr̃ lumẽ de lumine, sicut Deus de Deo, Sicut.n. vnus est Deus pater & filius, ita unũ lumẽ. Interrogatio. Legimus Apostolo dicẽte, Christũ Dei esse uirtutẽ & Dei sapiẽtiã: Nunquid pater non habet in se sapientiã uel uirtutẽ, nisi in filio, quẽ Apostolus sapiẽtiam Dei & uirtutẽ nominauit? Rñsio, Plurimi ita Arrianã destruunt impietatẽ, dicentes impium esse credere vnquã Deũ patrẽ esse sine sua sapientia, aut sine sua uirtute. Sed melius est intelligere patrẽ esse sapientiã & uirtutẽ, immo & spiritũsanctũ sapientiã & uir-
tutẽ: nõ tres uirtutes, nec tres sapientias: qa sapientia substantiale nomẽ est, sicut uirtus. L
Nec aliud est in Deo esse, aliud sapere, aliud posse: sed unũ est Deo esse, sapere, posse. Interrogatio, Vtrũ ad solã sanctispiritus personam pertineat charitas, dũ Apostolus dicit,
Deus charitas est, q dilectio patris & filij esse legitur. 1.Ioan.4
Rñsio. Nullatenus ita spũssanctus charitas intelligit, quasi nõ sit pater & filius charitas. Sicut spiritussanctus est charitas, ita & pr̃ est charitas, & filius est charitas: non tñ tres charitates, sed vna charitas. Sed qa spũssanctus donũ Dei proprie dr̃, & nullũ Dei donũ charitate maiꝰ est, immo sine eo nullũ donũ ad perpetuã hominẽ deducere poterit beatitudinẽ, proinde spũssanctus proprie dr̃ charitas. Interrogatio, Nunquid impij dona Dei habẽt? Rñsio, Habẽt utiq; ꝑ eũ, qui illuminat oẽm hominẽ uenientẽ in hunc mundũ: In eo.n. sumus, mouemur, & uiuimus. Bona sunt.n. dona Dei eis qui bene utuntur illis. Ideo charitas singulare ẽ in sanctis donũ Ioan.1.
in qua filij Dei discernũtur à filijs impietatis. Act.17.
Interrogatio, Quare si Deus totus vbiq; est, ĩ cęlo dr̃ magis habitare quã ĩ terra? Respõsio, Quia maior est cognitio in sãctis angelis animabusque sanctorum diuinitatis, cũ sint apud Deũ in cęlis, quã in terris: Sicut enim in hoc mortali corpore quidam magis intelligunt diuinam substantiã, quidã minus,
ita & in cęlo magis dicitur Deus esse quã in M
terra, quia plenius eiusdẽ substantia intelligitur ab inhabitatoribus cęli quam terrę incolis. Interrogatio, Si una substantia est pater & filius spiritussanctus, quare solus filius incarnatus dicitur? Responsio, Quia alia est persona filij, alia patris, alia spiritussancti. Et sola quidem persona filij incarnata est, operante tamen eandem incarnationem tota sancta Trinitate, cuius opera sunt inseparabilia

rabilia

rabilia. Interrogatio, Dũ in ſymbolo catho
lico cantari ſolet Dei filium de ſpũſancto &
Maria virgine incarnatũ:quare nõ dicitur fi-
lius ſpiritusſancti, ſicut dicitur beatæ virgi-
nis?Rñſio,Nõ vtiq; ſic de illo ſicut de illa na
tus eſt filius Dei. De illa ſiquidẽ. i.ſancta vir
gine natus ẽ filius Dei ſicut de matre, nõ de
illo.i.ſpirituſancto ſicut de patre, ne duo pa
tres dicerentur in ſancta Trinitate.Interroga
tio,Si vna natura eſt patris & filij, & filius in
A carnatus plenus eſt Deus & perfectus, quo-
modo nõ pater incarnatus eſt? Rñſio,Filius
plenus eſt Deus & perfectus qui ſolus incar
natus eſt,& hõ factus eſt. Nã ignis vna ſubſtã
tia eſt,ſed aliud ĩ igne facit calor, aliud lux,
Lux illuminat,calor calefacit, vna tñ ignis
natura vtrunq; facit & calorẽ & lucẽ. Inter-
rogatio, Vtrũ diuinitas cũ carne cõcepta &
nata & paſſa eſt, & cętera quæ humanitatis
propria eſſe noſcuntur? Reſponſio, Vtique
diuinitas ſuæ carnis conceptione conce-
pta eſt, & natiuitate nata,ſenſitq; participa-
tione humani affectus mortẽ quã ſponte ſu-
ſceperat non naturę ſuæ potentiã perdens ꝑ
quã cuncta viuificat. Et ipſe author qui ſpõ-
te natus eſt,ſponte paſſus eſt. Et idem opus,
quia vtrunq; vnus, licet non alio cogente,
ſolus tamen ipſe perpetitur ſalua diuinitatis
impaſſibilitate. Interrogatio, Ex qua natura
*Ioan.10.* dicit, Poteſtatẽ habeo ponendi animã meã?
Rñſio, Omniũ quæ in Chriſto ſunt operum
authoritas, ex diuinitate eſt: tñ carni conue-
nit dicere, Poteſtatẽ habeo ponendi animã
meã,nõ diuinitati: Diuinitas enim non di-
miſit animam poſtquã aſſumpſit eam in vte-
ro virginis, caro dimiſit dũ emiſit ſpiritũ in
*Gene.2.* cruce Chriſtus.Interrogatio,Qũo conuenit
*Ioan.5.* quod in Geneſi legitur,Requeuit Deus die ſe
ptimo ab omnibus operibus ſuis: & in Euan
gelio,Pater meus vſq; modo operatᷣ, & ego
operor?Reſponſio, Requieuit à nouarũ cõ-
ditione creaturarũ, non à conditarũ guber-
natione.Et ideo Deus tũc creator in ſex die-
rũ creatione putandus eſt, nunc vero guber
B nator in totius mundi naturis. Interrogatio,
Quot creaturas rationales condidit Deus?
Rñſio, Duas angelicam & humanã,& cęlũ
angelis,& terrã hominibus habitationẽ. In-
terrogatio. Quare angelicũ peccatum ſilen-
tio in Geneſi abſcõditũ eſt,& hominis pate-
factũ eſt?Rñſio, Quia angelicũ vulnus Deus
non prædeſtinauit curare, hominis vero ſa-
nare prędeſtinauit.Interrogatio,Cur ſummi
angeli peccatũ inſanabile fuit,& hominis ſa-
nabile?Rñſio,Quia angelus ſui ſceleris inuẽ
tor fuit,homo vero alterius fraude ſeductus.
Itẽ quãto ſublimior angelus in gloria, tãto
maior in ruina. Homo vero quãto fragilior
ĩ natura tãto facilior ad veniã.Interrogatio, C
Cur hõ ſuæ poteſtatis creatus author eſt? Rñ
ſio, Vt ipſe ſibi author eſſet ad vitam,ſiue ad
mortẽ.Si vere neceſsitati eſſet ſubiectus, tũc
nec boni operis haberet gloriam nec mali
pęnam, ſed eſſet quaſi vnus ex pecoribus.

INTERROGATIO DE BE-
nedictionibus filiorum Iacob. Studioſus
aliquis deſumpſit hæc ex libro quęſtionũ
Hieronymi in Geneſim, omiſsis aut im-
mutatis aliquot verbis,qũo ſolet Beda.


Vid intelligendum eſt de bene *Gen.49.*
dictionibus,quibus Iacob Pa-
triarcha benedixit filios ſuos:
an hiſtorice, vel allegorice,in
telligẽdæ ſint,dum dicit,Con-
gregamini filij Iacob, vt annunciem vobis
quę ventura ſunt in nouiſsimis diebus: & ſi
videtᷣ ex his verbis magis allegoriã ſonare q̃
hiſtoriã? Reſponſio, Vtrunq; verò,& hiſto-
riã & allegoriã. Hiſtoriã de diuiſione terræ
promiſsionis, quæ diuiſiones diuidẽdæ erãt
nepotib. eorũ.Et allegoriã de Chriſto & de
Eccleſia in nouiſsimis tẽporibus futura. Sed
prius hiſtoriæ fundamenta ponenda ſunt, vt
aptius allegorię culmen priori ſtructuræ ſu-
perponatur. Ruben primogenitus meus, tu
fortitudo mea, principiũ doloris mei:prior
in donis, maior imperio, Effuſus es ſicut a-
qua,non creſcas: quia aſcẽdiſti cubile patris
tui,& maculaſti ſtratũ ei⁹. Eſt aũt ſenſus hic,
Tu es primogenitus meus maior ĩ liberis, &
debebas, iuxta ordinẽ natiuitatis tuæ,hęredi D
tatẽ quæ primogenitis iure debebatur, ſacer
dotiũ accipere & regnũ, Hoc quippe in por
tando honore & prævalido robore demon-
ſtratur.Verũ qa peccaſti,& quaſi aqua quo-
libet vaſculo nõ tenetur, voluptatis effuſus
es impetu: idcirco præcipio tibi vt vltra nõ
pecces, ſiſq; in fratrũ numero pęnas peccati
luens, quod primogeniti ordinem perdidi-
ſti.Principium autem doloris eſt omnis pri-
mogeni-

mogenitus, quia pro eo commouentur viscera parentũ. Simeõ & Leui fratres vasa iniquitatis bellantia: in cõsilium eorum non veniat anima mea, & in cętu illorũ non sit gloria mea: qa in furore suo occiderunt virũ, & E in volũtate sua suffoderũt murũ. Maledictus furor eorũ, qa pertinax: & indignatio eorũ Gen.33. quia dura. Diuidam eos in Iacob, & dispergam illos in Israel. Significat aũt non sui cõsilij fuisse, ꝙ Sichen & Emor interfecerunt fęderatos, & contra fas in pacis & amicitiarũ tempore sanguinẽ fuderunt innocentem, & quasi quodã furore sic crudelitate raptati muros hospitæ vrbis euerterunt. Vnde dicit, Maledictus furor eorũ, quia pertinax, & dispergã illos in Israel. Leui enim hæreditatem propriã nõ accepit, sed in omnibus sceptris paucas vrbes ad inhabitandũ habuit. De Simeon vero in libro Iesu scriptũ est, ꝙ & ipse propriũ funiculũ non acceperit, sed de tribu Iuda quiddam acceperit. Iuda te laudabunt fratres tui, manus tuæ in ceruicibus inimicorum tuorũ, adorabunt te filij patris tui. Catulus leonis Iuda, ad prædã fili mi ascendisti, requiescens accubuisti vt leo, & quasi leæna. Quis suscitabit eum? Quia Iudas confessio siue laus interpretatur, recte scribitur de Iuda, Cõfitebuntur tibi fratres, vel laudabunt te. Et licet de Christo grande mysteriũ sit, sed tamẽ secundũ literam significat quod per Dauid stirpem generarentur reges, & quod adorarent eum omnes tribus. Nõ enim ait filij matris tuę, sed filij patris tui. Et quod sequitur, Ad prędam fili mi ascendisti, ostendit eum captiuos populos esse ducturum, & iuxta intelligentiam sacratiorẽ, ꝑ ascendisse in altum, & captiuam duxisse ca- Gal.67. ptiuitatem, Siue quod melius puto, captiuitas passionẽ, ascensus resurrectionem significat. Alligans ad vineam pullum suum, & ad vitem asinã suã. Quod, videlicet pullum asinæ, cui supersedit Iesus, hoc est gentiliũ populũ, vineę Apostolorum, qui ex Iudæis sunt, copulauerit: & ad vitem, siue vt in Hæbræo habetur, Soret, idest electam vitem alligauerit asinam cui supersedit Ecclesia ex nationibus congregata. Quod autem dicit, Fili mi, conuersionem ad Christum de ipso Iuda facit, eo ꝙ Christus sit vniuersa facturus. Quod autem dicitur, Non auferetur sceptrũ de Iuda, & dux de femoribus eius, donec veniat ille qui mittendus est. & ipse erit expectatio gentium: significat quod non deficerent Principes de tribu Iuda vsq; ad tempus quo natus est Christus, qui missus a patre expectatio est gentiũ. Zabulõ in litore maris habitabit, & in statione nauiũ, pertingens vsq; G ad Sidonem. Isachar asinus fortis accubans inter terminos, vidit requiẽ quod esset bona & terram quod optima: & supposuit humerum suum ad portandum, factusq; est tributis seruiens. Quia supra Zabulõ dixerat, qđ maris magni litora esset possessurus, Sidoniã quoq; & reliquas Phęnices vrbis cõtigeret, nũc ad mediterraneã ꝓuĩciã redit, & Isachar q iuxta Neptalim siue Nephtalim pulcherrimã in Galilæa regionẽ possessurus est, benedictione sua habitationẽ facit. Asinum autẽ osseũ vel fortẽ vocãt, & humerũ dicit supposuisse ad portandũ: quia in labore terrę & vehentis ad mare, quæ in finibus suis nascebantur, plurimum laboraret, regibus quoqe tributa comportans. Aiunt Hebręi per metaphoram significari, ꝙ scripturas sanctas die ac nocte meditãs, studiũ suũ dederit ad laborandũ: & idcirco ei omnes seruiunt quasi magistro dona portãtes. Dan iudicabit populũ suũ, sicut & alia tribus in Israel: Fiat Dã coluber in via, cerastes in semita mordẽs vngulas equi, vt cadat ascensor eius retro: salutare tuũ expectabo domine. Sampson iudex Israel de tribu Dan fuit. Hoc ergo dicit, nũc vidẽs in spiritu comam nutrire Sampsonem Nazarẽũ cęsisq; hostibus triumphare, quod in similitudinem colubri reguliq; obsidens vias nullũ per terrã Israel transire permittat. Sed ẽt si quis temerarius, virtute sua quasi velocitate equi confisus, eam voluerit prædo- H nis more populare, non effugere valebit. Totũ aũt per methaphorã serpentis & equitis loquitur. Videns ergo tam fortem Nazaræũ, quod ipse propter meretricẽ mortuus est, & moriẽs nostros occidit inimicos, putaui ô Deus ipsum esse Christum filium tuum: verũ quia mortuus est & nõ resurrexit, & rursum ductus est Israel in captiuitatẽ, alius mihi saluator mundi, & mei gñis præstolandus est, vt veniat cui repositũ est vt ipse esset expectatio gentium. Gad accinctus præliabitur ante eũ, & ipse accingetur retrorsum. Signãt qđ Gad Ruben & dimidia tribus Manasse ad filios quos Iordanem in possessionem dimi-

 serat,

ferat,post quatuordecim annos reuertens, ꝓ
lium aduersum eos gentiū vicinarum gran-
de reperit,& victis hostibus fortiter dimica-
uerit. Lege Iesum Naue & Paralipomenon.
Neptalim, ceruus emissus dās eloquia Pul-
chritudinis, siue Nephtalim ager irriguus.
Vtrūq; sigñat Hebræū verbū aiala.Significat
I autem, quod aquæ calidæ in ipsa nascantur
tribu, siue quod super lacū Genesar fluento
Iordanis esset irriguus:Hebręi autem volunt
propter Tyberiadem,q̄ legis videbatur habe
re notitiā,per agrū irriguū eloquia pulchri-
tudinis prophetari. Ceruus aūt emissus tēpa-
neas fruges & velocitatem terræ vberioris
ostendit.Sed melius si ad doctrinā saluatoris
cūcta referamus,& quod ibi vel maxime do
cuerit saluator, vt in Euangelio quoq; scri-
ptū est. Filius meus Ioseph accrescens,filius
meus accrescens & decorus aspectu,filię de
currerunt super murū:sed exasperauerūt eū,
& iurgati sunt,inuideruntq; illi habentes ia-
cula. Sedit in forti arcus eius, & dissoluta
sunt vincula brachiorū & manuū eius ꝑ ma
nū potentis Iacob.Inde pastor egressus est la
pis Israel. O fili Ioseph qui tā pulcher es,vt
tota de muris & turribus fenestris puellarū
Aegypti turba prospectet,inuiderunt tibi,&
ad iracundiā te ꝓuocauerunt fratres tui ha-
bentes liuoris sagittas & zeli iaculis vulnera
ti.Verum arcū tuū & arma pugnandi posui-
sti in Deo, qui fortis est pugnator:& vincu-
la tua quibus te fratres ligauerunt, ab ipso so
luta sunt & dirupta,vt ex tuo semine trib.na
scatur Ephraim fortis & stabilis, & instar la-
pidis durioris inuicta imperās quoq; decem
tribulus Israel.Beniamin lupus rapax, mane
comedet prędam & vespere diuidet spolia.
K Quòd de Apostolo Paulo quæ dicta sūt ma
nifestissima sit prophetia,omnibus paret, ꝙ
in adolescentia ꝑsecutus sit Ecclesiam,in se-
nectute prædicator Euangelij fuerit. Hebræi
aūt ita dixerunt,Altare in quo immolabūtur
hostiæ, & victimarū sanguis ad basim illius
fundebatur, in patre tribus Beniamin fuit,
Hoc,inquiūt,sigñat,quod sacerdotes immo
lant mane hostias, ad vesperū diuidunt ea q̄
sibi ex lege collata sunt,lupum sanguinariū,
lupum voracem super altaris interpretatio-
ne ponētes, & spoliorum diuisorem super sa
cerdotibus,qui seruientes altari viuunt de al
tari. Hæc aūt historice.Spiritaliter autem in
Ruben prioris populi Iudæorum ostendit
esse personā,cui à domino dicitur,Israel pri
mogenitus meus.Etenim iuxta ꝙ primogeni Exod. 4
to debebatur,ipsius erat accipere sacerdotiū
& regnū. Additur tu virtus mea:vtiq; quod
ex ipso populo fundamentū fiet,ex ipso vir- L
tus Dei,qui est Christus,aduenit.Qūo autem
ipse sit principiū dolorū nisi dū patri Deo
semper irrogauerit iniuriā, dū conuertit ad
eū dorsum & non faciē. Iste prior in bonis
quia primum ipsis credita sunt eloquia Dei,
& legislatio & testamentum siue promissio.
Iste maior imperio, vtiq; pro magnitudine
virium,quia copiosius cęteris in hoc seculo
propter idem negauit.Effusus est autem sicut
aqua peccando in Christū, quæ vasculo nō
tenetur voluptatis, effusus est impetu,& id-
circo addidit,ultra non crescas.Quapropter
ipse postq̄ in vniuerso orbe dispersus est,val
de imminutus est. Sed quare talia meruit,ita
subiecit: quia ascendisti cubile patris tui. Pri
mogenitæ autem plebis audaciam prędicat,
quæ ascendit cubile patris sui & maculauit
stratum eius,qn̄ corpus dn̄icum, in quo ple-
nitudo diuinitatis requiescebat,raptum in cru
ce suspendit,& ferro commaculauit. Simeō
& Leui fratres,vasa iniquitatis bellantia. Per
Simeon & Leui Scribæ & Pharisæi & sacer-
dotes Iudaici populi intelligūtur. De Simeō
enim Scribæ erant Iudęorū,& de tribu Leui
Principes sacerdotū,qui consiliū fecerunt vt
Iesum dolo tenerent & occiderent. De quo Matt.
consilio dicit,In consiliū eorū ne veniat ani
ma mea.Horrebat enim tāta scelera,quæ no
uissimis tēporibus facturi erant Iudęi, Qui Zach.
in furore suo occiderunt virū,idest Christū Hier.
de quo dicitur: Ecce vir oriēs nomen eius. M
Et alibi,Fęmina circundabit virum.Suffode-
runt murum, idest illum spiritalem fortissi-
mum murum,qui custodit Israel, lācea con
foderūt.Maledictus furor, qa ꝑtinax: vtique
furore accensi & ira, obtulerunt Christū Pō Ioan.
tio Pilato,dicentes,Crucifige crucifige.Et in
dignatio eorū: qa dum dū Barrabam latro-
nem peterent, & Principē vitę crucifigendū
postularent.Diuidā eos in Iacob & dispergā
illos in Israel: quia nōnulli ex ipsis credide-
rūt,qdā in infidelitate ꝑmāserūt. Dicūtur.n.
diuisi ij q ab eis separātur, & veniūt ad fidē.
Dispersi aūt, quorū patria tēploq; subuerso
per orbē terræ incredulorū genus spargitur.

Iuda te laudabũt fratres tui. Per hũc Iudã ve
rus cõfessor exprimit Christus, qui ex eius
tribu secundũ carnẽ est genitus. Ipsum lau-
dabunt fratres sui: Apostoli, s. & oẽs cohære
des eius, qui per adoptionẽ patris filij Dei ef
fecti sunt, & Christi fratres per gratiã, quo-
rũ ipse est dñs per naturã. Manus tuæ in cer-
A uicib. inimicorũ tuorũ. Eisdẽ.n. manib. atq;
eodẽ crucis tropheo & suos texit, & inimi-
Ps. 109. cos, & aduersarias ptãtes curuauit. Iuxta ꝙ
& pater ꝓmittit ei dicens: Sede ad dexteram
meã, donec ponã inimicos tuos scabellũ pe
Rom. 11. dũ tuorũ. Adorabũt te filij patris tui. Qñ mul
ti ex filijs Iacob adorãt eũ, per electionẽ grę
salui facti. Catulus leonis Iuda. Qñ nascẽdo
Esa. 9. factus est paruulus, sicut scriptũ est, Paruulus
natus est nobis. Ad prædã fili mi ascẽdisti, i.
ascẽdens in crucẽ, captiuos populos rede-
misti: & quos ille cõtrarius inuaserat, tu mo
riens eripuisti. Deniq; rediẽs ab inferis, ascẽ
disti in altũ, captiuã duxisti captiuitatẽ. Re-
Psal. 76. quiescens accubuisti vt leo. Manifestissime
Ioan. 19. Christus in passione accubuit, qñ inclinato
capite tradidit spm̃: & qñ in sepulchro posi-
tus fuit, velut quodã corporis somno quie-
uit. Sed quare vt leo, & velut catulus leonis?
In somno.n. suo leo fuit, qñ nõ necessitate,
sed ptãte hoc ipsũ cõpleuit, sicut ipse dicit,
Ioan. 10. Nemo tollit à me animã meã, sed ego pono
eã. Qđ vero addit, & vt catul⁹ leonis: inde.n.
mortuus vnde natus: Bene ergo Christus vt
leo requieuit, qui nõ solũ mortis acerbitatẽ
nõ timuit, sed in ipsa morte mortis imperiũ
Ioan. 2. vicit. Qđ aũt dicit, Quis suscitabit eũ? Quia
nullus nisi ipse, iuxta ꝙ dicit, Soluite templũ
hoc, & in triduo suscitabo illud. Nõ deficiet
Dux de Iuda, & reliqua. Hoc manifestissime
ad Iudã referẽ. Diu.n. fuit ex semine illius in-
B temerata apud Iudęos successio regni, do-
nec Chr̃s nasceret, sicut supra diximus. Alli-
gans ad vineã pullũ suũ. Pullus suus populus
est ex gentib. cui adhuc nunquã fuerat legis
onus impositũ. Hũc copulauit ad vineã, ad
Esa. 5. Apostolos, s. qui ex Iudęis sũt. Nã vinea dñi
Ioan. 15. Sabaoth domus Israel est. Et ad vitẽ asinam
suã: ipse dicit, Ego sum vitis vera. Ad hãc er-
go vitẽ alligat asinã suã, synagogã tardigra-
dã, s. & graui legis pondere depressam. Lauit
in vino stolã suã: siue carnẽ suã in sanguine
Matt. 26. passionis, siue sanctã Ecclesiã illo vino, ꝙ ꝓ
Gen. 49. multis effundetur in remissionẽ peccatorũ.
Et in sanguine vuæ palliũ suũ. Palliũ gentes
sunt quas corpori suo iunxit, sicut scribitur.
Pulchriores oculi eius vino. Oculi Christi
Apostoli sunt & Euangelistæ, qui lumẽ scien
tiæ Ecclesiæ pstant: quorũ pcepta austeritatẽ
vini priscæ legis superant, quia longe leuio-
ra sunt. Et dentes eius lacte cãdidiores Dẽtes
pceptores sunt sancti, qui pcidũt ab errorib.
hoies, & eos quasi comedẽdo in Christi cor
pus transmittunt. Cãdidiores aũt effecti sunt
doctores Ecclesiæ lacte veteris legis. Zabulõ
habitabit in litore maris, & in statione nauiũ C
Zabulõ interpretaẽ habitaculũ fortitudinis,
& Ecclesiã significat. Hæc in litore maris ha-
bitat & statione nauiũ, cũ credentib. refugiũ
& periclitantib. demonstrat fidei portũ. Hęc
cõtra oẽs turbines seculi incõcussa firmitate
solide expectat naufragiũ Iudęorũ & hæreti
corũ procellas, qui circũferuntur omni vẽ-
to doctrinæ, quorũ & si tũditur fluctibus, nõ
tñ frangiẽ. Pertendit aũt usq; ad Sidonẽ, hoc
est, usq; ad gentes. Legitur ẽt in Euangelio in
de assumptos esse Apostolos aliquos & ipsis Matt. 4.
locis dñm sæpe docuisse, sicut scriptũ ẽ, Ter-
ra Zabulon, & terra Neptalim, populus qui Esaiæ. 9.
sedebat in tenebris, uidit lucẽ magnã. Sidon
interpretatur uenator, uel uenatrix. Venato-
res qui sunt nisi Apostoli? Quia ut supra di-
ximus, ex illis locis assumpti sunt, de quibus
dr̃, Mittam uenatores multos, & uenabuntur Hier. 6.
uos. Isachar asinus fortis. Isachar q; interpre-
tatur merces refertur ad populũ gentiũ, quẽ
dñs sanguinis sui ptio mercatus est. Hic Isa-
char asinus fortis scribitur, quia prius popu-
li gentilis quasi brutũ & luxuriosum animal
nullaq; rõne substitit, sed postmodũ iugũ di
sciplinæ Euangelicæ libẽter portauit. Hic ac
cubans inter terminos, uidit requiem ꝙ esset
bona, & terrã ꝙ optima. Inter terminos aũt
cubare, est pstolato mundi fine requiescere,
nihilq; de ijs q̃ nunc uersantur in medio q̃-
rere, sed ultima desiderare. Et fortis asinus re
quiem & terrã optimã uidet, cũ simplex gẽ-
tilitas se ad robur boni operis erigit, & ad
æternæ uitæ patriam tendit. Vnde ẽt apponit D
humerũ suũ ad portandũ, qa cũ ad promis-
sam requiẽ peruenire desiderat, cũcta mãda-
torũ onera libẽter portat. Vnde factus est tri-
butis seruiẽs, hoc ẽ, Chr̃o regi suę fidei dona
& operũ bonorũ offerẽs munera. Dan iudica
bit populũ suũ sicut aliæ tribus in Israel. Fiat

Dan coluber in via, cerastes in semita,& reliqua.Dicunt quidã Antichristũ per hæc prædici,& de ista tribu futurũ, pro eo ꝙ hoc loco Dan,& coluber asseritur & mordẽs,& ꝙ inter tribus Israel, primus Dan ad Aquilonẽ castrametatus est,illũ significans qui se in laterib. Aquilonis sedere dicit, & de quo figuraliter dicit Propheta, A Dan auditus est fremitus equorũ. Qui non solũ coluber, sed ẽt cerastes vocatur, κέρατα.n.Græce cornua dicuntur. Serpens ergo ille cornutus esse perhibetur, Per quẽ digne Antichristus asserit, quia contra vitã fideliũ cũ morsu pestiferæ

*Esa.14. Hier.8.*

E ꝑdicationis armabitur ẽt cornib. potestatis. Quis aũt nesciat semitã angustiorẽ esse quã viã?Fit ergo Dan coluber in via, quia in præsẽtis vitæ latitudine eos ambulare prouocat, quib.quasi parcendo blandit: sed in via mordet,quia eos quibus libertatẽ tribuit, erroris sui veneno cõsumit.Fit cerastes in semita:qa quos fideles reperit & sese ad ꝓcepti cęlestis itinera cõstringentes,non solũ nequitia callidæ persuasionis impetit,sed ẽt terrore ptãtis ꝓmit,& in persecutionis lãguore, post beneficia fictæ dulcedinis, exercet cornua ptãtis. Equus iste cui⁹ vngulas cerastes mordere dr̃, hunc mundũ insinuat,qui per elationẽ suam in cursũ labentiũ tẽporũ spumat. Et quia Antichristus extrema mundi huius apprehẽdere nititẽ,cerastes iste equi vngulas mordere perhibeẽ.Vngulas ꝗppe equi mordere, est extrema seculi feriẽdo cõtingere,vt cadat ascẽsor eius retro. Plebs infidelis Iudęa, erroris sui laqueis capta, pro Christo Antichristũ expectat.Bene Iacob eodẽ loco repente in electorũ vocẽ cõuersus est dicens, Salutare tuũ ex

F pectabo dñe,i.non sicut infideles Antichristũ, sed eũ qui in redẽptionẽ nostrã vẽturus est,verum credo fideliter Christum, Amen.

## SENTENTIAE ALIQVOT

Velut Aphorismi ex omnibus Augustini & aliorum libris decerptæ per studiosum aliquem.

*al. l ascribitur ab aliquibus hic labor Prospero Aquitanico.*

*Innocentia.*

*Psal. 10.*



INnocẽtia est vera quæ nec sibi nec alteri nocet, Qm̃ qui diligit iniquitatem odit animam suam, & nemo non prius in se quam in alterum peccat. 2.Sic diligendi sunt homines, vt eorum non diligantur errores: quia aliud est amare ꝙ facti sunt,aliud odisse ꝙ faciunt. 3.Vera æternitas & vera * immutabilitas non est,nisi in deitate Trinitatis: cui ꝙ est esse, * perpetuum est, quia natura initio carens,incremento nõ indigens, sicut nullum finem, ita nullã recipit mutabilitatem. Creaturæ autem illæ quibus Deus æternitatem dedit vel daturus est, non penitus omnis finis alienæ sunt, quia nõ sunt extra cõmutationem,dum finis illis est & tẽporalis institutio, & localis mutatio, & ipsa in augmentum sui mutatio facta. 4.Patientia Dei magna est, qua parcit contẽptus, parcit etiam negatus: & magis vult vitam peccatoris quam mortem. Eruditio est pęnitudinis,

*Dilecti. Aeternitas Al. l. immortalitas. Al. l. perfectum. Patientia Ezech.*

G & oblatio correctionis,nec vlla Christi opera à misericordia vacant, qm̃ homini & indulgentia consulit & flagello. 5. Diuina bonitas ideo maxime irascitur in hoc seculo, ne irascatur in futuro, & misericorditer temporalem adhibet seueritatem,ne æternam iuste inferat vltionem.6.Vera confessio est benedicentis,cũ idem sonus est & oris & cordis. Bene autem loqui & malè viuere, nihil aliud est, quam se sua voce damnare. 7.Dilectio Dei & proximi propria & specialis virtus est piorum atque sanctorũ, cum cœteræ virtutes & bonis & malis esse possint cões. 8.Doctrina Apostolica tam salubris atque vitalis est, vt pro capacitate vtentium neminem sui relinquat exortem: quia siue paruuli,siue magni,siue infirmi, siue fortes habent in ea vnde alantur, vnde satientur. 9.Deum quærens gaudium quærit:Sic ergo quærat vt non in se,sed in domino gaudeat. Accedendo enim ad Deum illuminatur ignorantia, & corroboratur infirmitas,data sibi & intelligentia qua videat, & charitate qua ferueat. 10. Sicut corpori noxium est escam corporeã non posse percipere, ita animæ periculosum est spiritales delitias fastidire. 11.Nonnunquam multi sunt qui ad non esse tendũt. Quid.n.tam est obnoxium paucitati, quam

*Vltio D. Confessio laudis. Charitas. Doctrina Apostolica. De quærendo Deo. Fa[...] spi[...] Non[...] Clem[...]*

H ꝙ est debitũ perditioni? 12.Non cõcupiscit Deus pęnam reorũ, tanquam saturari desiderans vltione: sed ꝙ iustum est cũ tranquillitate decernit,& recta voluntate disponit, vt ẽt mali non sint inordinati. 13.Bonũ intellectũ habet, qui ꝙ faciendũ est, recte intelligit & facit.Alioquin talis est sine opere intelligentia, qualis sine timore sapiẽtia,cũ scriptũ sit, Initium

*Intel[...] Sap[...]*

Initium ſapientiæ timor dñi. 14. Habet & in
*Eccl. 1.* hac vita requiē ſuā anima, q̄ de morte infide
*Requies.* litatis exēpta eſt, & nō ab operibus iuſtitię,
ſed ab iniquitatis ſe abſtinet actione, vt viuēs
Deo & mortua mūdo in humilitatis & mā-
ſuetudinis placita tranquillitate requieſcat.
*Votum.* 15. Quiſquis bñ cogitat q̄ voueat Deo, & q̄
vouēdo pſoluat, ſeipſum voueat & reddat.
Hoc exigitur, hoc debetur. Imago Cęſaris
*Luc. 20.* reddatur Cęſari: imago Dei reddatur Deo.
Sed ſicut vidēdū eſt qd offeras, & cui offers,
I ita ēt cōſiderandū eſt, vbi offeras: qa veri ſa-
crificij extra catholicā Eccleſiā locus nō eſt.
*Gratia et iuſtitia.* 16. Duę ſunt retributiones iuſtitię, cū aut bo
G na p bonis, aut mala p malis reddūtur. Ter-
tia eſt retributio grę cū p regenerationē re-
mittuntur mala, & retribuūtur bona, atq; ita
manifeſtantur, qa vniuerſæ viæ dñi miſeri-
*Pſal. 24.* cordia & veritas. Illā aūt retributionē impio
rū, quia p bonis mala reſtituūtur, Deus ne-
ſcit: q nō retribueret bona p malis, niſi eſſet
*Cui hoſpes.* cui retribueret bona p bonis. 17. Omnis qui
ad ſupernā pertinet ciuitatē, peregrinus eſt
mundi: & dū tēporali vtitur vita, in patria vi
uit aliena, vbi inter multa illecebroſa, & mul
ta fallacia Deū noſſe & amare paucorum eſt:
*Pſal. 18.* qbus fit præceptū dñi lucidū, illuminās ocu
los, vt nec in Dei, nec in pximi charitate fal
*Caro. Sapien. 9* lantur. 18. Nemo eſt cuius animā corruptibi
le corpus & inhabitatio terrena non aggra-
uet. Sed nitendum eſt, vt carnis cupiditates
ſpūs vigore ſuperētur: & interior hō q ſemp
ſibi ſentit reſiſti, ſemp de diuino auxilio ex-
*Anguſta via.* pectet adiuuari. 19. Anguſta eſt via q̄ ducit
ad vitā, & tñ p ipſam, niſi dilatato corde nō
*Matt. 7. Premiū.* curritur: qa iter virtutū quo gradiuntur pau
peres Chriſti, amplū eſt fideliū ſpei, etſi ar-
K ctū ſit infideliū vanitati. 20. Hoc affectu &
deſiderio colendus eſt Deus, vt ſui cultus ip
ſe ſit merces. Nā qui Deū ideo colit, vt aliud
magis q̄ ipſum promereatur, nō Deū colit,
*Iudicia.* ſed illud quod aſſequi cōcupiſcit. 21. De oc-
cultis cordis alieni temere iudicare, pctm̄
eſt: & eū cuius non videntur niſi bona opera
iniquū eſt ex ſuſpitione reprehēdere, cū eo
rū q hoīs ſunt incognita, ſolus Deus iudex
ſit: qa iuſtus eſt & inſpector verus. 22. Diui-
ni eſt muneris, cū & recta cogitamus, & pe-
des noſtros à falſitate atq; iniuſtitia contine
mus: quoties.n. bona agimus, Deus in nobis
atq; nobiſcū vt operemur operatur. 23. Iu-
ſto iudicio Dei datur plerūq; peccatoribus
poteſtas, qua ſanctos ipſius perſequantur, vt
qui ſpiritu Dei iuuantur & agūtur, fiant per
laborū exercitia clariores. 24. Non eſt vera *Scientia.*
ſcientia boni, niſi ad hoc cōprehēdatur vt a-
gatur. Inutiliter aūt meditatur legē Dei, qui
laborat vt memoria teneat q actione nō im L
plet. 25. Qui legē Dei diligit probat ſe in ho *Legis amor.*
minibus iniquis id quod contra legē eſt odiſ
ſe, non homines. 26. Mandata Dei niſi quieta *Legis ſcrutatio.*
mens ſcrutari non pōt, vt ergo religioſum
exerceatur ſtudiū, abigenda ſunt iurgia mali
gnorū. 27. Nemo tā eruditus, nemo tam do- *Profect⁹.*
ctus eſt qui ſuperna illuſtratione non egeat.
Nō enim vlla ita diuinorū bonorū augmen-
ta ſufficiunt, vt nō ſemper ſuperſit qd mens
rationalis, & intelligendū deſideret & geren
dū. 28. Si omnes homines ſimul cōſiderem⁹, *Miſericordia & veritas.*
quorū alij miſericordia ſalui fiūt alij verita-
te dānātur, vniuerſę vię domini.i. miſericor *Pſal. 24.*
dia & veritas ſuo fine diſtinctæ ſunt. Si autē
ſolos ſanctos intueamur, nō diſcernūtur hæ
viæ dñi: Indiuidua.h. ibi eſt & à miſericor-
dia veritas, & à veritate miſericordia, qa bea
titudo ſanctorū & de munere grę eſt, & re-
tributione iuſtitiæ. 29. Chriſtianę perfectio- *Pax.*
nis eſt, pacificū eſſe etiā cum pacis inimicis,
ſpe correctionis, non cōſenſu malignitatis:
vt ſi nec exemplū nec cohortationū diſcre-
tionem ſequantur, cauſas tamen non habeāt
quibus odiſſe nos debeant. 30. Cuſtodit nos *Tentatio*
dominus ab omni malo, non vt nihil patia-
mur a duerſi, ſed vt ipſis aduerſitatib. anima
non lędatur. Cū enim tentatio adeſt, fit qui-
dam in id quod nos impugnat introitus, Et
ſicut bono fine.i. ſine vulnere animæ tētatio
conſummatur, ita ad æternam requiē de pro
fundo temporalis laboris exitur. 31. Ad cęle *Gratia.*
ſtis Hieruſalem non aſcendūt conſortiū, niſi M
qui toto corde profitentur, non proprij ope
ris, ſed diuini eſſe muneris quod aſcendunt.
32. Omnes qui in Chriſto pie volūt viuere, *Pij contēpti.*
neceſſe eſt vt ab impijs & diſsimilibus patiā
tur opprobria, & deſpiciantur tanq̄ ſtulti &
inſani, qui præſentia bona perdunt, & inuiſi
bilia ſibi profutura promittunt. Sed hæc de- *1. Ti. 3.*
ſpectio & irriſio in impios retorquebitur,
cum & abundantia eorum in egeſtatem, &
ſuperbia tranſierit in confuſionem. 33. To- *Patiētia.*
ta fidelium ſalus, tota patientię fortitudo ad
eum qui in ſanctis ſuis mirabilis eſt, referen-

da est: quia nisi in illis dñs esset, furori impio rũ fragilitas succumbet humana. 34. Ita à plebibus Principes, & à seruis domini ferendi sunt, vt sub exercitatione tolerantiæ sustineantur temporalia, & sperẽt æterna. Auget enim merita virtutis, qui propositũ non violat religionis. 35. Recti corde de pceptis Dei & cõstitutionibus non queruntur, quia iustũ est omnia æquanimiter accipi, quæ iudicaturus voluerit tolerari. 36. Omnis sancti ędificij status, sicut Deo operãte proficit, ita Deo custodiẽte cõsistit: quoniã tũc vtilis præpositorũ custodia est, cum spiritus Dei populo suo præsidet, & non solum greges, sed ẽt ipsos dignatur custodire pastores. 37. Aeternæ ciuitatis æterna sunt gaudia & stantiũ dierũ perpetuitas infinita, nec variabit, nec labetur, quia incõmutabili pace potientur, quorũ erit omnium bonũ, ẽt quę fiũt singulorũ. 38. Lex Christi, perfectio est charitatis, qua Deus proximusq; diligit, & per quã dicitur conditori legis: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Bene autem expectat promissionem Dei qui mandata eius exequitur, nec frustra sperat parcendũ peccatis suis, qui ignoscit alienis. 39. Nihil Deus iubet ꝙ sibi prosit, sed illi cui iubet: Ideo verus est dominus qui seruo non indiget, & quo seruus indiget. 40. Id quod in tẽpore nouũ est, non nouũ apud Deũ qui condidit tempora & sine tpe habet omnia q̃ suis quibusq; temporibus pro eorũ varietate distribuit: 41. Mutabiliũ omniũ dispositionem immutabilis ratio continet, vbi sine tẽpore simul sunt quę in temporibus nõ simul fiunt, quia tẽpora nõ simul currunt. 43. Nihil infęlicius est fęlicitate peccãtiũ, qua pęnalis nutritur impunitas, & mala volũtas velut hostis interior roboratur. 43. Legis lr̃a q̃ docet nõ esse peccãdum, si spiritus viuificãs desit, occidit. Scire enim peccatum potius facit q̃ cauere, & ideo magis augeri quam minui, quia malę concupiscentiæ etiam præuaricatio legis accedit. 44. Lex data est vt gratia quæreretur, gratia data est vt lex impleretur. Neq; enim suo vitio nõ implebatur, sed vitio prudentiæ carnis, quod vitium per legem demonstrandum, per gratiam sanandum fuit. 45. Hoc promittit Deus quod ipse facit: non ipse promittit & alius facit, quod iam non est promittere, sed prædicere. Ideo non ex operibus, sed ex vocante: ne ipsorũ sit nõ Dei, & merces non imputetur secũdũ gratiã, sed secundum debitum, atq; ita gratia iã non sit gratia. 46. Sicut non impediunt ab æterna vita iustum quædam peccata venialia, sine quibus hæc vita non ducitur: sic ad salutem æternã nihil prosunt aliqua bona opera impio, sine quibus difficillime vita cuiuslibet pessimi hominis inuenitur. 47. Cum voluntas mala potestatem accipit efficiendi quod cupit, ex iudicio eius venit, apud quẽ non est iniquitas. Punit enim etiam isto modo, nec ideo iniuste, q̃a occulte. Cęterũ iniquus puniri se ignorat, nisi cũ manifesto supplico senserit nolẽs, quanti mali sit quod perpetrauit volens. 48. Omnia vitia in malefactis tantum valẽt, sola superbia ẽt in recte factis cauenda est. 46. Interest plurimum qualis vsus, vel earũ rerum quę ꝓsperæ, vel earũ quæ aduersæ dicuntur. Nã bonus nec bonis tẽporibus extollitur, nec malis frangitur: Malus aũt ideo huiusmodi infęlicitate premitur, quia fęlicitate corrũpitur. 50. Mala mors putanda non est quam bona vita præcesserit. Non enim facit malam mortẽ nisi quod sequitur mortem. Non enim curandũ est mul tum necessario morituris quid accidat vt moriantur, sed moriẽdo quo ire cogant̃. 51. Ita non amittitur corporis sanctitas manente animi sanctitate ẽt oppresso corpore: sicut amittitur corporis sanctitas violata animi puritate etiã corpore intacto. 42. Maior anim⁹ merito dicendus est, qui vitam erumnosam magis eligit ferre quam fugere, & humanum iudicium, maxime quod est vulgare, quod plerunq; caligine erroris inuoluitur, pręcõsciẽtię luce ac puritate cõtẽnere. 53. Iustis quicquid malorũ aliqs dñs irrogat, non pęna ee criminis, sed examen virtutis. Nam etiam bonus si seruiat liber est: malus autem & si regnet, seruus est, nec vnius hominis, sed quod grauius est, tot dñorũ quot vitiorum. 54. Nemo quicq̃ dño recte voueret, nisi ab ipso acciperet ꝙ voueret. 55. Omnis substantia q̃ Deus nõ est, creatura est, & quæ creatura nõ est, Deus est: Nulla ergo differẽtia est i deitate trinitatis, qm̃ quod Deo minus est, Deus non est. 56. Tales nos amat Deus, quales futuri sumus ipsius dono, non quales nostro merito. 57. Ordo temporum in æterna Dei sapientia sine tempore est, nec aliqua sunt

superat passiones, quia cum authore vniuersitatis nulla cuiusquam est comparatio creaturæ. *Originale peccatũ.* 276. Miseria generis humani cuius nullum hominũ ab exortu vsq; ad obitum videmus alienum, non pertineret ad iustũ omnipotentis iudiciũ, si non esset originale pc̃tm̃. *Prouidẽtia Dei.* 277. Creatoris omnipotẽtis omnipotentia est causa subsistẽdi omni creaturę: quę virtus si ab eis quæ condidit regendis aliqñ cessaret, simul omnium rerũ species & natura *Ioan. 5.* cõcideret. Proinde quod dñs ait, Pater meus vsq; nunc operatur: quandam continuatio- E nẽ operis eius qua simul omnia continet atque administrat oñdit. In quo etiã opere sa- *Sapiẽ. 8.* pientia eius ꝑseuerat, de qua dicitur, Pertingit à fine vsq; ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter. Idẽ, etiam Apostolus sentit, *Act. 17.* Cum Atheniensibus ꝓdicans ait, In quo viuimus, mouemur & sumus, quia si opus suum rebus creatis subtraheret, nec viuere, nec moueri, nec esse possemus. Et ideo sic Deus intelligendus est requieuisse ab omnibus operibus suis, vt iã nullã nouã conderet creaturã, non vt conditas continere & gubernare ces- *Sabbatũ.* saret. 278. Obseruatione sabbati, quæ vacatione vnius diei figurabatur ablata, perpetuũ sabbatũ obseruat, qui spe futurę quietis sanctis operib. intẽtus, nec in ipsis actibus suis, quasi de ꝓprijs, & de ijs quę non acceperit, gloriatur, & illũ in se operari cognoscit qui *Requies Dei.* similiter operaẗ & operãdo quietus est. 279. Requies Dei recte intelligentibus ea est, quę nullius indiget bono, Et ideo creata requies nobis in Deo est, quia betificamur bono qđ *Gene. 1.* ipse est, nõ ipse eo ꝙ nos sumus. Nã & nos aliqđ bonũ ab ipso sumus, qui facit omnia bona valde, in quibus fecit & nos. Porro alia res bona ṗter ipsũm nulla est quã ipse nõ fecit, ac ꝑ hoc nullo bono alieno eget, qui bo- *Tẽporum initium.* no quod fecit nõ eget. 280. Facta creatura, motib. cęperunt currere tempora. Vnde añ creaturam frustra tempora requiruntur, qua F si possint inueniri ante ipsa tp̃a. Motus.n. si nullus esset vel spiritalis vel corporalis creaturæ, quo per præsens præteritis futura succederent, tempus nullum omnino esset. Moueri autẽ creatura nõ vtiq; posset si nõ esset, potius ergo tempus à creatura q̃ creatura cępit ex tp̃e, vtrunq; aũt ex Deo. Ex ipso.n. & *Rom. 11.* per ipsum & in ipso sunt omnia. 281. Cũ sal- *Omnia* uator dicat vnũ passerẽ non cadere in terrã

sine voluntate Dei: & fęnum agri quod post paululum mittendũ est in clibanum, ipse tñ formet ac vestiat, sic confirmat non solũ istã partem mundi rebus deputatã, verumetiam vilissimas abiectissimasq; particulas diuina prouidẽtia regi, nec fortuitis perturbari motibus ea quorũ causas comprehendere non possumus ęstimemus. 282. Anima rõnalis in ea debet regi, quæ spiritaliũ natura maxime excellũt, & quę sursum sunt sapiunt, nõ quę super terrã. 283. Naturarũ conditor Deus nihil in miraculis contra naturã facit, nec qđ nouũ est consuetudini repugnans est rõni. Nobis ergo videntur contra naturã insolita, q̃bus aliter naturæ cursus innotuit: non aũt Deo, cum hoc est natura ꝙ fecerit. 284 Omne corpus in oẽ corpus posse mutari credibile est: quodlibet aũt corpus in animã rationalẽ posse cõuerti, credere absurdũ est ꝗ. Qm̃ Deus sic est oṗs vt nunq̃ suæ rationis institutia conuellat. 285. Sicut aer ex pręsenti lumiue non factus est lucidus, sed fit: quia si factꝰ esset, non aũt fieret. etiã absente lumine lucidus permaneret: Sic homo ṗsente Deo illuminatur absente ante tenebratur, à quo non locorũ interuallis, sed voluntatis auersione disceditur. 286. Magna est vtilitas hominis, iubenti Deo, etiã incognita ratione iussionis seruire: Iubendo enim Deus vtile facit quicquid iubere voluerit: de quo metuendũ non est, ne nõ ꝓfutura pręcipiat: nec fieri põt, vt volũtas ꝓpria non grandi ruinę põdere suꝑ hominẽ cadat, si eã voluntati superioris extollendo præponat. 287. Quã excellens bonũ natura humana sit, hoc maxime apparet, ꝙ datũ ipsi sit vt possit summi & incõmutabilis boni adhærere naturæ. Quod si noluerit, bono se priuat, & hoc ei malũ est. Vñ per iustitiã Dei, etiam cruciatus consequetur. Quid.n. tam iniquũ. q̃ vt desertori boni bñ sit? Aliquando amissio superioris boni non sentitur malũ, dũ hẽt ꝙ est amatum inferius bonũ. Sed diuina iustitia est, vt qui voluntate amisit quod amare debuit, amittat cũ dolore quod amauit, & naturarũ creator vbiq; laudetur. Adhuc.n. bonum est quod dolet amissum bonum: Nam nisi aliquod bonũ remansisset in natura, nullius amissi boni dolor esset in pęna. 288. Nocendi cupiditas potest esse à suo cuique animo praua. Non est autem potestas nisi à Deo, & hæc abdita altaq; eius iusti-

*m. 13.* iuſtitia, qm̃ nõ eſt iniquitas apud Deũ. 289. Quãtũ & quale bonũ ſit Deus ẽt ex hoc euidẽter oñdit, ꝙ nulli à Deo recedẽti bñ eſt, qa & q gaudẽt in mortiferis voluptatib. ſine doloris timore eſſe nõ pñt. Et q oĩno malũ deſertionis ſuæ maiore ſuperbiæ tumore nõ sẽtiunt, aliis qui hoc diſcernere nouerunt q̃ta ſit miſeria apparet, vt ſi nolint recipere medicinã, talia deuitandi valeãt ad exemplũ q̃ pñt hr̃e. 290. Sicut vera rõ docet, meliorẽ eẽ creaturã, q̃ pr̃ſus nihil delectat illicitũ, ita eadẽ rõ docet ẽt illã bonã eſſe, q̃ in ptãte hẽt illicitã delectationẽ ita cohibere, vt nõ ſolum de cæteris licitis recteq; factis, verũetiam de ipſius prauę dilectionis coertione lętet. 291. Magna opera dñi, exquiſita in oẽs volũtates eius, Præuidet bonos futuros, & creat, p̃uidet malos futuros & creat, ſeipſum ad fruendũ p̃bet bonis, multa bonorũ ſuorũ largiens, ẽt malis miſericorditer ignoſcẽs, iuſte vlciſcẽs, nihil metuẽs de cuiuſquã malitia, nihil indigẽs de cuiuſquã iuſtitia, nihil ſibi conſulẽs de operib. bonorũ, cõſulens aũt bonis de pœnis malorũ. 292. Cũ ſuperbia ſit amor excellẽtiæ propriæ, inuidẽtia vero ſit odium fęlicitatis alienæ, qd̃ vñ naſcaẽ in promptu eſt. Amando. n. qſq; excellentiã ſuã, vel parib. inuidet ꝙ ei coæquenẽ vel inferiorib. ne ſibi coæquenẽ, vel ſuperiorib. ꝙ eis nõ coęqueẽ. Superbiendo ergo qſq; inuidus, nõ inuidendo ſuperb. eſt. 293. Plenitudo diuinitatis dicta eſt in Chr̃o corporaliter habitare, nõ qa diuinitas corpus eſt, ſed quia ſacr̃a veteris teſtamẽti appellanẽ vmbræ futuri. Propter vmbrarũ cõparationẽ corporaliter dicta eſt in Chr̃o plenitudo diuinitatis habitare, ꝙ in illo ĩpleanẽ oĩa q̃ in illis vmbris figurata ſunt, ac ſic quodammõ vmbrarũ p̃cedẽtiũ ipſe ſit corpus hoc eſt figurarũ & ſignificationũ illarũ ipſe ſit veritas. 294. Actio in hac vita pia eſt, Deũ colere & eius gr̃a cõtra vitia interna pugnare, eiſq; vſq; ad illicita ĩſtigãtib. cogitationib. nõ cedere, & vbi cediẽ ĩdulgẽtiã, atq; vt nõ cedaẽ adiutoriũ Dei affectu religioſę pietatis expoſcere. In paradiſo ſi nemo peccaſſet, nõ eẽt actio pietatis expugnare vitia, quia fęlicitatis eſſet mãſio vitia nõ hẽre. 295. Fortitudinẽ gentiliũ mũdana cupiditas, fortitudinẽ aũt Chriſtianorũ Dei charitas facit, q̃ diffuſa eſt in cordib. nr̃is, p ſpm̃ ſctm̃ q datus eſt nobis, nõ p volũtatis arbitrium qd̃ eſt a nobis. 296. Nõ põt eſſe vllũ malũ, niſi in aliquo bono, qa nõ põt eſſe niſi in aliqua natura. Oĩs aũt natura, inquãtũ natura, bona eſt. 297. Debeẽ merces bonis operib. ſi fiant, ſed gratia q̃ nõ debeẽ p̃cedit vt fiãt. 298. Circũciſio carnis lege p̃cepta eſt, qa non poſſet melius p Xp̃m ſignificari regenerationis authorẽ tolli originale pctm̃. Cũ p̃putio qppe oĩs hõ naſciẽ, queadmodũ cũ originali pctõ. Et die octauo lex circũdi carnẽ p̃cepit, quia Chriſtus die dñico reſurrexit qui poſt ſeptimũ ſabbati octauus eſt. Et circũciſus p̃putiatũ gignit, traiiciẽs in illũ quo ipſe iã caruit, ſicut baptizatus in filiũ quẽ genuerat carne, reatũ traiicit originis quo ipſe iam liber eſt. 299. Primus hõ Adam olim defunctus eſt, vt tñ poſt illũ ſecũdus hõ ſit Chriſtus, cũ tot milia hoĩum inter illũ & hũc orta ſint, & iõ manifeſtũ eſt ptinere ad illũ oẽm qui ex illa ſucceſſione propagatus naſciẽ, ſicut ad iſtũ pertinet oĩs qui gratiæ largitate in illo renaſciẽ. Vnde fit vt totũ genus humanũ quodammõ ſint hoĩes, prim9 & ſecũdus. 300. Nullo modo iudicia Dei cõparanda ſunt iudiciis hominũ, quia non dubitandum eſt eſſe iuſtum etiam qñ facit quod hominibus vr̃ iniuſtum. 301. Iuſtus ex Deo, nõ ex hominibus naſciẽ, qm̃ renaſcendo, nõ naſcendo fit iuſtus. Vnde etiam * renati filii Dei vocanẽ. 302. Natura humana etſi mala eſt, qa vitiata eſt, nõ tñ malũ eſt, qa natura eſt, ſine quo bono nullũ põt eſſe vitiũ, quãuis ſine vitio poſſit eſſe vel nũquam vitiata vel ſanata natura. 303. Iuſtum Dei iudiciũ eſt, vt peccato ſuo quiſque pereat, cum Deus peccatum non faciat, ſicut mortem non fecit, & tñ quem dignum morte ſenſit, occidit. Vnde legiẽ, Mors & vita à Deo eſt. Quæ duo inter ſe cõtraria profecto videt quiſquis ab operib. diuinis iudicia diuina diſcernit, quia aliud eſt creando non inſtituiſſe mortalem, aliud iudicando plectere peccatorem. 304. Deus quidem mundum fecit & corpora prorſus omnia. Sed vt corpus corruptibile aggrauet animam, & caro cõcupiſcat aduerſus ſpiritum, non eſt præcedens natura hominis inſtituti, ſed conſequens pęna peccati. 305. Quantiſlibet vitiis turpetur natura quæcunque inſtitutio eius ſemper eſt bona. Nam ſicut inſtitutio corporis bona eſt, etiam quando naſcitur morbidus, & inſtitutio animi bona eſt, & quando naſci-

Marginalia (left): *Deus ſummum bonum.* — *Nulla creatura mala.* — G — *Opera Dei. Pſ. 110.* — H — *Superbia & inuidia.* — *Io. 2.* — *Heb. 10.* — I

Marginalia (right): *Rom. 5.* — *Vitiũ nõ niſi in bono.* — *Gratia.* — *Circũciſio & baptiſmus.* — *Gen. 7.* — *Eſt Canon. 18 concli Arauſ. 2.* — *Adæ duo.* — K — *Iudicia Dei.* — *Natiuitas iuſtorum.* — *a. l. regenerat.* — *Naturæ humanæ æquilitas.* — *Mors peccatorum.* — *Sapien. 1* — *Eccl. 11.* — *Pœna peccati.* — *Sapien. 9* — *Gala. 5.* — L — *a. l. damnati.* — *Inſtitutio*

tur fatuus, sic institutio ipsius hominis bona est qñ nascit̃ originalis peccati obnoxius.

*Abolitio peccati.* *Ioan. 1.* 306. Sicut q̃dã parentes aggrauant originale pctm̃, ita q̃dam releuãt, sed nullus tollit, nisi ille de quo dictũ est, Ecce agnus Dei, ecce q̃ tollit pctã mũdi, cui nullũ bonũ hoĩs imposſibile, nullum malũ insanabile.

*Gratia.* 307. Non ad merita hoĩum, sed ad Dei misericordiã pertinet, cum ex illa massa primi hoĩs, cui mors merito debet̃, quisq; liberat̃, Nõ est n. iniquitas apud Deũ, q̃a in remittẽte nõ est exigẽdũ qđ dẽt iniustus. Et ibi gratuita est indulgẽtia, vbi iusta posset eẽ vindicta. *Rom. 9.* M Natura humana & si in illa integritate in qua cõdita est maneret, nullo mõ seipsam creatore suo nõ adiuuãte seruaret. Vñ cum sine Dei gratia salutẽ nõ posset seruare q̃ accepit, qũo sine Dei grã põt recuperare* qđ ꝑdidit? *a.l. quam*

*Peccator inexcusabilis.* 308. Inexcusabilis est oĩs peccator, vel originis reatu, vel additamẽto propriæ volũtatis, siue qui nouit, siue q̃ ignorat, siue qui indicat, siue q̃ nõ indicat, q̃a & ipsa ignorantia in eis qui intelligere noluerũt, sine dubitatione pctm̃ est, in eis aũt qui non potuerũt, pęna peccati. Ergo in vtrisq; nõ est excusatio, sed iusta damnatio.

*Qui spũ Dei aguntur.* 309. Plus. n. proculdubio est agi q̃ regi, q. n. regit̃, aliq̃d agit, & ideo regit̃ vt recte agat. Qui aũt agit̃, agere ipse aliq̃d vix intellgitur. Et tñ pstat volũtatib. nostris grã Saluatoris, vt nõ dubitet Apostolus dicere, Quotquot spũ Dei agunt̃, hi filii Dei sunt. *Rom. 8.* Nec aliquid in nobis libere voluntas melius agere põt, q̃ vt illi se cõmẽdet q̃ male agere nõ põt.

*Resurrectio.* *Rom. 7.* 310. Liberari à corpore mortis huius oĩ sanato lãguore cõcupiscẽtiæ carnis, est nõ ad pęnã corpus recipere, sed ad gloriam.

*Auxilium Dei. vera iustitia.* 311. Multa bona facit Deus in hoĩe q̃ nõ facit hõ, nulla vero facit hõ, q̃ Deus non facit vt faciat hõ.

*Abac. 2.* A *Phili. 3.* 312. Iustitia secundũ q̃ iustus ex fide viuit, q̃m ꝑ spm̃ gratię homini ex Deo est, vera iustitia est, q̃ licet non immerito in aliquib. iustis pro huius vitæ capacitate perfecta dicatur parua tñ est ad illã magnã q̃ capit æqualitas angelorũ, q̃ Paulus quia nõdũ habebat ꝑꝑ illam q̃ iam inerat, perfectum, & ꝑꝑ istã quæ adhuc deerat, imperfectũ esse dicebat. Sed plane minor iustitia ista facit meritũ, maior illa facit præmium. Vnde qui istam non sequitur, illam non assequet̃.

*Mors Christi.* 313. De vno solo mediator Dei & hominum homine Christo Iesu fides catholica nonit, q̃ pro nobis mortem. i. peccati pęnã sine peccato subire dignatus est. Sicut. n. solus iõ factus est hoĩs filius q̃ habuit sine meritis pęnã, sic nos per illũ sine bonis meritis gratiã. Quia sicut nobis nõ debebat̃ aliquid boni ita nec illi aliq̃d mali. Commẽdans ergo dilectionẽ suam in eos q̃b. daturus erat indebitam vitã, pati pro eis indebitam mortẽ voluit.

314. Sicut eis q̃ volentes in lege iustificari, à grã exciderũt, verissime dicit Apostolus, Si ex lege iustitia est, ergo Christus gratis mortuus est, sic eis B qui gratiã q̃ commendant, & percipit fides Christi, fidem aũt Christi putant esse naturã verissime dr̃, si per naturam iustitia est, ergo Christus gratis mortuus est. Iam hoc. n. lex erat & nõ iustificabat, iam hoc erat & natura, & nõ iustificabat. Ideo Christus nõ gratis mortuus est, vt & lex per illũ impleret̃, qui dixit, Non veni soluere legem, se adimplere, & natura per Adã, perdita, per illum repararet̃ qui dixit, venisse se quærere & saluare qđ perierat.

315. Posse hr̃e fidem sicut posse habere charitatem, est naturæ hominum. Habere autem fidem, sicut hr̃e charitatem, gratiæ est fidelium. Sed cum voluntas credendi aliis præparetur, aliis non præparet̃ a domino, discernẽdũ est quid veniat de misericordia eius, quid de iudicio. Vniuersæ enim viæ domini misericordia & veritas. Inuestigabiles aũt sunt viæ ipsius. Inuestigabilis igitur & misericordia qua gratis liberat, & veritas qua iuste iudicat.

316. Nemo exigit quicquã ad id in quo ipse est, nisi aliquantulum ad id in quo est descendat.

317. Quas vires nocendi habeat humanæ gloriæ amor, non sentit nisi qui ei bellum indixerit, quia si cuiquam facile est laudẽ nõ cupere dũ negat̃, difficile est ea nõ delectari cum offert̃.

318. Omnes mundi opes contẽnit, qui nõ solũ quãtũ potuit, sed ẽt quãtũ voluit habere contẽnit. In quo cauẽdum est, ne surrepat elatio, Vtilius. n. terrena opulentia humiliter retinet̃, q̃ superbe relinquitur.

319. Nulli irascenti videt̃ ira sua iniusta. Vnde ab omni indignatione cito redeundũ est ad mãsuetudinis lenitatẽ. Nã ꝑtinax motus facile in eius odiũ transit, cui non celeriter ignoscitur.

C 320. Qui dedit legẽ ipse dedit & gratiã, sed legẽ per seruum misit, cũm gratia ipse descendit, vt quia lex ostẽdit pctã, non tollit volentes suis viribus legẽ exequi nec valẽtes, cogant̃ ad grãm, q̃ &

& imposſibilitatis morbum , & inobediētiæ
aufert reatū . 321.Verū ſabbatū Chriſtianus
obſeruat,abſtinēs ſe ab omni opere ſeruili.i.
a peccato,qm̄ qui facit peccatum, ſeruus eſt
peccati. 322.Nemo hēt de ſuo,niſi peccatū
& mendaciū.Si qd aūt hō hēt veritatis atque
iuſtitiæ , ab illo fonte eſt quē dēmus ſitire in
hac eremo,vt ex eo quaſi quibuſdā guttis ir-
rorati,non deficiamus in via. 323.Qđ pater
cum Chriſto facit,Chriſt⁹ facit , & qđ Chr̄s
cū patre facit,pr̄ facit,nec ſeorſum facit,nec
ſeorſum aliqd agit inſeparabilis charitas, ſi-
cut ipſe dn̄s dicit,Ego & pr̄ vnū ſumus. 324.
Regenerationis gratiam ita etiam hi non mi
nuunt qui eius dona nō ſeruant,ſicut lucis ni
torē loca immunda non polluunt.Qui ergo
D
gaudes baptiſmi pceptione viue ī noui hoīs
ſanctitate,& tenens fidem q̄ per dilectionem
operaẗ,habe bonū qđ nondū hēs,vt proſit ti
bi bonū qđ habes. 325.Sic eſt veritas Chr̄s,
vt totū verū accipiaẗ in Chr̄o, verū verbum
Dei,Deus æqualis patri,vera aīa,vera caro:
verus hō, verus Deus vera natiuitas,vera paſ
ſio,vera mors,vera reſurrectio. Si aliqd ho-
rum dixeris falſum,intrat putredo, de vene-
no ſerpentis naſcuntur vermes mendaciorū,
& nihil integrū remanebit, qa vbi fuerit fal-
ſi alicuius corruptio , ibi veritatis integritas
non erit. 326.Tanta eſt charitas,quæ ſi deſit,
fruſtra habentur cætera, ſi aſſit habētur oīa.
327.Reliquit Chriſtus patrē,qa cū in forma
Dei eſſet, nō rapinā arbitratus eſt eſſe ſe ęqua
lē Deo,ſed ſemetipſum exinaniuit formā ſer
ui accipiens.Hoc eſt.n.reliqt patrē, nō quia
deſeruit & receſſit a patre, ſed qa nō ī ea for
ma apparuit hoībus in qua æqualis eſt patri.
Reliquit aūt matrē , relinquendo ſynagogā
Iudæorū,de qua ẜm carnē natus eſt, inhęrē-
do Eccleſiæ,q̄ ex oībus gentib.congregauit.
E
328.Dormit Adam vt fiat Eua de latere,mo-
ritur Chriſtus vt fiat Eccleſia.Dormiēte Adā
fit Eua de latere,Mortuo Chriſto lancea pfo
ratur latus , vt ſupereffluant ſacramenta qb.
formeẗ Eccleſia.Vn̄ Apoſtolus, ipſum Adam
dicit formam futuri , Quia ſicut in Adā oēs
moriūtur, ita in Chriſto oēs viuificabuntur.
328.Deus homo factus eſt,quid facturus eſt
homo pp quē Deus factus eſt hō ? 330.Vna
eſt natiuitas de terra,alia de cœlo eſt:vna eſt
de carne , alia de ſpū , vna eſt de ęternitate,
alia de mortalitate, vna eſt de maſculo & fę-
mina,alia eſt de Deo & Eccleſia.Et ipſæ duæ
ſingulares ſunt. Qūo ergo vterus non pōt re
peti,ita nec baptiſmus. 331.Inuiſibilia aten- *Diuerſi-*
das , nec panis eſt Deus , nec aqua eſt Deus, *tas bono-*
nec lux iſta eſt Deus, nec veſtis eſt Deus,nec *rum.*
domus iſta eſt Deus.Oīa.n.hęc viſibilia ſunt
& ſingula ſunt.Quod.n.eſt panis,nō hoc eſt
aqua,& qđ eſt veſtis, nō hoc eſt domus , &
quod ſunt iſta,hoc eſt Deus,viſibilia.n.ſunt.
Deus aūt totū tibi eſt qđ recte deſideras , &
oīum bonorū varietas vno fonte perfundiẗ
qm̄ cum ſua tribuit,ſeipſum ſub diuerſis mu
nerū ſuorū nominib.impertit. 332.Aīa car- *Intellect⁹.*
nalia appetens,fœminæ comparaẗ non habē
ti rectorē virū,qui eſt intellectus, cuius eam
oportet ſapientia gubernare , nō quaſi aliud
ſit q̄ aīa , ſed qa obtuitus qdam occultus ſit F
aīę.Sicut.n.exteriores oculi qddam sūt car-
nis,ita mens quiddam eſt aī , quod in eo ẜm
participationē diuinæ rōnis excellit. Et tunc
oībus motib.eius bene p̄ſidet, cū ſuperna lu
ce radiatur,vt ſit in ea lumen verū qđ illumi
net oēm hoīem veniēntē in hunc mundum.
333.Quid ſupplicaturus Deo locū aptū & *Ioan 1.*
ſanctum reqris?Interiora tua munda,& oī in *Locus*
dę mala cupiditate repulſa præpara tibi in *orationis.*
cordis tui pace ſecretū.Volēs in tēplo orare,
in te ora,& ita age ſemp,vt Dei tēplū ſis.Ibi
.n.Deus exaudit,vbi habitat.334.Senſus cor- *Homo*
poris corporalia nunciat cordi. Et nō oīum *interior.*
facultas eadē , qa non inde vr̄ vnde auditur,
nec vnde ſapor inde & odor capitur.Nec hi
miniſtri ſine tactu ad leuia & grauia , calida
& frigida humida & ſicca diſcernēda ſuffi-
ciunt.In corde vero aīus ſuo tn̄ ſenſu diiudi
cat , & omnes varietates vno motu attingit,
& quicquid diſcretionis inter bona & mala,
iuſta & iniuſta rationabiliter inuenit , vnus
eſt intentionis affectus.335.Dei filius dicitur *Vita filij*
vitam habere in ſemetipſo,ſicut habet pater, *Dei.*
non participando adeptus ſed naſcendo.Vi
tam enim genuit pater vita , nec differt in G
aliquo eſſentia gignentis & geniti , cum ſic
ex patre ſit filius, vt conſempiterna non vna
quidem perſona,ſed vna ſit deitas. Quanuis
nunquam recedat a filio pater,ad iudicādos
tn̄ viuos & mortuos non ipſe dicitur , ſed fi-
lius affuturus, quia ibi nec filii deitas,ſed il-
la forma videbitur filij,quam ſibi per ſacra-
mentum incarnationis vniuit . Ipſa ergo
erit iudex, quę coram iudice ſtetit.Ipſa iudi-

cabit, quæ iudicata est, vt videant impij eius
gloriã, in cuius mansuetudinẽ fremuerunt.
Talis ergo apparebit iudex, qualis videri pos
sit, & ab eis quos coronaturus, & ab eis quos
dãnaturus est. I r aũt nõ apparebit, qa forma
serui nõ est indutus, sed filio q ẽt hõ factus est,
*Volũtas Dei.* dedit iudicii ptãtẽ. 336. Suã voluntatẽ hoĩes
faciunt, nõ Dei qñ id agũt qđ Deo displicet.
Qñ aũt ita faciũt, vt volũt, vt diuinæ seruiant
volũtati, q̃uis volentes agũt, illius tñ volũtas
*Doctrina patris.* est à quo & pparat̃ & iubet̃ qđ volũt. 337. Si
illũ docet pr̃ qui audit verbũ eius, q̃re qd sit
*Ioan. 1.* Christus, & inuenies verbũ eius, In princi-
*Gene. 1.* pio erat verbũ, nõ aũt in principio Deus fe-
cit verbũ, sicut ĩ principio Deus fecit cęlũ &
terrã. Verbũ.n. Dei Deus est, nõ creatura, nec
G factum inter oĩa, sed per qđ facta sunt oĩa.
Vt ergo ad talis verbi doctrinã hõ in carne
cõstitutus possit accedere, verbũ caro factũ
*Ioan. 1.* est, & habitauit in nobis. 338. Caro Christi
*Corpus Christi.* vita fideliũ est, si corpus ipsius esse nõ negli-
gant. Fiant ergo corpus Chr̃i si volunt viue-
*Cõmunio.* re de spũ Chr̃i, de quo nõ viuit, nisi corpus
Chr̃i. 339. Escam vitæ accipit & poculũ vi-
tæ bibit qui in Chr̃o manet, & cuius Chr̃s
habitator est. Nã q discordat a Chr̃o nec pa
nẽ eius manducat, nec sanguinẽ bibit, ẽt si tã
tæ rei sacr̃m ad iudiciũ suæ psũptionis quoti
*Malorũ fœlicitas.* die indifferẽter accipiat. 340. Vellet mũdana
sapiẽtia, vt nunq̃ pmitteret eos Deus qui ma
li sunt esse fœlices, qđ vtiq; non sinet: sed iõ
mali cum hñt qđ volũt fœlices putant̃, qa
*Mutatio cordis.* quid sit fœlicitas ignorãt. 341. Aliud est mi-
grare corpore, aliud corde. Migrat corpore
q motu corporis mutat locũ. Migrat corde
q motu cordis mutat affectũ. Si aliud amas,
*Chrisma.* & aliud amabas, nõ ibi es vbi eras. 342. Chr̃i
nomẽ a chrismate est, i. ab vnctione. Quia iõ
oĩs Christianus sanctificat̃, vt intelligat se nõ
solũ sacerdotalis & regiæ dignitatis esse cõ-
H sortẽ, sed ẽt contra diabolũ fieri luctatorem.
*Lumen.* 343. Sequamur Christum lumẽ verũ, nec am
bulemus in tenebris. Tenebræ aũt metuendæ
sunt, morũ, non oculorũ, & si oculorũ, non
exteriorum, vñ discernitur non album & ni-
*Incarnatio uerbi.* grum, sed iustum & iniustũ. 344. Catholica
fides dñm Iesum Christum & verum Deum
& verum hoĩem credit & prædicat. Vtrunq;
enim scriptũ est, & vtrunque verum est. Qui
Deũ tantũmodo asserit esse Christũ, & potẽ
tiam negat qua creatus est & medicinã qua
sanatus est. Qui hoĩem tantummodo asserit
Christũ, potẽtiam negat qua creatus est. Vtrũ-
que ergo aĩa fidelis ac recta suscipe: est Deus
Chr̃s, ẽ & hõ Chr̃s, æqualis Deo Chr̃s, æqua
lis patri, vnũ cum pr̃e, æqualis hõ Chr̃s vir-
ginis filius, trahens de hoĩe mortalitatẽ, non
aũt iniquitatẽ. 345. Missus dñs Chr̃s à patre, *Missio*
nõ recessit a pr̃e. Missio eius incarnatio fuit, *uerbi.*
& inuisibili deitate hæc fuit, in hunc mundũ
venire qđ appareret. Qđ si cito caperet̃, nõ
opus erat, vt crederet̃. Credẽdo ergo capit̃,
qđ nisi credat̃ nunquã intelligit̃. 346. Vt re- *Pater &*
cte credat̃ pr̃ & filius, & ipse filius audiẽdus *filius.*
est dicẽs, Ego & pr̃ vnũ sumus. Duobus enim *Ioan. 10.*
verbis duæ simul hæreses detrũcantur. Nam
per id qđ ait, vnũ, Arriũ perculit, p illud qđ I
ait, sumus, Sabelliũ strauit, qa nec sumus de *Deus &*
vno, nec vnũ diceret de diuerso. 347. Vtrun- *homo.*
que nouerimus esse ĩ Chr̃o, & vnũ quo æqua
lis pr̃i est, & vnũ quo illo maior est pr̃. Illud
verbũ est, illud caro est. Illud Deus est, illud *Vnitas di-*
hõ est. Sed vnus est Christus Deus & hõ. 348. *lectionis.*
Multorũ hoĩum multæ sunt sine dubio aĩæ, *Rom. 5.*
& multa sunt corda, sed vbi p dilectionẽ fi-
dẽq; adhęrẽt Deo, vna aĩa, & vnũ cor fiunt.
Si ergo charitas Dei q̃ diffusa est in cordib.
nr̃is per spm̃sanctũ qui datus est nobis, tantã
vnitatẽ multarũ aĩarum & multorũ cordiũ
facit, q̃to magis certius in pr̃e & filio & spũ-
sancto æterna & ĩcõmutabilis vnitas manet,
vt indifferens trinitas, vnus Deus & vnũ lu- *Doctrina*
men & vnũ principiũ. 349. Nõ docuit pater *patris.*
filiũ quasi indoctũ genuerit, & scientiã con-
tulerit nescienti. sed in tpalis doctrinæ est in-
tpalis essentia, hoc est à pr̃e doceri, qđ est à
pr̃e gñari, qa simplici veritatis naturæ, eẽ, &
nõ esse; nõ est aliud, atq; aliud, sed idipsum,
350. Fides sp pręuenit visionẽ. Credimus.n. *Fides &*
vt cognoscamus, nõ cognoscimus, vt creda *ueritas.*
mus. Fides ergo est quod non vides credere,
veritas quod credidisti videre. 351. Bonus K
odor Christi est prædicatio veritatis, quo *Odor*
odore vitam capitis, qui Euangelio bonis *Christi.*
* operib. seruit & congruit. Mortem autem *al. mo-*
incurrit omnis qui ab iis quæ bene loquit̃, *bus.*
dissentit, quæ conditio & auditores constrin
git, cum recta prædicatio ab his per incredu
litatem auditur in mortem, ab aliis per fidẽ
suscipitur in salutem. 352. Fides Christi, est *Fides.*
credere in eum qui iustificat impium, crede
re in mediatorem, sine quo nullus reconci-
liatur

liatur Deo, credere in Saluatorem qui venit
q̃rere & ſaluare quod perierat, credere in eũ
qui dixit, Sine me nihil poteſtis facere. Sed
hanc fidẽ nõ apprehẽdit, q̃ ignorãs Dei iuſti
Caritas. tiã, qua iuſtificat̃ impius ſuã vult cõſtituere,
qua conuincit̃ ſuperb. 353. Charitatem ha-
bens, q̃ ex puro corde, & cõſcientia bona, et
fide nõ ficta, diligit Deũ, & proximum ſicut
ſeipſum, Amator.n. Dei amator eſt ſui, & qui
nõ diligit Deũ, non diligit ꝓximũ, quia non
diligit ſeipsũ. Pro hac aũt dilectione patien
ter ẽt mũdi odia ſunt tolerãda, neceſſe eſt.n.
vt nos oderit, quos videt odiſſe qđ diligit.
Mundus duplex. 354. Duo hoĩum gñã ſub vno noĩe nũcupã
tur mundi. Sicut.n. dr̃ mũdus in impiis, ſic dr̃
L mũdus in ſanctis. Vñ cũ totus in ſemetipſo et
in amore & ĩ odio diſcordet, nos eũ & odiſ
ſe iubemur & amare, cũ dr̃ nobis, Nolite dili
gere mundũ, & cũ dr̃, Diligite inimicos ve-
1. Ioan. 2 ſtros, & quorũ execramur iniq̃tatẽ optemus
Matt. 5. ſalutem. 355. Ad vitãdam tentationem vanæ
Gloria. gloriæ, melior eſt diſcentis q̃ docẽtis ſtatus.
Laus Dei. Tutius.n. audit̃ veritas q̃ ꝑdicatur, qm̃ cũ do
ctrina recipit̃ humilitas cuſtodit̃. Cũ autẽ di
ſputatio placet, vix eſt vt differentẽ nõ pulſet
q̃tulacunq; iactantia. 356. Periculoſũ eſt hoĩ
ſibi placere, cui cauendũ eſt ſuperbire. Deus
aũt quãtuncũq; ſe laudet, nõ ſe extollit excel
ſus, nec ſe vult ſua maieſtate videri maiorẽ.
Sed cũ hoĩ loquit̃ potentiã ſuã, nõ hoc agit
vt gloriosior ipſe, ſed vt ille melior fiat &
doctior. Nobis.n. prodeſt authorẽ noſtrũ co
gnoſcere, & ei q̃ eſt ſuꝑ oĩa ſubiacere. 357.
Remiſſio Chriſtiana obſeruantia ad perfectæ pietatis
peccatorum. profectũ per mutuã maxime peruenit indul
gentiã peccatorũ, dante nobis dño ſuæ boni
tatis exẽplum. Nam ſi ille in quo nullũ oĩno
fuit peccatũ interpellat pro peccatis nr̃is, q̃-
to magis nos inuicẽ pro propriis orare de-
M bemus? Amplectẽda q̃ppe eſt hoĩ qui non oĩ
põt carere pctõ, tã benigna conditio, vt di-
Aeterna mittẽdo pctã aliena diluat ſua. 358. Iuſtorũ
vita. deſideriorũ ſocietati tũc nihil deerit, qñ De⁹
1. Co. 15. oĩa in illis oĩb. erit. Ad q̃ beatitudinẽ hi ꝑue-
niunt qui huic ſeculo ante ſeparationem aĩæ
carne moriunt̃, nec in eis inueniunt̃ cupidi-
tatib. quas ſola ſuperat dilectio Dei, vt id pa
Chriſtus, tiat̃ iniquitas qđ elegit, & eo bono fruat̃ iu-
homo. ſtitia qđ amauit. 359. Qui ſic cõfitetur dñm
Ieſum Chriſtum, vt eũdẽ hoĩem neget verũ,
habentem ſcilicet vnitam ſibi noſtræ carnis

& aĩæ naturã, nõ eſt pro illo mortuus Chri
ſtus, q̃a ſ̃m hoĩem mortuus eſt Chriſtus, Nõ 1. Ti. 2.
reconciliat̃ per mediatorẽ Deo, Vnus eſt.n.
Deus, & vn⁹ mediator Dei & hoĩum homo
Chriſtus Ieſus. Nec iuſtificat̃ per ipſum, q̃a
ſicut per inobedientiã vnius hoĩs pctõres cõ
ſtituti ſunt multi, ita ꝑ obedientiã vnius hoĩs
iuſti cõſtituent̃ multi. Nõ reſurget in reſurre Rom. 5.
ctione vitæ, q̃a per hoĩem mors, & per ho-
minẽ reſurrectio mortuorũ. Sicut.n. in Adã
oẽs moriunt̃, ita & in Chriſto oẽs viuificabũ
tur. Nullus ſe beati Petri defendat exẽplo, q̃ Mat. 26.
ſe multis lachrymis accuſauit & lauit, vt prin
cipẽ ſuũ eccleſia, nõ negationis, ſed pœnitẽ
tiæ imitatione ſequeret̃. 360. In quibuſdam
æternis põt eſſe aliqua diſtantia. Ipſa nanque A
æternitas abſq; diuerſitate mẽſuræ eſt. Multæ Aeternitas
q̃ppe mãſiones in vna vita varias meritorũ ſi
gnificant dignitates. Sed vt Deus oĩa in oĩbus
erit, fiet ẽt in diſpari claritate per gaudiũ, vt
qđ hẽnt ſinguli, cõmune ſic oĩb. qm̃ per con
nexionem dilectionis, à gloria capitis, nulla
aliena erit pars corporis. 361. Fides eorum Fides.
qui Deũ viſuri ſunt, qđ non videt credit: nã
ſi videt, nõ eſt fides, credenti * pollicet̃ meri a.l collit.
tũ, vidẽti reddit̃ præmiũ. 362. Male vſur⁹ eo Preces.
qđ vult accipere, Deo potius miſerante non
accipit. Proinde ſi hoc ab eo petit̃, vñ homo
exauditus lædat̃, magis metuendũ eſt ne qđ
poſſit Deus dare vt ꝓpitius, det iratus. 363.
Qui diligit me, inquit dñs, diligetur a patre Dilectio.
meo, & ego diligam eũ, & manifeſtabo illi Ioan. 14.
meipſum. Quid eſt.n. diligã, tanq̃ tũc dilectu
rus ſit & nũc nõ diligat? Abſit Qũo.n. nos pr̃
ſine filio, aut filius ſine patre diligit? Qũo in
ſeparabiler operant̃, ſi ſeparabiliter diligũt?
Sed ad hoc diligã eũ, ad hoc qđ ſeq̃t, Et ma
nifeſtabo ei meipsũ. Diligã & manifeſtabo.i.
ad hoc diligã vt manifeſtẽ. Nũc.n. ad hoc di
lexit vt credamus & mandatum eius tenea- B
mus. Tunc ad hoc diliget, vt videamus, & ip
ſam viſionẽ mercedem fidei capiamus. Quia
& nos nũc diligimus credẽdo quod videbi-
mus, tũc aũt diligem⁹ vidẽdo qđ credidim⁹.
364. Ita ſunt palmites in vite, vt viti nihil Palmites
conferant, ſed inde accipiant vnde viuant. uitis.
Sic quippe vitis eſt in palmitibus vt vitale Eccl. 7.
alimẽtum ſubminiſtret eis, nõ ſumat ab eis.
Ac per hoc & manentem in ſe habere Chri-
ſtum, & manere in Chriſto, diſcipulis vtrun
que prodeſt, non Chriſto. Nam præciſo pal-
mite

*Est canō. 24 Cōcilij Arausic.* mite pōt de viua radice alius pullulare, qui aūt ꝓcisus est, sine radice viuere nō pōt. 365. Diuinitus dictū est, Noli esse iustus multū, qm̄ non est iustitia sapiētis, sed superbia ꝑlu mentis. Qui ergo sic fit nimis iustus, ipso nimio fit iniustus. Quis est aūt q se sciat iustū, nisi qui dicit se nō hr̄e peccatū? 366. Nullius ēt incorporeę creaturæ vere simplex substātia est, cui nō est esse qđ nosse, pōt.n esse, nec nosse, at illa diuina substantia nō pōt, qa idipsum est qđ hēt. Ac per hoc sic nō hēt sciētiā, vt aliud sit illi scientia qua scit, aliud esētia qua est, sed vtrunq; vnū, q̄uis nō vtrunq; dicēdū sit qđ verissime simplex & vnū est. Hēt .n. vitā pr̄ in semetipso, nec aliud est ipse q̄ vita q̄ in illo est, & dedit filio hr̄e vitā in semetipso, hoc est, genuit filiū, qui & ipse vita est. Sic itaq; dēmus accipere qđ de spūsctō dictū est, Non.n. loquet̄ à semetipso, sed quę cunq; audiet loquet̄, vt intelligamus non eū esse à semetipso. Pr̄ qppe solus de alio nō est, Nam & filius de patre natus est, & spūsctūs de pr̄e procedit. Pr̄ aūt nec natus est de alio, nec procedit. Nec iō sanè aliqua disparilitas in summa illa trinitate cogitationi occurrat humanæ, quia & filius ei de quo natus est, & spūsctūs ei de quo procedit ęqualis est. 367. Quāuis natura incommutabilis nō accipiat, fuit & erit, sed tm̄ est, ipse.n. veraciter est, qa aliter q̄ est esse nō pōt, tn̄ ꝑꝑ mutabilitatem tꝑum in qb. versat̄ nr̄a mortalitas, non mēdaciter dicimus, & fuit & est, & erit, fuit in ꝑterito, est in ꝑsentib. erit in futuris. Fuit quippe qa nunq̄ desinit, erit, qa nunq̄ deerit: est, qa sꝑ est. Neque.n. velut qui iam non sit, cū præteritis occidit, aut cū p̄ntib. tanq̄ nō maneat labit̄, aut cū futuris tanq̄ non fuerit orietur. Proinde cum ſm tꝑum volumina locutio humana variat̄, qui per nulla deesse potuit, aut pōt, aut poterit tempora, vere dicuntur de illo cuiuslibet tꝑis verba. Semper itaq; audit spūsctūs, qa semper scit, & scire & audire hoc illi est, qđ semper esse, semper vero illi est esse de patre procedere. Nemo aūt pōt dicere ꝙ nō sit vita spūsctūs, cū vita pr̄, vita sit filius. Ac per hoc sicut pr̄ cum habeat vitā in semetipso, dedit & filio vitam hr̄e in semetipso, sic spirituisancto, vitā ꝓcedere de illo, sicut & procedit de ipso. 368. Prorsus donum Dei est, diligere Deū. Ipse vt diligeretur donum dedit, qui non dilectus dilexit: displicētes amati sumus vt fieret in nobis vn̄ placerem⁹. Diffudit.n. charitatem in cordib. nostris spūs patris & filij, quē cū patre amamus & filio. 369. Pax Christi finem tꝑis non hēt, & ipsa est oīs intentionis actionisq; perfectio. Propter hanc sacramētis eius imbuimur: ꝑꝑ hanc mirabilib. eius operib. & sermonib. erudimur, ꝑꝑ hanc spūsancti pign⁹ accepimus, ꝑꝑ hanc in eū credimus & speramus, & amore ipsius quantū donat accendimur: ꝑꝑ hanc deniq; oēm tribulatione fortiter toleramus, vt in ea fœliciter sine tribulatione regnemus. Vera.n. pax vnitatē facit, qm̄ qui adhæret Deo vnus spūs est. 370. Omne tꝑs ab illo est dispositū qui tꝑi subditus non est, qm̄ q̄ futura erant ꝑ singula tempora, in Dei sapientia hēnt efficaces cās, in qua nulla sunt tempota. Non ergo credatur hora passionis dn̄i fato vrgente venisse, sed Deo potius ordināte. Non.n. cā necessitatis Christo intulit crucē, nec sydera coegerunt mori syderum conditorem, qui intꝑalis cū patre, sic tp̄s quo carne moreretur, quemadmodū & quo de matre nasceretur elegit. 371. In eo aūt qđ dr̄, Hæc est autem vita æterna, vt cognoscant te solū verū Deū, & quem misisti Iesum Christū, Ordo verborū est, vt cognoscant te solū verū Deū, & quē misisti Iesum Christum cognoscant solum Deum verum. Consequenter.n. intelligitur & spūsctūs, qa spūs est patris & filij, tanq̄ charitas substanlis & consubstantialis amborū, qm̄ non duo dii, pater & filius: nec tres dii, pater & filius & spūsanctus, sed ipsa trinitas vnus solus verus Deus. Nec idē pater qui filius, nec idem filius qui pater, nec idem spiritussanctus qui pater aut filius, quoniā tres sunt, pater & filius & spiritussanctus, sed ipsa trinitas in his Deus vnus. 372. Quicquid Deus pater Deo filio dedit, gignendo dedit, ista.n dedit filio pater sine qbus filius esse non possit, sicut ei dedit vt esset. Nam qūo verbo verba daret aliqua, in quo ineffabiliter dixit omnia? 373. Custodiam Dei circa nos non tanquā carnaliter debemus accipere, velut vicissim nos seruent pater & filius, amborum in nobis seruandi alternante custodia, quasi alius alio discedente succedat, Simul enim custodiunt pater & filius & spiritussanctus, qui est vnus verus Deus. Sed scriptura nos non leuat, nisi descendat ad nos, Sicut verbū caro factū descendit

*Humana iustitia.* *Eccl. 7.* *Simplicitas.* *Ioan. 5.* *Ioan. 16.* D *De temporalitate deitatis.* E *Ioan. 5.* *Dilectio erga Deū* *Rom. 5* *Pax Christi.* *1. Cor.* *Tempus* F *Vnitas trinitatis* *Ioan. 17.* G *Quid dederit pater filio.* *Custodia Dei.*

scendit vt nos releuaret, non cecidit vt iace
ret. Si descendentẽ cognouimus, cum leuãte
surgamus & intelligamus cũ ita loquit̃ per-
sonas eam distinguere, nõ separare naturas.
374. Si naturã cogitem⁹ in qua creati sum⁹,
cum oẽs veritas creauerit, q̃s nõ est ex veri-
tate? Sed non oẽs sunt q̃b. vt audiant veritatẽ
& credant ex ipsa veritate præstat. Nullus ꝓ-
culdubio præcedentib. meritis saluat̃, ne gra
tia non sit gratia. Si. n. dixisset, oĩs qui audit
vocẽ meam, ex veritate est, iõ dictus ex veri
tate putaret̃, quia obtemperat veritati. Non
aũt hoc ait, sed, oĩs, inquit, q̃ est ex veritate,
audit vocem meã. Ac per hoc nõ iõ est ex ve
ritate, quia audit eius vocem, sed iõ audit,
quia ex veritate est, i. quia illi hoc donum
F collatum est, quod quidem non est aliud, q̃
donante Christo credere in Christum. 375.
Quisq̃s seipsum, nõ Deũ amat, non se amat.
Et q̃sq̃s Deũ, nõ seipsum amat, ipse se amat.
Qui.n. nõ põt viuere de se morit̃ vtiq; aman-
do se. Cũ ergo ille diligit̃ de quo viuit̃, nõ se
diligendo magis diligit, qui ꝑpea se nõ dili-
git vt eũ de quo viuit diligat. 376. Quicq̃d
illud est q̃d oportet patrẽ agere ad filiũ, non
fit nisi per eũdẽ filiũ ad ipsum, s. q̃d filius ho-
minis est factus inter oĩa per ipsum q̃a filius
Dei est, & per illũ fiũt a p̃re oĩa. 377. Nõ est
mirum dicere Apostolũ, ẽt in futuro seculo
patri filiũ subiectũ futurũ, vbi ait, Tunc &
ipse subiectus erit ei qui illi subiecit omnia.
Q̃nquidẽ in filio forma humana mãsura est,
qua semp ꝑ maior est p̃r. Quãuis nõ defuerũt,
qui illam tũc filij subiectionẽ ipsius huma-
næ formæ in diuinã substantiam cõmutandã
intelligendam putauerũt, tanq̃ hoc cuiq; rei
G subiiciat̃ q̃d in eam vertit̃ & mutat̃. Sed in-
telligi põt, iõ magis dixisse Apostolũ, ẽt tunc
patri filiũ fuisse futurum subiectũ, ne quis in
eo putaret spm̃ & corpus humanum cõuer-
sione aliqua consumendũ, vt sit Deus oĩa, nõ
tm̃ in illius forma hoĩs, sed in oĩbus, q̃n capi
tis gloria vniuersum corpus implebit. 378.
Quantacunq; bona quãuis magna, quamuis
minima, nisi ex Deo esse nõ p̃nt. Quid enim
maius in creaturis q̃ vita intelligens, aut quid
minus esse põt q̃ corpus? Quæ quãtumlibet
deficiant & in id tendant vt non sint, tñ aliq̃d
formæ illius remanet vt quolibet modo sint.
Quicquid aũt formæ cuiuspiam rei deficiẽ-
tis remanet, ex illa forma est quæ nescit defi-
cere, motusque ipsos rerũ deficientiũ vel ꝓ-
ficientiũ, excedere numerorũ suorũ leges nõ
sinit. Quicquid ergo laudabile aduertitur in
rerũ natura, siue exigua, siue ampla, q̃d lau-
de dignũ iudicet̃, ad excellentiã & ineffabilẽ
laudẽ referendum est conditoris. 379. Nemi
nẽ Deus ad peccandũ cogit, præuidet tñ eos *Præscientia Dei.*
qui propria voluntate peccabunt. Cur ergo
non vindicet iustus, quæ fieri non cogit præ-
scius? Sicut.n. nemo memoria sua cogit facta
esse quæ p̃tereunt, sic Deus præsentia sua nõ
cogit faciẽda quæ futura sunt. Et sicut homo
q̃dam quæ facit meminit, nec tñ omnia quæ
meminit facit, ita Deus oĩa quorum ipse au
tor est, præscit, nec tñ oĩum quæ præscit ip-
se author est. Quorũ aũt nõ est author mal⁹,
iustus est vltor. 480. Humana aĩa naturaliter
diuinis, ex q̃b. pendet, cõnexa rõnib. cum di- H
cit melius fieri hoc q̃ illud, si verum dicit, & *Cognitio*
det quod dicit, in illis supernis rõnib. videt. *creaturæ*
Credat ergo Deũ fecisse quod recto intelle- *inuisibilis*
ctu ab eo faciendũ fuisse cognoscit, ẽt si hoc
in reb. factis non videt qui ẽt si cœlum ocu-
lis videre non posset, & tñ rõne vera tale ali-
quid faciendum fuisse collegerit credere de-
buit factũ fuisse, q̃uis id oculis non viderit.
Non.n. cogitatione cerneret factum fuisse, ni
si his rõnib. in q̃b. facta sunt oĩa. Quod aũt ibi
nõ est, nec põt vera cogitatione videre quod
nõ est. 381. Quid tã dignum misericordia q̃ *Remedia*
miser est, & quid tam indignũ misericordia *peccati.*
q̃ superb. miser? Ex quo factum est, vt illud *Ioan. 1.*
Dei verbũ per q̃d facta sunt omnia, & quo
fruit̃ omnis angelica beatitudo, vsq; ad mi-
seriam nostrã porrigat clementiam suam. Et
verbũ caro factũ est, vt habitaret in nobis, sic I
.n. posset panẽ angelorũ hõ manducare non
dum angelis adæquatus, si panis iste angelo
rum hominibus dignaret̃ ęquari. Nec sic de
scẽdit ad nos, vt illos desereret, sed simul in-
teger illis, integer nobis. Illos intrinsecus pa
scens ꝑ id q̃d Deus est, nos forinsecus admo
nẽs per id q̃d nos sumus, & idoneos fecit ꝑ
fidẽ, quos per speciem pascat ęqualiter. 342.
Dubiũ non est, contra naturã esse omne vi- *Vitiam.*
tium & eius rei cuius est vitiũ. Quapropter
quoniam in quacunq; re non vituperatur ni
si vitium, ideo vitium est, quia contra natu-
rã est. Nullius rei recte vituperat̃ vitium, nisi
cuius natura laudat̃. Nõ.n. in vitio displicet,
nisi quod corrumpit quod in natura placet.

383. Om-

383. Omni peccanti animæ Duo sunt pęnalia, ignorātia & difficultas. Ex ignorātia * deprauat error, ex difficultate, cruciat⁹ affligit. Sed approbare falsa pro veris vt erret inuit⁹, & resistendo repugnationi carnalis vinculi non posse ab illicitis operib. temperare, non est natura instituti hominis, sed pœna dānati. 384. Vt ars medicinæ cum eadem maneat, neque vllo modo ipsa mutetur, mutat tamen præcepta languētibus, quia mutabilis est nostra valetudo, Ita diuina prouidētia cum sit ipsa omnino incōmutabilis, mutabili tamen creaturæ varie subuenit, & pro diuersitate morborum aliis alia iubet, aut vetat, vt à vitio vnde mors incipit, & ab ipsa morte ad naturam suam & essentiam ea quæ deficiunt. i. ad nihilum tendunt, reducat & firmet. 385. Primum animæ rationalis vitium est, voluntas ea faciendi quę vitat summa & intima veritas. Ita homo de paradiso in hoc seculum depulsus est. i. ab æternis ad temporalia, a copiosis ad egena, à firmitate ad infirma. Non ergo à bono substantiali ad malum substantiale, q̄a nulla substantia malum est, sed à bono æterno ad bonum temporale, à bono spiritali ab bonum carnale, a bono intelligibili ad bonum sensibile, a bono summo ad bonū infirmum. Est igit̄ quoddā bonum, qđ si diligit aīa peccat, quia infra illam ordinatū est, quare ipsum peccatū malum est, non ea substantia quæ peccando diligit̄. 386. Lex oīum artium cum sit omnino incōmutabilis, Mēs vero humana, cui talem legem videre concessum est, mutabilitatem pati possit erroris, satis apparet supra mentem nostram esse legem, quæ veritas dr̄. Nec iam illud ambigendum est, incōmutabilem naturam, quę supra animam rationalem sit, Deum esse, & ibi esse primam vitam & primam essentiam, vbi est prima sapientia. Nam hæc est illa incommutabilis veritas, quæ lex omnium artium recte dr̄, & ars omnipotētis artificis. Itaq; cum se anima sentiat, nec corporum speciem motūque iudicare secundum seipsam, simul oportet cognoscat, pręstare suam naturam ei naturæ de qua iudicat, præstare autem sibi eam naturam secundum quam iudicat, & de qua nullo modo iudicare pōt. 387. Ad discendū necessario dupliciter ducimur, authoritate atq; ratione. Tempore authoritas, re autem ratio prior est. Aliud est. n. quod in agendo anteponit̄, aliud qđ plurimis in patiēdo æstimat̄. Quia ergo & principiū sapientiæ timor dñi, & per humilitatem ad sublimia gradus est, incedat humana ignorātia per fidem, vt mereat̄ fides videre qđ credit. 388. Diuitiis florib. & maiorū nobilitate te iactas, & exultas de patria & pulchritudine corporis, & honorib. qui tibi ab hominib. deferuntur, respice teipsum quia mortalis es, & quia terra es, & in terram ibis. Circunspice eos qui ante te similib. splendorib. fulsere. Vbi sunt quos ambiebant ciuium potentatus? Vbi insuperabiles imperatores? Vbi qui conuentus disponebant & festa? Vbi equorum splendidi inuectores? Vbi exercituum duces? Vbi satrapæ tyrannici? Nunc omnia puluis, nunc omnia fauillæ, nunc in paucis versib. eorum vitæ memoria est. Respice sepulchra, & vide, quis seruus, quis dominus, quis pauper, quis diues. Discerne si potes vinctum a rege, fortem a debili, pulchrū a deformi. Memor sis itaque ne extollaris aliquando, Memor autem eris, si teipsum respexeris.


*Pœna peccati. a.l.de honestas.* — *Varia remedia.* — K — *Præuaricatio.* — *Veritas.* — *Quomodo discat.* — M — *Gen.*

*Tomi tertij operum diui Augustini, Finis.*

# Registrum.

ABCDEFGHIKLMNOPQRSTVXYZ. Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii KK Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Sf Tt Vu Xx Yy.

*Omnes sunt Quaterniones, præter y y, Duernionem.*



Quod Christianis Sabb: nō ē observand: Dup ... 172





